- 2 Aduocatis. Adde. quod illud quod dicitur in dict. l. 3. sciant cuncti. de sedendi licentiam cum iudice. intellegi. debet domi. non autem. pro tribunal sedente. & sic in iure. si quidem ius quandoque dicitur locus in. quod ius redditur appellatione collata (ut inquit Paul. iure con.) ab eo quod sit. in eo ubi sit. in illis pluribus modis. S. alia. ff. de iust. & iur. qui hodie dicitur aula. idque limitari videtur nisi aduocatus propriam causam ageret. per text. in l. 1. C. de offic. curi. l. iud. quod hodie de facto non seruat. In aula namq[ue] aduocatæ non sedent. sed astantes causam dicunt. atque defendunt hodie detrecto capite dum loquuntur ex dispositiōne Responsoria prag. nam antea etiam temporibus nostris operio capite loquebantur. Titularij vero etiā dum propriæ iporum causæ aguntur cum Iudicibus sedent. per tex. in l. j. S. sedendi. C. vbi senator. vel clarris. & vide tu Marin. Frez. lib. 2. sub tit. differentia inter fenda regalia. & c. differen. 13. fol. 250. & Surgé lib. 1. Neapol. illustr. c. 23. n. 8. & 21. C.P.
- b Libro xij. Adde hoc melius probari in l. j. S. casum. ibi. quod insignia magistratus videre & reuerentia non possit. ff. de postulan. & propterea ibi dicitur. quod cæcus postula te non potest iudicandi aut officio fungi potest. Hoc etiam probatur in dict. l. sciant cuncti. ibi. reuerentia non fuerit in salutatione delata. C. de offic. diuer. iudicis. cum salutatio reuerentia sit. & honoris exhibitio. Ad idem facit tex. in l. r. C. de silentiar. ibi. nec non in nostro consistorio is honor omni fariā obserueretur. C. P.

# Com.super Ritibus Magne Curiæ: JO

## R I T V S VI.

Item quod causa appellationis inchoetur per aperturam processus.

### S V M M A R I U M.

- 1 *Indefinita equipollent vniuersali.*
- 2 *Appellatio est triplex.*
- 3 *Statutum loquens de appellatione in genere, an cō-  
prebendat omnes eius species?*
- 4 *Appellatio omnis, an sit semper prouocatio?*
- 5 *Ad inchoandam appellationem an requiratur li-  
bellus, vel litis contestatio?*
- 6 *Annus ad prosequendam appellationem quando  
incipit currere.*
- 7 *Causa appellationis quando currere incipiat. Et ad  
eam persequendam datur annus, & quandoque  
biennium. Et eo anno quinquaginta dies ad prae-  
sentandum processum.*
- 8 *Annus ad prosequendum appellationem, verum  
ab apertura processus, vel à die interpositæ appel-  
lationis currat?*
- 9 *Appellatio suspendit pronunciatum eiusque articu-  
lus à principali non separandus.*

**N**ota ex hoc Rit. quod causa appellationis inchoatur per aperturam processus. Amplia primo hunc Ritum procedere, siue causa appellationis sit civilis, siue criminalis, siue mixta: tum quia hic indefinite dicuntur de causa & indefinita & equipollent vniuersali. l. 2. ff. de liberis & posthui. si ita relictum, in princi. & l. si pluribus, ff. de lega. 2. & l. si plures, ff. de lega. 3. cū sim. tum etiam quia Rit. 253. & 254. expressim loquuntur vniuersaliter in omni causa appellationis & ita ser-  
vatur. Secundo amplia quod cum appellatione secun-  
dum Barto. in l. 1. num. 4. versi. secundum quarto. ff. de  
appella. & relatio. & sit triplex vna quæ interponitur à  
diffinitua de qua loquitur ille titu. ff. de appellat. alia  
& interponitur ab interlocutoria de qua loquitur. l. 2. ff.  
de appella. recipi. & alia quæ interponitur ab alijs ac-  
tibus extra iudicialebus. l. 1. s. si quis tutor, in si. ff. quæ  
do appellat. sit. l. 1. ff. si tutor vel cura & l. nominatio-  
nes, C. eodem titu. iste Ritus locum habet in omni ap-  
pellatione. tum quia locum habet prima ratio supra  
assignata in l. ampliar. & tum etiam statutum simpliciter  
loquens de appellatione & sic de genere, & semper & regulariter comprehendit omnes eius species,  
vt dicit Rebuff. in commen. constitut. Fran. tractat. de  
appellatione. in prin. nume. 13. volum. 3. Et si dicatur  
quod appellatio ab actibus extra iudicialebus non po-  
test hic contineri, quia ut dicunt Anto. de Butr. & Ab-  
ba. in c. fina. 1. no. de sequestr. posse. & fruct. omnis ap-  
pellatio est prouocatio, sed non econtra, respondetur  
secundum Deci. in d. cap. cum sit. in 7. nota. & in ru. il-  
l. 1. s. tit. versic. circa diffinitionem. nu. 8. quod locum  
habet in materia odiosa: secus in fauorabili, ut in hoc  
Ritu volente in appellationibus procedi sine libello  
& litis contestatione: & quod sit fauorabilis patet ad  
sensem, quia citius facit peruenire ad finem causarū,  
item patet ex his quæ dicam infra in Rit. 10. in princi-  
pi. & Rit. 288. in 3. nota. & Ex quo sequitur quod ad

ipsam inchoandam non requiritur libellus, aut litis  
contestatio: & quod inchoari appellationem per aper-  
turam processus, denotet sublatum libellum. & litis  
contestatio, patet infra ex Rit. 253. Item in eisdem. vbi  
melius & clarius dicitur quod in omni causa appelle-  
tionis procedi possit sine libello & litis contestatio-  
ne, & q̄ causa appellationis inchoet per aperturam  
processus, & idem cauetur in alijs duobus Ritibus  
seque. videlicet Rit. 254. item curia & 255. item in  
causis. Alias tamen in quadam causa quam habui  
in facto in Régia Audientia principatus citra, & cat.  
contra vniuersitatem terræ Saponariæ, existente tunc  
Auditore & ipsius causæ Commissario domino Ber-  
nardo de Astudillo nunc sacri Regij consiliario,  
dicebant aliqui quod Ritus iste dum dicit quod  
causa appellationis inchoetur per aperturam pro-  
cessus; non habuit intentionem tollendi Libellum,  
& litis contestat. eo quia ut patet ex dicto Ritu. 253.  
videtur posita ut diuersa & separata ista duo: quod  
in causa appellationis procedatur sine libello, & litis  
contestat. & quod causa appellationis inchoetur per  
aperturam processus, sed secundum eos inten-  
tio istius Ritus est dicere, t̄ quod cum de iure com-  
muni annus ad prosequendam appellationem cur-  
rat à die interpositionis ipsius. clement. sicut. de ap-  
pellat. authen. ei qui. vbi hoc not. Barto. C. de tempo.  
appella. late Abb. in cap. ex ratione. 1. nota. de appell.  
& Afflict. in constitut. appellationum tempora. secun-  
do nota. hodie non currit nisi ab apertura processus,  
ex quo ante aperturam non est incepta causa appelle-  
tionis, ut hic sumitur a contrario sensu. alioquin si  
secus diceretur: annus appellationis incepit curre-  
re antequam efficiet incepta, & inchoata ipsa appella-  
tio, quod quidem videtur esse quid impossibile con-  
tra tex. cap. erit distin. quarta, ego autem dixi, & etiam  
nunc dico, quod isto Rit. non aliud voluit quam in  
causa appellationis Libellum & litis contestationem  
tollere. Et qđ hoc sit verum probatur t̄ quia causa ip-  
suis appellationis non dicebatur incipere de iure co-  
muni secundum opin. Docto. nisi dato libello, & litis  
contestata, quando vtraque pars erat præsens. l. 1. C.  
ne lice. in vna eademque causa capit. Raynaldu. vbi  
Gloss. not. de testam. Barto. in l. fina. S. illud. C. de tem-  
po. appella. Bald. in l. ita demum in princ. C. de procu-  
rato. & in dicta l. prima. circa fin. versicu. ultimo nota.  
Lanfran. in Repet. cap. quoniam contra. in versi. inter-  
loquitoria & appellationes. num. 140. extra de prob.  
& Mathæ fil. singula. 66. not. quod in causa; sed sic est  
quod per hunc Rit. ordinatur quod incipiat ab aper-  
ture processus, ergo sequitur quod per hunc Rit. non  
aliud intenditur, (ut dicebā in princip.) quam libel-  
lum & litis contestat onem in causis appellationum  
tollere, quemadmodum clarius potea disponitur in  
alijs Rit. sequen. quos allegauit. Confirmatur ista opini-  
o ex eo, quia ad prosequendam appellationem da-  
tur annus, & ex causa biennium, auth. ei qui appellat.  
C. de tempo. appellatio. & cap. ex ratione, de appella-  
tio. de quo anno per constit. Reg. appellationum tem-  
pora sunt determinati quinquaginta dies ad præsen-  
tandum processum, ut in eadem consti. dicitur, & per  
Maran. in pract. parte 6. actu 2. 3. parte principali. nu-  
mero 228. in si in nouis, qui quinquaginta dies, ut ex-  
pressè dicit illa constitut. incipiunt a die interpositæ  
8 appellationis & ex quoclarè constat, quod annus ip-  
se a quo sumuntur illi dies quinquaginta, incipit nō  
ab apertura processus, ut secundum hunc Rit. con-  
cludebatur, sed a die appellationis interpositæ, ut in  
dicta clemen. disponitur, quæ in hoc non reperitur  
correcta, & ita fuit in ipsa regia Audientia deter-  
minatum. Non obstat modo quod per dictū Ritu.  
253. videatur ponit ut diuersa, quod non require-  
tur libellus, & litis contesta. Itē quod cautæ in-  
tutur libellus, & litis contesta. Itē quod cautæ in-  
tutur libellus; quoniam istud non appelli-  
ciat ab apertura processus;

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

et ibi & dum ibi dicatur, & quod causa appellationis inchoetur per aperturam, est illud idem, & est effectus qui sequitur ex eo quod sublatus est libellus, & litis contesta. (vt ex prædictis appetat) nec etiam obstat, quod viderur quid impossibile annum appellationis incipere currere antequam incipiat appellationis, quia hinc non dicitur, quod appellationis incipiat ab apertura; sed quod causa appellationis, & propterea nulla impossibilitas resultat, quod annus incipiat ante aperturam, & causa appellationis inchoetur per aperturam; vt cuilibet patet ad sensum. Et ex hoc R. italiter intellecto, & ex alijs sequentibus quos supra allegavi sospita est Docto. alteratio, nunquid in causa appellationis requiratur Libellus, & litis contesta. De iure enim communione quatuor fuerunt in hoc dubio opin. Ut scribit Iser. in constitutu. Regni dilationes, & latius post eum Affili. ibidem numeronono, versi. sed iuxta hoc queritur, prima opin. fuit illa, de qua proxime diximus, quod debeat distinguiri si vtrahc pars est præsens, vel ne. Secunda opinio fuit quod aut in causa appellationis non producitur aliquid de novo, & tunc neq; libellus, neque litis contesta, requiritur, aut aliquid nouiter allegatur, & sic lis contestatur, sed libellus non requiritur per iura, quæ Iser. allegat. Tertia fuit opin. illorum, qui dicebant saltem loco libelli requiri petitionem aliquam in scriptis; sicut quando imploratur officium iudicis mercenarij. Quarta fuit Iser. ibidem, qui reictis prædictis, tenet nec litis contestationem, nec libellum requiri, siue sit expedienda ex nouis, siue ex eisdem actis: t'eo quia appellatione suspendit pronunciatum, l. 1. S. fin. ff. ad Turpil. & propterea si in causa principali hoc fuit factum: non erit iterum agendum: cum articulus appellationis non sit separandus, à principali, vt dicit Goffre. in cap. duas, de appellatione, quam Iser. op. firmat Ioan. And. in ca. Raynaldus, de testamen. Innoc. in c. cum contingat, de offic. delega. Angel. in l. 1. per illum text. ff. an per alium caus. appellatio. & Bal. in l. si quis libelli. C. de appella. & videretur sequi Roman. consi. 174. num. 4. ver. secundo, & cum habeamus hunc Rit. & alijs supra allegatos expresse hoc decadentes, remanet confirmata in hoc Regno eius opinio, & præallegata sequacium. Adeo, quod de hoc Rit. & alijs præallegatis meninuit Affili. in d. constitutu. 4. nota. num. 29. in fi & Maran. in tracta. par. 8. in versiculo appellatione numero. 245. versic. plus etiam, in nouis. Et dum dicunt non requiri libellum, & litis contesta, in causis appellationum, intellige loqui cum appellatur à diffinitiva, quia in causa appellationis ab interlocutoria etiam de iure communione, his ritibus circumscriptis idem est, vt dicit Specul. In titu. delib. concept. S. nunc videndum, versic. sed nunquid. Card. in ea. Raynal. S. dilectus, de test. Abb. in ca. per tuas, col. 2. de appel. & latius Affili. in d. constitut. dilationes. 3. not. versic. 6. fallit num. 7. Salerni die 20. Martij 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S VII



Tem quod nullus officialis debeat recedere à dicta ciuitate Neapolis, & extra ipsam ciuitatem, se personaliter conferre, nec infra Regnum, nec extra Regnum, sine expressa licentia locumtenentis petita, & obtenta prius ab eodem locumtenente, seu Magistro iustitiario, se personaliter eo tempore resideret in prædicta ciuitate Neapolis. Item quod in dicta Curia nullus officialis per substitutum suum possit seruire, sed debeat personaliter suum officium exercere.

## S U M M A R I U M.

1. Officiali recedere non licet à ciuitate Neapolis, nisi obtenta venia maioris magistratus. Et prædicta super hoc.
2. Amplia hoc etiam ad absentiam causare ipublica & infirmitatis, & voti adimplendi, nec non recreationis gratia, infra dicam, & numero, quinto.
3. Officialis per substitutum, quando possit deserire, & num. 6.
4. Officialis recedens, statimque reuersus si sit, non indiget superioris veniam impetrare.
5. Officiali non sufficit superioris veniam impetrasse, si ultra præfixum terminum revertatur.
6. Officiali absque superioris licentia, an discedere licet, si aliquod insurgat impedimentum ad ius ministrandum? Idem propter ferias licebit ibidem.
7. Officialis, sine venia ab officio recedens, qua pœna plettendus. Et cuius temporis salario priuatur.
8. Officialis successoris aduentum expellere teneatur.

**N**ota ex hoc Rit. t'eo quod nullus officialis potest recedere à ciuitate Neapolis & se in aliquam ciuitatem conferre, intra, quam extra regnum, nisi petita, & obtenta expressa licentia, à locumtenente, id est Regni Prorege, & vt dixi supra in 4. Rit. vel à Magistro iustitiario, si eo tempore Neapolis reperiretur residere, cum hoc Rit. concordat tex. pulcherrimus in l. si quis decurio. vbi hoc no. Bar. in summario, & Luc. de Penn. in secunda positione casus. C. de decurio. lib. 10 l. illud ff. de offic. præsid. Boer. late in tract. de autho. mag. cōf. num. 153, fol. 196. & decisio. 149. nu. 11. \* Ripa in tract. de peste, t'ie de priuilegijs contractuum causa pestis, nu. 143. & facit tex. in l. hac lege, ver. quonia ibi, profiscendi.

## A D D I T I O.

2. Prorege. Adde, quod ista interpretatio non est bona, sed intelligi debet de locum tenente magistri iustitiarij, & propterea subiicitur seu magistri iustitiarij si personaliter eo tempore resideret in dicta ciuitate. Tempore namque horum rituum & præcipue tempore huius Reginae Ioannæ secundæ non aderat Vicerex sed magister iustitiarius Regni: qui habebat suum locumtenentem, vt patet ex pragm. dictæ Reginæ, quæ vulgo dicitur la Filingeria, editæ anno 1418. ad suppli cationem Catarinae Filingeriae vxoris ser Ioannis Carracioli in calce cuius dicitur, mandantes propterea &c. magistro iustitiario dicti nostri Regni Siciliae, ei iisque locumtenenti & iudicibus magnæ curia vicaria & cat. eoque etiam tempore, non erat sacrum consilium, nec Regia camera summaria: que tribunaliter postea instituta fuerunt à Rege Alfonso primo, vt nos declaravimus in dicto nostro tractatu, Ad arbitr. magnæ cur. vicar. capit. secundo, numero 90. Non tamen inficiamur, quod hodie huiusmodi licentia, nec a magistro iustitiario darur, qui non resideret in Regno, nec ab eius locumtenente qui est Regens magnæ cur. vicar. sed a domino Regni Prorege, & ita obliteratur. C. P.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. I I

ascendi licentiam. C. de prox. sac. serin. lib. 1.2. Iste Rit. optime seruatur ab omnibus officialibus tam in ciuitate Neap. quam extra per totum Regnum, nam Inſtituari, & Auditores prouinciarum, quando volunt, à prouincia recedere, & aliò se conferre, obtinent litteras ab ipso Prorege huius Regni, & aliqui solum cum litera priuata vnius Regenit regiam Cancellariam se absentant (ve vidi plures) Aduocatus fisci solet, cù abesse à prouincia contingit, solum cum licentia ipsius Inſtituari recedere, vt plures solitus est seruare eximus Doctor Ioannes Nicolaus Caravita frater meus, & in prouincia principatus circa, & basilicatæ ficipatrus. Alii Capitanei, & iudices regii aliarum terrarum, similiter faciunt, vt auditores, & vltra hunc Ritum, in commissionibus, quæ ipsis expediuntur, ex preſſe ordinatur sub poena priuationis officiorum, quod ab ipsa terra, quam reguat, sine licentia non recedant. <sup>t</sup> Amplia hunc Rit. procedere etiam si officialis vellet recedere causa Reipublicæ, vt dicit tex. in d. 1. si quis decurio. Secundo Amplia etiam si infirmatur, & vellet accedere ad domum propriam causa se curandi, debet enim etiam tunc, & in quocunque alio iusto negocio, quo discedere cogeretur, licentiam impetrare, vt inquit Par. de puto in tracta. sydico. in ver. Salarium, S. si officialis, num. 1. & num. 10. versi. Vbi autem, & ideo ipse ibidem num. 2. versi & ideo, dat consilium officialibus, vt quando infirmatur, aut aliud euenit, licentiam petant à superiori & vol. vt dicte ipsem Par. in ver. Rex concessit, nu. 5. eorum substitutum dimittant, quia possunt eo casu per substitutum administrare. S. ad hoc prohibemus, in auth. de collatio. Ang. in authen, vt cler. apud proprios episcopos. Et dixi latius supra in Rit. secundo. 4. nota. alias si absque licentia dilecederent non saltim relicto substituto viderentur officium deserere, & salario priuarentur, vt inquit tex. in l. 3. S. si ad diem. ff. de re milita. Tertio. Amplia etiam si causa implendi alicuius voti vellet discedere, & opus esset extra suam terram per nocte, vt inquit tex. in d. 1. iud. ff. de offic. præsid. et enī casu tenetur etiam licentiam potere, vt hic dicitur postquam abire non permittitur, vt ibi. Quarto. Amplia secundum Affic. in constitutio Reg. statuimus, vt magna 6. not. num. 7. etiam si causa recreationis vellet officialis exire, & licet ad hoc nihil allegat præterquam Rit. istum, tamen comprobari potest ex omnibus supradictis arguendo, à majoritate rationis, Limitarem illud, quando exitus causa recreationis esset modici temporis, puta pro vna die teriata, & non nimis procul à ciuitate per ea, quæ statim dicam in prima limita, si que videmus obseruari. <sup>t</sup> Limita hinc Rit. non procedere in officiali recedente, qui statim fuit reuersus, quia is non videbitur recessisse, secundum Speculum ad salar. 3. versicu. 1. & vt dicit Bald. in auth habita. colum. 4. num. 23. C. ne fil. pro patre, & Alexan. in 1. præsens, C. de procurato, pro præsente habetur, & vt inquit idem Alexan in l. 1. S. qui præsens, ff. de verboru obligat. recessus, qui in continentia reuersitur, non discitur, actus extraneus, & ideo hoc casu, licentia opus non erit. Quod autem hic dicitur, de licentia intellige dummodo reuertatur infra t. minum sibi statutum alias si eo elapsò rediret, non sibi sufficeret cum licentia discessisse, vt inquit tex. ad literam, in d. 1. 3. S. si ad diem. ff. de re milita. Secundo limita, quando in ipsa ciuitate insurgeret aliquis tyrannus, aut aliqua tecta, vel quiduis aliud propter quod non posset ibi iustitiam ministrare, aut sine verecundia manere, per ea, quæ not. Bart. in lege prima, S. diuus; numero. 5. vers. sediuſta hoc. ff. de var. & extraordina. cogni Corſet in ſingul. in verſic. ſalarium lo. 3. Par. in ſyndi. in verſicu. ſalarium, S. si officialis, num 5. \* & R. ip, in dicto tract. loco præleg. vbi in caſu pestis exemplificat, sed hec limita in ciuitate Neapolis. Iudicio. n. meo non posset procedere, cum ibi ſempre ſecundum locum tenens, a

quo facile eſſet habere licentiam, item quia ibi hinc impedimenta conſiderari non poſſunt ob maximam iuſtiā, quæ ibi viget, (vt omnibus clarum eſt.) Extra ciuitatem ipsam bene poſſet procedere, cum oblo corum diſtantiam non ita faciliter licentia poſſit habe ri. Tercio limita non procedere, quando eſſent vaca tiones per ea, quæ no. Cagno in l. diem ſuncto, num. 19. ff. de offi. affello, & poſt eum Nicol. pignol. in ad dit. Rom. d. ſingul. 4, 3. Ita limita, ſimiliter non teruatur nec intia, nec extra, ciuitatem Neapo vel propter hunc Rit. vel vt Credo propter formam generalē commissionum, & ideo etiam his diebus omnes cum licentia diſcedunt. <sup>t</sup> Not. in fi. Rit. & nullus officialis poſſet per ſubſtitutum ſeruire, quod etiam cauetur ſu 7 præ Rit. 2. vbi de hoc dixi latius, in 4. nota. <sup>t</sup> Quarto, qua poena punietur officialis, qui abſque licentia ab officio recedit, Rit. iſte non dicir aliquid de hoc, tu attem ſic dicas, aut de hoc in eorum commissionibus cauetur, & tunç poena ibi appoſita punietur, aut non, & tunc ſalario priuatur, l. S. q. militia, ff. de re milita. Glos. eiusdem, l. in ſi ad diem, l. hac lege, verſicu. & quoniam a contrario ſenſu, C. de prox. sac. ſcrib. lib. 12. vbi hoc no. Barto. Bal. in l. ſi ea C de cond. inſer. & in d. auth. habita. col. 4. nu. 22. vor. ſed quid de docto re. Roma. ſingul. 45. 3. doctor, ſeu ſtipendiarius. Quod quidem intelligas, tam pro tempore quo ſteut ablenſ quam etiam pro diebus ſundi, & redeundi, nam etiā tunc abſit ut per Bal. in d. l. ſi ea. Alex. in l. diem ſuncto. vol. fin. de offi. affello & in l. 1. S. diuus, ff. de var. & extraord. cogni. Item intellege in officiali, recedente, & deinde redente, alias ſi non ſuit poſt modum reuerſus ad officium, priuatur ſalario nedum temporis ſuſſu quod ſe abſentauit, ſed etiam temporis præteriti quod ſeruauit, vt dicit Bald. in l. 2. no. 2. verſi. ſed quid ſi promittit. C. loca. Dee. confi. 70. in fi. vol. 1. l. ſ. in d. l. diem ſuncto. col. fin. & ibi Cagno. late verſi. ex praedictis paſet ſolutio. num. 2. 12. licet Bar. in l. 1. S. diuus, in fi. aliter voluerit, & male, feciſum Cagno. ibi, qui eius dictis responderet. Et in ſuper vigore Regia nouella prag. Caro. V. Imperatoris inuidissimi incipi prohi bermus quæ est 2. prag. in rit. de offi. iud. puniet poena inhabilitationis perpetua exercendi ſimilia officia, 8 etiam ſi finiūm eſſet tempus ſuſi officij, & quia tene tur adiuentum ſuccelforū expectare, vt in d. pragm. dicitur, & est in viridi oſſeruantia. Salerni Die 24. Mar tij, 15. §. 9. Prosper Carabita.

## A D D I T I O.

Dicitur, adde quæ eſt tex. in l. meminiffe, ff. de offic. præ conf. & ſequenti. C. P.

## R I T V S . O C T A V V S.

Item, quod nullus officialis ipſius Curia poſſit in eadem Magna Curia, exercere duo officia, ſed uno tantum debeat edere conſtitutus.

Materiam iſtius Rit. tetigl. ſupra in Rit. 2. in 8. not. Ideo dic ut ibi dixi latius,

## R I T V S . N O N V S.

Tem quod locum tenens iudices, Magistri actorum, & Aerarius teneantur quolibet mense in fine ipſius mēſis facere diuisionem pronum. inter officiales dictas Curias, & dare, ſive dari mandare, & ſu



# Domini Prosperi Garauta Ebolitani

¶ Vnicuique ratam sibi contingenterem, pro-  
ut antiquitas in ipsa Curia facere consuetum,  
& obseruatum extitit.

## S V M M A R I V M .

- 1 Salarium officialibus in principio, an in fine sit prae-  
standum? & n. 2.
- 2 Salarij promissio in officialiū commissionib, facta,  
logali dispositioni equiparatur.
- 3 Salario, officiali ex prouentibus officij constituto, si  
deficiat, taliter quod sibi non possit satisfieri, an  
teneatur, qui tales constituit officiales?
- 4 Notary actorum, an numero officialium veniant  
officiumque eorum quod sit.
- 5 Officij nomen ad omne ministerium est generale, ca-  
piturque large, & stricte,
- 6 Rata proportione sumitur.
- 7 Dicțio, prout, ponitur causaliter, & limitative, ali-  
quando etiam conditionaliter.
- 8 Dictiones iste 5. prout, quemadmodum, iuxta; vt,  
& sicut, idem important.

**N**ot. primo ibi magistri actori, quod per  
hunc Rit. actuarij antiquitus habebant  
Gagia, à Curia de prouentibus qui fe-  
banter in ea, & id etiam sentit Afflic. in  
constitut. Regni pro scripturis numero secundo, &  
probat tex cap. Regni item statutus, quod sive in  
magna Curia, cum ibi nota per Neapoda. Hodie secus  
est, quia omnes emunt officia, à Curia, & non aliter  
habent salarium ab ea, sed tantum gagia prouenien-  
tia ex eorum scripturis, copijs, decretis, & alijs prou-  
fisionibus quas faciunt, ut dicam latius infra in Rit. 42.  
& seq. iuxta taxam ordinatam in pādicta Magna Cu-  
ria vicaria, nouiter impressa in prag. l. 38. incip. item  
diciamo. de officio magi. iusti. de qua dicā etiam infra  
in Rit. 25.

¶ Secundo Nota ibi, in fine ipsius, quod Gagia officia  
lium quæ erant loco salariū tempore isto, in fine vnuſ-  
euilque mensis soluebant; † At ex dispositione iuris  
communis secundum magis communem opinionem  
salarium in principio officij solui debet. ut colligitur  
ex glos. & Barto, in l. 1. S. diuus, numero 16. versic. vte-  
rius quarto, ff. de var. & extra p̄dī. cogit. Pau. de Cast.  
& Alexand. in lege diem fundo, 2. not. Et Curt. ibide,  
columna quarta: ff. de offici. affess. mouentur primo ex  
ipsa. l. diem prout litera tex. haber præstitum, & non  
præstitutum. Secundū ex tex. l. vii. ibi promissa resti-  
tuunt. C. de suffrag. Tertio quia cum salarium detur  
officialibus pro opera, & expensis quas in diem opus  
est facere in officio. Illud quidem in principio dari de-  
bet, per tex. l. si vero non remunerandi. S. fina. ff. man-  
da. quam Barto. allegat cum alijs in eodem S. Diuus.  
Quarto ut idem Barto, dicebat in d. S. diuus vbi cun-  
que salariū deberetur ex dispositione legis illud a  
princ. solui debet. l. post duos. C. de aduo, dixer. iud. l.  
prima. C. de primip. libro duodecimo, & d. S. diuus,  
† sed sic est quod salariū officialium præstature ei-  
dem ex promissione, quæ communiter fit in commis-  
sionibus, quæ promissio censetur subrogata in locum  
legalis dispositionis, & prouisionis, ut no. in l. fori. C.  
de aduoc. dixer. iudicio, & scribit Lauren. Silua, con-  
silio vigesimo octavo, numero decimotertio, ergo e-  
tiam eis in principio solui debet, ac si à publico &  
legis dispositione solueretur cum idem reputetur, ut di-  
git glos. in dicta l. fori, & Bart. in lege prouidendum. C.  
de postula. Bene tamen verum est quod loquitur de Blas.

in dicta lege prima, C. de primipi, l. in eadem lege  
diem. Claud. de Seisel. & Cagn. numero 126. tenent  
contrariam opinionem ex multis quæ adducunt,   
quod immo in fine anni solui debeat; & responder  
iis quæ pro prima opin. adducuntur: vt latius per eos,  
quæ opin. vt Cagno. ibidem assertit, licet sit contra co-  
munem; videtur sibi verior in puncto iuri: licet ipse  
postmodum æquitate motus, dicat nec in princip. nec  
in fine esse soluendum, sed eligendam medium quan-  
dam viam, quod etiam Dec. & alii ibidem firmant.  
Sed postquam Rit. iste hoc decidit; res ipsa est ex-  
tra difficultates; & vt optime Cagno. dicit numero  
129. in f. hodie super hoc laborandum non est cum  
aut statutis, aut conuentiopibus, & consuetudine  
resoluator, & recte dicit Rit. iste in eo quod dicit de  
tempore soluendi salariū officialibus non seruatur:  
quoniam ex consuetudine, tam Regni, quam Baro-  
num officiales exceptis officialibus Regia Audien-  
tiæ principatus citra, & Basilicæ, singulis quatuor  
mensibus perecipiunturam contingente, quam ter-  
tiam appellamus: vt patet ex Regia prag. incipien. re-  
gia dignitati \* de sindicatu officialium, inde tertia  
appellata quia de ratio salariō tres sunt partes: quam-  
uis Aerarii, & prouentuum perceptores in his gratifi-  
centur officialibus, & vt plurimum soluant ante te-  
pus: licet de eis conqueratur Affli. in constitut. Regia  
cum circa, 12. nota. Ideo autem officiales Regia au-  
dientiæ principatus excepti; quoniam ob paucos pro-  
ficiunt qui sunt infelix et in hoc qui ibi officij exer-  
cere. scilicet auditores aliquos completo officio, credi-  
sores disculsi, & corum salariū nunquam confe-  
quitos. \* Nouiter. vero per regia. Maiestatem serenissi-  
mi Regis Philippi edita est prag. mandans salariū of-  
ficialium Regiarum Audientiarum totius Regni so-  
lo per perceptores prouinciales, non autem de profis-  
ciibus per magistros Cameræ, ut fieri solebat, per ratio-  
nem quam ponit d. pragm. quæ est 6. incip. illustris.  
de offi. procura. Cœla. quæ in viridi est obseruantis.

† Tertio nota ibi diuissimum prouentuum, & gagia  
officialium soluebantur eisdem per hunc Ritum ex  
prouentibus ipsius Curiae: hoc camen erat intelligen-  
dum si fiebant prouentus: alias tenebatur Rex, & qui  
cunque officiales constiteret sub salario sibi soluea-  
do de prouentibus, in defectu ipsorum soluere de pro-  
prio per tex. not. in lege quidam, in princ. ff. de lega. l.  
per quem ita fieri Par. in tracta. syndi. in ver. salariū.  
S. Rex concessitico quia. vt dicit tex. dicta lege quida-  
cum de prouentibus si mentio, ut hic, non est intentio  
loquēris facere promissionem salarii conditiona-  
lem, scilicet si hient prouentus, & non alias, sed tan-  
tum designandi locum à quo salariū debitum per-  
cipi possit, vel sibi dandum erit officium pro anno se-  
quenti per text. l. firmio. in principio ff. quando dies le-  
ga. cedat. legatum, S. vini, ff. de annu. lega. & l. inter  
stipulatorem, S. sacra, cum similibus, quæ glos. addu-  
cit, in dicta lege firmio. & legatum, ff. de verborum  
obligationibus, nisi aliter actum appareret, & men-  
tio prouentuum facta suisset animo constituendi sa-  
larium super eis tanquam super spe quadam & alea,  
quoniam tunc ipsis deficientibus, nihil perciperetur  
ab officio, salarii nomine, per text. in l. nec emptio. S.  
aliquando ff. de contrahend. emprio. l. nam hoc modo.  
ff. de hæred. vel actio. venditio. & Institut. de rerum di-  
uisio. S. hoc amplius.

¶ Quarto not. ibi inter officiales, tex. in quo proba-  
tur notarios actorum dici officiales: & sub nomine  
officialium venire, & pro hoc Marcel. Bono. in Ritu  
26. allega. glos. in lege prima, in principio, in versic.  
denunciandum, ff. de fals. Barto. in l. cum sententia.  
C. de senten. & ponderat tex. constitut. Regni, occu-  
pati, sed tu vide Dec. consilio 40. volumine primo, &  
plenijs l. ser. in ritu. quæ sint rega. in ver. potestas con-  
siderandorum, numero 65. vbi p̄z alius adducit text.  
in

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. C. 12

In l. si quis dectrio. C. de sal. & legem primam, ius dicitur gl. in ver. alio. C. de tabula libro duodecimo, dicitur que licet dicantur officiales, tamen non taliter officiales dicendi sunt, ut iurisdictionem habeant, aut magistrum, sed tantum, quia præbent officium dicendi consciendi, & scribendi quod dicit patere ex l. ne quis, C. de dignitate lib. 12. vbi quod eorum officia sunt vilia, & abiecta, & in omni officiorum sece. ¶ Quibus addo quod hoc nomen officium est generale ad omne ministerium secundum glossam in legatis, S. si ex officio, s. de lega 3. Geminia. in cap. vt officium, de heret. in 6. Dec. sub. s. de off. eritis, & Cagno. in l. diem fundo, nu. 14. ¶ s. de off. afflito. adeo quod etiam eustos portarum dicunt habere officium, latè Boer. dicit, 149. nu. 1. & videtur Afflito. in d. ver. potestas, nu. 4. cum seq. officium largè & strictè sumi potest; largè ut contineat omne ministerium; & hoc modo sumptuosa pars dicitur officialis, strictè ut contineat solum eum qui iurisdictionem habet pro quo h. s. de re iudi. & l. cum s. de in ius vocan.

¶ Quarto not. ibi ratam contingente, quod rem perte illius Ritus prouentus communis taliter diuidebantur, quod quilibet officialis habebat suam ratam, id est portionem, sic exponit Bal. in auth. defuncto, column. 3. ver. sequitur, C. ad Tertul. glo. in l. sic pro rata, ss. de resq. & lump. func. Hodie prouentus sunt Regie Curiae, & officiales habent salario ab ea.

¶ Sexto no. ibi prout, quod ante hunc Rit. seruabatur in fine cuiuslibet mensis fieri distributionem, & distributionem salariorum officialium de pecunia prouentuum: istud enim aduerbiuni, prout quoniam ponitur in hoc tit. in quo expresse disponitur id quod fieti debet, & continet terram dispositionem: dum refert se ad præteritum, de quo non appetet, irrestituit possum causaliter, & limitative, ut sensus sit, quod singulis mensibus fiarduvi prouentuum pro soluedis sacerdotiis officialium prout obseruarum exitit, & consuecum: id est quia solitum & consuetum est sic fieri, iuxta tex. c. Abbate sancti Silvani, extra de verbis sign. & regulam postquam de isto aduerbio per Bar. in tract. ad re prime. in ver. prout, & plenius Fely. in causa. nu. 10. ibi. Sed certe videatur, extra de rostris. & id est Bart. in l. eu. quia S. Julianus, s. de consti. pecu. quem sequitur Dec. const. 63. nu. 7. & ubique Doctor. dicunt, q. si iudex in sententia condemnat Titum ad soluendum singulis annis vnuen par Caputq. Sempronio, prout sui antecessores considererunt, talis sententia non dicitur conditionalis, nec Sempronius neceste habebit probare de consuetudine scitorum antecessorum: sed reputabitur ac si purè condemnatus esset, & illud prout, cum sententia contineat quid certum, ponitur pro quia, ut etiam pulchre ponit Bal. in l. 1. circa finem. C. de epis. & eleri. Pau. de Cast. consil. 320. in causa decimali Ioann. And. in addit. Specu. tit. de feu. S. si igitur, l. additio: Abbas in cap. examinata, in fine, de confirmatio. utili velinurili, & idem Bart. in l. admonendi, nu. 7 versi. & hoc facit, s. de iure iuri. vbi ex hoc aliam. q. decidit, ut ibi per etiam. Aliquando tamen hoc aduerbiū (prout) ponitur conditionaliter & limitative, ut dicam infra in Rit. 25. ¶ Et quicquid dicitur de aduerbio isto: habet etiam locum in dictione secundum quemadmodum, iuxta, ut & sic ut, quoniam idem important, ut dicit Fely. in d. cap. 2. num. 10. ver. aliquando. Salerni die 28. Martij. 1559. Prosper Caraunita.

## R I T V S D E C I M V S.



Tem quod Locumtenens, ludices, Aerarij, & Magistri actorum, Aduocatus filii, & alij scilicet, teneantur semel ad minus in hebdomada, perquirere

omnia acta Curiae, & processus & acta finit. & dare expeditionem litibus, & mandare fieri exequationes secundum antiquum Ritum, & obseruantiam Curiae præfata.

S V M M A R I V M.

- 1 Lites protrahi, contra iuris mentem est.
- 2 Lura canonica & ciuilia ad imponendum celerem finem litibus, sicut laborauerunt.
- 3 Lites expediti, publice interest.
- 4 Lites criminum sunt occasiones.
- 5 Lis est causa malorum, & corruptionis principiū, aliaque ad idem propositum.
- 6 Litium euentus semper dubius, & nu. 11.
- 7 Litigans perpetuo, calumniosus præsumendus.
- 8 Litigans de leui in testem, vel accusatorem non admittendus.
- 9 Desistens aliis de iure suo non dicitur diffidere.
- 10 Litium dirimendarum gratia, multa conceduntur que non alias.
- 11 Index litigantibus an concordia persuadere possit?
- 12 In propria causa adiudicatum queras.
- 13 Decunia mundum destruit, perfectionemque non finit.
- 14 Sententiam obtinere, difficile: difficultusq. eius exequitionem consequi.
- 15 Titulus de re iudicata euro plenus est, propter sententiarum exequitionem.
- 16 Lis vnde dicitur.
- 17 Lis & causa in quo differunt a controversia. & questione.
- 18 Lis nomine, realis, & personalis actio venit.

**C** Ommendat Rit. iste omnibus officialibus processuum, actorum, litiumq; expeditiō nem. vt enim inquit Spec. in titu. de appell. S. 6. versi. & nota tertio, lites protrahi est contra iuris mentem. Immo secundum Iser. in prælud. 2. constit. & Afflito. ibid. q. 12. nu. 18. + ad imponendum celerem litium finem Iuriscons. muleum elaboraverunt: ut patet ex l. quidam. s. de arb. & l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. Et ne dum leges ciuiles hoc statuerint, verum etiam & iura cano. c. 2. de re iud. c. finem litibus. & c. venerabilis, de dolo & contu. clem. dispensio. sam, de iudi. clem. sepe, in prin. de verb signi. & clem. 1. in fi. de concess. præb. cum simil. quæ dico infra in Ritu. 2. 8. in 3. no. & in 2. quæst. Et in tric. dicitur versari publicum interesse, ut dicit Bart. in prima constit. C. & Par. in tracta. Synd. in versi. sententia. S. restat, in princ. & probat tex. optimus. in l. si quis S. in ciuilibus ff. capti. & postli. reuer. & Bal. in addit. Spe de appell. ver. 4. constitutio episcopi. Ratio est, quia lites, ut plurimi solent esse criminum occasions. S. si vero aliquis, in auth. de trien. & semis, & l. properandū, in prin. in ver. criminibus. C. de iud. licet Glos. ibi aliter exponat, & male, & Luc. de Penn. in l. litibus, columna secunda, C. de agri. & censit. libro vndecimo, idque etiam patet Ecclesia cap. 28. ibi abstinet e à lite, & minues peccata: & inferius, lis festinans, effundit sanguinem, & Aristotle. in 1. Metaph. dum ait, q. lis est causa malorum, & in 2. eiusdem lis est causa corruptio. & principium eius, si lis non esset in rebus, omnia essent in vnum, sed lis cum sit in rebus, dispergit eas, & non finit quiescere. Specu. de præpara. iud. an-

# 51 Domini Prospetivitatem Ebolitanum

1. si fuit in causa, illi summa, digredi quod liges compone  
fugienda sunt, etiam si oporteat rem propriam dimittere,  
quod ex Evangelio comprobatur. Matth. cap. quinto.  
Luc. 18 & Mar. 10 ibi: si quis voluerit tibi tunicam  
tollerere, deinde iudicio rectum contendere dimittit ei pal-  
lium, scriptum Paul. Apollo. 1. Corinth. cap. 6. & habet  
tur 14 quæstio. 1. in principio, euenit enim lape sapientis  
quod scribitur in S. Iu. nuptia. lib. 6. in principio. nume. 8. quod  
qui lape credunt obtinere, frequentius succumbunt,  
& si obtinent, computatis laboribus & expensis, ni-  
misi acquirunt; & ideo dicitur quod dubius est litiu-  
muentus. 2. I. quo tempore. 3. finis. & ibi Barto. ff.  
de pecu & Spec. in titu. de adiutorio. 5. 3. ver. ex facto  
autem, & ver. caueat autem. Hinc etiam Specu. de in-  
quisitio. 6. 4. ver. quid si pendente, dicit quod si quis da-  
bit aliquid litis fugienda causa, non dicitur dolo defensio  
se possidere quod videtur confirmari ex tex. I. 4. S. fin.  
ff. de alien. iudicata. cau. fact. vbi. priscons. aut ve-  
cunda cogitatio eius qui lites execratur, vicepan-  
da non est; sed laudanda, & est enim qui perpetuo licen-  
git, calumniolus presumitur, & est exodus legibus se-  
cundum Barba. in clemen. ut calumnijs, de re iudi. &  
consil. sapienter colum. 11 volum. 2. & consil. 3. omni-  
nia quæcumque, columna secunda, volum. 4. immo-  
secundum I. mo, & in cap. cum decem de vita, & hone-  
state cler. magis peccati litigiosus, quam adulatores, &  
tales non sunt honesti viri, ut dicitur. Atflit. in cohæsi.  
apostatantes. 3. nota. numero sexto, & quide levissi-  
gar; non est admittendus in testem, nec in accusato-  
rem secundum eundem Barbat. consil. 32. omnia, co-  
lum. 2. volum. 4. & d. clem. ut calumnijs, col. 2. & adeo  
quod defensio a lite, non dicitur de iure suo diffidere  
sed lites execrari, ut dicit Fely. in cap. illud, colum. 5.  
30 de præscriptio, & Harum litium dimendarum cau-  
sa multa fiunt; quæ alias non concederentur, & dicit  
31 Specu. de iud. delega. S. 2. post medium. & in ianuam,  
quod iudex tenetur ipsiis litigantibus concordiam per-  
suadere; licet ad eam cogere non possit regulariter, ut  
dicit Bald. in I. si vñsfructus, S. exquisitum. ff. de vñ-  
fruct glof. fima. in cap. 1. de mtr. petri. & ibi pulchre An<sup>o</sup> ; b  
to. de Bur. Dec. in c. vi debitus honor, 2. nota. de appelle-  
bus Specu. in titu. de præpara. iudic. glof. in I. fimi. S. qui  
vñsfruct. ff. de his qui non infra Bald. in I. congruit. ff. de of-  
fic. prefidis. & in I. quidam extimauerunt, vbi Pau. de  
Catt. & Docto communiter, ff. si cert. peta. Dec. consil.  
18. colum. 2. Barba post Bart. in dicto S. exquisitum,  
plene Silua. nuptia. lib. sexto. in princ. nume. 12.  
nisi in casu cap. placuit go. distincte, in casu quem ponit  
Silua. ibidem, numero 1. & in alijs quos ponit las in  
dicta liquidam, & Fely. in rubri de treu. & pace. &  
Marij. Socin. in cap. secundo, in principio, artic. con-  
clusionem. numero 96. de libel. obla. fol. 164. (vbi de  
his aliqua) hæc pulchra verba scribit. In primis ex  
charitate vobis consulo, potissimum cum eritis Docto-  
res, & adiutori: ut ex his autoritatibus non solum  
persuadeatis, verum etiam impellaris, & astringatis  
partes, & clientes ad pacem, compositionem, & con-  
cordiam, idque maxime, in causis proprijs agendum  
est secundum eum, quia cum dubius sit lites euen-  
tus, si doctor propriam causam amitteret, esset sibi ma-  
gnum dedecus, & perderet cum causa honorem,  
immo. affectio posset intellectum eius ducere ad per-  
niciem, qua propter lites proprias, tanquam rem  
perniciosa fugiendas esse ait: exemplo pistoris,  
qui panem ponit in furno. & non se ipsum. & quod  
si ex necessitate litigandum esset, tunc in propria  
causa quilibet adiutorum querat. Sed hodie vide-  
mus plurimos, sicut animalia in pascuis b. impingua-  
ti in litibus, quibus videretur vti piscis esse extra  
aquam, si vna quidem hora absque iurgiis reperi-  
teretur, verum adiutoriis hac veniunt impudica-  
quoniam si consilium Marian. seruarent, necesserum

quidem licium, quas conspicimus: cerneremus; si ip-  
sum clientibus resarcirent, & si non tam facile ad  
gradum doctoratus recuperentur, multos adiutoriis  
13 proficiuntur dimittere oportet. ¶ Sed pecunia cum  
lumen est quæ totum mundum destruit, & ad rerum  
verticem, & per se actionem peruenire non finit.

¶ Nota. ibi mandare fieri exequitionem, & nedum  
litium expeditionem mandat ille Riz. Verum & ipsa  
14 rūm exequitiones, nec minum, & quia si difficile est  
obtingere sententias, difficultas est exequitionem con-  
sequi, lege quod dederit, ff. de p. cu. Iuris ut experto  
credi potest, ob diversas adiutoriorum, & procurator-  
rum calliditates, longe plus in cōsequitione exequi-  
tionis post sententiam, quam in ipsa sententia obtine-  
da elaboratur. Unde quia id veridicatum est, & tota vi-  
tus sententiarum in exequitione consistit. Alexandri  
35 & Ias. in rub. ff. de iud. iud. dicunt, quod illeriusculus est ple-  
o

## A D D I T I O N E S.

2. Exentus Lquo tempore, alias, I. quod debetur in p. in  
quæ si quiritur immediate post I. eo tempore & addi-  
quod ab initio dicitur, sententiam esse fortuna eu-  
cūm ut in S. penul. auth. de æqual. dot. ioi. communi-  
canda actio est, ut quidquid ex excessu fortunæ conse-  
cutus fuerit id omne dividatur. Tu. vide etiam I. qui  
cunque, C. de procurat. ibi, litis sorte. Quapropter, à  
lite discendere bonum est, l. i. summa, ff. de cond. in-  
deb. Cum lis, quandoque bona perdatur, l. si per im-  
prudentiam, ff. de euic. Unde licet in miseras recenser  
Gulielmus Bud. in adno. 7. ad I. ff. de legibus multi-  
plices legum commentarios litium, materialia existen-  
tia in adno. ad l. fin. ff. de Senator. Propterea que e-  
ius factum non improbas prætor, quib. sancti malitiae  
garere, ne propter eam sepius diligatur, cum hec vere  
cundia & cogitatio eius qui lites execratur non sit vim  
tuperanda, l. 7. S. 1. ff. de alien. iud. in man. cau. fac. &  
vide hunc commentatorem nostra rīc. 288. ex numeris  
29. C. P.

30. Palicus. Adde Bud. in I. adiutorios & procuratores  
(quos Bart. in repet. omnes populi, ff. de iustit. & iura  
cives curiarum appellat & adiutoriores quinque) inque  
hēc in adno. ad titu. ff. de offic. prætexti. prætor.  
his verbis. Verum ista sunt aliam locutionem, i. id est, co-  
equum hominū pabulū, qui rationes suas in spolia ciuitat-  
lia conicerunt: q̄ terra prope pars est, pānc horū in his  
qui in aliquo nomine esse cōtentur. Aliibi etiam Grac.  
Valen. & Theod. Imp. omnes cognitores & iudices &  
pecunij atque patruonijs manus abstinerre prece-  
perunt, & ne alienum iurgium suum predam putent  
subiectientes etenim priuatarū quoque, litem cogni-  
tor, idemque mercator, statim legibus cogetur lu-  
bere iacturam I. 3. C. ad leg. l. l. repetundar. de quare  
tu vide quæ nos latissime ac copiosissime cōpium  
in tractatu nostro. Ad leg. l. l. repetundar. C. P.  
Pecunia. Adde illud Horat. Epitolarum libro primo,  
epistola 6.

Et genus & formam reginæ pecunia donat  
Achenæ numacum decorat suadela, versusq.  
Idemq. alibi sermonum lib. 2. sermone 3.  
Virtus, fama, decus diuina humanaq. pulchris  
Divinitus parent, quas qui construxerit, ille  
Clarus erit fortis iustus sapiens, & Rex.  
Iuuensis autem satyra prima funestam ipsam ap-  
pellavit. ibi  
Quandoquidem inter nos sanctissima diuinarum  
Maiestas & si funesta pecunia, templo  
Nordum habitas nullus numerorum erexit aras,  
Ut colitur pax atque fides, victoria, virtus  
Quæq. salutato crepitat concordia nido  
Contra quam vide omnino quæ nos latè cogessi-  
mus in dic. tract. De commer. magistrat. aut vetit. aut  
permitt. C. P.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae.

13

bus auro, nam ut ait Bald. in c. ecclæsa, colum, i. ut litigantur. si exequitionem non obsecratis, frustratorum fuit iudicium tuum: cuius exequitione tendit in vanum, propter quod evenit multo roris, quod scribit. Fely. in cap. natali, in principio, de pænæcipi, quod propter litem excretiones, multi eorum iura dignitatis indiscutibilia, scio equidem ergo honnulos litibus, & expensis faugatos vera desperatione duxos, causas ipsas forsan et commendasse, & desperatas reliquise. Culpan in his plurimum iudices, aduocatus, & procurator fisci, qui deinceps seruant hunc Rit. in his que pro fisco trahuntur contra inquisitos: at, e corpora quanto preiudicis sunt ad carcerandum, tanto sunt cardines ad liberandum, & in causis ciuilibus nunquam est dare litium suum. In hoc equidem optarem fieri rigorosas prouisiones, ut hi quibus credita sunt officia, iuxta principis voluntatem, iustitiam ministrarent. Fiscales tunc quidem eorum officium recte exequorentur, cum malos puniri, & probos, ac innocentes protinus liberari, impetrarent, & procurarent, quia non mandat Princeps fieri aut peti, quod iustum non est fiscalis officium merecens, in hoc debet diligenter attendere, non autem sovera carceratos excande se, & eorum causas protegere, ut sic hominibus appareat, & promoveatur, & majora, sed quia animi illorum ambitione reguntur, tanquam in tranquilla aurem dormientes, ita parvum sonuant, reddent dehortationem, cum tempus erit, & remeientur eis, quæ ipsi alii inique metuunt tantum. ¶ Quare unde dicta est lis, de qua in hoc Rit. & aliis, sit mentio? Breuiter respondeo è auctori à limitum, seu finium contentione, cap. forus. S. lis, de verbis vero significati, & iusq; incertiu sunt aurum, & pecunia. ¶ 7. C. 2. 1. q. 3. ¶ dici autem potest lis, eam ante lite bona refaram, quam post, licet causa non nisi lite connectitur diecas, ut dicis Glos. in l. causas. C. de transact. & in hoc differunt, à controversia, & quæstione; quia quæstio, & controversia esse potest sine lite & causa, & extra iudicium. I. Lucius. S. tres heredes. ff. ad Trebell. & Lnon solum. S. si status, cum similibus. ff. de procuratio. per Bart. in l. amplius. ff. rem rite habe. & in d. S. tres & clarius per Bald. in d. l. causas. Vbi ex hoc infort ad quæst. de qua per eum. Litis nomine actio realis, & personalis potest venire. I. iuris, de verbis significati, & aliquando instantia, secundū Card. in clemen, prima, s. nota de procurato. per tex. in capitu primo, de procurato. in sexto, licet secundū Corne. consi. 65. quoniam in litera M, volumine quarto, non sic ita latum verbum, sicut controversia. Salerni die primo Aprilis, 1559. Prosper Carauta.

## A D D I T I O.

¶ Significat. Adde q; inter litem, & iurgium differentia est. Nam inter benevolos ac propinquos iurgium est, inter inimicos vero lis. Cicero de Rep. si iurgant (inquit) benevolorum concertatio, non lis inimicorum, iurgium dicitur, litisq; nomine omnem actionem significat, sive in rem, sive in personam sit. I. litis nomen. ff. de verbis significati. C.P.

## R I T V S X.I.



Item quod nullus officialis dictæ Curiae audeat causas, quæ vertuntur in dicta Curia: procurare seu procurationes, aut aduocationes suscipere in dicta Curia, in qua osumcunque ciuali, vel criminali causa, quæ in ipsa Curia agitur: exceptis dup-

taxat, Aduocatis fisci. & pauperum, qui possunt secundum formam inferius expressam,

## S V. M. M A R I V. M.

1. Officialis alicuius curiae, quare in ea aduocare, vel procurare, prohibetur, cum duabus ampliationibus, num. seq.
2. Iudicia omnia sine omni suspitione esse debent.
3. Dictio, seu, ampliationem significat.
4. Cessante causa, cessare debet effectus.
5. Aduocatus qui fuit in una causa, an possit in eadem iudicare.
6. Exceptio an semper de regula esse oporteat.
7. Exceptio non debet regulam ampliare.
8. Ubi eadem militat ratio: idem ius est statuendum,

**P**rohibet Ritus iste omnibus officialibus ipsius Curiae Aduocationes, vel procurationes exercere in causis veritatis in ipsa Curia, tam ciuilibus, quam criminalibus. ¶ Ratio potest esse duplex: una, quæ allegatur in tex. l. 6. C. de assenso, qui non potest duobus exercitiis vacando, utrumque bene peragere: de quo latius diximus, supra Rit. 2. in 9. nota. alia quam glo. ponit in l. prætor. ff. de suis dict. om. iudi. t quia iudicia omnia debent absque aliqua suspitione procedere, iuxta l. apertissimam. S. dicit. C. de iudi. Amplia hinc Rit. procedere nondum in eadem causa in qua officialis habet iudicare, prout à iure communis iuram proquisum l. quisq;. C. de postu, & fina & l. prætor, verum etiam, in causa in qua non ipse, sed suus Collega iudicaturus est, ut sic Rit. aliquid addat iuri communii, iuxta. s. de quando. ff. de legi. 1. in tantum quod hodie dispositione istius Rit. qui est officialis, non potest aduocationes, & procurationes exercere. Secundo Amplianon solum esse prohibitum actu exercere, verum etiam ipsas suscipere, patet ex hoc tex. qui prohibetur primo procurare: quod quidem exercitium ipsum respicit, postmodum addendo, dicit seu procurationes, aut aduocationes suscipere, t illyd enim verbum, seu, angendi, & amplia gratia dicitur esse positum, ut inquit tex. no. ad literam in l. si quis ita ff. de aur. & argen. leg. & no. Bal. in sua practica, in tiru, de signifca. dictiorum nume. ¶

4. Limita hunc tex. non procedere figi ipso officio eo: enim casucessantrationes impeditiua procurationis, & aduocationis, ut dicit Bart. in d. l. qui quis, num. 2. meritoque debet & istius Rit. cessare dispositio. l. adiungere. S. quamuis. ff. de iure patro. & l. quod dictum. ff. de pact. cum simil. licet hoc econuerso non procedat. t quia non potest is qui fuit aduocatus, quamuis aduocationem relinquat, in eadem causa esse iudex. q; adhuc durare præsumetur affectio, ut inquit Bart. in eadem l. qui quis & probat tex. in allega. l. prætor, & ibi etiam glo & Nepo. a mon. alba, in suo libello fugi. de exceptionibus contra iudices, num. 9 fol. 7. ¶ Not. ibi exceptis, quod ex istis verbis videtur colligi Aduocatos fisci, & pauperum esse officiales, t quia exceptio bona debet esse de cōtentis in regula secundum Dyn. in rub de reg. iuris in 6 Bart. in l. 1. in fine. ff. de reg iur. & in l. in his ff. de legi. & Dec. consi. 40 in prin. volu. 1. sed veritas est in contrarium eo quia capiendo officiales propriæ, & stricte, ut dixi latius supra Rit. 9. in 4. nota, non videtur posse istos includi, nisi largo modo. Nec obstat q; dixi de exceptione, quoniam illud verum est, nisi aliunde constet, quod exceptio non est de contentis in regula, quoniam tunc, tanquam inepta non atten-

# Domini Prospéri Carauta Ebolitani.

avenditur, secundum gloss. in l. fina ff. quod quisque iur. Bal. & Paul. de Cast. in d. l. in his. & Deci. in præl leg. consi. 7. t quia exceptio non debet regulâ ampliare. l. generali. S. vxori. vbi Bart. ff. de vsufr. lèga. & in d. l. in fine ff. de regu. iur. & ista exceptio intelligetur facta ad tollendum omne dubium, cōquā large, & ex communi vsu, tenentur, & reputantur officiales sicut ceteri. Et quod dicitur de Aduocatis fisci, & pauperū idem intellige etiam in procuratoribus, primo quia est ipsi dicuntur esse officiales, saltim largo modo. per ea quæ dixi in dict. Ritu. 9. propter quod exceptio potest etiam in eis competrere, ut in aduocatis dixi. secundo, quia ad paria iudicantur cum aduocatis infi. Ritu. 19. Quæro nunquid in hoc ritu notarij actoriū, seu actuariorū, & eorum scribæ includuntur. Vñdetur dicendum q̄ sic, tum quia omnes isti officiales curiæ dici possunt ut patet ex his, quæ supra late diximus in d. Ritu. 9. & licet non possint dici de illis officialibus, qui magistratum, & iurisdictionem habeant, tamen negari nō potest, quia officiales curiæ sint, & dici possint, tum etiā quia saltim secunda ratio supræ allegata ad hunc ritu, satis militat in eis, nulli enim absconditum est id, qd patet ad sensum, quia si actuarij & scribæ possent procurationes exercere, iudicium absque suspitione non procederet, ex quo secreta causarum possent omnia p̄pore videre, & altera pars ob eorum fauorem semper in actibus gerendis protraheretur, contra iuris mentem. t. Vnde cum ratio eadem militet in actuariorū, & scribæ, idem ius in ipfis statui debet. l. illud. ff. ad l. Aquil l. 3. S. sed ibi ff. de iniust. testa. l. à Tito. vbi gl. ff. de ver. obl. l. pen. C. de inoff. dot. & l. j. C. de lib. præt. cum ill. & ita alias hunc Rit. allegauit in Reg. audientia, & obtinuit contra quandam scribam, qui erat procurator cuiusdam cause. Hodie ista q. non habet difficultatem, quia per nouissimas Prag. noui ter editas per Illustissimum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem prag. 18. incip. item omnibus. & S. item: vogiamo de offici. magist. iust. prouisum est, quod actuarij, & eorū scribæ, a procurationibus abstineant sub pena priuationis officij, exceptis causis proprijs, vel suorum parentum, & per aliam ordinationem in eisdem prag. posse tam ordinatum est idem \* prag. 32. incip. ceterum. S. item perche. tit. præalleg. Verum, q̄ prima vice qui cōtrafecerit suspendatur ab officio per mensem; & post secunda priuetur in totum. Prosper Carauta.

## R I T V S XII.

**S** Tem quod de pulsatione Campanæ fienda in decima octaua hora in San. Laurentio, & quod iudices, & alij officiales ipsius Curiaæ sint simul congregati in hora. 19.

S V M M A R I U M.

1. *Dictio, de, quam pluribus modis in iure sumitur.*

**R** Itus iste in primis verbis est satis obscurus, & pluries fecit me vacillare. Ideo alias cogitau quod sit deprauatus, & in eo aliqua verborū supplicatione, videtur posse intelligi ( vt modo dicam,) & ad eius intelligentiam debes scire, t quod dictio, de multipliciter in iure nostro posita repetitur. Primo, ista dictio auget l. j. in pris. ff. depositi. Secundo ponitur pro super l. præto. S. in eum. ibi de re. ff. de dam. inf. Tertio exponit, de idest prout in authent. vt nulli iud. S. necessarium, ibi nulla mulier de qualibet. i. pro qualibet. Quarto des-

gnat materiam, vñbico vestis est de lana, linoq; concepta cap. cum caufam, ex parte electio. Quinto, originem cap. cam de rescriptis. Sexto, ponitur pro à l. si is qui, j. 2. in si. ibi si stipularus, & l. fuso. la. 2. ff. de tñr. h. si is. C. de liber curia. l. quæsum. ff. de vsufr. l. f. id qd aurum. ff. de verbo. obl. l. qua etate. ff. de test. & l. j. de de fisco. C. de fund. rei. pri. lib. i. Item & alijs multis modis quos latius ponit Lues de penn. in l. omnes iudices, colum. 15. C. de decurio. l. b. 10. Hocque ita præmisso, & dictione, de capita sexto modo, videtur hunc rit. ita legi debere, item & quod iudices, & alij officiales ipsius curie, de pulsatione campanæ. l. à pulsatione campanæ fienda in decima octaua hora in S. Laurentio, sint simul congregati hora decimanona: ve si sensus quod à pulsatione illius campanæ in antea, sint obligati officiales magnæ curiæ accedere ad ipsum tribunal causa expediendorum negotiorum ita, qd in hora decima non reperiantur insimul ibi. Istud quod hic dicitur de pulsatione campanæ, nō seruat. Aliud vero sic, qm in hora decimanona ut plurimi, omnes iudices, & Aduocatus fisci reperiuntur in ipsa magna curia pro effectu præfato, & ibi per tres horas in simul manent: referendo, & expediendo causas, & alia faciendo quæ quotidie occurruunt agenda, vide causam quādam ordinationem alias editā per Illustrissimum Don Petrum de Toledo, & nuper renouata in p. Illustrissimum Doctinum Duce de Alcala huius regni Viceregem in suis nouissimis prag. in reformatiobibus Magnæ curiæ prag. 4. S. magnifici regentes, de offi. magistrorum iusti. vbi quod de mane post horam vñam diei decursam Regens iudices & Aduocatus fisci debent reperiiri in ipsa magna curia, & de sero in etate hora vespertina, quæ solet esse in decima octaua, & in hyeme hora vigesima ibidem moraturi per tres horas in mane, & alias tres in sero, & ad idem etiam tenentur actuarij, ve ibi patet. Immo plus, tenentur quando Domini Regis exit ad videntiam missam in Capel lepatarij Magnæ curiæ ibidem omnes reperiiri. & inde ad dictum donec iudices non discesserint, vt in prag. xv. S. item, che li mastri. de atti. eo. tit. de off. magistrorum Prosper Carauta.

## R I T V S XIII.

**T**em, quod nullus ex subactariis fit, sci surgat de loco suo postquam iudices federint: & similiter de aliis notariis, qui scribunt in aliis locis Curiaæ præfata.

S V M M A R I U M.

1. *Subactuarij unde dicantur.*

2. *Notarij Unde dicantur.*

3. *Tabelliones unde dicantur.*

**R**Egēs, & iudices Magnæ curiæ singulis diebus sedent in palatio ipsius in Camera rota, seu audientia criminalis: & hoc faciunt continue & tribus horis de mane, & tribus horis de vespere post prandium ( vt præced. Ritu. diximus) & in istis horis morantur ibi; referendo causas, notando processus, & expediendo carceratos, licet iudices ciuiles solum de mane hoc faciant in eorum aula separata à criminali: quia non tantum expedire lites ciuiles, quantum pauperissimos carceratos, qui diutius ibi macerantur, & detrusi continentur: & de hac sessione iudicium non loquitur iste Rit. Sed quia eadem Magna curia tribus vicibus in hebdomada, videlicet die lunæ, Mercurij, & Veneris, de sero

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ.

14

K I T V S XIII.

- <sup>a</sup> solet regere curiam pro tribunali sedente in causa  
vocandi contumaces in eorum ultimo peremptorio,  
vt patet etiam nouissimis prag. nuper, & post hanc scri-  
pta editis per Illustrissimum Dominum Duxem de Al-  
cala huic Regni Viceregem in reformationibus Ma-  
gnæ curiæ \* prag. x. S quæ capitula, in fi. de offi. magi-  
stri iusti. solitum est in ipso tribunal exire Dominum  
Regentem cum duobus iudicibus ciuilibus : qui se-  
denter vnu à dextris, & alijs à sinistris : licet Regens  
ipse sedetur in loco altiori ab ipsis iudicibus: & in hoc  
non se extorquunt iudices criminalis: credo forte ne  
impeditur ab expeditione causarum carceratorum,  
quandoq; ramen qn regens est impeditus, solet exi-  
re vnu index criminalis qui sedet in eius loco, & mul-  
tæ ibi sedet vnu ex ciuilibus, qui sunt tres, vt dixi  
m' supra R. 2 & de ista sessione loquitur tex. nostri  
Rit. & quia circumcirca tribunal adiungit loca, vbi ali-  
quatenus à remotis à iudicibus sedent etiam actuarij  
criminalis, & ciuiles, & scribas fiscals, ordinat Rit.  
iste quod d'ne nec iudices sedent, i. Curiaregitur nullus  
ex subactarijs fisci surgar de loco suo. Non sine mini-  
sterio & specialiter, & ante notarios, nominatur sub-  
actarij fiscals: quia ex eo quod erant scribas fiscals,  
credebam forte eis plura licere quam alijs. Vt nam in  
ista audacia non regnaret nostris temporibus, quibus  
videmus istos scribas fiscals altiora præsumere, quæ  
dominum Regentem, immo Regem ipsum, & quod  
peius, sub hoc prætextu scribarum fiscalia, multa in  
debita committere in causis quas tractant: quia dum  
sic se habent cum litigantibus, plus debito honoratur  
ab omnib. domini appellari, & manus eorum pecu-  
nias, & extorsionibus replentur. nō possum equidem  
ipsos pari, nec silere: quia cum sim expertus ex abun-  
dantia cordis, os loquitus. t' Dicti sunt autem subactarij,  
quia subactarij sunt: & hos etiam scribas appellan-  
t'ur, quandoque, prout nobis in buccam venit, vt  
<sup>a</sup> etiam dico in R. 95. 1. no. t Notarii vero dicuntur  
a notis, litteris secundum gl. in ca. monachus 87. dis.  
in prim. Spec. in tit. de instr. edit. S. instrumentum er-  
go. num. 26. ver. item opponitur. Luc. de penn. in l. 2.  
colum. 1. C. de dign. lib. 12. & Dominus Mari. Freza de  
subteu. de officio togotheræ lib. 1. num. 14. vel secun-  
dum eosdem Luc. & Frez. a notis, idest publicis, quia  
coram scripturæ publicæ non sunt, vel quia de nego-  
tiis notis, idest publicis conficiuntur. His quidem. C.  
<sup>3</sup> qui mil. non poss. t' sicut tabelliones a tabulis in quibus  
scribentes secundum eundem Spec. ibidem. S. 8. ver-  
sico. sed quis potest, Innn. in cap. 1. de fid. inst. & Bal. in  
marg. in ver. notarius. versico. 4. Eboli die 8. Aprilis.  
1559. Prosper Carauta.

## A D D I T . I O .

- <sup>a</sup> sine ministerio. Adde q; contra actuarios, notarios  
actabelliones, qui & numerarij dicebantur l. 2. C. de  
nume actuar. & c. lex male semper prælumenit. Bonifac-  
cius enim 8 in capi. rescriptum. S. notarios in 6. Nota-  
rios inquit, vt plurimum in exigendo salario metas ra-  
tionis excedunt, cui se subscriptis Rex Ferdinandus in  
prag. Regni Suscepit. S. item cum notarij Imp. Valen-  
& Valens in l. 1. C. de numer. & actuar. vorax, & frau-  
dulentum appellant numerarij propositum. Imp.  
etiam Grat. Valentin. & Theod. in l. ex aula C. de pri-  
mul eor. qui in sacro pal. mil. numerarij iniquiunt.  
falsus, & rapaces quæstus. Constantinus, etiam Imp. in  
I. defensionis facultas C. de iure fisci. de cesariensis loc-  
quens accipiendo eos pro actuariis secundum unam  
opinioarem, quamvis alij accipiunt pro seruientibus  
ex consuetudine inquit fraudum, omnia ipsos tem-  
pore consueuisse. C.P.



Tem quòd iudices a ipsarū  
curiarum, & cuiusl bet ip-  
sarum non audeant recipi-  
re, & extorquere pro sub-  
scriptione, & man⁹ impehi-  
tione in processibus fiēdis;  
nec pro decisione quarumcunque causarū,  
& pro sententijs per ipsam Curiam ferendis  
seu aliter modo quoquæ, excepto pro exa-  
minatione testium, de tricesimis causarum  
commissarum eisdem, tunc enim recipient  
quantum eis de iure permittitur: & secun-  
dum laudabilem, & antiquum titum Curiæ  
præfatæ, & non ultra, nec alio modo. Et si  
contra fecerint: incident in poenā quinqua-  
ginta ducatorum auti fisci commodis ap-  
plicandam.

## A D D I T . O .

- <sup>a</sup> 1 Iudices de extorsionibus, & concussionibus officiālī  
& de modo procedendi cōtra ipsos vide c. Regni vul-  
garis fama proloquium, & ibi Ioann Anton. nigr. no-  
strum concuem à ciuitate Campaniæ, vnde & mihi  
origo est. Et vide omnino tractatum nostrum Ad l.  
Iul. repetundar. vbi latissimè dictum capit. explicau-  
imus, & multas necessarias & vules questiones dispu-  
tau imus. C.P.

## S V M M A R I U M.

- 1 *Iudices, & officiales pro visura processuum, & al-  
legationum, aliquid recipere non possint?*
- 2 *Excipiens tamen pro testium examinatione, & tri-  
cesimis causarum commissarum,*
- 3 *Veritas mori nunquam potest.*
- 4 *Prohibita receptione à sponte dantibus, num &  
extorsio quoque prohibita intelligatur?*
- 5 *Extorquere, qui per vim exigit, dicitur.*
- 6 *Pœna per vim extorquentis est in quadruplum, at-  
que exilijs.*

T' Empore istorum Rituum, iudices & omnes of-  
ficiales Magnæ Curiæ loco salarij, habebant  
omnes prouentus, quos inter se diuidebant, vt  
supra diximus, Ritu. 9. vnde cum viderentur  
quasi salariati, non videbatur esse conueniens, alia  
postmodum à litigantibus exigere, & ideo cum eorū  
stipendiis contenti esse deberent, iuxta illud Luc. ca.  
3. 86. distinct. c. non satis. circa fin. & 23 quæstio in c.  
paratus. in fin. & cap ius militare. t' voluit Ritus iste  
expresse ordinando, prohibere officialibus, ne recipie-  
rent aliquid pro subscriptione, seu manuum imposi-  
tione in processibus causa expediēti prouisiones, nec  
pro decisione quarumcunque causarum, supple in de-  
cretis interlocutoris, vt differat a casu sequenti: in  
quo prohibet recipere pro sententijs, & sic diffinitiujis.  
& tandem alio quoquæ modo a partibus prohibet  
recipere, in tantum, q; nec etiam ob laboris remu-  
nerationem, quia multum studuit, & laboravit in cau-  
sa ipsa (vt dici solet, cum aliquid datur pro visura  
processuum, & allegantiarum) recipere non possunt. vt  
etiam concludit Afflict. in iudicibus salatiatis in con-  
stit.

# Domini Prospere Carautae Ebolitani

tit. Regn. Capitaneorum. 16. nota. numero 26. allegat tex. in auth. in iud. sine quoquo suffra. S. scriptum exemplar. circa medium. lo 2. & quod habetur in cap. 1. ne prælat vic. luas. & firmat Specul. de salar. S. dicturi, nu. 5. vers. hodie. per eundemtex. in d. S. scriptum exemplar. & per alia iura que allegat. & probat expesse tex. istius Rit. ibi seu aliter modo quoque, Excepit tamen iste Rit. duos casus: primus est, quando iudex recipere ob testium examinationem, secundus, quando pro trigesimis causarum commissarum. Et super hoc Rit. fundant se iudices Magnæ Curie dicentes in causis commissis posse recipere trigesimas. Icerunt a curia salariati, ut dicit Affl. in const. Regn. cum circa, in princ. in fin. verbis. vbi dicit quod ita obseruant iudices. Mihi autem videatur, quod si eorum fundamentum potest fundari super obseruantia, minime potest super hoc ritu, eo quia resert se quo ad quam sitatem & modum, ad iuris dispositionem, in quaum eis de iure permittitur, & non ultra, nec alio modo, sed de iure constituti. Regni cum iuxta, trigesimæ quæ per officiales exigebantur, & omnes alie obventiones erant Regia Curia, ut stipatiam Iser. in const. cum circa: & consti. cum iusta. & eatenus licebat eis habere eas: quatenus reciperent in extenuationem suorum agiorum, & non aliter, ut dicit Affl. in eadem const. cum circa 19. nota. nume. 23. cum sequen. ergo & per hunc Rit. hoc idem videtur esse dispositum: ut his duobus casibus liceat exigere a partibus, veru ea modo & forma quibus de iure permittitur, quicquid tamen sit, quia color, trigesimarum, & aliarum exactiōnum poterat surandi occasionem præbere; & sub ipsarum clipeo, & excusatione multa indebita extorquendicūm præ occasione furentur mares; & scemine se prosternant. iuxta vulgatum proverbiū de quo Affl. in const. cum iusta. 7. no. nu. 7. hodie trigesima, & sportula, & tandem quacunq; exactiones, & obventiones ex causa quacunque sunt prohibita, tam in causa principali, quam appellatiois, vt late patet ex prag. \* i. incip. vniuersis. & prag. 4. incipien. & vt etiā vassallos. de trig. & sala. off. idq; locum habet secundum d. pragm. vniuersis, in quibusq; iudicibus per Regnum deputatis, & sicutam in officiis libis Regijs quam baronum, non obstante quacunque contraria consuetudine, licet hodie communiter in terris baronum non serueretur, ex quo in omnibus exiguntur ultra salario, multæ diuersæque exactiones (prout qualibet curia habet in obseruantijs.) Deus fit mihi testis si hoc ipsum facit multas causas peruertere, & dum for 3 tè deregitur, hoc colore sportularum, defendit t; sed veritas, qua secundum Alber. in suo Dictiona. in verificu. veritas mori nunquam potest, licet ad tempus occultari valeat, semper sibi ipsi locum facit, & ex quantitate pecuniae probationem præber, corruptelam fuisse, & non sportulam exhibitionem. Immo quia etiam Regijs officiales parum obtrusabant dictas pragm. nouissimè diebus proximis emanabant alia quædam nouæ pragm. aditæ per Illustrissimum Domum don Ioannem Manriques, hujus Regijs Niceregem inter quas, quædam quæ incipien. aliam vero pragn. & eis omne penitus lucrum ex quavis causa prohibet, ita quod eorum mera, & pura prouisione, teus salario habeant esse contenti \* vt in titu. de commissa. pragm. quarta, incipien. is est regum, S. aliam vero, idque per prius statutum fuerat per Regem Ferdinandum, vt etiam habes in titu. de muner. offic. pragm. primo, incipien. cum multa. nescio si recte obseruabitur, postquam pecunia in diem Cupiditas adeo crevit, vt parum curetur de legibus: vbi tractatur de rebus. t Quæro quid est hoc quod hic dicitur non audeant recipere & extorquere, non ne prohibita receptione, quæ sponte dantibus intelligitur, multo fortius videbatur prohibita extorsio, alias dicebam quod in istis verbis, adest figura

endiadis, quæ est cum ex duobus vnum concluditur ut pater ex text. l. Lucius. S. Gaio. ff. ad Trebellia. ibi semissim patrimonij & portionis restituat: id est item & sem patrimonij in portionem diuisi, & ex alio exemplo de quo ibi glos meminit, pateris libabat & auro, id est, pateris aureis, ut dixilatius in pragm. \* per excel lentem. S. & postea. num. 5. de senatus conf. Maceda. & sic ut ex prædictis, sensus fit non audeant extorquere recipere: quasi taliter intellectus, velit permittere receptionem a sponte dantibus: nunc autem melius cogitando, alterius sum consilij, co quia ut ex lectura & conceptione omnium istorum Rituum pater, manifeste comprehenditur nullam in eis fuisse adhibitam diligentiam, & latinitatis politiem, proprieaque omnii stylore recte loquendi carere, & ideo tacum abest ab his ritibus tales ponderationes in ipsis facere, ut ne aliud quidem magis extraneum sit: capienda igitur sunt in hoc & aliis Ritibus, verba ut iacent, omissis subtilibus interpretationibus, ne videamur in eis talia commentaria facere, quæ ne quidem in mente conditorum alcenderunt, & ideo dicendum quod Rit. iste prohibeat receptionem sponte dantium, item extorsionem, alioqui, si primam interpretationem admittimus, sequens exceptio videretur iniusta permittere, eo quia dum excipit pro examinatione testium, & de trigesimis, sequeretur, quod in ipsis duobus casibus est licitum extorquendo recipere, quod quidem satis esset ineptum. t Dicitur autem extorquere qui per vim exigit, clement. 2. 8. sanè. vbi Card. nota de poen. allegat etiam tex. in l. fideicomissa. S. si rem. ff. de legat. 3. capit. eum olim. lo 2. de privileg. capit. ad fedem, de conuers. coniugat. & capit. ad noctram. lo 3. de iure uit. cum simili. Item qui per importunitatem. capi. 11. in princ. de religion. domi. in 6. & not. per laf. in l. eius qui in prouincia, colum. 2. versic. 5. diligenter ponde- ra. ff. sicerum petat. t Et eius poena est ut extorquentes teneantur in quadruplo. dicto S. scriptum exempli. lo 2. in fin. princ. cap. quoniam quidem 18. dist. l. ff. t. de crimi. concusso. c. lancimus. 1. q. 9. & format Specu. in tit. de sala. in princ. versic. Sed nunquid. num. 12. Item poena exilio. d. S. scriptum exemplar, vel alia poena, ut dicitur in d. fin. de concusso. Cetera de trigesimis, & exactiōibus iudicium vide per me in dict. S. prag. 1. Vniuersis vbi dicam latius. Eboli. die 14. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X V .



Tem quod vnu ad minus iudicū, & omnes si voluerint debeat continuo personaliter interesse in dicta Curia, & se coram dicto locum teneente sentare de mane, post prandium de sero, hora congrua, & ab inde non recedere licentia, à dicto loco, teneante non petita.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iussus cum aliquo continuo stare, intelligitur cum temperamento, dum opus fuerit.
- 2 Continue fieri, dicitur etiam quod interpellatim fit.
- 3 Continuo pro statim, & incontinenti, aliquando pro integro, & etiam pro congruo sumitur.
- 4 Continuum, in actu possessionis qualiter accipendum.
- 5 Continua possessio quomodo probetur.

Nota

**N**ota ex hoc Ritu, quod omnes iudices Magnæ Curie, vel unus ad minus, debet continue personaliter interesse in ipsa curia, & adverte, quia non omne momentum exigendum est, ut cum domino Regente interficit, quia ut inquit tex. no. inl. si quis ita & ibi Bar. qui ad alia interficit, & de cond. & demon. t. iussus itare cum aliquo, non omni in momento necesse est, ut cum eo sit. & ideo hoc verbum continuo, intelligi debet cum temperamento, id est, quando opus erit. apostatarum. C. de apost. 2. t. nam & continue dicitur etiam, quod fit interpellatio: secundum gloss. singu. in l. j. C. si mancip. ita fuerit alien. vbi Salice. nota. & Aretin. in l. si ita stipulatus essem. ff. de verb. oblig. vbi allegatex. pulcherrimum. quæ valde exclamat. in l. Paulus. S. cuius. ff. de liber. cau. p. hoc tex. in L foramen. ff. de seru. vrb. prædio, & l. ex fado. S. rerum. cum simi. ff. de hæredi. Institu. not. glos. & Bart. in l. stipulatus sum. damam. ff. de verb. obl. Vbi q. continuum deber intelligi cum temporis intervallo, 3. & de bene temperamento Aliquando tamen capit, pro statim & incontinenti. l. Arist. ff. de don. & l. 3. ff. p. soci. Aliquando pro integro, secundum Ang. & im. in L insulam. col. 7. ff. de verb. oblig. & Alexand. in l. eū qui. ff. eod. titu. & aliquando pro tempore congruo. c. fin. de verb. signifi. in 6. & nor. Corne. conf. 41. videtur in litera. S. vol. 2. Et ex hoc rit. credo in palatio Magnæ Curie ( vbi dominus, Regens manet. ) introductum fuit, q. unus iudex criminalis ibidem, domum teneat, & profecto plusquam necessarium fuit, cum ciuitas sit magna, & tam de die, quam de nocte, omni tempore momento noua facta contingent, in quibus Reges seculer se resoluere, & satis esset laboriosum immo inexplicabile, pro quolibet successu mittere ad voca- 4. dum iudicem. t. Continuum autem in actu possessionis qualiter capiatur vide Aret. in l. continuus, in fine. 5. ff. de verb. obl. t. Et qualiter probetur possessio continua ultra Bart. in d. l. si quis ita vide Spec. de prob. S. primo. ver. sed quæritur.

¶ Secundo not. ibi & se coram, quod tenentur iudices singulis diebus esse cum domino Regente de mane & post prædium de sero, hora congrua de qua diximus, supra in Rit. 12. in fine, non ut continue stent cum eo ( vthie dicit. ) Sed solù per tres horas de mane, & tres deserco, ut in codice Rit. & sequen. dixi, procedit tñ ille Rit. in iudicibus criminalibus, non autem in ciuilibz, qui post prædium non tenentur ire ad palatiū D. Regens ad causas expediendas, ut supra in Rit. 13. dixi, sed manent in eorum domibus, vbi audiunt aduocatos, & procuratores qui eos de causis & processib. informant. Eboli Die 16. April. 1559. Prosper Carauta,

## R I T V S X VI.



Tem quod iudices prædicti non audeant, neque possint causas ciuiiles, etiam infra libram auri, sibi ipsis committere, Sed eas committere debeant in casu quo essent committendæ, aliis literatis idoneis libere, & absque sorde. \*

## A D D I T I O.

2. **Sorde.** Adde q. sorde, quam dorodociam Græci appellat corruptionem significat muneribus factam, ut declarat Bud. in adnot. ad l. fin. ff. si mensuram fallum mod. dix & ad l. si bene collocata. ff. de vñ. unde soridi iudices appellati. Nam Quintilianus, tria inquit sunt, quæ iudicia corruptere solent ambitio, odiu, etiæ

sordes, quorum omnium passim meminisse videmus iurecon. vt in l. prætor ait. S. hodie. ff. de minor. in l. tutor in prin. ff. eod. in l. sed & fi. S. ait prætor. ff. ex quibus. maior. & in quam pluribus aliis locis congeitis per supposititum nostri detentorem in epistola purgatoria ad nostrum trac. De commer. magistr. aut verit. aut permitt. in scholiis. potest etiam dicta per nos in tract. ad leg. Iul. repetundar. Adde etiæ q. sorde quan doque reorum statum conditionemque significat interim dum inter reos relati sunt ante quam absoluuntur, aut damnentur, qui etiam status hominum reatus appellatur inde sordidat: quæ sorde in vestibus, in barba, ac capillis demonstratur, cuius meminit iurecon. in l. veitem. ff. de iniur. dicens, vestem sordidam se in nomine in publico habere, capillumve submittere, nulli licet, nisi ita coniunctus sit adfinitate, ut in uestitus in reum testimonium dicere cogi non possit. ad quem tex. v. de Bud. in adnot. C. P.

## S V M M A R I V M.

1. *Dictio, etiam, quid de sua natura importat.*
2. *Iudices regulariter causas sibi non committunt, excipias unum casum tantum.*
3. *Iudices pedanei qui, & quot, numero sint. Eorumque officium quod est.*
4. *Iudices pedanei salario, trigesimalis, & portulas exigunt.*
5. *Iudices debentes causas alijs committere, intellige, si fuerint de hoc requisiti.*
6. *Solidi, & aurei idem important.*
7. *Libram auri, nonaginta sex aurei Florentini, vel Veneti conficiunt.*
8. *Libra argenti important decem aureos.*

**N**ota primo ex hoc Ritu, quod Iudices Magnæ Curie non possunt sibi ipsis committere causas ciuiles tam infra libram auri quam supra: quod patet ex dictione, etiam, t. quæ de iuri natura explicat casum magis dubitabilem, & includit minus dubitabilem, l. secunda. & l. etiam in his. C. si tutor vel curator interue. per que iura ita tenet Alexand. confi. 1. 6. nume. 14. volum. secundo. Ias. in l. item quia. ff. de pact. & Goza. confi. 73. nume. 31. \* & licet Alexand. aliter videatur dicere, est virtus imprefloris, ut dico latius infra in Rit. 50. quarto nota. & in pragm. dispendia. 2. not. de ordin. Iud. & hoc hodie bene servatur: quia iudices non committunt sibi aliquas causas, sed Dominus Regens Magnæ Curie committit eis, vi patet etiam ex nouissimis pragm. & post huc scripta editis per illustrissimum Dominum Ducem de Alcala, huius Regni vice regem. In reformationibus Magnæ Curie pragm. 21. § item per alcuni. in fine. versic. hodie. de effic. magis. iusti. effet enim satis mali exempli, quod ipsis sibi causas committerent cum dari possit occasio aliquibus eligendis causas, & sibi committendi quas elegerint. Immo cum antiquitus effet in obseruantia in hoc Regno, quod præsidens facit Consilij, & locum tenens Regis Cameræ, qui sunt capita istorum dñorum tribunalium committerent causas consiliariis, & præsidentibus & sibi ipsis, non sunt multi dies, quod per Reuerendissimum Domimum Cardinalem Pacecum Regni huius Proregem, fuerunt condicæ aliquæ Pragmaticæ inter quas una, quæ eis prohibet sibi ipsis causas committere, & commissas cognoscere, ut patet latius ex ea quæ incipit in primis statuimus, & est in viridi obseruantia \* & eam reperies, in pragma, nona, de officio iudicium. Et ade-

# Domini Prospere Carauita Ebolitani

de quod ideo Ritus iste loquitur solum de causis ci-  
vibus, quas si fuerint infra vinciam, non fibi sed alii  
debent committere, & nihil tangit de causis crimina-  
libus. ¶ quoniam in ipsis nulli dubium est, quod re-  
gulariter nedum quoad cognitionem, sed nec etiam  
testim receptione, committere possunt. l. iudices. &  
auth. seque. C. de fide instrum. vt dicam latius infra in  
Ritu. 156. & sequenti, nisi in ea verteretur commodum  
pecuniarium consistens usque ad summam prædi-  
ctam, qm tunc licet esset capta criminaliter posset p  
iudicem committi, si vellet, vt dictat Rit. 138. & vt cre-  
do etiam si eccleret summam quatuor vinciarum, usq  
ad sex iuxta Rit. 124. qui seruatur, vt statim dicam.  
¶ Secundo nota, quod causas ciues infra libram aurum  
debent iudices committere aliis literatis idoneis, hoc  
idem dicitur infra Rit. 124. 126. & 131. sed hoc non eo  
ipso quod est infra libram aurum, sed vt dicit dict. Rit.  
126. usque ad summam quatuor vinciarum, vel vt di-  
cit alius Ritus. 124. usque ad summam vinciarum sex,  
qui hodie practicatur, & obseruatur, & hoo voluit di-  
cere iste Ritus. in illis verbis, in casu quo essent com-  
mittenda, quia non sufficit, quod sit infra libram au-  
ri, sed debet non excedere, summam ducatorum tri-  
ginta sex. Bene seruatur in hoc tam iste Ritus, quam  
3 alij, t & ij quibus iste causa maxime committuntur,  
Iudices pedanei appellantur, & plures decē esse non  
possunt approbat tam ab ipsa Magna Curia, vt pa-  
tet ex nouissimis Pragma. nuper editis per Illustrissi-  
mum Dominum Duecum de Alcala, huius Regni Vi-  
ceregem. in prag. 12. S. item che da aqua astante, de of-  
ficio magistri iusti. Borum officium est audire causas,  
dare terminum in eis, examinare testes, & omnia alia  
necessaria facere, & postea per modum decreti in scri-  
ptis referre, quod si videtur faciendum in ipsa cau-  
sa, vroptime docet dict. Rit. 126. qui in hoc est in vi-  
xidi obseruantia, de quo quidem decreto, seu relatio-  
ne appellatur ad ipsos iudices Magna Curiae, qui vi-  
sis actis si confirmant eorum relationem, licet appel-  
letur ad sacrum Consilium, non retardatur, exequacio-  
nio, si vero reuocent, & appellantur, exequatio re-  
tardatur. Ut ego practicau pluries in magna Curia.  
4 ¶ Et quia isti iudices pedanei non habent aliquod sa-  
larium à Curia, exigunt trigesimas, & sportulas pro  
sententiis, & decretis interloquitoris quae in causis  
contingit interponere, vt dicit Auct. in constitut. cū  
circa in fine. prin. ante 1. nota. vbi etiam de dispositio-  
ne istius Rit. mentionem facit. ¶ Vnum tamen aduer-  
te, quod licet Rit. iste dicat quod debeant iudices istas  
causas committere alicui litterato, taliter quod vide-  
tur, eos necessitatibus subjicere, tamen intelligitur, si hoc  
suerit ab aliqua partium petitum. vt dicit Ang. consil.  
140. incip. statutū vbi in proprijs terminis, quod si stat-  
tuto cauetur quod priores teneant causam commi-  
tere sub certa poena, illud quidem intelligitur, si hoc  
suerit ab aliquo petitum per legem primam. S. magi-  
stris. ff. de magist. conue. & lege quarta. S. hoc au-  
tem iudicium. ff. de dam. infect. vt late per Hippo. in re  
pet. rub. de fide iusso. numero 145. cum sequen. & ita  
practicatur, nam iudices Magna curiae ipsi cognos-  
cunt, & expediti causas cuiuscunque quantitatis,  
verum si pars aliquandicit quod committatur alicui ex  
iudicibus pedaneis statim committitur absque diffi-  
cultate, & contradictione aliqua. Illis tamen iudici-  
bus pedaneis, qui quando Curia regitur, & sedet pro  
tribunali, ibidem reperiuntur sedere in eorum locis  
iuxta antiquum solitum, alijs verò minimè, vt patet  
2 ex d. prag. 12. S. item vogliamo, & ordinamo. ¶ Sed vt  
e diuercitalis redeamus ad viam, libra aurum de qua hic  
sit mentio, antiquitus importabat septuaginta duos so-  
lidos, sive aureos, t qui idem sunt, vt dicit Gloss. in l.  
fin. ff. de in ius voca vba etiam Bart. & in l. quotiens. C.  
de suscep. & archa. libro decimo, glo. in S. nos autem.  
Institut. de Attilia. tut. in S. finali. Institut. de poen. re-

me. litiganti. & in capitulo secundo, in gloss. fina. vbi  
Docto. de maledict. & in capitu. finali, vbi Docto. de  
decimis, verum quia aurei qui currunt hodie, sunt mi-  
noris ponderis, & valoris, t nonaginta sex aurei Ve-  
neti, vel Florentini faciunt vnam libram, vt dicit Bar-  
to. in dicta lege quoties. Idem Socin. consilio vndeclimo,  
columna octaua, in prima consultatione, verificu-  
lo circa secundam dubitationem, volumine primo,  
vbi quod nonaginta sex aurei Senenses faciunt librā.  
Fely. in cap. conquerente, de officio ordina. & ibi bone  
apostillæ, & Auct. in constitut. Reg. quicunque in 2.  
8 nota. Et hæc de libra auri. libra t vero argenti impor-  
tar decem aureos, secundum Alber. in dicta lege fina.  
ff. de in ius vocan. & Ioan. Fab. in d. S. nos autem, Insti-  
tut. de Attilia. tuto. Prosper Carauita.

## A D D I T I O.

- 1 Libra auri, Adde quod confuerant veteres, multas  
indicere librarum aurum vel argenti, quæ q. idem libra  
alias pondō appellatur, vt in l. quoniam iudices, C. de  
appellat. alias stater, vt decta at Bud. libro 4. de asse.  
& par. eius, de libris argenti loquitur tex. in l. ab execu-  
tione, & in l. sequent. secundum vnam lectionem. C.  
quor. appell. non recip. De libris aurum, tex. in l. preu-  
icationis. S. fin. ff. de præuaricat. illustris & l. eos. C.  
de modo multar. l. nulli. C. de sun. patr. l. ordinem. C.  
de consul & non spargen. pec. l. omnes C. demetar. &  
epidem. l. quoties. C. de suscep. vbi viderur estimari  
libra aurum 72. solidis. De vera autē estimacione verrit  
usque, & de varia apud varios testimoniis vide Bud.  
dict. lib. 4. & 5. de asse, & par. eius. Anton. de Augustino,  
emendat. lib. 2. & Couarr. tract. qui inscribitur ve-  
ter. collat. numis. in volum. practicar. question. capit,  
quarto. C.P.

## R I T V S XVII.

Item quod procurator fiscalis sine aduoca-  
to fisci, vel econtra, nihil facere possit.

## S V M M A R I U M.

- 1 Procurator fisci, aliquid sine fisci aduocati consi-  
lio faciens, nunquid teneat? & in nume. 3.  
2 Statutum, si in ferenda sententia, peritorum con-  
silium requirit, aliter latā non tenet.  
3 Cum alicuius præsentia solum pro actus solemnitate  
requiritur, non vt eius consilio reguletur,  
sufficit eius præsentia, licet contradicat.  
4 Practica, quando fisci patronus aliquid sine pre-  
sentia procuratoris, facere intendit.  
5 Procurator fisci in iure tripliciter reperitur.  
6 Differentia quæ sic inter procuratorem patrimo-  
nialium, & fiscalium.  
7 Regis quædam bona patrimonialia, quædam fi-  
scalia.  
8 Procurator Cæsaris quis dicitur, & quare, quid  
aliquando fisci etiam dicitur procurator, &  
num. seq.  
9 Procuratoris officium, vilissimum, est diuersum,  
in procuratore Cæsaris.  
10 Diffinitio procuratoris fiscalis, quam etiam fiscalis  
aduocati confitemur.  
11 Archiepiscopi, & Episcopi, an possint in eorum  
curijs

- curijs habere aduocatum & procuratorem fiscalem.
- 12 Episcopum non habere fiscum, cameram vero sic quid intereat.
- 13 Fiscum habendi preeminentia apud quem resideat.

**N**ot. ex hoc Rit. procuratorem fisci non posse aliquid facere, sine aduocato fiscali, nec è contra. Aduocatum sine procuratore quod etiam ordinatur per alium Rit. & per eadem verba infra Rit. 22. & per pragm. Regis Ferdinandi primi nuper impressam inter præg. Illustrissimi Ducis de Alcala, in prag. 36. \* ver. statuentes, in fi. de off. sacri consil. Et not. verba Rit. quia dicit nil possit per quæ denegat eisdem potentiam aliter faciendi. Aduerit tamen, quia (vt credo) alter altero diuersimo de eger. nam procurator eger aduocato pro consil. habendo: aduocatus vero procuratore pro præsentia, effectus est maximus, & quia si procurator fisci absque consil. Aduocati faciat aliquid, non tenet, per ea quæ dicte Bar. in l. 1. S. sed si plures, vers. 4. quæro dicit statutum, ff. de exercito. & Bal. in rub. C eod. tit. idem. Bal. in l. 1. C de iudic. vidui tollen. & in l. cum sententiâ, in fi. C. de senten. & Afflict. in constit. Reg. vt vniuersitas in 7. nota. & vbi quod si statutum requirat consil. peccitorum in sententia, aliter data, non tenet: quod etiâ referendo sequitur Casla. in consuet. Burgu. titu. Des droictz. rab. 4. S. 7. nu. 29. vt etiam in proprijs terminis procuratoris fisci cum aduocato firmat Afflict. licet ita non tangat in constit. Regn. præsides in 7. nota. Aduocatus vero cum non habeat necesse consil. perte se a procuratore, sed tantum modo eius præsentia egat, pro solemnitate actus, quia non nisi in eius personæ possunt fieri instâtæ, & replicationes causarum, incriminations scripturarum, & aliorum actuum: cum ipse sit Dominus litium, & causarum, & in eo fundetur iudicia: sat erit si in eius præsentia faciat quæ sunt agenda: licet aliter ipse vellet. & eo quia vbi requiritur præsentia alicuius solum pro solemnitate actus, non vt eius consil. reguletur: sufficit illum esse præsentem licet contra dicat, vt post multa nota. concludit Fel. in C. non potest, col. 4. & 5. extra de re iudi. & referendo. sequitur Casla. vbi supra, num. 28. post quem dixili- tius in pragm. \* per excellentem. S. si in præsentiam, 4 nu. 22. de lenat. consul. Maced. & Hæc tamen procedunt in procuratore quo ad Aduocatum, per ea quæ dixi, sed quo ad iudices licet Casla. loco præallega, teneat quod præsentia aduocari, & procuratoris requiritur etiam cum consensu, alias actus per eos factus, non valeret, vt ibi per eum. tamen putarem distinguendum: & aut tractatur de his quæ iustitiam cōcerant: vt est inserre torturas, expedire causas, & similia, & tunc li- ceterorum præsentia requiratur l. si fiscus, ff. de iure fi- scali ad fiscum, C. vbi causa fiscala. l. 2. C. si aduer. fisci. l. fi. C. de aduoc. fisci constit. Reg. præsides, & constil. quæstiones omnes vbi Afflict. in 2. not. & per me in d. prag. per excellentem, in præg. nu. 16. & habes tex. in l. 2. C. si aduer. fiscum: tamen non consensu: quia quamvis ipsi uno modo dicant, si iudici non placet, non retinet eos sequi, sed suo prouidebit capiti, qui redditur et rationem villicationis. Aut tractatur de aliis vt puta, de gratia alicui facienda, quæ non dicitur hunc dari super iustitia mera, vede creatione nuntiorum, aut iurientium regiorum, aut expeditione alicuius commissarij destinandi, & simi, quæ curiosus lector potest iudicare: & tunc, cum ista debeant fieri in præsentia procuratoris, & aduocati, talisque præsentia non requiratur pro solemnitate actus (vt sup. a dixi.) sed vt se opponant, & eorum consensum præstent (secundum Casla.) Iteneo, quæ præsentia cum contentu & consil. est necessaria, vt propriæ Casla in istis exemplis loquitur

ut ex eo est videre, & ita seruatur quæ bene notabis, licet autem præfata vera sint, per huc Rit. tamen in præctica seruatur, quod aduocatus fisci, etiam procuratore non existente in tribunali, facit actus & instantias necessarias. bene tamen verum est, quod facit eas in persona procuratoris fiscalis. Admittuntur, & valent: quia fisci priuilegia multa sunt, (& pro dolor) maiora his quæ in iure a Doctor. tanguntur. Et ex his patet quæ nulliter, & inepte vsq; nunc seruatum fuerit, in regia audiencia principatus citra quod absente procuratore fisci, intimirunt actus vni seruienti ipsius regie audiencie, item cum aliquis ex auditoribus vadit visuā tādo prouinciam, quia procurator fiscalis remanet cū iustitiario in tribunali: similiter actus alicui seruienti intimantur. Credo ortum habuit a consti. 1. Reg. præalleg. præsides & consti. quæstiones omnes, vbi datur potestas præsidi prouinciarum in causa feudi non quaternati instituere vnum procuratorem, sed cum istud hodie non seruetur, quia in qualibet prouincia deputatus est a rege vnu procurator fiscalis, ut satis notum est, & instituere procuratorem fiscalem spectet ad ipsum regem, vt dicit Afflict. in consti. Regni inter multas. in 3. nota. per illum tex. nulli dubius est, quod acta non tenent, vt etiam firmat Afflict. in d. consti. Reg. præsides. 5. nota in q. simil. nisi secundum eum vellet fiscus in sui utilitatem valere: quod potest, argu. l. non eo minus. C. de procur. Sed postquam de fisci pro- tractamus satis opportunum erit, hic ponere tres terminos procuratorum curiæ qui in iure reperiuntur, & hi sunt & procurator rerum patrimonialium, & pro- curator rerum fiscalium, & procurator Cæsaris. de pri- mis duobus loquitur Alber. in rub. ff. de offic. Cæsa. & Cæsa. in consuet. Burgund. tit. des confitacio- nis S. 8. nu. 3. & 4. de vltimo loquitur ille tit. ff. de offic. 6 procurat. Cæsa. & ponit Barto. in rubri. C. de iure fisc. num. 7. lib. 10 differentia inter duos primos procura- 7 tores nascitur ex eo quia in dominio, & potestate Re- gis quædam bona reperiuntur, quæ patrimonialia ap- pellantur, quædam fiscalia. vt dicit tex. ad literam. in l. 2. S. hoc interdictum, ff. ne quid in loco publi. Luc de Pen. in t. quicunque, C. de omni agr. descr. lib. 11. De- ci. consil. 88 paucis agam, colum, 2 volum. 1. Neuiza. inter consil. Brun. consil. 12. num. 46. & Afflict. in d. consti. inter multas. 2. not. vbi late tractat de eis licet ho- die secundum eū, n hoc Regno non constituantur nisi vnu procurator fiscalis regit curiæ qui haber curiam tam de rebus patrimonialibus quam fiscalibus, & ve- rum dicit. & Procurator Cæsar is dicitur ille, qui iudicat causas vertentes inter fiscum, & priuatum, l. ad fiscum, vbi gloss. C. vbi causa fiscala. item inter duos priuatos, cum potest veri interesse fisci, l. si quis, C. eo. titu. siue agat, siue conueniatur secundum glos. d. l. ad fi- scum, in ver. decidat. & Afflict. in allegata consti. præsides, 5. nota. numero 8. versi sed iusta. Hic procurator ratione iurisdictionis quam habet dicitur procurator Cæsar is, seu Imperatoris secundum glos. in l. fi. in ver. procuratoris, C. si aduer. fisc. sed quia iudicat causas spectantes ad fiscum, dicitur etiam procurator fisci se- cundum glo. ibidem & Dominum' Mari. Frez. de sub- feu. de offi magni Camera. nume. 2. lib. 1. in cuius locum hodie in regno successit Regia Camera summa- riæ secundum Frezam, ibidem num. 4. & ante eum Afflict. in præallegata consti. Præsides. 5. nota. versi. sed iuxta hoc in fi. de isto procuratore Cæsar is dicit Iser. in tir. quæ sint rega, in ver. potestas. nu. 67. & quod licet of- ficium procuratorum, sit vtilissimum, l. vniuersos, & l. si quis,

## A D D I T I O.

2 Patrimonialium. Adde quodd iste procurator, appellatur, procurator summe rei. in l. fi. C. si propter publicum peredit. C. P.

# Domini Prospere Carauita Eboltani

quis. C. de decurio. lib. x. tñ istud aliter est, quia iurisdictionem habet. l. j. C. de iurisd. om. iud. & iuribus suis allegatis, quod etiā firmat ibidem. Affic. nu. 45. & licet Iser. ibi loquatur de procuratore Cæsar, & fisci aduenté est, quia pro eodem ponit cum procurator Cæsar etiam fisci dicatur (vt dixi) nec intelligi potest de procuratore fisci capro altero de primis duob. mo. qm̄ iurisdictionem non habent; & fundamentum Iser. est sup iurisdictione quā solus procurator Cæsar habet. Non tñ per hoc intendō dicere, qd̄ procuratoris fiscalis officium sit vnde: quia cū Regi inferuiat, id minime verū esset. t Siquis tñ scire velit ipius procuratoris fiscalis diffinitionem videat Cassa. in loco supra allegato dicente quod est vir parum placidus, oibus inuisus, Deo odiosus, parum, aut nihil æquatus in se habens, pro qua diffinitione facit, quod dicit Bal. in l. exequitorem, C. de execu. rei iudi. & in titu. de feud. marchiæ. S. i. vbi q̄ fiscus est duræ ceruicis, rigorosus, nunquam vel raro æquus, largū habens stomachū. in Aduocato fiscalis non ponit diffinitionem Cassa. eo q̄, vt ipse dicit: tunc temporis tale officium exercebat, sed male fecit, quia si bonam conscientiam habebat. sua diffinitio eidē obesse non poterat, & ideo vñ mihi qd̄ aduocatus fiscalis eadem diffinitione diffiniri potest quia procurator immo peiori, si repeiri poterit, cum ipse in tribunali magis disponat, quā procurator, sicutas tñ quod verum officium Fiscaleum de quo dixi supra in R. 10, circa fin in se est bonum, necessariū, & sanctum, male vero administratum, est pessimum, superfluum, & diabolicum: adeo quod diffinitiones huiusmodi potius pessimis personis quæ officia regunt, quā officiis ipsis competunt, & est ipsa veritas. q. Quarto t in hoc Ritu nūquid Archiepiscopi poterunt in eorum curijs habere Aduocatum, & procuratorem fiscalem? ista q. dependet ab alia q. videlicet utrum prædicti habeant fiscum vel ne, super qua quidem q. Ana. in cap. excommunicamus colu. 2. extra dehinc dicit, q̄ bona clericis delinquentis applicantur fisco Episcopi, quod etiā videtur voluisse Imo. in c. quia diuersitatē, nu. 10. in fi. de conce. præben dum dicit q̄ Episcopus, vel quilibet alius habens iurisdictionem quā Episcopalem censemur habere fiscū, & idem Fely. in c. irrefragabili. S. cæterum, nu. 11, in fi. de offi. ord. inquiens, q̄ quicquid sit de iure, Episcopi habent fiscum ex generali consuetudine. Bal. vero & Saly. in rub. C. de priu. fisci. Io. de Pla. in rub. C. de iure fisci. nu. 13. l. 1. o. Alex. ad Bart. in l. j. nu. 12. C. de bon. vaca. li. 10. Bossius in tit. de fisco nu. 8. & Affic. in prælud. consti. Reg. q. 15. nu. 9. dicunt, q̄ solum Ecclesia vniuersalis habet fiscum, non autē Episcopi intelligendo cle. nolentes, de hære. & Glo. in d. c. quia diuersitatem, in ver. præter. vbi fit mentione de fisco Ecclesiæ, in Ecclesia vniuersali, nō autem in particulari, quā secundam opin. ego sequor tāquam in iure veriore, vt patet ex his quæ allegata supra dicti Docto. Non obstante allegata in contrarium ex quo impropriè loquuntur, & attenta cōmuni observationia, vt proprie Imo. & Fely. inquit, ex quo vere, & proprie loquendo fiscus est apud Papā, vt Imo. ibid. dicit, & ideo ipsem in loco præalleg. non dicit, q̄ Episcopi habent fiscum, sed q̄ cōmuniter obseruantur q̄ censemur habere fiscum, & istud quod cōmuniter censemur habere fiscum, ex eo procedit, quia liget vere non habeant fiscū, habent tamen camerā cui applicant poenas, & alia sibi obuenientia, vt dicit Abb. in d. c. quia diuersitatem, nu. 14. in fi. Imo. ibi in nu. 12. & Affic. in d. q. 15. nu. 9. immo istud habere cameram est de fæsto, & non de iure, secundum Bal. in auth. bona damnatorum, nu. 11. C. de bon. procri. & Ang. in auth. vt nulli Iud. S. vt autem, nu. 28. ver. nec obstat. q̄ secundum eund. Bal. ibid. q̄i condemnāt ad poenam applicandam sive camerā deberent applicare cameræ Romanæ, vel secundū Ang. vbi supra, erogare poenas in viis pios, nisi causa necessitatis subflet applicādi

12. sibi. Et si dicatur t̄ quid interest Episcopum nō habere fiscum, cameram vero sic respondetur q̄ fiscus inter alia quæ ponit Bal. in c. j. versi & no. de allodiis. habet nonnulla priuilegia præfertim tacitæ hypothecæ, secundum eund. Bald. in d. rub. C. de priu. fisci de quo in l. simile. ff. ad municip. quod priuilegium secundum Bal. in d. rub. & Alber. in l. 3. C. in quibus cau. pig. tacitæ contraha. & Affic. in d. q. 15. num. 9. non reperitur iure caucum, q̄ sit concessum cameræ Episcopi, & id etiam dici potest de aliis priuilegiis fisco concessis, in l. 3. tantum t̄ q̄ ista præminentia habēdi fiscum propriæ non residet, nisi penes Ecclesiam vniuersalem vt patet ex prædictis, penes imperatorem, vt dicit Bal. in d. c. j. num. 10. ver. & no. penes Regem, secundum eūd. Bal. in d. rub. C. de priu. fisci. dum dicit, q̄ fiscus est fiscus Regis, & plene per Iser. in prologo constitut. Reg. col. 2. versi. item dicitur Regem, & in constitut. Regni a scriptis, & Affic. in d. q. 6. & insp. penes omnes homines, & ciuitates non recognoscētes superiorem secundum Bart. in l. 2. in princ. ff. de iure fisc. Bald. in d. rub. dum dicit, quod fiscus est fiscus Republicæ. Alex. confi. 31. nu. 4. vol. 1. & Affic. in d. q. 15. num. 3. Quare principali q. per nos proposita respondēdo dicas, quod cum prædicti nō habeant fiscum, nec etiam Aduocatum procuratorem vel fiscalem habere debent. Et quæ supra diximus in Episcopis, per omnia sibi locum vendicant in Baronibus terrarum, bene tamē loco procuratoris fiscalis, Episcopi habent vñ qui vulgariter ab omnibus promotor Curia appellatur, & Barones alium qui Curia coadiutor nuncupatur, quæ omnia bene nota, quia vt credo non repieres ita particulariter tractata. Salerni die 24. Aprilis. 1559. Propter Carauita.

## A D D I T I O.

- a Lib. x. Adde, q̄ l. vniuersos non facit ad propositem I. vero, si quis procreationem loquitur de procuratione facultatum, Nec est verum q̄ officium procuratoris in iudicio sit vnde, vt latius diximus infra ritu 100. vbi vide omnino. C.P.

## R I T V S X V I I I .



Tem, quod Aduocatus fisci possit, & valeat aduocare in causis priuatorum, quæ vertuntur in ipsis Curia, tamen non tangentiibus fiscum: nec causas habentibus cum Curia.

## S V M M A R I V M .

- 1 Posse cum quis se dicat, salvo honore est intelligendum.
- 2 Verbum, posse, ad licitum, & honestum, vt valeat ad actus facultatem referendum.
- 3 Verbum, potest, necessitatis, vel potentia significatiuum.
- 4 Aduocatus fisci, quando, & in quibus causis aduocare posse.
- 5 Aduocatus fisci inter personas generali clausula restituendas, numeratur.
- 6 Procurator, & Aduocatus fisci ad paria indicantur.
- 7 Avaritia est radix omnium malorum.
- 8 Aduocatus fisci, pro priuatis aduocando non tamē contra fiscum hoc faciet.

9 De-

9 Defensio à iure naturali permissa.

10 Statutū iuri cōmuni aliquid semper addere debet.

11 Nemo carnem suam odio habuit.

rarum prosequi? Rit. iste generaliter loquitur, q; pro-  
curator fiscalis potest causam prosequi, nec restringit se  
ad aliquem casum, q; accusator de fuit, vel mortuis  
est. præterea virtute dicti decreti, datur fisco potestas  
ordinarie prosequendi causam usurarū, ex quo propo-  
rita est accusatio, siue iſiſtat, fine desistat, quasi diſceret  
eo iplo q; expoſita est querela; fiscus prosequitur cau-  
sam ordinarię, non habito respectu, q; accusator pro-  
sequatur, vel ne. Confirmatur ex iis quæ dicit Bart. in  
l. libellorum. s. fi. num. 6. versi. fed quādo ff. de accusa-  
tio, t vbi q; licet accusatore mortuo, pereat instantia cōtra  
accusatum, vt dicit tex. cum gl. in l. fin. C. si reus vel ac-  
cus. mort. fue. tamen illud p̄cedit quo ad hæredes, vel  
alios qui vellent causam prosequi, cum eis sit permis-  
sum de nouo agere, & principaliter per se, vt dicitur  
in d. s. fin. & in l. accusatore defuncto. ff. de public. iu-  
dic. non tñ quo ad iudicem eum permisum esse debet.  
causam perficere, post quā de ea sibi innoruit, quia ha-  
bet tanquā super notorio procedere, super quo nulli  
dubium quod iudex potest sine accusatore procede-  
re. l. ea quidem. C. de accu. Specul. plene in tit. de no-  
to. Bar. in l. 2. s. si publico. nu. 17. versic. vñlmo scias ff.  
de adulte. Affl. decis. 176. & Gramma. decis. 31. nu. 7.  
& idē Affl. pulchre in consti. regni legum alperita-  
tem. 4. no. ver. vñlmo quāritur. nu. 12. in fi. quam Bart.  
opin. firmat expresse Bald. in dicta lege finali, & in l.  
fin. versicu. in tex. nume. secundo. C. de abolitio. pro-  
qua idem Barto. in leg. inter accusatorem. in fin. ver. ff.  
de publ. iudic. & Affl. in constitutio. Reg. grandis.  
q. 6. ver. sed quid si fiscus. num. 28. vbi idē tenet licet  
videatur loqui solum in casibus in quibus ex officio  
proceſſo

## A D D I T I O.

a Dulcedinem usurarum appellavit Vlpian. iure consul.  
in l. prætor ait. s. si fraudator ver. Si vero passi. ff. que in  
fraud. creditor. C.P.

# Domini Prospere Carauita Ebolitani.

procedi potest, sed (ut ex predictis patet) esto, quod in criminis usurarum regulariter non procedatur ex officio ut dixi in Rit. præcedens, tam per dispositionem præsentis Rit. & præalleg. decreti, ac etiam quia iudicium de causa innocentia, tanquam super notorio, potest percedere, & causam prosegui. ¶ Secundo quoque quid econuerso, mortuo accusato ante sententiam, nunc quid poterit fiscus eandem causam proseguire, in l. ex iudiciorum. ff. de pub. iud. dicit quod poena ademptionis honorum non alias danda sit aduersus hæredes, quam si condemnatio fuerit fecuta, & ideo cum morte accusati iudicium perimitur l. in senatus. s. si propter. ff. ad Turpil. l. f. C. si reus vel accu. mort. fuc. & l. defuncto. ff. de pub. iud. non est dubium, quod fiscus causam ipsam contra hæredes prosegui non potest licet fallat in casibus expressis, in d. l. ex iudiciorum. & ibi per glo. no. in ver. maiestatis, in quibus pro ademptione honorum, etiam si contra defunctum nihil actum sit; contra hæredes agi potest; Et ex hoc sequitur quod male sentit Affl. in constitutio. usurariorum, versic. 12 sed quoque, num. 37. t. dū dicit quod mortuo accusato potest cogi accusator prosegui accusationem pro doct. Bar. in d. l. in senatus. s. si propter mortem, vbi tex. & Bar. loquuntur in criminalibus, quæ per mortem non tolluntur de quibus supra dixi, videtur. n. ex hoc sentire Affl. & crimen usurarum per mortem non tollatur ratione ademptionis honorum; cum istud in iure non sit cautum: ex quo sunt certi & expressi illi casus in quibus publicantur bona: & statutum est quod etiam post mortem procedatur, inter quos non reperitur crimen usuræ: nec reperiri potest, quia in eo crimen imponi poenam publicationis honorum, est ius nouum introductum per d. constit. usurariorum, ut glo. ibi dicit, Quid autem iuris sit accusato mortuo post sententiam ademptione tamen pendente, vide Gl. not in d. l. ex iudiciorum. vbi distinguit, & bene. ¶ Tertio quoque nunc quid pendente causa usurarum, possit curia procedere in principio causa ad descriptionem, & inveniari bonorum mobilium, ne fiat fraus fisco: rex. in l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10 facit quod non. Luc. de pen. ibi col. 1. late hoc examinat: & lucet alias videtur iudicium Magnæ Curie lenissime pro parte negativa: in ipse ibidem per multa iura, & ratione sterner quod sic post Iler. quem allegat in c. j. vers. condemnatorum. nu. 49, vers. vnde qn, quæ sint rega, idem Bart. qui generaliter in omnincrimine loquitur in l. post contractum, in fin. nu. 19 ver. sed quoque ff. de don & Affl. in const. Reg. grandis utilitas. 7. no. ver. item quoque nu. 17. non obstat l. facultas, quia secundum Bar. in d. l. post contractum loquitur de descriptione ad finem cognoscendu quod effet principis non autem ad finem sciendi tantu quantum, & annotandi. adeo quod ultra descriptionem volebat ibi confuscare, ut Luc. ibi dicit col. 2. c. 1. ea medium ver. ad hanc legem: & cum hac descriptione, & inveniario intelligitur etiam sequestratio secundum Bar. in d. l. post contractum, & Luc. in d. l. facultas col. 4. ver. sed an bona: & ita seruat: & pluries seruati in civitate Salerni, cum essent iudex: & factio inveniatio bona ibidem remanent, verum consignantur alicui que se obligat exhibere, & restituere. Salerni die 27. Aprilis. 1559. Prosper Carauita,

## A D D I T I O.

3 Ademptione honorum. Addo quod pro opinione Affl. satis ad stipulatur quod inquit Vlpian. in l. in hæredem. ff. de calumniator, vbi constitutum esse dicit turpia lucra hæredibus quoque extorqueri debere, & si quid aliud scelere quæsumum est. Idemque respondit Paul. in l. si quis cum falso. ff. ad leg. Cor. de falso. Cum non debeat quis scelere alieno ditari l. vna C. ex dilecta. defuncto. & c. & l. quod diximus. ff. quod met. causas. &c. t. videanturque omnino dicta per nos

in allegationibus pro hæredibus Pompei de mazza. & Sulmonensis inquisiti, & condemnati de usuraria prauitate mortuique pendente appellatione. C.P.

## R I T V S XXII.

Item procurator sine aduocato fisci, vel econtra nihil potest.

Dixi de hoc Rit. supra Rit. 17. vbi est idem de verbo ad verbum: ibi te remitto.

## R I T V S XXIII.



Tem quod aduocatus pauperum contra Curiam, & contra omnes, & pro omnibus quos ipse vult, aduocare possit, exceptis causis ecclesiasticis, viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum, quibus necessario, & gratis aduocare teneatur, & debeat.

## S V M M A R I V M.

- 1 Aduocatus pauperum etiam stipendiatus, quare pro aliis etiam accepta pecunia, impetrata venia, postulabit.
- 2 Aduocatus pauperum in magna curia sedet in Rotunda cum iudicibus per horam.
- 3 Ordo scripture in iure attenditur. Ecclesia ceteris personis prefertur, etiam fisco. ibidem.
- 4 Ecclesia equiparatur minoribus: iureq. minoris fungitur. Et etiam prius locus.
- 5 Argumentum à minoribus ad piæ causam valet.
- 6 Mora, fauore minorum, sine interpellatione, re ipsa contrahitur.
- 7 Sententia lata, contra litigantem minorem in iudicio, & ecclesiam sine superioris venia, an valeat?
- 8 Minor lato ex facto administratori succurrendū.
- 9 Instantia causarum contra minores, statuto tempore perimuntur.
- 10 Sententia lata contra minorem indefensum non valet.
- 11 Pupillus si cum vidua, vel alia miserabili persona litigat, Aduocatus pauperum quem defendere debet: & quod ratione.
- 12 Occupantis melior est conditio.

**N**ota ex hoc Rit. quod aduocatus pauperum potest pecunia recepra, aduocare in omnibus causis priuatorum tam contra curiam exceptis personis in Ritu descriptis, quibus aduocare debet gratis & sine salario ratio inducendi huc Rit. potuit esse, quia adbitari portuisset, & postquam aduocatus pauperum est stipendiatus a curia, non debet se in causis particularium intramittere: tanto magis, quia in Ritu 19. dictum erat quod contentus sit suis gagiis, & ideo ad tollendum hanc dubitationem, voluit Regina Ioan. quod in hoc Ritu sibi daretur particularis licetia: non obstante, quod

quod salarium habeat à Curia; quia sic placuit, & etiā quia salarium adūcati pauperum non est adeo magnum ut ex eo possit remotus ab alijs negocijis, comode viuere. Nec obſt. Rit. decimus nonū; quia illa verba referuntur quo ad personas miserabiles, quarū respectu debet esse contentus suis gagis, & nihil recipere. Seruatūr iste Rit. quia aduocatus & procurator pauperum causas aliorū quam miserabilium personarum agunt, & defendunt; & quando aduocatus ipse est homo frugi, eloquens, & doctus, habet multas causas, eo magis, quia in magnacuria quando iudicessent in Rota hora cauſarum, sedet cum eis pro una hora: & sibi datur prima hora pro causis pauperū quae finita exit à tribunali, & tractantur aliae cauſe & propter adūtam facilem quem habet intrandi, & exēdi, multi sunt qui concurrunt ad ipsam; vidi ego plures, & expertus loquor,

¶ Secundo no. ibi ecclesiarum, viduarum: quod inter personas miserabiles præfertur ecclesia; tū sumpto argumento ab ordine scripturæ, seu literæ, qui in iure 3 auctoritatem, l. hæredes, §. si. ff. ad Treb. & Bal. in l. si duas. in prop. per illum tex. ff. de excus. tuto. Gugli. Benedic. in 2 repe. c. Raynus, in ver. testamentum. lo 2. nu. 28. de testa. & late per me in tract. de ordine § 7. in princ. & pro hoc Rit. habes const. Reg iusti cultoris versi. cauſas: vbi etiam præponit ecclesiam nēdum personis miserabilibus, verum etiam & hisco. ¶ Tertio no. ibi ecclesiarum pupillorum, &c. quod ecclesia æquiparatur minoribus in materia istius Rit. vt sicut isti priuilegiatur aduocato sine salario eodem modo, & ipsa ratio est: quia ecclesia fungitur iure minoris c. i. & c. auctorius de in integr. rest. & Matth. sing. 44 & vt dicit Bart. in l. pupillorum. in princ. ff. de rebus eorum. & Affl. de cil. 390. æquiparatur minori, & ne dum ecclesia, sed etiā locus l. orphanotrofos in princ. vbi Bal. not. C. de episc. & cler. & clem. quia contingit, vbi no. Imo. de religio. domib. t in tantum quod a minoribus ad piziam causam validum est arguenterum, vt patet ex Glos. in l. 3. C. quando ex fact. tuto. & in l. reipublica. C. ex quibus cau. maio. & Nico. Euera. in loço leg. loc. 133. t Ex hoc sequitur quod sicut fauore minorum mota contrahitur re ipsa absque interpellatione l. in minorum. C. in quibus cau. in integr. rest. non est necess. eodem modo, & fauore ecclesiæ, vt dicit Bal. in auth. hoc amplius, col. 2. C. de fideicom. Rom. singu. 117. tu habes, & plene Alexan. in l. quod te. col. 4. ff. si. cer. pe, t item sicut se nentia pro procuratore minoris congra legem constituto, aut pro ipso minore pro se. in iud. litigante valer; licet contra ipsum non valere. t non eq̄ minos. C. de procurat. eodem modo valebit, pro eccliea litigante sine confensu superioris licet contra eam esset nulla; vt satis pulchre firmat Ioan. And. Abbas, & Imo. in cap. cauſam. lo 1. de iud. Alex. & Iaf. in d. l. non eo minus Imo. in l. quæ situm, in Gl. 1. ff. de re iud. t & sicuti minori l. eo ex facto administratorum, succurrunt, l. si. C. si tuto. vel curat. inter, eodem modo & ecclesiæ, vt dicit Hostien. in tit. de in integr. restit. S. in quibus. Et nēdum in favorabilibus, & his que faciunt pro eis; verum etiam & in his quæ tendunt contra eos æquiparantur, vt no. concludit Euera. logo proximè ci ta. versi. t item tertio, vbi ex hoc dicit q̄. sicut instantia cauſarum tempore statuto permutatur contra minores, l. pro perandum, §. si. & ibi Bald. C. de iudic. non obstante, l. si. C. in quibus cau. in integr. restitut. non est necess. quæ intelligitur in prescriptione extra iudiciale. l. eadem modo perimitur instantia cause ecclesiæ di cōtempore, vt dicunt Saly. & Alex. in d. §. si. & Card. in clemen. vni. quæstio. 10. de in integr. restitut. Et adde quod omnia priuilegia quæ supra dixi Rit. 19. in 4. no. cōpetere minoribus, & miserabilibus personis: competunt per prædicta etiam ecclesiæ, (& vt videre poteris) omnes qui ponunt dicta priuilegia, nominant cōiam ecclesiam. Limita tamen hanc regulam, & æqui

parationem ecclesiæ cum minoribus non procedere secundum Matheſi d. sing. 44. no. q̄ ecclesiæ, in caſu. l. cum minorem, iuncta Glos. C. si aduer. rem iudic. & l. t contra pupillum l. acta. & l. si ff. de re iud. t vbi sententia lata contra minorem indefensum non habentem curatorem, vel habentem, & recusantem defendere, non valet, intelligendo in prima instantia, secus in feſcunda, vt dicit Bar. in l. alienam, C. de procurat. & ibi etiani Bald. per l. præfes. C. quomodo, & quando iudex, & Alex. late in d. l. contra pupillum. nu. 6. & tamē Jata contra ecclesiæ indefensam habentem prælatū, valet, c. prout. & c. si. de dol. & contu. licet si rectore caret, effet nulla. per c. si. extra ne se. vac. Aduer. insuper, & satis no. secundum Gabrielem, Saray, in Apoſtill d. sing. 44. Matheſi, quod licet regulatiter, æquiparentur ecclesiæ, & minores (vt ex prædictis patet) tamē inter eorum administratores, hoc est, inter prælatum, & tutorem magna est in multis casibus differentia, quos quia ipse satis pulchre ponit, non refero, sed cū tibi opus fuerint, vide per eum.

¶ Quarto in hoc Rit. pone quod pupillus litigat cum vidua, vel cum alia persona ex descriptis in hoc Rit. quid facient aduocatus & procurator pauperum, poterit ne vnum contra alium miserabilem defendere, & si poterit, quæ defendet. tex. in l. qui habet. ff. de tute, dicit q̄ quotiescumque cōcurrunt ducescauſæ, & tractatur de aliquo indiuisibili, vt Bald. ibi. illum tex. intelligit, præfertur causa naturalis accidentalis, ex quo Affl. in const. Reg statuimus q. 12. inter, quod licet per illam constit. & l. C. quando imper. inter. vid. & pupill. vidua, & pupillus sint priuilegiati, tamen quoque cōscilicū; concurrunt insimul pupillus cum alia persona miserabili, puta vidua præferetur pupillus qui habet priuilegium naturale ratione ætatis: vidua, quæ ex accidenti priuilegiatur. Et ideo ex prædictis videatur dici posse q̄ aduocatus, & procurator pauperum poterint vnam partem defendere, eam tamē quæ priuilegiatur naturaliter, non accidentaliter; quia eo in caſu præfertur alteri, quæ in tali concurſu non censemur priuilegiata; nec habetur in consideratione cum tractetur de patrocinio quod est indiuisibile, & si præstatur vni; non potest diuidi, & præstari alteri. verum quando istud cessaret, & litigantes essent æqualiter priuilegiati: effet maius dubium, & licet dici posset, quod dicit Affl. in d. const. statuimus q. 2. nu. 14. versi. tene ergo; vbi, quod in hoc caſu priuilegiatus non vitetur contra priuilegiatum, sed priuilegia cōfunduntur, & obseruant illud quod statuit ius cōmune, pro quo est Rit. inf. 22. 7. item si pupillus, & propterea quod debet defendere illum qui eos præueniunt: t ut melior sit conditio occupantis iuxta ius commune in l. si seruum S. sequitur, in si. ff. de verb. obl. l. siue S. si duobus, ff. de publicia, in rem aetio. & in l. pari cauſa, ff. de reg. iu. vel si simul accesserint potius actori, quam reo cū sit de respiciétibus litis ordinationem, iuxta l. de die. vbi Bart. ff. qui satisfacta cog. & Dec. in l. fauorabiliore. nu. 4. ff. de reg. iur. & Cagno. nu. 5. Mihi videtur in hoc caſu aliter dicendum, & q̄ aduocatus, & procurator debent ab vtraque abstinere, ratio est quia pro defensione vniū istorum estiam stipendiatus à Rege &: cū ratione cōcursus, ignoratur quis potius præferendus: non est æquum vnum contra alterum defendere, potius quam alium. Salerni die 28. Aprilis, 559. Prosper Carauta.

## A D D I T I O.

2 Ad Trebell. Adde tex. in l. 2. S. prius, ff. de vulg. & pup. sub. ibi & non conuertere ordinem scripturæ: quod autem ordo scripturæ non attendatur vide text. in l. nec enim, ff. de solu. l. si finita, S. si plures cum glossa, ff. de dām. infec. l. cum pater, S. fidei l. siq. ff. de legat. 2. C. P. R. I.

# Domini Prospere Carauii Ebolitanii

R I T V S    XXIIII.

 Tem quod magistri actorum debent annotare in quinterno deputato, & scribere omnia acta quae sunt in Curia per dies, & facere quinternos omnium bannorum, & tertiarum & etiam compositionum dicta Curiae, & ipsos quinternos conservare in cassone communis in dicta Curia pro tempore existente, & ad id deputato, siue deputando.

S V M M A R I V M .

- 1 Actuarij in Regno ad quae teneantur circa annotationem actorum.
- 2 Tertiaria quid sit.

**P**er hunc Rit. tenentur † actuarij annotare in quinterno deputato omnia acta quae singulis diebus fieri contingunt, quod quidem intellige de actis, quae scribi solent, & annontari in quinternis de quibus dicam statim, non autem de actis resipientibus processus carum quae in curia agitantur, quia ille in suis processibus scribuntur (vt quisque nouit.) Sed quia acta occurrentia poterant esse ad diuersa, puta procurations, obligationes, vel prouentus scribendi, ne aliquis crederet, quod haec omnia essent scribenda in uno quinterno, & sic insimul confundi, subiungit Rit. dicens & facere quinternos, omnium bannitorum &c vt sic quod supra dixerat de annotatione omnium actorum facienda in quinterno deputato, intelligatur de quinterno resipiente aetate scribenda, vt sic quilibet quinterpus deputatus pro obligationibus, reciperet obligationem, & quinternus procurationum contineret procurationem, & sic de singulis. Rit. iste seruatur, nam actuarij omnes in omni curia faciunt librum, seu quinternum contumaciū, & hi duo sunt, alter ciuilium, & alter criminalium. Banna etiam, quae ab ipsa magna curia emanant registratur, etiam in libro inferni, vt vide potes ex prag. filiorum amil. \* incip. per excellentem de Sen. Conf. Maced que per modum banni, seu edicti fuit emanata per ipsam Curiam, nam in calce ipsius, est annotationum in inferno. 23. liber tertiarum, vt Rit. thandat, non conficitur. Est autem † tertaria de qua hic dicitur. tertia pars bonorum mobilium quae punitur contumax in causa criminali, & ciuili iuxta formam constituta Reg. Grandis veritas, & constitutio Reg. poenam nouem vinciarum ac Rit. Magna Curiae 123. Item seruari dicta Curia in citatione, & 218. Item seruari ipsa Curia ab eo tempore licet ex communis stylo curiarum, quia a contumacibus ciuilibus talis poena terribilis non exigatur vt dicit Maran. in pract. parte 6 membro 2. num. 8, sed alia minor ut tibi latius dixi in pragma. relatione. quæstio, 1. de ord. iudic. & inf in Rit. 13; ratio non obseruantur esse potest, quia ex libro contumacium habetur effectus, quot enim sunt contumaces tot tertiarum spectat ad filium. Liber compositionum vt Rit. dicit similiter sit ab omnibus, & appellatur liber prouentuum. Item (vt dixi) sit liber obligationum, vbi etiam annotantur fideiussiones, sit liber procurationum, liber accusationum, seu querelarum, liber inquisitorum, & liber carceratorum: qui omnes conseruantur in Magna Curia, in una Camera quae communiter appellatur archiuus, & ista camera successit in locum castioni communis, de quo hic dicitur, tunc temporis forte erant pauca negotia, hodie sunt innumerabilia, & metit, nec duo castioni sufficerent (vt utr. verbis barba-

ris istius Rit. & vulgaribus) nam vulgari modo dicimus vn cassone, & est arca magna, miror equidem de conditoris istius Rit. qui obleruantias tanti tribunis, & successione totius Regni tam barbarè tamque in concione dictauerint. Salerni, die 28. Aprilis. 1559. Prospere Carauii,

R I T V S    XXV.

 Tem quod magistri actorum nihil in pecunia, seu alijs rebus recipere audeant à quounque pro actis scribendis, & faciendis in dicta Curia excepto pro copia scripturarum & exceptis fideiussionibus, comparitionibus, literis, & scripturis sententiis, nec non cassaturis presentationibus literarum; & tunc sic (& pro vt iura volunt, & permitunt) extitit laudabiliter obseruatum, vt supra.

S V M M A R I V M .

- 1 Pecunia verbum stricte, large, & largissime sumitur, & in specie de uno quoque modo.
- 2 Rei appellatio latior est, quam pecunia.
- 3 Pecunia appellatione quid continetur.
- 4 Communis vsus loquendi omni constitutioni praevertere debet,
- 5 Diclio, prout, ponitur limitative, & conditionale.
- 6 Diclio, si, de sua natura quid importet.

**P**ecunia f verbum stricte, largius & largissime capi potest, vt dicit glo. in l. receptitia. in ver. pecunia. C. de constituta pec. & ibi eam sequitur Bar. stricte, pro pecunia numerata, l. 1. C. de prob. & insti. de emp. & vend. S. item pretium. largius, pro his quae pondere, numero & enitute constat. l. 2. S. item mutuum iuncta ibi Gl. ff. si cert. pet. & articulus scriptura. ff. de leg. largissime, pro omnibus, q. in patrimonio consistunt l. p. pecunie verbum. & l. pecunia appellatione, ff. de verb. signi. & no. Bart. in l. cognit. num. 1. ff. ad Trebell. ne ergo prohibita actuaris receptione pecunia dubium fieret de interpretatione, & quae pecunia prohibita intelligeretur, voluit Rit. iste ad tollendam omnem dubitationem post prohibitio nem pecunia subiungere aliud verbum dicendo, seu alijs rebus, † quia rei appellatio est latior, quam pecunia & etiam ea quae extra patrimonium nostrum sunt, continet, licet pecunia solum ad ea quae in patrimonio extant referantur. l. rei appellatio. ff. de ver signis & propereas causas, & iura continet vt inquit rex. in l. rei appellacione ff. de verb. signis. si † tamen effemus in dubio, & quereretur, quid pecunia appellatione veniat? vide Bart. in d. l. talis scriptura. num. 2. vbi plene distinguit super hoc, dicit tamen quod ea distinctione de iure procedit, licet attento communis usus loquendi, forte non procederet, cum pecunia appellatione communiter intelligatur de pecunia numerata, & † talis communis usus loquendi præualeat omni constitutioni. Labeo, ff. de supellect. & l. librorum, S. qd tamen cassius, ff. de leg 3. & haec pecunia numerata dicitur esse de his rebus, quae seruando, seruari non possunt ut dicit Bar. in l. 1. S. fuit quæstū. nu 3 ff ad Trebellum quod dicit probari, quia alienari potest, auth. nouissime, C. de administr. tut. & quamvis dici possit contrarium,

eo quia per sensum videmus & seruari potest, & seruatur, tamen dicitur non posse seruari, ut afferat vtilitatem, secundum proprii vsum, ad quem destinata est, **¶** Not. ergo primo, ex hoc Rit. & actuarij non possunt recipere pecuniam, vel aliam quamcumq; rem pro aetatis per eos faciendis, preterquam in casibus in rex de scriptis & in eis id tantum exigere & iura volunt, & obseruatum extitit laudabiliter, & idem ferè ad literam ordinari regia prag. Regis Ferdinandi quæ incipit \* suscepiti prag. s. Sitem cum notarij sub titu. de actua. Rit. iste non seruatur, sed tam in magna curia, quæ in regis audiencie, extat quædam ordinatio, quam pudentiam appellamus, in qua enumerantur acta quibus licitum est actuarij pecuniam exigere, & etiæ taxatur quantitas & quoque actu (ut poteris ex ea latius inspicere) quia nouiter impressa est inter prag. Illustrissimi Dicis de Alcala in \* prag. 38. incip. item diciamo de offi. magistri iusti, in alijs etiam curijs extant particulares pandectæ, & pro vt in vnaquaque terra solitu fuit exigi, ibi taxatur, Sed quorsum hæc, cum nec etiæ pandectæ (res quidem faris turpis) seruentur hodie p actuarios, si res qui de foris veniunt, puniunt officiales, actuarios autem quos intus habent, non suspeditur, sed tit. ille, ff. quod quisque iuris, terret ipsos. Secundo no. ibi prout, & licet per hunc Ritum enumerentur casus in quibus licitum est actuarij recipere solutionem, tamen si in aliquibus ex eis consuetudine, vel de iure, non est solitum, vel debitum solui, licet reperiantur enumerata, inter casus premisos, non possunt actuarii pro eis aliquid recipere, & hoc propter aduerbiū, fpro vt, cuius propria significatio, est vt ponatur conditionaliter, & limitatiue quando non exprimitur certum quid in dispositione, vbi reperitur ut dicitur in L. edita. nu. 29. C. de eden. Oldr. cōf. 144. vii. o priuilegio Ang. in l. si locus, ff. de acqu. poss. Alex. conf. 3. in princ. vol. 2. & melius quam alibi apud Fel. in c. 2. nu. 1. 1. ver. aliquando, de rescrip. & pro hoc quæ no. per Bar. in l. si sic. S. j. nu. 4. ff. de leg. 1. & in l. legauit ff. de libera. leg. de quo dixi etiam supra Rit. 9. in 6. no. Quod tanto fortius procedit in hoc Rit. in quo ultra hoc aduerbiū, prout, extat etiam dictio si f quæ regulariter de sui natura ponitur in vim conditionis, l. 1. & si quis, ff. de verb. oblig. & l. cum ad partes, ff. de reb. cred. licet quandoque ponatur superuacuæ, l. si Tropio, ff. quando dies lega, sed quandoque disiunctive pro quamvis, l. 2. C. de cond. insti. quandoque pro quia, L. quicettorum, ff. de hær. inst. quandoque denunciatiue l. in conditione, S. hoc scriptum, ff. de condi. & demon. aliquando motu. l. mutuo, S. sub conditione, ff. de tuto. quandoque modificatiue, l. si decem, ff. de verb. obl. & aliquando negatiue, vt in psal. 16. 1. si introibunt in requiem meam.

**¶** Tertio Not. ibi pro scripturis sententiærum, & pro scripturis sententiærum licitum est actuarij exigere (pro vt iura permittunt) & extitit laudabiliter obseruatum, & licet infra in Rit. 3. 11. cōgrariorum ad literam di sponatur, tamen, ut ex Afflīct. colligitor in constit. Regni causa alias, 8. nota. num. 9. ille Ritus videtur concedi in priuilegium Neapolitanis, nam, & idem Afflīct. in constit. Reg. pro scripturis nu. 2. allegando hunc Ritum, dicit licitum esse actuarij exigere (pro vt extitit laudabiliter obseruatum) in tantum quod in aliis hominibus quam Neapolitanis, iuxta illius Rit. dispositionem, actuarii possunt exigere quod iustum est pro scriptura sententiærum, sed per d. prag. Regis Ferdinandi dimandatur seruari cap. Regni, item statuimus & siue in Magna Curia, vbi generaliter ista exactio, pro scriptura sententiærum prohibetur actuarii, & idem in alia eiusdem Regis Ferdinandi ordinatione nuper impressa inter dictas prag. Illustriss. Dicis de Alcala in \* prag. 25. incip. magnæ Ritum, sub titu. de off. sacri cōf. sed quid nūc seruerunt, vide quæ dicam in d. Ritu. 3. 1.

**¶** Quarto No. ibi laudabiliter obseruatum, & iste Rit.

facit contra actuarios, qui allegant solitum, nam per hunc tex. non datur eis licentia exigendi iuxta omne solitum, sed secundum solitum laudabile, Salerni die 28. Aprilis 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X X VI.



Tem quod habeant dicti magistrorum actorum, & teneantur posse omnes scripturas, & processus in dicta Curia, & in ipsa curia tenere, & conseruare in dicto cassono communis (vt supra) ad hoc ut absentia alicuius ipsorum partibus quæ ranguuntur, & copiam ipsorum actorum querentibus, & volentibus præiudicare non habeat, & propter alias iustas, & rationabiles causas.

## S U M M A R I U M.

- 1 Acta curie quare in publico archivo conseruanda de iure municipali.
- 2 Male autem contrarium statuitur de iure communi.
- 3 Actuario absente à curia quo casu alius actuarium praesens possit supplere agenda in causa.

**N**ota ex hoc Rit. quod omnes scripturas, & processus debent conseruari in ipso tribunali in cassone communis, de quo: & quid hodie sit; diximus supra Rit. 24. ¶ **T**ertio illius Rit. multiplex esse potest, ut patet in eo. Prima ne absentia alicuius ex actuaris præiudicet partibus querentibus acta, scripturas, & processus. Secunda, non exprimitur, sed ea haud dubia est: ne data licet actuaris conseruandi scripturas, in earum dominibus præbatur occasio occultandi processus, & falsificandi acta. **T**ertia quam ponit tex. in auth. de defenso. ciui. in prin. in vers. si vero quædam, ne pereant aetate temporum cursu, vel tali modo inueniantur, quoniam la fide sunt digna, seruantur in magna Curia dispositio istius Rit. at in regia aud. principatus citra, & basilica ne quaque & actuarium tenent acta, & processus in eorum dominibus scio quid audio, & officiales patiuntur, est malefactum: seruari debet hic Rit. quia maliitia occurrit, & signa ipsum, quia quotidie poterit evanire, & his diebus euénit de quodam capitaneo qui voluit omnes processus deferri in eis domo in aliqua camera sub duabus clauibus altera per ipsum renenda, & altera per actuarium: de quo cum esset strepitus; quia actuaris cōquerebatur dixi per hunc Rit. & non souebat iustitiam; & ille capitaneus optime faciebat per hunc Ritum, qui prohibet conseruari processus penes Actuarios, & per alium Rit. infra 96. vbi dicam & ideo Afflīct. in constit. Reg. magistri camerae. 12. not. in si. dicit, quod isti actuarii multum usurparunt præsertim circa processum cōlerationem, qui penes eos stare non debet. **L**icet autem supra dixerim, & in Regia audiencia principatus cura actuarij tenent processus in eorum dominibus, hodie secus est propter prag. 4. S. quanto al secundo. de empt. & vend.

**A**uct. vera in Regno; sed de iure communi Doct. omnes concludunt, quod debent stare penes actuarium per tex. c. quoniam contra versi. & omnia de probat. ut dicunt Ivo. Abb. & Fely. in c. cum bona, in 1. no. eod. rit. de prob. & Spec. in rit. de teste. S. publicatis. nu. 1. & licet à iure communi non facile sit recedendum; tamen & videtur

# Domini Prospere Carautae Ebolitani.

videtur mihi, q d.c. quoniam contra eorum opin. non probari: quia loquitur inter actuarium, & partem litigantem: quo casu dicit q originalia non debent dari partibus: sed apud scribentem remanere, quid autem debeat post modum de his agere actuarius in domo tenere, an in loco curia conservare? non dicit: & ideo non teneo cum eis \*sed cum d. iex. in auth. de defenso. in princ. versi. si vero quædam, & in § & iudicare. in versi. præcepta, vbi ordinatur in archiuo scripturas reponi. confuetudo tamen vniuersusque Curia esset seruanda: vt dicit Bar. in authen. offeratur, nu. 4. & ibi etiam Pau. de Cast. de lit. contest.

\* Secundo† Not. ibi ad hoc vt absentia alicuius q si abest unus actuarius à Curia alius qui presens est sup pleat agēda in causa. In tellige tamen q faciat de mādato iudicis, non autem actuarij absentis, aut authoritate propria vt dicit Bal. in l. Imperator. nu. 7. ver. sed nūnq. ff. de sta. ho. ratio est secundum eum quia mere priuata authoritate usurpatur q publica authoritate cōceditur; id Al. ad Bar. in l. 1. luper litera, d. ia versi. committere. ff. de offic. consu. Fely. in c. quoniam contra 2. not. nu. 4. de proba. & Apostill. ad Bal. in l. 1. in litera, m. super ver. poteſt alijs depurari, C. de sportu. & add. q prædicta procedunt nedum absente a ctuario verum etiam si alio modo eslet impeditus. secundum Bal. in d. l. 1. ver. quid ergo. C. de sportu. & celsante absentia aut alio impedimento, actuarius qui incepit processum ipse debet perficere vsq; in si. secundum Bar. & Bal. in eadem l. 1. de sportu. Bart. in l. cum sententiam. C. de senz & Bald. in l. 1. nume. 11. q. 17. de offic. consu. & si alijs scriba vel actuarius sine mandato vt supra dictum fuit scriberet, eius scriptura fidē non faceret secundum Bald. ibid. & plene Fely. in loco præalleg. Benē seruantur hæc in Magna curia Vic. & alijs Tribunalibus Ciuitatis Neap. male vero in Regijs Audientijs prouinciarum: & ideo nuper in Regia Audientia principatus. Citra me instantे fuit factus ordo actuariorum vt qui incepit causam & processum perficiat, & alijs sine mandato non se intromittat. Salerni die 28. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S XXVII.



Tem quod magistri actorum debeant interesse in dicta curia, siue ad minus unus ipsorum continuo permanere, & interesse, & ab ipsa curia non discedere, licentia à dicto locum tenente non petita.

## S V M M A R I V M.

Actuarij circa assistentiam in curia & discessum ab ea quomodo olim, & nunc se habebant in Regno.

**N**ota q omnes † actuarij, vel saltim unus ex eis tenetur cōtinuo esse in Curia vbi adeat. Dominus Regens ipsius Magnæ Curia. Optime seruatur hodie iste Rit. in magna curia; & actuarij eorum scribz̄ continuo affilunt in tribunali, diebus tamen non feriatis. Et inde non discedunt donec iudices non discesserint: vt etiam alias prouisum, & ordinatum exitit per illustris. Don Petrus de Toledo huius Regni Viceregem in anno 1532. & per magnam Curiam in anno 1554. ve patet ex nouissimis prag. nuper editis per Illustris. Dominum Duxem de Alcala huius Regni Viceregem in reforma eionibus Magnæ Curia prag. 15. s. item che similmen-

te. & §. sequen. de officio magist. iusti, sed lucrum cogit actuarios, non obseruantia Ritus, & præfatarum ordinationum. Illud tamē q hic dicitur q actuarij nō discedat absque licentia Domini Regentis non seruat: fed iudicibus recentibus, etiam ipsi recedunt: vt patet ex dictis nouissimis prag. Credoq; id fieri ob multitudinem eorum ne Dominum Regentem in causis audiendis iam lassum tot licentiis fastidiant. Qua tamen hora teneantur actuarii accedere ad tribunal: vide quæ dixi supra in Rit. 12. in fi. Qualiter autem intelligatur verbum continuo in Ritu positū, vide plenè quæ dixi supra in Rit. 15. Salerni, die 29. Aprilis 1559. Prosper Carauta,

## R I T V S XXVIII.



Tem quod teneantur dicti magistri actorum notificare iudicibus omnes illos qui fuerunt per dictam Curiam banniti, & condemnati; & nō comparuerunt eodem sero purgaturi eorum contumaciam: necnon ipso die facere mandatum exequitium, secundum q merita causæ exigunt, & requirunt de illis videlicet qui non comparuerunt, & purgauerunt forte contumaciam prædictam, si & prout haecenus in ipsa Curia extitit laudabiliter obseruat.

## S V M M A R I V M.

1 Contumaces vsque ad quam horam possint comparere.

2 Error actuariorum expedientium executoriales cātra citatos contumaces eadem die.

**M**agna curia vicaria obseruat, & consequenter omnes aliae Curie, q citati per eas, & reputati contumaces possunt eadē die vlt̄que ad primum somnum comparere coram Regente, seu capitaneo, aut coram iudicibus ipsius, vel actuario, vt sic non remaneant condemnati; & poenam contumacia effugiant; vt dicit Rit. 93. in fi. vbi dixi in 3. not. & Rit. item seruat ipsa curia. q si aliquis inf. 206. verum, quia actuarij poterant postmodum aliquo recepto, scribere comparuisse aliquem coram eis, qui reuera nō comparuerat; ad eiusmodi fraudes evitandas, ordinat iste Rit. q teneantur notificare iudicibus bannitos, & condemnatos qui eodem sero nō comparuerunt, quod tamen intelligi debet die sequenti post diem contumacij, non autem eodem mer die, eo quia cum possint condemnati comparere vsq; ad primum somnum, sciri vere nō possunt non comparentes. Rit. iste nō seruatur; & vtinam seruaretur: quoniam tot fraudes non committerentur per actuarios. Scias tamen q nouiter ad uitandum fraudes actuariorum correctus est Rit. 206. quatenus coram actuariorum permittebat comparitionem faciendam de sero vt ibi dixi, & hoc per prag. 13. de officio magist. iusti.

¶ Not ibi, necnon ipso die, q intelligendo hunc Rit. (vt proxime dixi) de die sequenti: post contumaciam, tenentur Actuarii die sequenti expedire mandata exequitua, vel prouisiones ad instantiam aetoris (prout merita causæ requirunt, & obseruat exitit) eadē enim die qua contumaces reputati sunt aliqui, non debent aliquas prouisiones facere, quum esse poterit quod

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 23

quod de sero compareant (vt dictum est) & donec terminus comparendi durat, exequi aliquid non potest; quod not. contra actuarios qui eadem die qua accusatur instrumentum contra aliquem, expedunt literas exequitoriales, nam male faciunt, & qua in eis expenderunt, repetere possunt, & rei etiam contra quos expedita sunt: si aliquod damnum senserint: poterunt contra eos agere sine dubio. Salerni die 28. Aprilis 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S . X X I X .



Tem q̄ teneantur fiscales facta, aut data eis denunciatione per quemcumq; denunciatorem facere citationem contra denunciarum registrari, facere in quatuor locumtendentis. & in ultimo peremptorio citationū prædictarum facere interrogatoria, seu capitula consueta, & nō permiti labi terminos consuetos.

## S V M M A R I U M .

- 1 Per solam denunciationem non potest quis citari.
- 2 Practica citandi, habita prius informatione, unde sumpta.
- 3 Causa contra carceratos citissima hodie expediuntur, in eorum autem favorem nunquam.
- 4 Interlocutoria quid sit.
- 5 Forma interlocutoriarum, seu capitulorum remissae.

**N**ot. ex hoc Rit. q̄ fiscales tenenter facta denunciatione de aliquo delicto, expediri facere citationem ad informandum, contra denuntiatum, intellige capita prius informatione, & ea vila per iudicem, vt dicitur in prag. nouel. Caro. v. prag. 2. incip. quoniam tit. de citationibus. vt refert Pet. Foll. in pract. in ver. vel eos verbaliter citari faciat. num. 1. alias est satis absurdum: † q̄ per solam denunciationem posset quis citari, & condemnari, quia non nisi informatione precedente, cognoscit & procedi potest. c. Deus omnipotens. S. fi. in pris. 2. q̄. & c. qualiter & quando. lo 2 ibi videbo vtrum, & ibi veritatem diligenter per scriptari, de accusa no. Bar. in l. 1. S. item illud, ff. ad Sylla, & l. fi. nu. 2. ff. de queritio. Ang. in tract. maleficiorum in ver. fama publica. versi. 12. tu iudex. Brun. in tract. de indi. q. fi. in prin. Hipp. in pract. S. principium. nu. 5. versi & istud. & Pet. Foll. in loco præalleg. in prin. & latius in versi capiat informationem. nu. 4. cum seq. & satis pulchre Guliel. bened. in repet. c. Raynurius. In ver. mortuo itaq; testatore. lo 2. 1. nu. 158. de testa. † ubi dicit hanc pract. citandi habita prius informatione, capram ex l. 2. iuncta glo. interlineari. C. de exhiben. re. & l. fi. eo. tit. vbi etiam Sal. & tradit not. Boer. in consuet. bituri. de iurisd. omn. iudi. S. 13. in versi. item parla costume. Quod autem dicitur de fiscalibus, non intelligas de adiuvato & procuratore qui in aliis occupantur, licet etiam de hoc curam habeant, sed intellige de duabus scribis fiscalibus, qui hoc tempore erant in Magna Curia iuxta disposit. Rit. secundi, de quibus etiam habetur in prag. ma. volumen tit. de actuarijs: quamuis hodie (vt omnes non sunt) multi sunt scribae fiscales in magna Curia. Secundo no. ibi, & ipsam denunciationem etiam, q̄

post quam factæ sunt denunciations: debent registrari in quinto locum tenentis Magnæ Cur. & de hoc tenentur ipsi scribae curam habere. Hodie non seruat, quia Regens Magnæ Curia non tenet quinternū pro hoc, & est causa, vt nonnullæ occupentur, nā mul ti scribae recipiunt denunciations, easq; in uno folio annotant, & postmodum pro uno carlo tradit igni. Illud tamen quod super hoc seruat, est q̄ iste denunciations scribuntur in libro querelarum, & hodie modus iste denunciandi parum seruat: nam vt plurimū exponunt querelas, & non denunciations

Tertio no. ibi & in ultimo peremptorio, q̄ scribae fiscales debent diligenter attendere quando est ultimum peremptorium citationum criminalium: ad hoc vt nō comparentes fiant contumaces, & condemnentur ad penam (vt fieri solet) in mandato contentam: & alio quatenus iuris, vt per pulchre docet Pet. Foll. in pract. in versi. accusentur contumacia nu. 1. & vt comparentibus possint eo die dari capitula, seruantur primum in diminute, & in eo vigilat tempus, secundum vero minime, & inquisiti, quando comparent carcerantur: & post modum labuntur menses (& utinam non anni) priusquam examinetur: capitula vero de quibus Rit. dicit: dancur post eorum examen: quando lis cōtestatur. † adeo q̄ cause in concernentibus fauorem carceratorum sere immortales redduntur: & in his quæ contra sunt; quam ocyssime dilabuntur. Aduerte ad hunc Rit. quia alia litera cuiusdā alterius Rit. quem habeo cum constitut. Regni, dicit facere interlocutorias non interrogatoria, vt hic dicit. † Interlocutoria appellatur illud decretem, quod fit in ultimo peremptorio citationum: quando citatus non comparet in quo dicitur, & vocato dicto tali, quia nemo coparuit pro eo, sicut reputatus contumax. & condemnatus ad penam, &c. vt dixi, vt sensus sit prout iam dixi in princip. istius no. q̄ scribae faciant fieri in ultimo peremptorio illas interlocutorias contra vocatos, non comparentes, seu capitula pro his qui forte comparent: † de quibus, & eorum forma non te rēdeat, lector clarissime videre Fol. in dicta pract. in versi. dentur capitula, quoniam sauis plene loquitur & ita hunc Ritum intelligendo, dicitio, seu, ponitur diuersificatiue, & augmentatiue, iuxta tex. l. si quis ita. ff. de libera. legat. vt dixit in Rit. 11. & istud mihi magis placet intelligendo autem interrogatoria ponitur expositiue, vt denotet identitatem, prout aliquando sic ponit solet. secundum Bal. in pract. in tit. de signific. dictio. nu. 4. & sic, appellantur capitula interrogatoria, eo quia super eis interrogatur inquisitus. Salerni, die 29. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S . X X X .



Tem quod dicti fiscales nō audeat recipere aliquid pro aliqua scriptura, exceptis de presentatione instrumentorum, & examinatione testimoniū, ad petitionem partium & significatorijs, scripturis, & copijs quæ dātur partibus de comparitionibus in ultimo termino dato ad probandū: & de alijs (prout consuetum est, ) & de iure eis permittatur, vt supra.

## S V M M A R I U M .

- 1 Scribae fiscales regulariter pro scripturis aliquid nō recipiunt. Et in quibus casibus hoc eis permittatur.

Scripturæ

# Domini Prospere Carauta Ebolitani

R I T V S XXXI.

2 Scriptura significatoria quid sit. Et quando ea fidem faciat.

3 Acta in vim probationis absque citatione, quando produci possunt.

**I**ste Ritus habet diuersas literas, in aliquibus dicit, item quod dicti officiales (vt communis litera dicit) & si haec vera esset, haberemus tex. expressum in quo scribz appellantur officiales contra iuris mentem, & ea quæ diximus supra Rit. 9. In alio meo codice Rit. dicit item quod dicti fiscales, & ista est vera litera, ne alias, secundum primam, sequatur ipsos appellari officiales, & secundum istam literam, non. quod scribz fiscales non possunt a liquid recipere pro aliqua scriptura, nisi in casibus in tex. descriptis, & in alijs etiam prout consuetum est, & de iure permittitur, de istis etiam dic ut supra dixi, in Rit. 25. in 1. no. nam extant hodie in eurijs pandectæ quæ casus leitos & salarium in unoquoq; ponunt ideo ad eas recurre.

Secundo no. ibi examinatione testium ad petitionem partium, quod scribz possunt recipere salarium quando examinant testes ad instantiam partium, quod quidem ne erres intellige, quando ipsos examinant dato termino, alias pro testibus quos examinant ad informationem, etiam quod a partibus querelantibus producuntur, nihil recipere debent, vt dicitur in pandecta magna curia, sed hoc etiam vidi, quandoque male serua, verum tamen est, quod secundum eandem pandectam magnæ curie nuper impressam inter noui litimas prag. Illustrissimi Dicis de Alcala huius Regni Viceregis in reformationibus Magnæ Curie \* prag. 38. ineip. ite diciamo. ver. item quando, de off. magist. iusti. si inquisitus componitur non factis defensionibus, tenetur actuarius qui examinavit, pro qualibet dicta qua vacuit in examinando, soluere ad iudicis arbitrium. Si vero non componitur, led dantur defensiones: tunc quoniam habet aliud emolummentum testium qui recipiuntur ad instantiam inquisiti, nihil recipit pro his quos ad informationem examinavit.

\* Quero quid est scriptura significatoria de qua Rit. facit mentionem? dic quod est scriptura in qua magna curia perviam literæ clausæ, aut prouisionis apertræ, scribendo alicui officiali inferiori, significat ei; id est denunciat, vel fidem facit de aliquo incidenti, & econuerso, quando alius iudex inferior facit aliquam significatoriæ de aliqua re ipsi magnæ curie, vt quædo aliquis Episcopus per suas literas significat ipsi magna curie, aut alteri officiali, qualiter talis quem detinet carcерatum, est suus clericus, & eius iurisdictioni subiectus, de quib. loquuntur Inno. in c. post cessionem, extra de prob. & Bald. in l. si quæ pet calumniæ in ver. sed pone. C. de epi & cle. vbi etiam dicunt, quod fidem non faciunt nisi prius fuerit interlocutus illum esse clericum, & demum de eo significauerit, seu fidem fecerit iudici seculari.

Secundo quero quid est quod Rit. dicit de comparitionibus in ultimo termino dato. Ego plures super his verbis cogitavi, & credo quod Rit. sit depravatus, & quod vult dicere in ultimo termini dati ad probandum tñ na ultimo die termini possunt produci acta in vim probationis absque aliqua citatione partis ut dicit Bald. in l. f. C. qui admitt. & Bar. in l. item illa ff. de Constitu. pecu. licet si producerentur extra terminum partis, citatio requiretur secundum Bal. in l. si quando. C. de testi. Rom. consi. 176. col. 2. & Marat. in pract. parte, 6 artic. 9. num. 35. in nouis & Pet. Foll. post eum. pp. 45. & 46. verum ex dispositione Rit. inf. 241. quando ista acta erant iam in ipsa cur. in aliqua alia causa, & producuntur in vim probationis alterius causæ, requiritur quod offeratur comparatio, siue peritio producitur illorum actorum de quarum comparitionum copia loquitur iste Rit. Salerni die 29. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.



Tem quod fiscales prædicti debent intelleſſe in ipſa Curia horis consuetis, & debitissimis & omnia dicta capitula, & denunciationes facere, & scribere de consilio procuratoris, & aduocati fisci dictæ curiae.

**F**iscales seruant primam partem istius Rit. ad literam & ultra, nam ne dum horis debitissimis, verum etiam incessanter assidunt in ipſa curia, sciunt ipſi quod eorum presentia ad multa prodest quo ad capitulo de quibus Rit. dicit similiter seruantur, sed hoc modo, nam ex quo ipsi satis experti, & diligentes in similibus faciunt capitulo danda inquisitis, verum antequā dentur, ostendit ea aduocato fisci, qui addit quandoque, vel detrahit, & ob eorum peritiam, multoties neque eis additur, neque diminuitur. Verum enim in hoc fateor, quod si in eis abundaret probitas sicut peritia, & diligentia, premiari non possent, dicunt ipſi quod sic faciendo extolluntur ab officialibus, & ad maiora præponuntur. Circa denunciationes, seu querelas recipiendas non seruantur Rit. sed ipſi absque consilio dictant, & scribunt eas. Salerni die 29. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.

R I T V S XXXII.



Tem quod teneantur fiscales notificare iudicibus omnia acta facienda per curiam prælibata, in omnibus causis fiscalem tangentibus: & in præmissis nullam moram, seu tarditatem eommittere.

**S**eruantur Rit. adiunguem: & quando aliquid est agendum profico, vt canes curiarum repertores istos scribas fiscales in domibus iudicū: immo prima hora negotiorum post prædiuum datur ipsi, & euénit multoties quod in domibus iudicū cum concourtunt multi aduocati quibus, audientia non datur, nisi fiscalibus expeditis. Et nota verba in fine Rit. posita ibi, moram, seu tarditatem, quod mora & tarditas pro eodem ponuntur, sicque pro codem usus est Cic. in Antonium, siue in Philippicis, dum inquit, ita legatio moram, & tarditatem afferet bello, & in Epist. proper tarditatem sententiarum, moramque rerum. Salerni die 29. Aprilis. 1559. Prosper Carauta.

R I T V S XXXIII.



Tem quod teneantur omnes qui recipiunt fideiussiones eodem die quo recipiunt, reuelare locum tenenti, & iudicibus seu vni ex ipsis iudicibus, & xario, & ad tardius sequenti die, ad hoc ut exequenda circa præmissa possint executioni demandari.

**D**ispositio istius Ritus hodie non seruantur eo; quia Actuarij nullam fideiussionem recipiunt absque citatione, & ordine officialium, propter quod superutzum

quod esset reuelare scientibus, & mandantibus, & si dices ergo tempore istius Rit Actuarij recipiebant fiduciis sine mandato officialiū respondetur, & sic. Verum non in omnibus causis, sed in his tantum, in quibus reperiebatur permisum, & ut id bene intellegas, ciendum est quod citatus pro causa criminali in qua potest interuenire procurator, si comparebatur in ultimo p̄ceptorio, sed postquam fuerat reputatus consummatus, tenebatur sequenti die, curia pro tribu nali sedēre, comparecere, & instare quod in causa procederent, & infrae dies dare fiduciissionē de stado iuri, ut dicit Rit. 204. & 206. in fine, & lice contestata, dimiso procuratore, poterat recedere, ut habeat in Rit. 208, quia ergo dicti Rit. dabat ordinem & modum procedendi, & licentiam dandi fiduciis, Actuarij, & comparentibus inquisitis capiebāt fiduciissiones, nec opus erat speciali ordine officialiū, hoc stanje, ut scirent officiales eos qui purgauerant consummationem, & dederant dictam fiduciissionem, possenteque exequendum in causa ipsa demādari, ordinat iste Rit. q̄ Actuarij reuelent ipsas fiduciissiones eodem die vel saltim die sequenti, & quod iste Rit. de dictis fiduciissionibus loquatur, ponderanda sunt verba finalia ipsius, ibi ad hoc ut exequenda circa præmissa, cum tamen in præmissis nullus Rit. loquatur de aliqua causa, vel fiduciione, ex quo dico consequēter, q̄ iste Rit. deberet ita ut post d. Rit. 204 vel Rit. 206, quoniam sic verba ista conuenient, & credo q̄ in antiqua compilatione sic standar, quoniam aliter illa verba videntur ab te posita, Salerni, die 29 Aprilis, 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X X X I I I .

**I**tem quod in eisdem curijs, & qualibet ipsarum notarius actorum scribat acta p̄ scriptores suos; instrumenta vero sententiarū scribat manu propria. Item quod scriptor sicut debeat scribere omnes processus causarum sicut tangentium.

## S V M M A R I Y M .

1. *Quæ veniant appellatio[n]e actorum.*
2. *Prædicta quæ seruat ab actuarij in subscriptione scriptore per scribam scriptos.*
3. *Notarius instrumentum scribere per s[ic]iam an posse?*
4. *Industria tabellionis non ad scribendum, sed ne g[ener]is de fidem, est electa.*
5. *Actuarij sententiarum instrumenta scribere debent.*
6. *Sententia est de actis.*
7. *Actus publicus manu publici notarii de eo rogari, semper scribendus.*
8. *Contractus in protocollo redactos, in publicam formam, cum clausularum extensione, viuens notarius redigere debet: non alijs committere.*

**N**ote ex hoc Rit. quod actuarij curiarum possunt scribere acta iudicij p̄ suos scriptos cum quo concordat ad verbum Rit. 3. Item in eadem, t̄ Quæ tamen veniam veniant appellatione actorum vide text. & ibi Doct. om per cap. quoniam contra extra de probat. intellige-

- hunc Rit. dummodo Actuarij se subscribant, ut sic veniat iste Rit. ad dirimendum altercationem, quæ in eo est inter Doct. nam Host. Ioan. Andr. & Ant. de Butr. in cap. quoniam contra de probat. tenent, quod Actuarij dependent ipsi scribere iuxta dispositionem d. c. nō autem per alios scribere, & postmodum se subscribere, per rationes quas ipsi allegant, & ibi refert. Felyn. q. 4. nu. 43. Innoc. vero in eo. c. in versi. conscribant. num. 2. quem ibi sequitur Abb. & Fel. tenet contrarium, dices q̄ licet non possint per alium scribere: tamen si eorum subscriptione munierint; possunt, & reputabitur tanquam eorum iuslī, & authoritate factum, arg. L. tutor. S. gesisse, ff. de administ. tut. & c. cum ab uno, de re iudicii. in 6. pro hoc etiam rex in c. cum redemptor. in f. 12. q. 2. & rex. singulare à contrario sensu. secundum Abb. ibi in c. inter dilectos, circa fi. versi. instrumentum tamen, de fide instrum. t̄ Seruantur tamen in præct. ista subscriptio hoc modo, nam actuarii in calce solij ybi est aliquis actus, ponunt propria manu eorum nomina dicto, notarius talis actuarius, vel talis de talis actorum magister, & ita præct. catur in omnibus curiis Regni, quod no, quia videlicet aliquos officiales polentes ponere manus aliquibus provisionibus scriptis manu scribz, nisi extaret in calce ipsius manus actuarii, suis habitos, à multis scrupulosos, & male. Amplia hunc Rit. procedere etiam si actuarij non essent impediti impedimento legiūmo, per dispositionem d. Rit. 36. ibi præsens, vel absens, item per ea quæ dicit Fely, in d. c. inter dilectos, col. pen. versi. extra glo. nu. 25. vbi in q. ille 3. tan notarius possit instrumentum scribere per alium, dicit quod quamvis Bart. in l. diuus. s. item senatus ff. defal. & Bald. in l. s. ne autem nu. 2. c. de cadu. tol. len. & alii quos ipse citat: dicunt, q̄ non, etiam si se subscribat nisi sit impeditus, tamen quia industria tabellionis non intelligitur electa in scribendo, sed ut de fidem gestis, satis dicitur eas praestare, se subscribendo etiam non impeditus, quam opinionem dicit tenere eundem Bar. in l. argentarius. in prin ff. de edē. Card. in cap. pen. de fide instrum. Abb. post Innoc. in d. cap. quoniam contra, & dicit approbatum per consuetudinem, sive scribens sit tabellio sive no quia virtus tanta in subscriptione consistit, & ita videmus seruari ab omnibus actuariis, q̄ etiam non impediti sequuntur per suos scriptores, & ipsi eorum manum tantum apponunt ut dixi. Et secundo pot. q̄ actuarij debent scribere instrumenta sententiarum manu propria, & de hoc instrumento sententiarum loquitur rex. d. c. in t̄ de dilectos. ver. instrumentum tamen, & no, bene yeba Ritus quia non dicit. de sententiis, sed de instrumentis sententiarum, t̄ ratio est, quia sententia dicitur esse de actis. In fraudem, s. neque, vbi glo. & Bar. ff. de iure fisci. s. illud. in auth. infra filij. l. gesta cum glo. C. de re iudic. per quæ iura, ita tenet Ioan. And. in addi. Spec. cu. in t̄ de sentent. i. mo. in c. quoniam contra, ver. ite no. nu. 5. & ibidem Abb. & Fely. in s. nota. de probat. & Bar. in l. in fraudem, s. neque instrumenta. num. 6. ff. de iure fisci, vnde cum sit de actis per precedentia verba Ritus licitum est, etiam scribere per suos scriptores, tanto magis, quia per Rit. 37. Item seruat actuarij non temporis nisi diego, ponere manu. s. ut ibi dicam, & in hoc non est dubium & sic quod pars quæ habuit sententiam in favorem, vult de ea fieri actum, seu instrumentum publicum ad futuram rei memoriam: istud instrumentum autem debet actuarij facere sua manu. tanto est, quia tunc non agit yractuarium, sed ut notarius, & ille non reputatur actus iudicarij, sed actus publicus edicendum in protocollo, t̄ qui semper debet esse propria manu notarii, qui de eo rogatur, ut dicit Bal. in d. s. ne autem in illis verbis, & facta matrice, & in rub. C. de fi. inst. Ang. in auth. de tabel. in prin. & Fely. in d. c. inter dilectos. col. pen. nu. 18. ver. & ista non intelligit. Et ex his habes casum in quo notarius non potest scribere per alium, etiam si se subscribat, t̄ secundus

# Domini Prospere Carauta Ebolitani.

dus casus est, quando vellet contractum redactum in prothocollo, redigi facere in publicam formam cum extensione clausularum, tunc enim si ipse notarius viuat, committere non posset, sed ipsem et redigere habet propria manu, ut dicit glo. in d.c. pen. in ver. perpetuam, nihil addendo, vel minuendo, secundum gl. & ut ibi eam, Imo declarat. nu. 2. circa ea quae mutare possent substantiam veritatis, quia suas breuiaturas, & clausulas bene posset extenderem.

¶ Tertio no. q processus causarum tangentium regium fiscum, debent scripsi per scriptorem fisci, hoc idem dicitur in Rit. seq. in fi. non intelligas istum Rit. de fabricatione processus, & quod velit dicere quod quando tangunt fiscum scribantur per scriptorem, quia dixit per scriptores: cum duo erant, ut supra diximus Rit. 29. sed loquitur iste Rit. de scriptura, i. annotatione scienda de ictis processibus per scriptorem, qui ad hoc forte tunc erat deputatus hodie in magna Curia conservantur in archivio ipsius, in regis audiencie, & a liis curiis scribuntur per inuentarium: quia Actuarii mutantur singulo anno, vel biennio, & quando ingredijuntur tantum sibi per inueniarium, & quando ex eis postea restituuntur per inuentarium, & ita fraudes evitantur. Salerni die 30. Aprilis 1559 Prosper Carauta.

## R I T V S X X X V .

*Quod subactarij debeant tenere Acta & scripturas  
Curiam concernentes, in ipsa Curia.*



Tem quod omnes subactarij non audeant recipere fideiussiones, & obligationes, nisi de conscientia, & voluntate actorum magistrorum, seu alterius eorundem, & eis causa registrati faciant in communione quinteno, & ponant, ac scribant in actis. Item scriptor fisci debet scribere omnes processus, & causas fiscum tangentes.

## S V M M A R I U M .

- 3 *Actuarij, & subactuarij unde, & quare ita dicuntur.*
- 2 *Fideiussio, & obligatio de conscientia, & voluntate actuarij capta quando dicatur.*
- 3 *De alicuius voluntate quid scribi, quando est quomodo dicatur.*
- 4 *Geminatio verborum vbiunque reperta, ab actu simplici diuersitatem facit.*
- 5 *Statutis verba quando fictionem, & quando veritatem important.*
- 6 *Geminatio verborum censetur elefia indifferia persona.*

**R**ubrica que præponitur huic Ritui, non respondet textui, ideo de ea non est curandum, credo tamen q̄ fuit per conditores transposita, nam debet stare ante Rit. 26, ut sic Rit. sequente conueniat: ex quo vides quanta confusio adeat in his Ritibus. ¶ No. ex hoc Rit. q̄ subactarij non possunt recipere fideiussiones, & obligationes nisi de conscientia, & voluntate unius ex actuariorum, vbi sunt plures. † Dicuntur autem subactarii scribz qui subsunt actuariorum, inde sic dicti q̄ sunt sub. actuariorum

vt dixi sup. Rit. 13. in fi. Dicti sunt aut Actuarii q̄ alio quid agunt, vt dicit gl. in l. quicunq; in verbi. actuarii. C. de apo. publ. lib. 10. ¶ Sed o. No. q̄ subactarii, postq; de conscientia, & voluntate actuarii cuperunt fideiussiones, & obligationes, debent eas regittrari facere in quinternocoi, i. in libro, vbi solent exredi, & poni obligations, & fideiussiones, nec non debet scribere, & ponere in actis easdem fideiussiones, & obligationes, & sic tpe. ictius Rit. qn aliquis liberabatur sub fideiussionibus, vel se obligabat ad aliquod, fideiussio, & obligatio scribebatur in actis, i. processu cause, sed q̄a postmodum poterat alijs detrahere illud foliu, ad evitandū hanc fraudē, ordinat q̄ ē registratur in libro foliato. Hodie non sit ita, nā fideiussiones, & obligationes non extēduntur in processibus, sed eo ipso q̄ capiuntur, scribuntur in libro obligationū, & fideiussionū, qui in oībus tribunalibus specialiter est deputatus ut dixi supra in Rit. 24. taliter q̄ non pōt fieri fraus p actuarii, verū vidi aliquos actuarios in ipso processu in dōcio, vel in calce folij, vbi est decretem liberationis cū fideiussori, annotare trñ. Capita est fideiussio in libro. ¶ In textu ibi scriptor fisci de hoc dixi supra in Rit. preced. vbi sunt eadem verba, vide ad intelligētiā ibi dicta.

- 2 ¶ Quero in hoc Rit. qn dicetur capita fideiussio, & obligatio de conscientia, & voluntate Actuarii. Ang in l. si q̄s mihi bona in S. iussum. ff. de acq. hzr. dicit q̄ tūc dī factū de conscientia alicuius, cū de eius cōsensu factū est p. tex. i. auth. qnō opor. episc. S. nō aūs alias. Bal. vero ip. rub. C. de exercito. actio. vers. quid si verba. nu. 8. dicit coquarrius, q̄ non requiritur consilium, nec consensus sed sufficit q̄ id sciat tm. pertex. in c. cū in veteri. de elect. in nomine. Idē in l. nemo, i. fi. nu. 7. C. de senten. & ih. l. oium, in fi. nu. 9. per illum tex. in prin. C. de testa. nī lex, aut statutum requirat loquelā, aut alijs factū eius cuius cohōsētia requiriuntur, p̄ aut. per gl. in l. i. in verbi. bonorum, in fi. C. de bon. poss. lecun. tab. & hanc opinionem sequitur Cassa. in consule burguū. tit. de droit rub. 4. S. 7. nu. 47. ver. quantū. † De voluntate alicuius q̄ fieri quōiescūt, fit in eius præsentia & non contradicit, hoc quando est p̄sens, qn̄ vero est absens, quōiescūt, ratificat expresse aut tacite approbat factū vel verbi, de ratificatione, est text. in l. 2. S. voluntarem, ff. sol. mat. de verbo vel factō ponit Spec. in tit. de successi. ab intell. ver. pone q̄ oē, firmat Cass. in d. loc. nu. 46. in tm q̄ tunc dicitur capita fideiussio, & obligatio de actuariorum conscientia, & voluntate cum ipse p̄sens id sciens, & non contradixit, vel absens ratificauit postea expresse, vel tacite. Sed aduerte q̄ Rit. requirit ista duo copulatiue, vnde licet absente actuario capiatur fideiussio, qui tamen posse tacite ratificauit, vel expresse, & præterea dici posse capita de voluntate sua, casum non sicut capita de eius conscientia, cum absens sciē non potuerit. præterea ista geminatio verborum hoc modo nihil operaretur, & sufficeret dixisse de conscientia, vel de voluntate a. & subactarij, postquam vtrūq; rendic ad idem. † Sed quia geminatio verborum regulariter non intelligitur posita ex dubio, sed curioso, & cum ministerio, ut probat tex. no. in l. balista. ff. ad Trebell. a immo q̄ vbiq;

## A D D I T I O N E.

- 2 Ad Trebellia. Adde, q̄ aliquando bis aliqd dicitur tollendā dubitationis gratia ne qua dubitatio superbie l. 1. S. ego puto, ff. de gđil. edic. & facit tex. in l. q̄ dubitationis vbi Dec. ff. de reg. iur. Superflua. n. non nobis abundansq; cautele nō officit voluntati l. testm. C. de testa. Neo mutat substantiā, nem̄ non necessaria verbū multiplicatio, l. pediculis, S. labeo, ff. de auto & argē. leg. Prodestq. qnq; salte ad tollendā sophistram interpretationē. frā. Host. lo. And. & Ant. de Buti. in c. nimis il. i. extra de excel. plac. facit ē tex. in l. ff. C. de pd. tamias, & vide p̄no Aymon, cons. 70. ex n. 19. C. P.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 25

que reperiatur: diuersitatem faciat ab actu simplici,  
vt dicitur in d.l. balista. in l. quinquaginta. vbi tex. no.  
ff. de prob. l. similiter. la 2 & auth. siue à me. C ad Vel-  
leia. & Eccl. scimus. i. responso. vbi Barto. & Alex. C.  
de agrico. & censi. lib. 10. dicendum est, q̄ licet hoc ver-  
bum, conscientia, item verbum, voluntas separatum  
requisita importent quod supra diximus, tū vbi repe-  
riuntur insimul posita, de conscientia, & voluntate, si-  
gnificant augmentum sermonis, ideo est q̄ subactarij  
non possunt recipere fidei iussiones, & obligationes, ni-  
si de conscientia, & voluntate, hoc est licentia actuarij  
propter geminationem istorum verborum, pro  
quo facit q̄ dic. Bald. in proce. ff. in fi. princ. vbi q̄ li-  
cer. i. statutum dicens q̄ aliquis habeatur pro ciue fi-  
ctionem importet secundum Bart. in l. si is qui pro em  
pro ore. ff. de vñscap. tame n̄ id secus est, si dicit. sit & ha-  
beatur pro ciue, quia veritatem importabit, hinc R.O.  
singul. 2. licet verbum, dicit q̄ quamuis statutum lo-  
quens per verba futuri temporis non intelligatur ip-  
so iure, sed mediante iudicis sententia per l. in crimi-  
nali. iuncta glo. C. de iurisdictio. om. iud. vt etiam di-  
cit Marthefi. singul. 1. 2. no. q̄ vñcunque, tamen id se-  
cūs est: si geminatè loquendo, dicat cassentur & in ir-  
ritum deducantur; quoniam tunc ipso iure intelligi-  
tur, vt dicit Bald. in rit. de pace consta. S. hoc q̄ nos in  
versicu cassentur. Ias. in Knob dubium. in 10. no. C. de  
legi Dec. conf. 137. col. 1. Socy. lun. conf. 33. col. 3. vol.  
1. Cartel. Cor. in memora. in versic. geminatio verbo-  
rum Nicol. pignol post Rom. d. singula. Gabriel Saray.  
post Marthefi. singu. 36. nota nouam regulam. prædi-  
ctis etiam accedit quod dicit Bald. in cap. fi. de offic. de-  
leg. quem ibi Card. & omnes sequuntur, vbi q̄ si Pa-  
pa committido alicui causam, dicat tu tu cognoscas.  
¶ ratione illius geminationis verborum, oenfebitur ex-  
lecta industria personæ: adeo q̄ subdelegare non poter-  
it: licet alia posset, q̄ dictum latius extollit lat. in l. x.  
in princ. col. 7. in 7. limita. ff. de offic. eius, & in l. penult.  
in fi. C. de pact. Corn. conf. 67. plene quidē col. 2. vers.  
sed omnes. volu. 1 & Cor. in memora. in versic. ge-  
minatio pro nominis. Item tacunt pro hoc alia non-  
nulla, satis quidem no. digna. quæ ponit Nicol. Euera.  
in loc. lega. loc. à loquitione geminationis. cap. 60. &  
Tiraquel in l. si vñquam. in versic. reuertatur. num. 46.  
versi. quarto fallit. C. de reuo. donat. ex quo sequitur à  
contrario sensu, q̄ omnia alia acta possunt scribere su-  
bactarij absque licentia magistrorum præter fidei-  
iussiones, & obligationes quæ non possunt accipi, nisi  
ab ipsis actuarijs, vel à subactariis de licentia actuarii,  
vt hic dicitur, & dicam etiam infra in Rit. 161. inci-  
vitate Neapo. in Magna Curia Vicaria video seruari  
quod hic dicitur, & subactarii non se intromittunt nisi  
de ordine actuariorum. Extra ciuitatem Neap. seru-  
tur contrarium quo ad obligationes tantum; nam scri-  
bx omnes passim, & indistincte, quando sunt requisi-  
ti, accipiunt eas, & ponunt in libro, & admittuntur, ra-  
tio est præsumpta licentia generalis, quam in his ha-  
bent scribz ab actuariis, de ipsis recipiendis, & ideo  
est q̄ conluctudo obseruat ut per eos recipientur, &  
recepta admittantur. Quo vero ad fidei iussiones, quia  
in his periculum est actuarii recipientis, si non fuerint  
idonei fidei iussores, per ea quæ dicuntur. in l. 3. C. de  
magistris. conuenie. & l. 1. S. si magistratus, a contrario  
sensu, ff. eo. vbi hoc no. Bal. in fi. seruatur iste Ritus, &  
nullus scribz, seu subactarius quantumcunq; requisiti-  
us le istromittit, nisi actuarius sibi ordinaverit, & hęc  
est veritas. Salerni die 1. Maii. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S XXXV I.

**I** Tem. in eadem Curia notarius Actorum  
præsens, vel abiens scribat acta per scri-

ptores tuos, instrumento vero sententiæ  
ipse propria manu scribat.

Dixide hoc Rit. supra in Rit. 34. vbi est eadem di-  
spositio tere per eadem verba, ibi videas.

## R I T V S XXXVII.



Tem seruat ipsa Curia,  
quod magister actorum  
eiusdem Curiae, vel eius  
locumtenens ponat, so-  
lum saltem manu pro-  
pria, diem quo proferunt  
ur sententiæ diffinitiæ,  
& ipsa sententia quæ legitur, non autem ex-  
pedit, eum ponere nisi diem, non autem  
mensem, vel annum, vel vbi expedit necessa-  
rio, nisi diem tantum in principio senten-  
tiæ, id est circa principium vbi ponitur dies  
qua fertur, & hoc quando fertur sententia  
in præsentia magistri actorum, vel ponit di-  
Etiam manum qui loco dicti magistri est iux-  
ta scripta infra, de fidei iussoribus, vbi omni-  
no vide.

## S U M M A R I V M .

- 1 Sententia an legi debeat præsentibus actuarij?
- 2 Sententia oretenus prolata, deinde scripta, non va-  
leret.
- 3 Sententia à iudice, vel ab alio an legi possit de iure?  
Quidue de consuetudine, ac styllo?
- 4 Stylus contra ius non valet. Et quando iuri com-  
muni derogare possit.
- 5 Quod seruat magna curia vicaria, bene seruant, et  
alii Regni curiæ.
- 6 Præctica, quando actuarius scribit diem lectæ sen-  
tentie, quomodo dicere debeat.
- 7 Promulgare, id est sententialiter legere.
- 8 Notariorum, & actuariorum verba quæ non sunt  
de solemnitate, & substantia legis, omissa non  
vitant.
- 9 Actuarij in sententia, quare illa verba, lecta lata,  
apponere tenetur. Et illa etiam, curia pro tribu-  
nali sedente.
- 10 Sententia clandestina lata non valet.

**N**otaibi, vel eius locumtenens, quod actuarius curiæ potest tenere aliquem lo-  
co sui, quod quotidie seruatur: nam vi-  
demus nonnullos subscribere in prou-  
isionibus; dicendo, talis pro actuario, ex quo cessat  
quod Doct. in l. cum sententiam. C. de senten. dispu-  
tant j quod sententia debet legi præsentibus actuariis,  
& ideo Bar. ibi dicit spectandam consuendinem.  
¶ Secundo nota, quod licet actuarii possint scribere se-  
tentias per suos scriptores, vt diximus. supra in Ritu  
34 in 2. no. tamen dies quo ipse sententiæ diffinitiæ  
proferuntur, debet manu propria ipsorum scribi, & enō  
ibidem dies quo proferuntur sententiæ diffinitiæ: ve-  
rum etiam dies quo profertur ipsa sententia quæ legi-  
tur: quasi velit dicere, siue sic sententiæ diffinitiæ q̄ le-  
gitur:

# Domini Prospere Carauta Ebolitani

gitur siue interloquitoria, eo ipso, quod sententia ipsa legitur: tenetur actuarius manu sua diem promulgationis ponere, & hoc eredo voluit dicere iste Ritus in his verbis obscuris. Et ex ipsis duo inferuntur. ¶ Primuni, quod sententia prius scribuntur; & postmodum leguntur iuxta tex. no. in l. 2. C. de senten. ex breui. recita, & cap. fin. de re iudic. in 6. & id a deo verum est: quod si ordo peruerteretur: & oretenus proferrentur, & postmodum scriberentur: non valerent. vt dicit Spec. in titu. de senten. S. iuxta. versicu. non valet. nu. 12. Lanfran. in cap. quoniam contra. in versi. interloquitoria versic. 2. requiritur. de prob. & Seb astia. Van. in tract. nulli. titu. de nullita. senten. versic. viso. nu. 7 c. ¶ intelligendo semper, quod legantur ab ipso iudice, & non ab alio: nisi sit Episcopus, vel persona Illustris. d. l. 2. & cap. fin. vt dicit Lanfranc. in loco præ alleg. numero 9. quamuis de consuetudine Italiz. (vt dicunt Archid. & Ioan. And. in d. cap. fi.) sufficiat iudici proferre illa verba condemnno, vel absoluo, vt etiam dicit Specu. in loco præalleg. versic. quid de interloquitoria, circa finem. num. i. 4. Bald. & Saly. in l. hac consultissima. C. qui testa. face. poss. & Seb astia. Van. in præalleg. loco. versicu. oportet. numero 85. sed hodie in Magna curia Vicaria, & Regia audientia Principatus citra, & Basilicata, neque vnum, neque aliud seruatur, quia iudices nec legunt integrè totas sententias ( vt iuris esset) nec etiam illa verba condemnno, vel absoluo iuxta consuetudinem Italiz., sed solum eorum ordinatio ne scribuntur: & post (etiam ipsis absentibus) per actuarios intimantur partibus, vel earum procuratoribus: & in earum calce scribitur per eosdem actuarios lecta lata supradicta sententia tali die talis mensis, an no tali. Nisi sententia esset ciuilis & procedetur in contumacia: quoniam tunc curia sedente, legeretur per actuarium, aut esset sententia foriudicationis, qua similiter curia sedente, per ipsum iudicem hebdomadarium criminalem l. gi. soler, & debet: in alijs vero curiis Regni circa praefata, seruatur, & seruari video ius commune: vt etiam dicam infra in Ritu 288. 11. no. Et si dicatur quo modo in magna curia, & Regia audientia praefata, contra ius commune, aliter seruari potest ¶ cum stilus contra ius non valeat. vt dicunt Pet. & Cy. C. quae fit longa consue & referendo sequitur Alex. conf. 36. num. 10. volu. 2. responderi potest dupliciter. Primo, quod non est absolute stylus; sed consuetudo inducta per tacitum consensum omnium, quo casu stylus consuetudine firmitus potest derogare iuri communii secundum eund. Alex. in d. consil. per l. omnes populi ff. de iusti. & iu. & l. de quibus. cum ibi no. per Glos. ff. de legi. cum simil. Secundo, qd in magna curia vicaria extat decretum solemniter interpositum quod inf. in Ritu. 288. 11. no. ad verbum inscras: per quod cauetur, qd actus soliti fieri, curia sedente, possint fieri extra bancham, seu curia non sedete, ob multiplicationem causarum ¶ & id quod seruat in ipsa magna curia: benefacit. d. Regia audientia immo omnes aliae curiae Regni, sic seruant: cum etiam seruare teneantur. vt dixi latè supra in Ritu. 1. Secundum, quod ex hoc Ritu. sequitur est: quod nedum sententia diffinitiuæ verum etiam interlocutoria, in scriptis proferri, & legi debent, & licet de iure communii solum in sententia diffinitiuæ debeat id fieri vt dicit Glos. in d. cap. fi in ver. diffinitiuæ. Spec. in lo. præalleg. nu. 14. & Bart. in l. 2. in fine. C. de senten. ex breui. recita. tamen in Regno per hunc Ritum, etiam in sententijs, & decretis interloquitoria id seruari debet, vt etiam probat apertius alias Ritus inf. 264. item seruat ipsa curia cognoscere in fine. licet hodie in practica tam in magna curia quam Regia audientia prædicta non seruentur: quoniam decreta omnia absq; aliqua promulgatione, intimantur partibus, seu earum procuratoribus per nuncios, vel actuarios. vt etiam dixi supra de sententijs diffinitiuis. Et nouiter prouisum est

per Illustrissimum Duxem de Alcala in suis nouissimis pragm in reformationibus sacri consilij pragm, 12. S. non defuere. ver. item qd de cœcta. de off. sac. cons. ¶ Tertio nota, qd mensis, vel annus nō expedir ponit in sententia de manu ipsius actuarij: sed solum dies, & vbi expediret, quod sua manu pone ret: tūc circa pri capiū ipsius sententia, vbi ponitur dies qua fertur, ponet mensem, & annum, adeo qd secundum hunc Ritum, debet scribere actuarius supra sententiam ista verba: die tali, talis mensis, anno tali, infra scripta sententia fuit lecta lata, & ita intelligi debent verba istius Rit. obscurissimi, à principio, vii; ad finem male compositi. A duertendo, qd illa verba in eo posita, ibi nisi diem, tantum, sunt superflua: quia nullum sensum habent. Iste Ritus practicatur in sententijs diffinitiuis cui libibus: & in eis actuarii ponunt diem mensem, & annum quo lecta fuerunt, verum sententia ipsa communiter scribuntur per eorum scribas, in interloquitoria vero tam ciuilibus, quam criminalibus subactarii, siue scribas ponunt die, mensem, & annum: verum non seruantur ponit in principio sententiarum, & decretorum vt hic dicitur, sed in calce dicendo ista verba, lecta lata supradicta sententia, siue decretum, curia protribunali sedente, die tali, talis mensis, talis anni. Vidi tñ in multis interloquitoria, & etiam diffinitiuis supra sententiam ponit diem, mensem, & annum, tam in sacro consil. Regia camera, quam magna curia vicaria, sed non dicitur ibi quod fuit lecta: sed in calce actuarii dicunt, lecta lata supradicto die & non aliud dicunt. In sententijs vero diffinitiuis criminalibus obseruantur, quod si fuerint condamnatoria: actuarius ciuilis, qui (vt vulgo dñ in magna curia,) fa il mese scribit eas, & notificat inquisitis: nisi essent foriudicationis, quoniam tunc scribentur a scribas: & lectum lacrum fieret ab actuario ciuili. principal, si vero fuerint absolutoriae: quilibet scriba, tam ciuilis, quam criminalis protestas scribere; licet sit abusus, quoniam ciuiles habent decretum quod ipsi tm, & nō criminales scribant eas. ¶ Quarto No, ibi & hoc quod tunc demum in sententijs debet manu actuarii ponit dies, mensem, & annum, cu ipse est præsens, at quando est absens; sufficit fieri manu illius qui existit pro actuario: & ita seruantur vbi que vt dixieram in prim. istius Rit. ¶ ¶ Quarto quoniam modo actuarius deberet dicere; quando scribit die quo fuit lecta sententia: dic quod deberet dicere lecta lata fuit supradicta sententia supra dicto die; quando in principio ipsius adest, vel quando non, debet dicere, diem, mensem, & annum, & subiungere curia pro tribunali sedente, alias si diceret data fuit dicta sententia: quia non appareret fuisse lectam: non valeret vt dic Bar. in d. l. 3. in fi. C. de sent. ex breui. recita, per tex. l. 1. eo sit. verum si diceret actuarius promulgata fuit sententialiter, dicta sententia valeret tum per illud verbum promulgare, quod importat sententialiter legere ex scripti recitatione, vt ipse Bar. ibidem dicit, tu propte verbum sententialiter, quod non potest aliter verificari: nisi dicatur fuisse lectam; vt dicit in l. scind. in fi. verbis, ff. de verb. oblig. rei et & sequitur Fely. in c. sicut. col. .nu. 10. ver. limita. de sent. & re iud. dicit tamen Alex conf. 90. versic. nec ad substantiam nu. 4. vol. 1. ¶ quod ista verba notariorum, seu actuariorum non sunt de substantia, nec de solemnitate legis, & i deo misla non vitiarent: quod referendo teneret est Seb astia. Van. d. tract. titu. de nulli. sent. verbo, illa autem. num. 88. per gl. in d. c. fi de re iud. in 6. in verbo. illustrum. in fi. que dicit sufficere, qd sententia feratur inscriptis, & valeret etiam, qd iudex in sententia non dicat i his scriptis. Sed aduerte qd licet ista verba nō sint de substantia; quia sufficit quod fuerit sententia lata in scriptis, & lecta iuxta iuris dispositionem, rñ ad probandum, qd snt fuerit lecta est necessarium, qd actuarii apponat illa verba, lecta lata, & si in sententia non dicitur curia pro tribunali sedente, in his scriptis dicimus,

emus,determinamus,& dissimilis sententiam, de  
beretiam dicere actuarius, lecta lata in his scriptis  
præsens sententia, curia pro tribunali sedēte, ratio est,  
quia alias sententia non præsumitur lecta ut dicit Bal.  
in l. quæcunque, S. fina ff. de publicia. in rem actio. vbi  
etiam Ange. & idem Bald. in l. fideicommissa, S. i ff.  
de lega. 3. Fely. in cap. quoniam contra. versicu. quarta  
concluho. num. 22. de prob. in tantum, quod per pro-  
ductione actorum probatur non fuisse lectam. vt dicit  
Gl in l. 2. C. de erro. aduoc. Ant. de But. Abb. & Fely in  
d. c. quoniam contra. num 33 ver. limita uno modo, li-  
cer quando in rei veritate non effet lata sententia: &  
actuarius scripsisset lectam latam, &c. & effet proban-  
dum non fuisse lectam & latam, alio modo sit neces-  
se probari. vt dicit Bar. in d. l. 2. C. de erro. aduoc. & id-  
eo debet fieri mentio, quod curia pro tribunali se-  
debat aut in sententia, aut in illa lecta lata † quia si non  
apparet hoc potius est effe prolata curia non seden-  
te, & clandestine quo calu non valeret ut inquit Ho-  
stien. in titu. de iud. S. qualiter in princ. Specul. de sen-  
tenz. S. qualiter, circa princ. pro quo tex. in l. cum sen-  
tentiam, C. de sent. facit tex. in c. quia propter de ele-  
ctio. & cap. cum inhibitio. de clandest. despōsi. & fir-  
mat etiam Sebasteia. Vant. d. tract. versic. debet insuper.  
nu. 8. sed cessant hodie istæ difficultates, quia in sen-  
tentij dicitur in his scriptis, maxime in fine dum dicitur  
calter in his scriptis &c. Item dicitur; curia seden-  
te. & Actuarius etiam dicunt lecta lata supradicta sen-  
tentia, curia pro tribunali sedente, adeo quod super  
his nūquam cadit difficultas. Salerni die 2. Maij. 1559.  
Prosper Carauita.

## R I T V S XXXVIII.



Tem quod dictus Tubita  
non audeat vocare aliquem  
ad petitionem partium, seu  
procuratorum, quando regi-  
tur Curia: excepto de man-  
dato dictæ Curiæ.

## S V M M A R I U M.

- 1 Citationes faci non possunt à curiæ servientibus nisi de iudicis commissione.
- 2 Praeco tubite loco subneccetur.
- 3 Citatio illius qui interesse prætendit, semper est ne-  
cessaria, nisi fiat intra terminum.

**Q**uoniam multoties citati non comparent,  
& propterea in ultimo peremptorio ter-  
mino reputantur contumaces, obseruatū  
exitir, & obseruantur ad præsens in ma-  
gna curia vicarie, quod hora vesperi-  
zina, quando curia regitur, ipsa pro tribunali sedente,  
tubita ordinariis ipsius magnæ curiæ alta voce vocat  
inquisitos: alias non possunt vi contumaces condem-  
nari, neq; banniri, vt dicit R. 20. item seruat ipsa  
curia in sero quod quidem nedum in ipsa magna curi-  
a, sed vbique per totum regnum practicatur, & in cu-  
rijs vbi adest tubita: fit talis vocatio per eum, vbi vero  
non adest fit alta voce per præconem, seu iuratum ip-  
sius, verum tamen est quod annis elapsis, in regia au-  
dientia principatus citra, contumaces non vocaban-  
tur: neq; alta, neq; submissa voce per aliquem: fed a-  
ctuarij clanculo reputabant contumaces: & scribebat  
volum contumaciam contra inquisitos (& quod pe-  
ius erat) dicebant, & vocato dicto talij, quia non cōpa-  
ravit: fuit reputatus contumax, cum tamen ipsum ne-

mo vocasset: & ex hoc sequebantur multæ. comoda  
actuariorum, sed populorum grauamina, quia voca-  
bant, & non vocabant actuarij ad eorum libitum, &  
vocatos castabant: quinimq; nec citationes apparebat.  
Hæc tamen usque quo eruditissimus Dominus Ioann.  
Nicolaus Carauita frater meus habuit officium, aduo-  
cati fisci in ipsa audientia, exinde in antea. cœptum  
fuit seruari bonos ordines, & præsertim circa vocatio-  
nem inquisitorum: qui non clam, sed alta voce, per tu-  
bitam, & in eius defectum per nuncium ipsius Regie  
audientia vocantur cum ergo actus vocationis præde-  
cta sit per tubitam faciendus vt in d. Rit. dicitur, sicutq;  
valde præjudicialis ordinat iste Rit. quod tubita non  
habeat hunc actum vocationis facere ad partium, seu  
earum procuratorum p[ro]tationem, siue instantiam: ni-  
fi per curiam sit eis hoc ordinatum † sicuti in simili de-  
citatione dicitur, quod non possunt fieri per istos præ-  
cones iuratos, vel nuncios, nisi de ordine, siue iudicis  
commissione. vt dicit Bar. in l. neminem, C. de exhibé-  
rei. Bal. in l. cum clericis S. memorati. ver, deinde no.  
C. de episc. & cler. Alciat. in tract. præsumpti. regu. 14.  
præsumptio. 3 & Tiraq. de retract. tit. 1. gl. 9. S. nu. 2.  
Et quod in tubita loquitur iste Rit. amplia in alijs cu-  
rijs, & in præcone qui eius loco subneccetur & subne-  
ccetur. At posset, vt d. Rit. 209. in si. disponitur, in tantum qd  
etiam requisiuti per partes iurati curiarum, debent ab-  
stinere a vocatione contumacium sine ordine curiæ,  
vt hic dicitur, & bene seruatur vbique. Ad vnum ta-  
men aduerte, quod ista vocatio, quæ sit de inquisito  
in ultimo peremptorio: antequam fiat contumax, &  
condemnetur, est quid speciale eo quia inter alias li-  
mitationes quæ dantur ad illam regulam, qd t[em] citatio  
illius qui interesse prætendit, semper est necessaria,  
alias actus non valeret. l. de vnoquoque, ff. de re iud. l.  
nam ita diuus. ff. de adopto & l. si quando, vbi Bald. C.  
de test. ea quidem est, vt non procedat quotiescumque  
aliquis actus fit infra terminum: tamen ultima die ip-  
sius: vt dicit Bal. in d. l. si quando. col. 2. in fine, & Bart.  
in l. 2. C. de temp. appell. tunc enim secundum eos, par-  
te ipsa aliter non citata, nec audit a expediri potest, vt  
dicit Maran. in tract. par. 6. in ver. citatio. nu. 18. in no-  
uis, & dixi tibi supra Rit. 30 & ideo talem limitationem  
poteris sublimitare, non procedere in contumacia ac-  
cusanda contra aliquem eo quia licet possit accusari  
in ultima die, tamen requiritur vocatio saltim absen-  
tis facienda per tubitam, vel iuratum, vt per d. Rit. 209.  
& per prælentem disponitur. Itē sublimita in alio ca-  
su quem habes infra Rit. 43. & 45. de quo etiam mē-  
tionem facit Maran. in loco præalleg. & per h[ec] sit ex-  
peditus etiam Rit. 209. Salerni die 5. Maij 1559. Pro-  
sper Carauita.

## R I T V S XXXIX.



Tem quod locumtenens dictæ  
magnæ Curiæ non mandet, &  
nec faciat aliquem capi de per-  
sona, prætextu cuiuscumque ex-  
cessus, seu delicti, aut alia qua-  
cumque causa, absque consilio saltim vnius  
iudicium ipsarum curiarum, & si faceret, nō  
posset eum captiu detinere, vel relaxare abs-  
que consilio vnius iudicium prædictorum,  
excepto si de Regalis Maiestatis expresse  
procederet mandato in scriptis factis dicto  
locumtenenti.

## A D D I T I O.

- 2 Non mandet, Adde & vide omnino cap. Regni 22. 43.  
178. & 280. & in omnibus Ioan. Ant. de Nigris. C. P.  
D 2 SV M.

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

S U M M A R I U M.

- 1 Locumtenens mag.cur.vic.praesides prouincie, & capitanei terrarum sine consilio eorum iudicum, aliquem carcerari facere non possunt.
- 2 Quod limita in carceratis de mandato superioris, in scriptis tamen interueniente, & in infraganti repertis non procedere.
- 3 Seruientibus officialium, aliquem sine mandato capere prohibetur.
- 4 Magistratus sine iudicium consilio administrantes, eorum officio priuandi essebent.
- 5 Bene consiliari, est quædam virtutis dispositio, prudenterq; simulacrum. Consilium hominem à malo proposito trahit. ibid.
- 6 Doctorum communis illa doctrina, quod officialium familia captum relaxare teneatur sub cautione de stando iuri, & se presentando, alias iniuriarum actione teneri, qualiter sit intelligenda.
- 7 Omisso consilio in actu requisito actus non valet.
- 8 Captus de facto, de facto erit liberandus.
- 9 Delicta impunita remanere non debent.
- 10 Magistratus iudicium consilio homines sibi subditos capere posse utrum sit indistincte, & semper verum.
- 11 Officiales à captura incipere possunt: tamen ad hoc cogi non possunt.

**N**ota † ex hoc Rit. quod locumtenens magna curia non potest capere, nec etiam capi facere homines praetextu cuiuscunque causæ absque consilio sui iudicis. & cum hoc Rit.concordat.cap.Reg. Item quod praefati iustitiarij, & capitanei. vbi plenius quam hic prouidetur quod praesides prouinciarum, & Capitanei terrarum non audeant hoc facere, nec etiam aliquem actum iudicariū exercere sine consilio sui iudicis; & casu quo aliter fecerint, teneantur iudices eis resistere: quod si non resipuerint, denuncient personaliter Dominae Reginæ, seu regio collaterali consilio, ut etiam dicitur in cap. Reg. Item caueant iustitiarij. † limita primo hunc Ritum non procedere, quando id facerent de mandato Regiae maiestatis; & sic suorum superiorum, in scriptis tamen habito, vt Rit. Iste dicit in fine ipsius, ibi excepto. Secundo limita hunc Ritum, & capitula preallegata non procedere, quotiescumque aliqui reperientur in flagranti facere rixas, portare arma contra prohibitiones, & banna, portare aliquid contra deuetum, extra territorium, vel aliud quid simile facere, quoniam tunc bene capi possent, vt inquit Par. in synd. in versi. captura nu. 5. per text. in l. si fugitiui. C. de seru. fugi. l. q. fiscales, C. de nauic. lib. 1. & l. si quis de cursu publ. lib. 12. & nedum officiales in capite hoc posse in casu similis, verum etiā & eorum familia. nec obstat secundum Parid, ibi cap. Regni. item stipendiarij, vbi prohibitum est istis seruientibus officialium † capere aliquem sine mandato, etiā praetextu delationis armorum, vel alterius causæ, vt etiam iure communi cauetur in l. neminem. C. de exhib. reis. & no. per Bal. in l. consentaneum. ver sic. scias num. 9. C. quomodo & quando iudex, quoniam secundum eum intelligitur quando non suntre perti in fragrantia p̄ illis causis. In effectu quo ad prac. seruatur dictum Pari. & isti Berroarij capitaneorum quotidie capiunt sine mandato inuentos cum armis, vel rixantes, quamvis iudicio meo d. cap. item stipendiarij.

diarij. generaliter loquatur, quod non faciant hunc & cū capiendi sine mandato, & velle intelligere modo praetato est mera laceratio ad illud. cap. vt cumque sit obseruat hodie, vt ipse dicit, & in iure fundari potest per iura supra allegata, & etiam per text. in l. 1. in prin. C. de rap. virg. l. si quis in seruente. in f. & l. interduin. la 2. S. qui surem, ff. de furt. lege capite quinto. ff. de adult. q̄iz iura pro hoc citat idem Par. in ver. capiuta. S. quia, plerunque nu. 2. & ibi in specie loquitur de familia officialis. Dispositio istius Rit. & prealleg. c. itē quod predicti non seruatur, & ideo videmus quotidie regentem magna curia iustitiarios prouinciarum, & capitaneos terrarū arrestare homines, nedum absque iudicium consilio verum etiam & ipsis iniuris, & multoties sine causa, quibus iudices resistere nō auderent: quia vt plurimū, qui talia agunt sunt viri militares, & superbi quibus ob bonam fortunam quam habent in hoc regno, omnia soliciter succedunt, & in syndicatu, ob eorum procacitates, statim dimittuntur, quoniam multoties visum est ab experto, q̄ conquerentes de eis, de accusatoribus accusati eualebunt, vti calumniantes, & si durum tibi videtur lector carissime credere referenti, quia expertus loquor, † sed hi omnes qui sine consilio iudicium administrant non essent in officijs relinquendi, sed eorum administratione priuandi. sicut Roboam Regno priuatus fuit, quia consilium eorum, qui sibi dati fuerant pro consilio, audire negavit, vt dicit 3. Reg. ca. 12. c. ecclesia. 1. 6. q. 1. & c. deniq; 7. q. 1. Cassa. in consue. Burgun. in proce. in ver. ordo vne. nu. 1 fol. 5. & latè Luc. de pen. in l. omnes. C. de cu. lib. 10. vbi valde inuehit contra praesides prouinciarum, qui cum sint iurium ignari, ad motum sui capitis se regunt, dicit. n. ecclesia. c. 32. fili sine consilio nihil facies, & post factū non penitabit. prouer. 5. dissipantur cogitationes vbi non est consilium, & cap. 13. astutus omnia cum consilio agit. ex quibus, & alij nonnullis quæ dixi tibi in prag. \* per excellen tem, S. 2. nu. 14. de lena. conf. Maced. necessario concluditur ab omnibus nil esse agendum sine consilio, † quia vt inquit Egid. de regi. prim lib. 2. c. 4. consiliari bene est quædam dispositio virtutis. & prudentia simulacrum, quinimmo vt dicit Arch. 2. q. 1. c. anteriorum, hominē à malo proposito trahit, & vt inquit Arist. in secreto secretoru ad Alexandrum: consiliū dicitur oculus futurorū. ¶ Secund. No à contrario sensu istius Rit. q̄ locumtenens magna curia, & consequenter oēs alij officiales, cum consilio iudicium suorum possunt hominēs ius jurisdictionis arrestare, quod tamen limita, non procedere in capto incidente in poenam banni pecuniaria, & parato dare fideiustores de iudicato solvendo, vt dicit in c. Reg. statuimus, vt nullus, & c. item caueant iustitiarij, tunc enim licet haberint consilium, a iudice de capiendo, si ille captus statim offert sibi cautionē, debet dimitti nisi iudex dedisset consilium, q̄ etiā cum c. ratione caperetur, qm̄ tunc ipsi essent excusati, & iudex teneretur, vt dicit tex. d. ca. item caueant, sed nec è ista duo. ca. seruantur, nec seruari video, quod per mille fideiussiones in promptu oblatas, & datas libarent quem ceperunt, licet postquam duxerint ad carcerem, viso processu, & qualitate cause bene discussa, & intellecta, seruerurdispositio eorum, & captus liberatur sub cautione de iudicato solvendo, q̄ èt v̄ sentire regia prag. inolevit sub tit. de custodia reorum, ibi non detineatur & sicuti non seruatur in ipsiis officialibus, pari modo, nec etiam in eorum familia: adeo qd̄ licet dicatur per Doct † quod familia officialium teneatur captum relaxare sub cautione de stando iuri, & se presentando, alias teneretur actione iniuriarū, vt dicit Alex. in rub. ff. in ius voca. vt cant. & in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ier. Afficit. in const. Reg. humanitate. col. 4. ver. rursus. & Niger. in c. Reg. statuimus, vt nullus. n. 7. ver. sed qd̄ si familia. vbi id intelligit nisi criminis aut psonæ qualitas, aliud suaderet, tñ hodie in pract. non

non seruatur, & credo ex eo, quia dictum Doct. debet intelligi, vt Niger intelligit, si qualitas perlong, vel de licti hoc patitur: cum tamen ista cognitio, & discretio qualitatis delicti non possit recte fieri per seruientes. Curiaz, qui ne sciant processum, & merita ipsius, nec etiam quando captus veniat relaxandus ex qualitate personæ, vel ne. ¶ Tertio nota ibi & si ficeret, quod si officialis capit aliquem sine consilio iudicis sui, & non potest ipsum nec detinere, nec etiam relaxare simili ter sine consilio, & sic quamvis capture sit nulla.

¶ t quia omisso consilio in actu requisito, actus non vallet, vr tradit late Fely. in cap. ex parte. vbi tres limita ponit de constit. & idem Bernard. Diaz. in regu. 134.

¶ 3 consilio. ¶ Et regulariter captus de facto, debeat etiam de facto liberari, vt dicit Bald. in l. si pacto. s. notab. C. de pac. & ibi etiam Alex in vlt. nota, quia nihil tam naturale est, quam eodem genere quodque dissoluere, quo colligatum est. l. nihil tam naturale, ff. de reg. iur. pro hoc glossa in l. minor. in versic. seius, ff. de euictio, plenè Tiraquel. in tract. l. connu. gl. 3. num. 15. & Affl. in consti. tu. magister iustitarius, 3. nota nume. 7. Attra men talis Regula in materia istius Rit. non procedit, vr vides. Ratio pote esse, quia multores euenire potest quod non sine causa capiantur aliqui ab officialibus quilibet id male fecerint, exequendo sine consilio, tamen ne delicta remaneant impunita, permitti non debent malorum conculcationes, maximè quia hoc ultimum est peius, dimittendo delinquente. Et in hoc seruaretur Rit. iste, quia si officialis captum sine consilio dimitteret sine consilio, teneretur parti ad interesse: quod nota.

¶ t Quarto in hoc Rit. nunquid semper verum erit, officialis cum consilio iudicis capere possunt homines ipsi subiectos, vt diximus in 2. nota. ista. q. est satis intricata inter Doct. propter eorum diuersas sententias. nam Bar. in l. consentaneum. nu. 13. versi. istud videtur. C. quomodo, & quando iudex, dicit quod iudex potest, quando vult, à captura personali incipere. idem Bal. in l. 2. num. 2. C. de his qui latro. Ang. in l. ite apud Labeonem, S. questionis, ff. de iniur. cum alijs adductis per Hipp. sing. 93. incip. iudex. quod etiam sequutus est Petrus Foll. in tract. in versic. notatus capiat. num. 2. Bald. verò sibi ipsi parum constans in eadem, l. consentaneum. ver. quarto vna cum Butr. num. 32. dicit contrarium, quia nec etiam ab executione reali incipi potest, quod est minus, vr patet ex illa l. consentaneum, & l. nimis propere, C. de execu. re. iu. di. & ideo secundum eum citatio precedere debet, nisi timeretur fuga. per l. ait prator. S. si debitore, ff. quæ in fraud. credit. aut id suaderet qualitas personæ, vel criminis enormitas, vt dicit Ang. in auth. vt iud. sine quoquo suff. S. scientes, & in auth. de defenso. S. audient, idem Io. And. in cap. si clericos, de sent. excomm. in 6. & Bal. in l. quod euitadi in fi. C. de cond. ob turp. cau. Quid dicendum? Mihi videtur distinguendum hoc pæcto: aut enim capta est informatio, & adsumt indicia contra inquisitum; & tunc procedat op. Barto. quam etiam tener Saly. in l. absentem, col. 3. C. de accus. vbi dicit, quod iudices moderni inueniunt bonam pract. quia habita informatione à testibus, incipiunt à captura reali. idem Saly. in l. nullus. C. de exhib. reis, Fely. in cap. cum non ab homine. numero 11. versiculo limita. 3. de iud. & in cap. quoniam frequenter, col. 9. versic. circa quintam. q. vt lit. non contestata, quod etiam videtur confirmare, d. prag. inolevit ibi antequam incipiat constare a contrario sensu, & Pet. Rebuff. in cō men. const. Fran. tract. de liter. requisi. num. 13. volu. 2. aut non extant indicia: & sic sibi de crimine non constat; & tunc procedat opin. Bal. in d. l. consentaneum, vreco casu non possit incipi a capture, nisi in casibus supradic. & q. etiam non constito de crimine in dictis casibus, procedi possit ad capturam. sicque ibi intelligatur Bald. vide Par. in tract. syndi. in versic. capture.

num. 12. versic. an potestas. & Hipp. d. sing. 93. & in pra. & i. S. constante num. 5. versic & licias, vbi idem & vter que videtur hanc distincte sentire licet non ita clare, & Boer. in consuetud. bituri. de iurisdict. omn. iudi. S. 3. in versic. item par la costume, & Marce. bon. in prag. inolevit. num. 9 & sequen. verum per dictam prag. inolevit. ex eo, quia antequam constet: processum est ad capturam. deberet liberari sub cautione de se praestando, quia sic iudicium esset assecuratum per prætestum delinquentem: licet iudices non semper seruente dictam prag. sed quando eis videtur. & tunc tantum cum certi sunt, quod non possunt habere alia indicia, & ea quæ habent sunt satis debilia, & remota, & ita practicatur. ¶ Aduerte tamen, quod licet officiales possint à capture incipere. in primo casu supra relato, tamen secundum Barto in dicto l. consentaneum. ad id cogi non possunt: nisi inquisiti essent cōrumaces: quod niam tunc si denegarent, tenerentur in syndicatu, vt dicit post eum Par. in dicto tracta. in versic. capture. S. quia plerunque. in princ. & Pet. Foll. loco præalleg. numero 1. & ideo dixi. in primo casu, quia in secundo casu, & quando incipitur a capture propter suspicionem inquisiti, qui si citaretur illico fugam attiperet, teneretur officiales capere, quia partis interest, per d. l. ait prætor. S. si debitorem, quod nota, quia Bar. & Par. nec etia Foller. tangunt hunc passum. Salerni die 6. Maij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S . X L .



**T**em, quod si procedatur per dictam Curiam contra aliquem, vel aliquam de aliquo criminе per accusationem, vel ex officio: quod constet de crimine contra eum, aut eam, & propterea carceri mancipent, facta publicatione in causa, quantumcunque allegetur per aduocatos dicti carcerati, seu carceratae quod ipse carceratus, seu carcerata probauerit exceptiones suas propter quas probationes est à dicto carcere liberandus aut liberanda de iure, nullo modo ab eodem carcere liberentur, nisi facta prius conclusione in causa.

**N**ota ex hoc Rit. quod quoruscunque alius inquisitus ad querelam, vel ex officio carceratur, eo quia de criminе constat: licet datis defensionibus, & facta publicatione cause dicatur apparere de sua innocentia: & quod propterea debeat sub fideiustoribus liberari, nihilominus talis liberatio fieri non debet, nisi facta conclusione in causa ipsa. cum quo videtur concordare, cap. Reg. item iustitiarij delatos, dispositio iustius Rit. corrigit ius commune. in l. nullus, C. de exhib. reis, per quem tex. Cyn. ibi in 4. no. Bal. nu 2. & Saly. dicit quod i accusatus non debet detineri in carcere ribus usque ad sententiam, sed statim, quia constat ipsu non esse culpabile potest relaxari, quod Alex. & Bal. ibi dicit seruari in tract. & Rom. singu. 496. incip. accusatus. factis extollit & dicit singulare idem Ang. in tract. malefic. in ver. præsente. nu. 7. Hipp. in tract. S. attingat. num. 13. & 16. in singu. 381. licet reus criminis, & in re pet. rubr. de fideiustlo. quæstio. 31. nume. 219. Boer. in consuet. bituri. de iurisdict. omn. iudic. S. 14. in glo. 1. & 2. & Calsa. in consuet. Burg. tit des iustices rub. 1. S. & nu. 170. item corrigit et cap. Reg. ab illo inchoandum.

D 3 per

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani.

per quod iuxta iuris communis dispositionem ordinatur, quod si publicatis attestacionibus, constat de Innocentia inquisiti non expectata prolatione sententia, debet carceratus liberari sub fideiussoribus competentibus, ut ibi latus disponitur. Dicit tamen Cauens hic, quod post hunc Rit. superuenit regia prag. incip. inoleuit sub titu. de cust. reorum. per quam sub generalitate verborum, videtur ordinari quod serueretur d. cap. ab illo inchoandum. dicens huiusmodi op. esse Affl. et. in constit. Reg. humanitate in s. not. ver. sculo rursus quero numero 24. dum id dicit hunc Rit. esse correctum. & ita residet Cauens: ego autem arbitror aduertendum, quod dicta prag. inoleuit, nullo modo hunc Rit. corrigit, nec dictum capitulu confirmat, solum enim emanavit ad corrugendum officium excessus qui iuris ordine non seruato, nec qualitate personarum attenta, procedebat ad detinendum & carcerandum homines antequam de delicto inciperet constare, & ne verbum quidem dicit de liberatione facienda, quando facta publicatione constat de innocentia, quia ad dictum capitulum non habuit respectum, nec etiam cogitationem Marth. de Affl. Et in dicta constitutio, non loquitur de hoc Rit. sed de sequen. & dicit aduerte, ne erres, quia illi Rit. sunt cassati: nec dicit de quibus, sed solum loquutus fuerat de Rit. lequen. hanç meam opinionem concomitatur hodierna pract. que communiter & generaliter se habet, quod facta publicatione in causa, tamen quod de innocentia appareat, inquisitus non liberatur; nec etiam facta conclusione, quia in criminalibus non sit conclusio, ut dicit Neapoda. in opere. Ioan. Anto. de nigr. super cap. ab illo inchoandum. numero 34. per tex. in. pactum inter hæredem, ff. de pac. verum iudicis testificatis, & transacto termino repulsa, & alijs terminis, fit citatio ad sententiam; & proceditur ad expeditiōnem cause, quatenus iuris fuerit, ut videtur sentire. d. c. Reg. Item iustitiarij delatos & ad confirmationem praefentis Ritus dico tibi plus, quod cum euenerit in facto in quo ego vti aduocatus interueniebam in ciuitate Neapo. fuerunt interrogati fere omnes aduocati qui vna mitem dicebant, quod nunquam viderunt obseruari dictum cap. ab illo inchoandum. in tantum quod informati iudicibus de meritis causa tunc vertentis, & innocentia carcerati, non potui obtinere liberationem sub fideiussoribus. huius etiam opin. circa intellectum. d. prag. pluries dixit esse eruditissimus Dominus io. Nicolaus Carauita Frater meus, & quod illa prag. etiam si per capillos capiatur: non dicit hoc. Sa- lerni die 7. Maij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S X L I .



Tem si accuseretur aliquis, vel ex officio contra eum procedatur de aliquo crimen: statim quod constat per unum testem contra eum de visu, & persona alias de fama publica, detineatur in talibus tamen in quibus ipsa Curia consuevit ponere ad torturam reum.

## S V M M A R I U M .

- 1 Constare de delicto debet, antequam quis detineatur,
- 2 Testis unus de visu facit semiplenam probationem.
- 3 Indicium est minus quam semiplena probatio.
- 4 Probatio per famam semiplena est: et dicto unus testis equiparatur,

- 5 Carceratio, & detentio à iudicis arbitrio dependent.
- 6 Constare de delicto per unum testem, vel famam publicam dic. tur: quo ad actum carcerandi.
- 7 Unus testis de visu non facit indicium ad torturam.
- 8 Probatio per famam, quando & quibus concurrentibus, indicium faciat ad torturam.
- 9 Fama est deterior testis qui haberri possit.
- 10 Fama res fallax, & perniciosa.
- 11 Fama qualiter probetur remissive.
- 12 Pœna delicti est corporis afflictiva.
- 13 Casus quibus subiici aliquis possit questionibus in regno sunt taxati.
- 14 Inquisitus offerens fideiussores, quando detineri in carceribus non possit.
- 15 Practica, quando delicti pœna à lege, vel statuto expressa non est: sed arbitraria, non liberari inquisitos sub fideiussoribus.
- 16 Index in arbitrariis causis, alias pœnas, quam imponi solitas, imponere non potest.
- 17 In carceribus quis an pro pecuniaria pœna detineri possit?

**C** Ollige ex hoc Rit. breuiter quod in omni causa criminali, siue procedatur ex officio, siue ad querelam: statim quod constat de visu, alias de fama publica: inquisitus detineatur, si tamen est talis causa in qua possit curia ponere ipsum ad torturam, & aduerte ibi. de visu, & persona, quod hic deficiunt verba, ideo debes supplere sic statim, quod constat per unum testem de visu, de delicto, & persona; alias illa verba & persona, non recte sonarent, & ita supplendo, hic est casus quod de delicto debet constare eo modo ut hic dicitur antequam quis detineatur, ut Cauens hic dicit, & est tex. in l. s. item illud, & ibi Barto. ff. ad Sylla. & in l. f. ff. de quæst licet ipse hunc Rit. non ponderat ad hoc, sed tantum per dicta iura probet. Dispositio istius Rit. corrigit ca. Regni ab illo inchoandum. in princ. vbi ordinabatur, quod non alias inquisitus detineretur quam si de delicto plene constaret: tamen unus testis de visu non faciat nisi semiplenam probationem, ut dicit glof in l. quisquis, & ibi etiam Bald. C. ad l. Iul. maiest. & Brun. in tracta. de indi. in princ. num. 2. & ut dicit Cy. in quodam consilio quem Brun. ibi refert, facit indicium tantum tamen quod est minus quam semiplena probatio. secundum Gl. in l. cum probat. ff. de probatio, t & probatio quæ sit per famam, similiter solum semiplenam probationem faciat, ut dicit Gandi. in tit. de quæstio. num. 39. versi, sed de uno quero, per tex in c. cum desideres. de senten. excomm. & dicto vnius testis æquiparatur secundum eum, quem etiam refert, & sequitur Bru. in d. tract. s. circa tertium. num. 32. & licet Affl. in constit. Reg. humanitate. s. no. num. 24. versi, rursus quero, dicit hunc Rit. esse cassatum, taliter quod index qui ipsum seruaret: teneretur in syndicatu, & ipse in magna Curia: cum esset index practicauit contrarium; quia nunquam detinebatur quis ex indiciis oblata fideiussione, attamen iste Rit. est in viridi obseruantia, & quandoque ex minoribus indicijs carcerantur, & detinentur inquisiti: etiam si offerant fideiussiones, prout iudici attenta qualitate cause, & personæ, melius visum fuerit, adeo quod hodie in regno nedum seruatur iste Rit. verum etiam & plus quam ipse ordinat: tamen tantum & carceratio, & detentio in iudicium arbitrio consistunt absque dubio se cùdum dispositionem iuris communis, ut dicunt Barto. Bald. Pau. de Cast. & Alex. in l. neque impuberis, §. 2. ff. de

¶ ff. de in ius vog. Barto in l. consentaneum. C. quomo-  
do, & quando iudex. Ang. in S. audient. in auth. de-  
fensio, & uita. Io. Fab. in auth. sed novo iure. C. de custo.  
scio. Pau. de Cas. satis pulchre cons. 326 in nouis. Boer.  
in con. sue. bit de iuris. om. iud. S. 14. gl. 2. Cas. qui di-  
cit 25, ud. eos id seruari in consue. burg. tit. des rustices  
sub t. 1. S. 5. nu. 171. & Gramma cons. 55. nu. 6. & sic su-  
mo us in terminis eiusdem Afflict. ibid. dicens quod  
iste Rit. etenim esset seruandus quatenus post Regi-  
nam Ioannam secundam, probaretur suisse obserua-  
tum ex consuetudine, sed licet ipse dicat hunc Rit.  
suisse cassum; ego non video vbi cassetur, & si ita es-  
sen (r)afferitur non esset in corpore istorum Rituum,  
propter quod ultra præc. hodiernam quæ ipsum ser-  
uare, tene hunc Rit. & eius dispositionem seruare maxi-  
mæ tu qui es iudex inferior, & non habes ita largas ha-  
benas carcer adi cum minoribus indicijs, quam hic di-  
citur, sicut habet Magna Curia, & regiæ prouinciales  
audient, quæ excedunt ipsum mustoties.

¶ ¶ No. primo ibi statim q̄ constat, q̄ dicitur constare  
de delicto, vbi est vnu testis, aut fama publica quod  
intellige, quo ad hunc actum carcerandi, non autem  
pronunciandi per tex. & que ibi nota. in c. significa e-  
runt de testi. vt inquit Pet. piccolus. in d. ca. ab illo in-  
choandum. nu. 13. in opere Bar. de Capua. & Afflict. in  
constitutione humanitate. in 5. no. versic. item quæro,  
num. 23. quia ad finem pronunciandi, non alias con-  
stare dicitur: nisi fuerint examinati citata parte, secun-  
dum Bar. in l. maritus. ff. de quæst. in l. fi. in fi. eo. tit. An-  
ge. in repe. l. si vacantia. col. pen. in prin. ver. item quæ-  
sto in causa. C. de bon. vac. lib. 10. & Salyc. in l. fi. C. de  
quæstio. & Afflict. in d. const. humanitate. in 5. no. ver-  
sc. item quæro vtrum num. 20.

¶ Nota secundo ex isto Rit. q̄ vbi cunque adest minus  
indictum, quam sufficiens ad torturam, ibi iudex po-  
test procedere ad carcerationem, & detentionem in-  
quiui, probatur hoc q̄ quia dictum vnius testis de vi-  
tu non facit indictum ad torturam: nisi sit omni exce-  
ptione maior, vt dicit Bar. in l. maritus. ff. de quæst. l. fi.  
C. fa. herc. & l. admonendi, vbi etiam Bal. ff. de iure-  
ria. & Affl. & in const. humanitate. n. 21. ver. quæro pro-  
declaratione. Et dummodo alia circumstantia non re-  
sistat secundum Bald. in l. 2. C. quorum appellatio.  
poti. And. in c. cum in contemplatione. de reg. iu. in

8. in nouel. & Bru. in d. tract. in prim. num. 3. ¶ item qa  
probatio quæ fit per famam: quamvis dicatur facere  
indictum ad torturam, per Gaudi in tract. malefic. in ti-  
tu. de quæstio. num. 39. ver. sed de vno quæro: vbi dicit  
quod re seruant communiter assessor: tamen verior  
opinio est in contrarium: secundum Bru. in præalleg.  
tract. S. circa tertium. ver. an fama nu. 32. & tunc tantu  
procedit, quando cum fama iungerentur alia indicia  
secundum Barto. in l. fin. ff. de quæstio. & in l. de mino-  
re. S. tormenta. eodem titu. & Areti. in tracta. malefic.  
in versic. fama publica. versic. & an fama. vbi August.  
ipsum sequens, ait quod si ipse esset assessor non po-  
neret aliquem in tormentis ex sola fama, nisi esset sa-  
tis vehemens, vt tenet Bald. in cap. 1. S. iniuria. de pace  
juram. firman. & Brun. in loco præalleg. quod ego etiā  
sequor, at quia fama est deterior testis qui haberit po-  
test, vt inquit Afflict. in d. const. humanitate. 5. not.  
ver. item quæro. in fine. num. 20. eademque facile orien-  
tur, cum ad dictum vnius, plurimorum sequatur mul-  
to. trudo. cap. cum in iuuentute. de purg. can. ¶ & ideo  
dicitur esse res fallax, & perniciofa argum. l. pecume-  
nus. ff. de hære. inst. l. decurionum, C. de poenis. & l.  
infirmissimos. ibi nec ad libertatem. C. de offic. recto. pro  
prii. & latius Gaudi. supra num. 39. in princ. & nihilomi-  
nus. Re Rit. quando expressit de vno teste, non di-  
xit quod sit omni exceptione major, & quando dixit  
de fama, loquutus est absolute, non dicendo, iuncta cu-  
aliis indicijs, propter quod remanet absque dubio co-  
clusio clara, quam posuimus principio illius nota. quam

uis Afflict. in præallegata constitut. humanitate in 5.  
no. ver. rursus, num. 24. videatur hunc Ritum allegare  
quod per indicia sufficientia ad torturam potest quis  
detineri, quasi vellet sentire, quod tunc demum pro-  
cede. et iste Rit. quando dictum vnius testis, aut fa-  
ma esset sufficiens ad torturam, sed caue ita intellige-  
re, quia a Affl. & non figit pedes in hoc, & perfunctorie  
loquitur, maxime quia de maiori præiudicio tracta-  
tur, quando est procedendum ad torturam, quia quan-  
do ad detinendum, propter quod merito tunc vnu  
testis, aut sola fama non sufficeret, & ita teneas quod  
nota ad intellectum illius Rit. quia non sicut hucus-  
que tactum, quamvis raro contingat, dicta indicia so-  
la reperiri, sed semper iuncta cum alijs. Aduerte ta-  
men quis Afflict. in d. const. versic. item quæro num.  
20. in 5. not. videatur firmare quod ex sola fama non po-  
test quis detineri: circa quod Cauens. hic dicit quod  
sunt immemor hu. us Rit. quod equidem non est ve-  
rum, quia Affl. & postmodum ibid. nu. 24. citat hunc  
Ritum, & ideo dicen dum est quod ipse loquitur cir-  
cumscripto isto nostro Rit., eo quia dicit ipsum esse  
casuum, & non seruari, vt supra latius diximus.  
¶ ¶ Qualiter tamen probetur fama, vide plenè per Ca-  
uens. hic.  
¶ Secundo No. ibi in talibus tamen, quod tunc demum  
procedi potest ad detentionem inquisiti ex indicijs su-  
pradicis, & in hoc tex. positis, cum tractatur de causa  
in qua posset inquisitus torqueri, vt etiam scribit Græ-  
ma. (hunc Ritum allegando) in consilio crimina 35.  
num. 55. & Decisi. 60. in fi. & ante hunc Rit. voluit Bal.  
in l. si quis post. vbi etiam Imol. ff. de testa. & referen-  
do sequitur Cassa. in consue. burgun. tit. de iustices.  
12 rubr. 1. S. 5. num. 167. ¶ Item cum pena delicti est cor-  
poris afflictiva, licet pro eo non veniat inquisitus tor-  
quendus, vt dicunt Bald. & Imo. in d. l. si quis post. idē  
Bald. in l. nullus. num. 3. ver. in ea. Glo. C. de exhiben-  
teis. Bart. & alii. in l. 1. ff. de culto. reo. Ang. in tract. ma-  
lefic. in ver. fama publica. ver. decimo quæro, & versi.  
seq. & Hipp. in præc. S. artingam. in prin. nu. 5. etiam si  
talis pena personalis non esset determinata a lege, sed  
arbitraria cum tamen ex consuetudine imponi soleat  
secundum Bal. in d. l. nullus, q̄a ea consuetudo fori es-  
set attendenda p no. in l. quid ergo. S. pena grauior. ff.  
de

## A D D I T I O N E

a Etiam sequor. Addo q̄ hinc est quod dicere solebat De  
mosthenes fama nihil esse iniquius, cum vulgus (qđ  
vasto bruto simile esse Plato existimat) ex opinione  
multa, ex veritate pauca estimat, ut Cicero testatur, fal-  
laxq. à Marone appellatur. Quamvis Aeschines orans  
contra Timar. Quoad hominum (inquit) vitam & fer-  
monem & actus, & non e mentita qđam sponte sua or-  
ta fama, per ciuitatem vagatur, & effert in vulgus priu-  
ta cuiuscunq; studia: multa quoq; diuinat, q̄ futu-  
ra sunt atq; ita conclamatū est, minimeq; confiditum,  
q̄ affero, vt & Remp. nostrā, maioresq; noltros, famē  
veluti Deo maximē aram construxisse reperiens. Ho-  
merumq. hepe in Iliade dicente antequam aliquid q̄  
futurum esset, eveniret fama ad castra venit. Rursumq;  
Euripidem ostendentem, hanc dēam, non mortales fo-  
lum docere posse qui sint cum viuant sed et cum mor-  
tui fuerint, dum ait, Nam fama telluris eriam in reces-  
sibus virum bonum ostendit. Hesiodus etiam palam  
ipsam dēam facit dum eos admodum sapienter allo-  
quitur, qui in viuendi consociatione esse volunt, ait  
enim.

Non moritur fama omnino: quam turba viro-  
rum.

Plurima vulgavit, quoniam ipsa est vna dearum.  
Qua propter famam veluti de magis quam testibus  
fidem esse prestandam opinatur. C. P.

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

23. de his qui no*ta* *inf*a. Sed cum in Regno taxari sint ca*fus* n*on* quibus potest quis sub*ici* qu*æ*stionibus, & hi sint v*b*i quis venit pun*end*us po*ena* mortis naturalis, cui*lis*, vel ab*sciss*ionis membra, aut alia po*ena* qu*æ* sit  
 2 ultra relegationem, vt paret ex c*on* reg*o* form*æ*ta*s*. & c*on* si iuste quis, in princ*e* ex Pari*is*, in tract*o*, syndica*is*, in versic*o*, tortura*s*, an ca*u*la pecuniaria. Gramm*o*, vol. 15. nu*m*. 12.  
 • & cons*u*l*o*, 16. nu*m*. 14. & Maran*is*, in sua pr*æ*ct*o*, par*o*. 4. d*icitu*s. 2. num 2. videtur d*icitu*s posse, quod non potest dari calus (vt dicebant Bald*o* & p*rae*alleg*o* Do*c*t*o*). in quo veniat q*æ* pun*end*us po*ena* corporis afflict*io*n*is*, & n*on* veniat tor*quend*us, sed non est verum, quia po*ena* fustigationis est corporis afflict*io*n*is* (vt clarum est), & tamen in del*icto* & v*b*i ea po*ena* cadit solummodo, non habet locum tortura*s*, vt paret ex dictis cap*o*. Reg*o*ni*s*, & latius Maran*is*, in loco p*rae*alleg*o*, num*m*. 1. & 6. t*er* Et ex hoc nota. & p*rae* dictis omnibus sequitur, quod v*b*i in del*icto* venit im*pon*enda solum po*ena* relegationis, quia sic ordinat lex, vel statutum: inquisitus offens*is* fidei*ss*ores, non debet detineri in carceribus, vt etiam scribit Aff*o*c*on*stit*u*ti*s* Reg*o* humanit*ate*, versicu*lo* item qu*æ*ro. num*m*.  
 23. Practicatur tamen in Magna Cur*ia*, & Reg*o* audie*ti*u*s*, principatus citra*s*, & Bas*ilicar**is*, in talibus casib*us* non liberare inquisitum per totum ad sui libitum, sed per ciuitatem, vel palati*um*, & quandoque per totum cum cautione de se p*rae*sentando, tempore publicatio*nis* cur*ia*, absque aliqua requisitione, iuxta qualitat*em* cause*s* & person*es*, quia vt dicit Ang*o* in l*o*. C*on* de exhib*en* re*s*, Gandi*is*, qui de hoc pulchre tract*o* in tit*o*, quid sit agendum re*o* pr*æ*sent*o*. nu*m*. 5. versic*o* sed quod dicitur, & Aff*o*c*on*stit*u*ti*s* in dicta constit*u*ti*s*, versic*o*, item qu*æ*ro. num*m*.  
 20. arbitrarius est judici*m*odus liber*ati* sub fidei*ss*rib*us* inquisitum, attenta qualitate sua person*es*, & de*dicti*, & licet in hoc Reg*o* habeamus const*itu*ti*s*, hum*an*itate*s*, latius pr*ou*identem super liberatione sub fidei*ss*rib*us* inquisitorum, tamen Magna Cur*ia* Audient*ia* Reg*o*, & alia*s* cur*ia* parum seruant ipsam, sed solum hunc Rit*u*, (modo tamen quo dixi) & hodie per nouissimas prag*is*. Illustrissimi Domini Duci*s* de Alcal*o* huius Reg*o* Vicereg*is* prag*o*. 8. incip*o*. procurat*s*. item vogliamo*lo*, de offic*o*, magist*o*, iust*o*, etiam v*b*i venit im*pon*enda solum po*ena* relegationis non est permissa liberatio*s* sub fidei*ss*rib*us*, neque per palati*um* cur*ia*, neque per aliam partem nisi ex causa toto tribunali visa*s*, vt ibi disponitur. t Adverte tamen ad id quod seruat*ur* in Magna Cur*ia*, & Reg*o*is Audient*is* pr*ou*inciar*um*, quoniam v*b*icunq*s* po*ena* delict*o* non est expresse determinata*s* a leg*e*, vel statuto*s*, sed arbitraria*s*, non liberat*ur* inquisitos sub fidei*ss*rib*us*, vt tradit*ur* Gramma*s*, consilio*s* crimin*is* 15. numero 7. licet Do*c*t*o* in quas allegat*ur*, id non probant*ur*, & ob*seru*atur istud etiam si certum est*er* ex communi ob*seru*ant*ur* non esse im*pon*endam po*ena*m ultra relegationem, sed infra mouent*ur*, credo*s* in v*tra*que pr*ac*, autoritate*s*. Glos*o* in S*o*. in summa*s*, instit*u*ti*s*, de*in* iuri*s*, que vult*ur*, quo*o* i*ndex* in arbitrari*s*, potest po*ena* im*pon*ere*s*, etiam ad mortem licet Do*c*t*o*. communiter non recipiant illam Gloss*o*, dico*s* post*er*, quod hoc ultimum est male factum, t*er* quia i*ndex* in arbitrari*s* non potest alias penas im*pon*ere*s*, quam im*pon*i solitas, vt dicit*ur* tex*o*. in l*o*. quid ergo*s*, S*o*. po*ena* grauior*s*, ff*o*. de*in* i*nf*a*s*. & Aff*o*c*on* in propriis terminis in dicta const*itu*ti*s*, humanitate*s*, ver*s* i*nf*o*s*, qu*æ*ro de aliquibus. num*m*. 22. in f*o*. sed seruat*ur*, t dixi per dict*o*. Glo*s* quia nulla causa potest esse in principio omnino certa de po*ena* im*pon*enda*s*, pro quo vide om*nia*, qu*æ*ro scribit Ancha*s*, consilio*s* 272. plene*s*, & subtiliter*s*. numero 1. & 2. & Aymo*s*, post ipsum consilio*s* 224. numero 3. & qu*æ*ro dico latius i*nf*ra*s*, in Rit*o*. 68. in f*o*. 2. nota*s*. v*b*i quod quando sumus in delict*o* in quo po*ena* est arbitraria*s*, indicatur tanquam delictum in quo est*er* po*ena* personalis im*pon*enda*s*, donec fuerit per iudicem arbitrata*s*, quod manda memor*is* quia ali*bi* non reperies*s*.

17. ¶ t*er* quero nunquid est dare casum in quo po*ena* non sit personalis, sed pecuniaria*s*, & in eo p*ro*fit quis detin*er* in carceribus. Bald*o*, in d*icitu*s. si quis post*er*, & in d*icitu*s. n*on* illus*s*, & latius Hipp*o*, in d*icitu*s. attingam*nu*. 3. cum sequ*o*. & Gram*o*, d*icitu*s. nu*m*. 8. dicunt quod sic, & p*rae* alijs Bal*o*. & Hipp*o* ponunt duos, v*n*um quando sponte quis confitetur delictum in quo po*ena* est pecuniaria*s*, per l*o*. si c*on*fessus*s*, ff*o*. de cust*o*, re*or*um. Alium quando in flaganti repertus est*s*, & idem August*o*, post Ange*s*, in tract*o*, malef*ic*o*s*, in vers*o*, t*er*ma*s*, publica*s* in addit*io*, mag*o*, inc*ip*. tu autem*s*, Salerni die 8. Aprilis. 1559. Prosper Caravita.

## A D D I T I O.

2 Tormenta, Pro explicatione huius c*on* Tormenta, vide omnino qu*æ* nos scripsimus in tract*o*. Ad arbit*o*, magna cur*ia* vicari*is*, cap*o*. primo, ex numero 41. & cap*o*. 4. ex num*m*. 47. C. P.

## R I T V S XLII.



Tem*s*, quod seruientes, vel notari*is* cur*ia* qui capiunt aliquem de mandato ipsius Cur*ia*, vel aliam quamcumque examinationem, vel exequitionem faci*s*, nihil recipi*at* a captivo*s*, vel alio*s*, contra quem exequitionem ipsam faci*unt*, sub po*ena* exigenda ab eis per dictam cur*ia* arbitrio ipsius cur*ia*.

## S U M M A R I U M.

- 1 Exempla non restringunt regulam.
- 2 Aduerbi*m*, uel diuersimode in iure exponit*ur*.
- 3 Alguzerios pro suo salario exequi posse*s*. num*m* sit de*in* iure.

**N**ota ex hoc Rit*o*, q*æ* notari*is* cur*ia*, quos actuarios appellamus, quotiescunq*s* aliquid faciunt de mandato ipsius Cur*ia*: puta*s*, cap*o* 6. do*am* aliquem vel examin*o*do*s*, aut exequedo*s*, non debent aliquem recipere a captivo*s*, que*m* capi*nt*, vel ab illo contra qu*æ* ex*equ*unt*ur*, & licet Rit*u* ex*equ*ificet in notari*is*, t*er* loquit*ur*, & procedit in omnib*is* seruientibus ipsius cur*ia*, quia exempla: on restringunt regul*am*, & probat tex*o* in S*o*. haec tenus, v*b*i no*m*. Do*c*t*o*, init*o*, de grad*o*. Aff*o*c*on*, l*o*. 88. de subscriptio*n*e, in litera*s*, a*s*, & cons*u*l*o*, 195. circa in lit*o*. c*on*. vol. 3. vel dici pot*o*, q*æ* pcedat sol*u* in notari*is*, siue actuar*is* cur*ia*.  
 2 t*er* & q*æ* illud aduerbi*m*, uel, non ponatur hic ex*equ*ificati*ue*, sed restrict*ue*, quemadmodum ponitur in l*o*. i*n*. in prin*o* i*ndex* Gl*o*, in ver*s*, hac lege*s*, ff*o*, ad l*o*. Falc*o*, licet alias habeat expositiones tale aduerbi*m*, ut scribit lat*o*. Bal*o*, in sua pr*æ*ct*o*, in tit*o*, de sign*o*, verb*o*, fol*o*. 2. tene*q*, vis ex*equ*is duabus expositionibus. Tenendo tamen primam, qu*æ* est, q*æ* Rit*u* loquatur in omnibus seruientibus tam notari*is*, quam alijs: dico q*æ* quo ad examinationem faciem*s* dam per actuarios bene seruatur iste Rit*u*: quia cor*u* salario recipiunt a parte ad cuius instant*am* examinat*ur*, & quoad exequitionem, vel capturam similiter seruatur Rit*u*, eo quia non nisi ad instant*am* fisci vadunt ad hoc, quo casu*s* fisco competit eis soluere*s*, & ad instant*am* partium non video accedere*s* actuarios, in alijs seruientibus qui accedunt*ur* ad capiendum aliqu*em*, vel exequendum pro debito*s*, Rit*u*, non seruatur, immo in eisd*e* literis ex*equ*itorialib*is*, cum quibus ex*equ*unt*ur*, df*o*, nec non ex*equ*amini*s* pro vestro iusto*s*, & compet*ent* 3 si salario*s* t*er* quia est de*in* iure est quod Alguzerij pro e*orum*

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ.

29

sum salario possint exequi in bonis rei, ut scribit Ioan. Fab. in S. quadrupl. per illū tex. instit. de actio. dicens, quod in aliis locis seruatur, & in aliis non, quia videtur contra rationem, & quamvis lat. in eod. S. dicat contrarium, & quod ille tex. hoc non probat, ipsiusque sequatur Castad. in consuetu. Burgum rub. desultices. 9. in gloss. de simple. resiliens. nume. 44. fol. 78. ramen in hoc Regno seruatur, ut dixi, & iuxta op. Io. Fab. Salerni die 9. Maij. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S   X L I I I .



**Tem quod carcerarius nihil recipiat à carceratis non per noctibus, & si per noctauerint: recipient grana tredecim quanto tempore steterint in carcere, prout cauetur in capitulis Regni.**

## S V M M A R I U M .

3. **Carcerarius à captivo in carceribus non pernoctante, nil exigere potest.**
4. **Et quid à pernoctante.**
5. **Carcerarij plus debito à carceratis exigentes, incidunt in pœnam dupli.**
6. **Carceratus pro fiscalij debito, quando liberatur, nil solvit.**
7. **Nec qui indebet captus, & absque probationibus liberatus.**
8. **Carcerarius sine in scriptis licetia habita ab officiis, carceratum non liberat. Prætice super talis licentia. ibidem.**
9. **Privilegium, & consuetudo parificantur.**
10. **Carcerarius commentariensis etiam appellatur. Et quare sic dicitur.**

**N**ota primo t ex hoc Ritu, qd carcerarius non potest aliquid exigere à captivo, qui in carceribus non pernoctauit, & in hoc concordat aliis Rit. infra 303. vbi eadem verba habes, item const. Reg. Castellani, cap. Reg. magistro iustitiario. Regia. prag. qua incip. cōstitutionem, sub tit. de carcerarius, qua omnia allegat Io. Ant. de Nig. in c. Reg. Castellanos, ver. quero nunquid. num. 44. & in super capitulum Ebolitanum, num. 4.\* & quod nouiter dispositum est in reformationibus magnæ curiæ, prag. 33. S item che detri carcerarij. de officiis. mag. iusti, & quamvis Affl. in d. consti. in j. no. dicat qd dictum capitulum magistro iustitiario corrigat illam consti. ipsius; sequatur Pet. Foll. in fragmen. post præt. criminis de reorum custo. num. 162. id minime verum est eorum pace, quia dictum cap. concordat. Bene ramen verum est: quod illa consti. corrigitur per capitulum Reg. Castellani, vbi prohibetur aliquid recipi a captiuis, qui liberantur, post quod cap. emanavit, d. c. magistro iustitiario, qui cum consti. concordat: dixi qd forte Affl. hoc cap. Castellan. voluit allegare.

**S**ecundo Not. qd vbi carceratus pernoctauit; potest adeo carcerarius exigere quoctunque tempore steterit; grana tredecim, pro ut cauetur in capit. Reg. & ista verba, prout cauetur, non intelligas circa precium; qd in dulso cap. Reg. taxatur grana. 13. sed intellige circa id quod dixerat, quod quoctunque tempore steterit; non nisi vnicam solutionem facit, ut dicit d. cap. magistro iustitiario. Iste Rit. quo ad precium: corrigitur. Pet. Rit. 303. vbi unus tarenus taxatur. Sed quia dicit

etiam ille Rit. iuxta formam capit. Regni cum nullo. cap. taxatur unus tarenus sed tantum dimidium, ut dicit dic. capitulum magistro iustitiario, illa verba, iuxta formam cap. referam; ut hic dixi, ad id quod dixerat, quoctunque tempore: in patria mea aliter obseruatur; nam pro via nocte soliuntur tantum grana quinque, si postmodum ultra pernoctauerit carceratus, etiā si per mille annos: non soluit nisi grana septem cum dimidio. In Magna curia, ut dicit Affl. in præalleg. const. num. 1. & Io. Ant. de Nig. in d. c. Regni Castellanus, ver. quero nunquid numer. 44 seruatur iste Rit. & solum grana tresdecim exiguntur pro regio fisco, verum secundum eund. Affl. c. Regia curia solet vendere talam prouentum in perpetuum, vel ad temporis, & ordinat custodem carcerum cum potestate substituendi, ita quod ipse tenetur de culpis, & fraudibus substitutorum, ut dicit de hoc videlicet privilegium Regis Ferdinandi primi, quāvis hodie per nouel. prag. Car. v. Imperatoris; item volumus sub tit. de carcerarijs & carceribus, prohibitus sit carceres ip. suis magnæ curiæ affictari, ut ibi dico latius. Dispositio istius Rit. quo ad primum nota, ut in viridi obseruantia: licet videtur quandoque alter fieri, & à nō pernoctantibus exigi. quo vero ad secundum no. circa pretium aliter seruatur: nam in magna curia, si carceratus capitut intrus ciuitatem Neapolis, soluit grana decē & viginti denarios sicuti ordinat pandecta Magnæ curiæ Vicariaz nouiter impressa inter prag. Illustrissimi Duciis de Alcala \* d. prag. 33. S item che lic custodi. de officio magistri, iusti, & sic ultra grana tresdecim duos denar os: si vero capitut extra ciuitatem: soluit duos carlenos, & viginti denarios: & sic ultra Rit. præalleg. 30. viginti denarios: in Regiis Audientiis omnes soliunt indistincte duos carlenos, & viginti denarios; in aliis ciuitatis diversimode, prout in unaquaque re præterfuisse seruatum t. quod si carcerarij ultra exegerint per d. cōstit. & c. Reg. Magistro iustitiario, tenentur poena dupli. Limita hunc Rit & præfa ta quæ diximus t nō procedere in carcerato: pro debito fiscali, is enim cū liberatur, non soluit aliquid viderit Affl. in d. consti. in 2. nota, in fī. per cap. Reg. item collectoribus, quod inuenire non porui, sed verū est. & seruatur hodie: alias poena quadruplici puniretur Castellanus, aut carcerarius. t Secundo limita, non procedere in capitulo qui capi non debebat, & postmodum absque probatio[n]ibus liberatur, t adde ad hunc Rit t quod carcerarius, qd liberat carceratum, non potest id facere sine licentia scripta ab ipso officiali, qui cū detinebat, ut dicit Pau. de Cal. in l. neque impuberis. S. 1. ff. de in ius vocand. quod hodie est in viridi obseruantia in Magna Curia: & etiam à paucō tempore in Regia Audientia principatus circa. Et ideo actuarij quando quis est liberandus: scribunt schedulam, in qua dicunt carcerario qd talam liberent: & demum iudex in ea ponit manum, & sic carcerarius liberat carceratum & schedula remanet penes ipsum.

¶ Quero iuxta prædicta, quis erit iste carcerarius, de quo loquitur iste Rit. qd possit exigere à carceratis qd diximus, nunquid officialis poterit hoc exigere: Affl. in d. consti. in jano. videtur dicere, qd Castellanus erit carcerarius, qui exiget: dicens qd officialibus non competit ista exactio, cum sit eis prohibita per d. cap. magistro iustitiario, & ideo monete eos quod cum sint salariati, abstineant à talibus, & ipsum viderur sequi Pet. Folle. in præt. titu. de reorum custodia. nu. 162. Breueri aduerte, quod d. cap. magistro iustitiario non prohibet officialibus exigere à carceratis; sed exigere ultra dimidium tarenum, adeo quod si non exigunt ultra, licet possunt facere de quo nou est modo al. quo dubitandum in d. c. & properea non est opus dicere, ut dicit Affl. qd tunc tantum officiales possunt exigere istud ius: cum de hoc habebit privilegium t aut id quod est loco privilegi, ut consuetudo, cuius non

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

S V M M A R I V M .

non extat memoria in contrarium.l.j.S.denique. ff de aqua pluu. arc. cum ipsi non reperiantur prohibiti, immo permisum expresse in d.c. quod ipse allegat, verum quia de hoe quotidie nascuntur questiones inter officiales, & Castellanos aut alios, qui habent ex priuilegio & concessione hoc emolumentum exigen di ius carceris: & officiales ipsi non mittunt carceratos in castro, vel loco solito, sed taciunt in eorum dominibus locum carceris, in fraudem Castellanorum, vel eorum ad quos hoc spectat, arbitror spectandum pruilegium, nec non consuetudinem quibus stantibus, in fauorem Castellani, vel alterius, bene fateor q[uod] officiales male faciunt, exigendo ius carceris a carceratis & propterea teneri debent ad simpli restitutionem in syndicatu, non poena dupli vi. Afflct. ibi dicit, quia illa poena dupli statuta per const. Castellani, & d.c. magistro, iustitario locum habet quādo exigeretur vltra vnum carleum ibidem taxatum, & stabilitum, non aut in casu de quo agitur. Hinc est quod in patria mea vbi adest castrum, & carcerantur homines, quiescū que detinetur aliquis pro debito pecuniario, no[m] mittitur illuc, sed arretratur in domo officialis, cui postea solvitur ius carceris cum liberatur, quia sic cauetur in capitulis ipsis in 2.c. sicutque obseruat extitit semper, & seruari video in nonnullis aliis terris, cum si capitulum, & consuetudo deficerent, secus eslet dicendum per prefata. Et adde quod carcerarius alio vocabulo appellatur commentariensis. l.ad commentariensem. C.de cust. reo. dictus commentariensis a commentario, loco vbi captivi retinentur, vt dicit gl. in l. abesse. in fi. ex quibus cau. maio. vel secundum Catell. Cott. in memo. in vers. commentarienses, commentariensis dicitur qui in commentarium, seu librum custodias referebat, vt sic nomen confequatur a scribendis commentariis, quod quidem dicit plus sibi placere. Salerni die 12. Maij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S X L I I I L



Tem seruat ipsa curia q[uod] quando liberatur aliquis per curiam aliquo die feriato, ita q[uod] curia regi illa die non posset: tunc si ille liberandus debet, iterū venire ad curiam, quia fideiussio tali die recipi non potest: tenetur iste modus, videlicet, quod Regens persona liter assignat per clamidem liberandum aliquibus, vel alicui pro captiuo, & ille promittit primo die iuridico eum praesentare in curia ad certam poenam arbitrio Regentis, puta centum vinciarum, & de hac assignatione cu[m] ista poena specificata, vel maiori, vel minori secundum delicti quantitatem, fit publicum instrumentum inter dominum Regentem, tanquam officialem, & personam publicam stipulantem nomine, & pro parte dicta curia & illum cui dictus captiuus assignatur ex alia; & deinde ille cui assignatur captiuus venit primo die iuridico, & obligat se voluntarie praesens apud acta ad dictam poenam praesentare dictum captiuum ipsi curia si & quoties fuerit per ipsam Curiam requisitus.

- 1 Actus iudicarius die feriato prohibetur.
- 2 Actus voluntarius per publicam personam, etiā diebus feriatis permittitur.
- 3 Clavis pro ueste accipitur.
- 4 Actus praecedere, formaq[ue] sequi debet.
- 5 Forma omissa, actus sequens est nullus.
- 6 Actus contra iuris dispositionem, quod sic nullus: quomodo intelligendum.
- 7 Non entium, nullæ sunt qualitates.
- 8 Absenti consignare, vendere, locare, & stipulari possumus etiam.
- 9 Promittens aliquem in iudicio sistere ob criminalem causam, nunquid certam pœnam promittere cogatur.
- 10 Quales fideiussores, qui ad praesentandum inquisitum prestantur: esse debeant.
- 11 Clausula, toties quoties, importat ut etiam post bnam praesentationem, & post sententiam quis praesentare teneatur: & quando.
- 12 Instantia perempta quoad reum, quoad fideiussorem perempta etiam dicetur.
- 13 Practica quando quis per clamidem recipiens carceratum, promittensq[ue] eum praesentare, non presentat: ad pœna exequitionem qualiter procedendum.

**Q** Voniam multoties cōtingebat, prout sapientia me quotidie euenit; quod liberantur carcerati præstita fideiussione de kādo iuri in forma, talisque fideiussio die feriato capi non potest per actuarium curiæ t[ame]n tanquam actus iudicarius qui tali die prohibetur ex l.fina. C.de fer. ne duorum alterū sequeretur, vel die feriato nulliter fideiussiones recipi, aut liberationem carcerati supersederet, inuenta fuit pract. quæ in hoc Rit. ponitur ut regens, & sicomnes alij officiales Regni capiant carceratum liberandum, & per clamidem, seu uestem consignent illis qui pro eo veulent fideiubere, si dies eslet iuridicus: qui in seipso carceratum recipiunt, & eundem primo die iuridico sub poena praesentare promittunt eidem officiali, qui eum consignavit, & de hac consignatione, & promissione recipientis illum carceratum, conficitur actus, seu instrumentum publicum cum iudice, & testibus per ipsum actuarium tanquam notarium: & postmodum primo die iuridico praesentet illum officiali, & penesacta per eundem actuarium capit fideiussio in forma, de ipsum praesentando, toties, quoties, vt in hoc Ritu dicitur, & idem in alio infra Rit. 162. quod bene nota. quia est in obseruantia in omnibus curijs Regni. Ratio validitatis istius consignationis est, quia no[n] actus iudicarius reputatur, sed voluntarius initus inter illos recipientes, & officiales consignantem, per personam publicam rogatus, & stipulatus t[ame]n qui etiam diebus feriatis à iure permittitur. l.actus. & d.l.fin. C.de fer. t[ame]n quod clavis pro ueste accipiat vide tex. in l.3. C.de militar. ueste. lib. 12. & ibi Luc. de pen. vbi eius significationem ponendo, dicit quod est breuis uestis, quæ ex una parte tantum induitur, quod non caret foro mysterio in hoc Rit. de clamide mentionem faciente, & vt credo importat, quod non per pallium consignetur carceratus, sed per clamidem, id est illam uestem qua homo induitur: q[uod] per pallium non potest dici ita consignatus(cum possit illud dimittere) sicuti per clamidem, quæ est induitus, credo tamen quod idem eslet, & quod iste Rit. n[on] plus.

visus est hoc vocabulo cū hoc in nisterio, communisq; præt. nos docet, quod euam per pallium cōsignatur. Nota primo ibi Regens perlonatiter, quod licet si de iustitia penes acta curiæ capi possint, etiā absente officiali ipsius; ut dicit Rit. 161. item quilibet, tamē confignationes per clamidem iuxta modum præsentis Rit. non nisi in ipsius officialis præfentia fieri pos sunt, p er dicta verba, ut inquit Pet. Foller, in frag. post præt. rit. de fideiussor. num 272. Ex quo sequitur secundum eum, quod si aliter fieret absente officiali, non valeret confignatio facta, in ouetur ipse quia iste Rit. videtur requirere, quod confignatio per clamidem præcedat. t & sic videtur ordinem statuisse, ut reapræcedat, & actus sequatur, & ex consequenti formam per ea quæ no Bal. in l.j. num. 7. ver. ex hoc dicto. C. ne lique. in vna eademque causa, & post eum Fel. in c. cum dilecta. col. 9. ver. 6. signum extra de recipi. t qua forma omisita, actus qui postea sequeretur, effettus nullus, l. cum hi. S. si prætor. ff. de transact Bal. in l. creditor. C. de fideiussor. Afflct. in constit. Regni capitaneorum in 7. no. & latè per me in prag. \* per excellētem. S. 17. & acta non teneant. numero 24. de Senat. Consul. Ma ce. licet ipsi nihil de prædictis allegent. Nec obstat, q; iste Ritus non procedit ultra annulando actum, qm ratione omissionis formæ, actus non valebit: allegat pro hoc Alex. conf. 24. num. 3. volum. 4. & ita ipse refert: ego autem in hoc passu aduertendum, & distinguendum puto: quod aut vult dicere confignationem per claudit facta, absente officiali esse nullam t tan quam receptam contra dispositionem istius Rit. per l. non dubium. C. de legi. & tunc dico id minime dici posse, quia tunc actus factus contra, l. vel statutum est nullus, cum lex. aut statutum prohibitive loquitur, quod tale quid non fiat: secus quando non prohibitiue, sed tantum simpli citer mandat aliquid fieri certo modo, quoniam tunc actus factus aliter, non erit nullus nisi in lege, vel statuto esset claulata annullatiua, ut dicunt B. l. & Salic. in l. statutis. C. de sent. ex breui. recita Alex. d. const. 24. & ego latius in d. pragm. S. 15. sicut de ordine. num. 11 fed quia iste Rit. non loquitur prohibitive, sed tantum quod certum quid certo modo fieri debeat: nec habet clausulam annullatiua, sequitur indubitate, quod actus aliter factus non poterit dici nullus, & consilium Alex. quod ipse allegat, non pro, sed contra eum facit, ut cuique recte intueri paret aperte, simmo(ni fallor) videatur q; in hac q. præsupposito isto Rit. sumus in propriis terminis Alex. in d. conf. num. 3 vbi actum non esse nullum manifeste concludit. Aut vult dicere confignationem nullam, respectu omissionis formæ, & tunc negatur præsuppositum: quod iste Rit. pro forma requirat præsentia officialis: quāuis enim dicat, q; Regens personaliter confignare debet, etiam non prepterea loquitur, quod requirat ei<sup>9</sup> præsentiam pro forma, adeo q; sua eius absentia fiat carcerati receptio, actuario, seu notario stipulante præmissionem de eo præsentando, nomine officialis absensis, non valeat, nec ullum verbum de hoc in Rit. & ideo præsupposito corrente cestant, que ad eius consequentiam allegantur, & supra dicta sunt, Argumentatio quam Foll. facit, procedit quo ad præcedentiam confignationis: debet enim præcedere confignatio, & postmodum de ea, fieri instrumentum publicum ut Rit. videatur dicere, quo casu bene fateor, q; videretur ordo stabilitus, & ex consequenti forma, ut ea confignatio præcedat & actus rogationis instrumenti sequatur: alias non valeret actus per prædicta nec non varus posset de ipsa confignatione non facta, gerere actum publicum: t cum non entium nulla sint qualitates (nisi illi qui præmitterent præsentare, & in se ipsos recipi, renuntarent huius exceptioni carcerari non traditi.) Vnde non sequitur argumentum, confignatio per clamidem debet præcedere instrumentum, & rogationem, ergo præsentia officialis est etiam

requisita, q; præcedat t cum & ab alio confignari possit, & ipsius præsentatio absenti promitti, & ipsi notario publico pro eo stipulanti, ut quotidie fit de alijs contractibus, & rebus, cum quis absenti locat, vel vendit, aut alium contractum facit, & notarius pro eo stipulatur. q; potest, ut dicit Barto. in l. stipulatio, ista S. si stipuler. colum. 3. fallit. ff. de verb. oblig. per l. 1. S. exigere. ff. de magistris. conuenie. & l. non aliter. ff. de adoptio, idem Bal. in l. nec ei. S. eorum. versi. quero nunaquid tabellio. ff. de adoptio & in d. l. non aliter, vbi dicit ita de facto, & consuetudine seruari. Corn. conf. 50. vol. 3. videtur in hac consultatione. vol. 1. Deci in l. nemo. S. nec paciscendo. ff. de reg. iur. post glo. in l. 2. S. publicum; vbi Barto. & Alex. post ipsum ff. rem pupill. saluam fore. Ioan. Fab. in st. de fatisda. S. si vero aliquis. Afflct. Decisio 135. in fi. & const. Reg. Baiulos. col. 10. versi. 10. & ultimo. Capic. decis. 78. in causa Boeri. Deci. 172. num. 5. Guid. Pap. Deci. 49. & 222 alijq; quos in infinitum citat. Tiraquel. in tract. de constit. limita. 30. num. 23. & iterum num. 45. & ideo indubitanter concludo in hoc casu, quod etiam si absente officiali ab his qui vellent fideiubere, recipere tur per clamidem in eorum posse carceratus, & coram ipso notario considerentur illum præsentialiter recepisse, præmitteret que ipsum præsentare primodie iuridico ipsi officiali absenti, & eodem notario pro eo stipulati, bene valeret, per prefata, & multo magis si confignatio fieret per carcerarium, vel alium nomine officialis, cui carcerario, seu alteri consignanti posset fieri præmissio de presentando, nec non officiali absenti, pro quo ipse notarius stipularetur, & ita seruatur, ut dicam etiam infra Rit. 162. vbi est idem Ritus. Vidi hæc scripta mea Dominus Petrus, & super hoc passu plures locutus est mecum, adhuc manens in sua opin. quamvis videat præt. aliter se habere quam scripsit, Secundo No. ibi ad certam penam, & in fi. Rit. ibi ad dictam poenam, quod fideiubens in causis criminalibus de præsentando inquisitum, debet præmittre certam poenam, & ita communiter seruatur, pro quo tex. in l. 4. ff. de curto. reo. & ex hoc cessant Doct. altercationes in q. illat an præmittens sistere aliquem in causa criminali cogatur præmittere certam poenam in qua varijs yaria dixerunt, ut dicit Bar. in l. fi. ff. de præ. or. stipula. & in l. 2. S. fin. ff. qui satisd. cog. uamu. s vtrobicue ipsem dicitur cogendum esse propter consuetudinem iuxtal. q; si nolit. c. qui assidua. ff. de edil. edicto t & quales debent esse isti fideiussores. qui ad præsentandum inquisitum præstantur vide Afflct. in consti. humanitate. in 4. no. num. 4. cum seq. & Cassa. in consue. Burgun. tit. des iustices rubr. 1. S. 5. num. 171. & ad materiā fideiussorum, quæ dico infra in Rit. 159. t Tertio no. ibi quies, quoties, q; fideiussores inquisitorum debent præmittere præsentare reum toties quoties fuerint requisiiti, ut hic. & ita clausula toties quies, secundū Ale, in d. l. si finita. in prin. ff. de dam. inf. & conf. 145. quoniam abunde. vol. 2 importat ut teneant ut semper præsentare etiam ultra biuum præsentationem, & etiam post sententiam, ut dicit Pet. de Rauen. in suo alta. in versic. fideiussor. fol. 48. si ramen dictu fuit toties quies, & quandounque, ut dicunt Ang. & Cœpo. in l. q; si nolit. S. si quis ita. num. 6. ff. de edil. edicto sed secundum Ang. in d. l. si finita. & in d. l. q; si nolit. S. si q; ita. & in l. 2. S. qui sunt. ff. eodem. & Rom. conf. 15. ultra binam præsentationem non tenentur: refert Afflct. decis. 130. num. 6. & in constit. lape contingit. in 2. no. Cassa in consue. Burg. tit. des iustices. rub. j. S. 5. nu. 171. &

## A D D I T I O,

- a Qualitates, Adde l. eius qui in prouincia. ff. si cert. petat. l. in lege. ff. de contrahend. emp. l. si liber homo. S. si prius. ff. de hæred. intiuen. C. P.

# Domini Prosperi Carauita Ebolitan

¶ Pet. Fol. infrag. tit. de fideius. num. 26. quod tamē intelligi debet superuenientibus nouis iudicis post primā liberationem securam factis defensionibus, alias si noua non superuenirent, requiri non possent: vt dicunt Bart. & Alex. in l. pen. ff. de questio. nisi non factis defensionibus fuissent liberati. vt satis pulchre concludit Dyn. conf. 39. & Pet. Folle. in præalleg. loc. nume. 252. Item debet intelligi dummodo duret instantia t̄ alias ea pereimpta quo ad reum, esset etiam pereimpta quo ad fideiussores, vt dicit Bar. in l. cum lī te mortua. ff. iud. sol. Imo, in conf. 47. in casu præmisso & latè Affl. vbi disputat ad plenum in d. const. s̄epe cōtingit. 2. no. num. 4. Item debet intelligi dummodo ab eodem iudice vocentur ad præsentandum non a diuerso alterius tribunalis, vt dicit Gl. in auth. de his qui ingr. ad appell. in prin. Bartol. in l. cum apud. ff. iudica. 33 sol. & Roma. conf. 468. In casu proposito. ¶ Quæro pone quod illi qui per clamidem receperunt carcera-tum, & promiserunt primo die præsentare, nō præsan-tant, quomodo iudex se habebit circa poenam dic bre-uiter quando esset fideiussio capta poenes acta:res nō haberet dilationem, quia accusaretur poena fideiussio-nis absque aliquo libello, vel citatione partis, vt dicit Rit. 128. vbi de hoc latius dicam \* facta tamen prius perquisitione per locum vbi promissum fuit præsen-tare & examinatis duobus testibus, qualiter non fuit re-pertus, ac interposito decreto per iudicem in quo di-catur, q̄ accusetur poena fideiussionis cōtra principi-alē & fideiussores, & ea accusata exequatur realiter, & personaliter iuxta præct. quam dicam infra in Rit. 358. in 2. no. sed quia ista cōsignatio fuit facta per no-tarij actum publicum, & non reputatur actus iudicia-rius, vt dixi supra in princ. esset etiam necessarium fi-deiussores convincere, q̄ non prætentauerunt, quod fiet facta perquisitione per palatiū, q̄ dictus talis non venit, vt quotidie utimur faciendo alta voce vocari p̄ cubitam, vel præconem illum talem si ibi adest, & an-requam ad aliud procederetur, citare fideiussores, ve-dicunt Iser. & Affl. in consti. Reg. edictorum. q. 12. versic. 4. fallit. verum, quia tractatur de poena fiscali, procederetur summarie iuxta dispositionem ca. Reg. ab olim. vt dicit idem Affl. in const. inter multas. 4. no. versic. sed aduerte, & si nihil allegaretur pro parte fideiussorum, q̄ termini datione opus haberet, vel cf-sent contumaces, interponeretur decretum, q̄ accu-serur poena fideiussionis, & exequatur realiter, & per-sonaliter, vt supra dictum fuit & ita seruat. Salerni die 14. Maij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S X L V .



Tem quod ærarius teneatur fa-cere quaternum prouētuum lucidum, & distinctum in de-bitā forma, nec non de omni-bus actis de quibus possit cō-modum prouenire Curiæ prælibatae.

## S V M M A R I U M .

- 1 Preceptor prouentum, alias ærarius appella-tur.
- 2 Preceptor antiquitus questor appellabatur. Es-quare.
- 3 Questor antiquitus triplex erat.
- 4 Praefectus ærarij omnibus questoribus prepon-ebatur.

In cuius locum hodie magnus camerarius successit.

5 Questor de iure ciuili rnum, aliud de iure canonico significat.

6 Baro nunquid cogere possit aliquem ex vasallis, vel vniuersitatem ad dandum rnum qui exerceat ærarij officium?

**T**inetur per hunc Rit. Acerarius Magnæ Curiae facere librum lucidum, & distinctum de omnibus prouentibus qui sunt in ipsa magna curia: nec non de omnibus actis ex quibus possit commodum ipsi curia peruenire. Seruat ur quo ad primū, iste Rit. in Magna Curia. t̄ Vbi adest Regius perceptor quem Rit. ipse appellat ærarium, & etiam in Regijs Audientijs prouinciarum vbi adsunt Magistri Cameræ, qui idem faciūt quod perceptor in magna curia, de quibus perceptoribus & magistris Cameræ fit mentio in Regia prag. & quia ad hoc de offic. questo. gene. pragma. 24. Et insuper seruat in omnibus curiis inferioribus tam Regijs, quam Baronum vbi adsunt ærarij, & penes quos hoc nomen ærarij hodie remansit, & nedum liber prouētum fit per præfatos, verum etiam per actuarios in Regijs Audiētijs, sed liber perceptoris, magistrorum cameræ, & ærariorū continet quid plus, videlicet introitum p̄uentum, nec non exitum, & rationem omnium particularum expēsarum, cum apociis eorum, quibus solue-sunt pecunias (vt omnibus notum est.) Quo ad secundum, Ritus non seruat, nec perceptor prouētum, aut magistri cameræ, vel ærarij faciunt librum de actis conceruentibus commoda curia, cum cetera quæ ad materiam librorum spectant ad actuariorum curiam pertineant, vt diximus supra Rit. 24. Scias tamen, q̄ licet hodie qui pecunia fiscalis vacant, supradictis non minibus appellentur, nec non, & aliis, vt puta, The-saurarius generalis in ciuitate Neap. & perceptores Regij in prouinciis. t̄ Antiquitus qui ærario prærat, quætores appellabantur inde sic dicti, quia quærendæ, conseruandæque pecunia causa creati erant. vt in-quit iuris cons. in l. 2. S. deinde cum ærarium. ff. de orig-iur. verum tunc temporis t̄ questor triplex erat, unus qui ærario prærat, de quo supra diximus, alius qui capitäles causas & sententias audiebat. d. S. deinde. Itē alter qui legendis libris principalibus in Senatu vaca-bat, vt inquit tex. in l. j. ff. de offic. questo. & ibi Glo. in versic. plebeios. & gl. inst. in procem. S. cumque hoc. Luc. de pen. in rub. C. de questo. & in l. neminem. col. 1. C. de decurio. lib. 10. Guliel. Benedict. in repe. capit. Raynitius. in versic. Adelafiam. lo 2. nu. 195. extra de-testa. & D. Marinus Frēz. de subfeu. in titu. de offi. mag-ni camerarij. num. 10 lib. 1. In locum istius ultimi q̄storis ad quæ etiam pertinebat decretare petitiones. successit in Regno Logotheta. & post modum protbo-notarius qui eius officium exercet, vt inquit Luc. de pen. in l. 2. col. j. C. de peti. bon. subla. & D. Mar. in præalleg. loc. de offi. Logotheta. num. 7. vbi q̄ vnitum est vnum officium alteri in hoc Regno. t̄ His omnibus q̄storibus præpositus erat vnuis qui præfectus ærarij ap-pellabatur, vt inquit tex. in l. 4. S. si bona ff. de fideicō. libert. in locum cuius præfecti, est hodie in Regno ma-gnus camerarius, seu Regia Camera Summaria, quæ præfet omnibus ærariis secretis, magistris portulanis, magistris camerariis, & omnibus aliis qui introitus prouentus, ac fisci obuentiones percipiunt, & à quib⁹ ipsa rationem exigit, vt plenē scribit D. Mar. in præalleg. ritu. de officio magni camerarij. num. 10 t̄ Hac t̄fi quæ de questoribus dixi, de iure ciuili procedunt, de iure vero canonico, questor dicitur qui ad quærendas eleemosynas destinatur, vt inquit Luc. de Penn. in al-leg. rub. de questor. de quo & eius officio ac potestate vide tex. in cap. tuarum. de privileg. cap. cum ex eo. de poeni. & remissio. cap. Romana. eod. titu. & de ha-retra. in 6. capit. cum officium. ¶ Quæro in hoc Rit. fa-ciente

ciente mentionem de arario, nunquid Baro, in sua terra poterit cogere aliquem ex vasallis ad exercendum ius officium, vel vniuersitatem ad dandum aliquem quicquid exerceat? Par. in tract. syn. de excessi. Baronum. Jo. late de hoc tractat, & concludit quod non iuribus, & rationibus de quibus per eum. dicit tamen in ver. tñ quia, quod vbi Baro haberet priuilegium cum regalis angariis, & perangariis, possit istud seruitum personale exigere, soluta mercede, quod etiam referendo, tener. Io. Ant. de Nig. in c. Reg. grauamina. versi. vigesimo. numero 59, dicens, ita tenere Capic. deciso. 118. Sed adverte, quia Capic, ibi tenet aliter quam Par. ut parvus numero 5. verum dicit, quod licet hoc sit Iuris, de conuertudine seruatur contrarium in Regno, & ne dum arari, verum etiam & bayulianno quolibet prestantur baroni, quæ consuetudo vbi probaretur centenaria seruanda esset secundum eum, & non aliter. Salerni die 15. Maij. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X L V I .



N primis cum non humanae constitutioni, sed diuinae potius inhærentes, in lege diuina scriptum nouerimus, ita magnum iudicabis, ut parvum: nec erit apud te exceptio per sonatum: nostrorum cōstitutionum edicto, & decerta nostra scientia, motuq; proprio, & maura nostri consilij deliberatione, iubemus, decernimus, volumus, & mandamus, quod omnes Principes, Duces, Comites, & Barones, & alii subditi huius nostri Regni cuiuscunque status, gradus, conditionis, dignitatis, & præminentiae fuerint; ac eius vniuersitates, terrarum, ciuitatum, castrorum, & locorum quorumcunque huius Regni nostri, ac homines singulares ipsorum, & ipsorum, quos subditos, personas, ciuitates, terras, castra, & loca præsentibus pro expressis, & specificis, ac singulariter declaratis habenti volumus, mandamus, & decernimus, quod possint, & valeant conueniri, acculari, trahi, & euocari à quibuscunque ipsos, & quemlibet ipsorum, & ipsorum conuenire: citare, trahere, & reuocare volentibus, in præfatis nostris Magna & Vicariæ Curiis, & qualibet ipsorum, & etiam quod prædictæ nostre curiæ, & quælibet ipsorum, possint contraries prænominatos procedere: siue per accusationem, siue per denunciationem, inquisitionem, & ex officio ( prout alias a iure regni constitutionibus, & capitulis declaratur, & permittitur ) non obstantibus quibuscunque priuilegiis, & indultis prætatis vniuersitatibus, hominibus, & alicui ipsorum & ipsorum de non trahendis, & conuenientibus eidem in dictis curiis, conciliis siue per claræ memoriarum Regem Carolum tertium, & Do. Reginam Margaritam proximos parentes, & dominum regem Ladislauum, Re-

uerendissimum fratrem nostrum, ac pernotam Celitudinem; siue per quosuis alios Illuitres Regni nostri prædecessores, cuiuscunque prætextu, etiam pro statu Reipublicæ, & motu proprio, & Considerationibus aliis quibuscunque concessis cum quibusvis clausulis derogatoriis, etiam si de illis vel aliqua ipsorum esset hic de verbo ad verbum expressa mentio, & notitia facienda, seu rotius illorum & illarum tenor præsentibus inserendus: quæ priuilegia & indulta, & ipsorum tenores, de dicta certa nostra scientia, & motu proprio nostro, ac plenitudine nostræ dominicæ potestatis, cum dicti nostri consilij deliberatione totaliter reuocamus, ac annullamus, cassamus, & tollimus, viribusque, & efficacia vacuamus, ac nullius esse roboris decernimus, vel vigoris: exceptis duntaxat familiaribus nostris, & cōmensalibus domesticis, & actu seruientibus, qui in eisdem curiis nequeant citari, cogi, compelli, aut quomodolibet euocari.

## S U M M A R I V M .

- 1 Apud iudicem nulla exceptio personarum, sed æqualitas semper habenda. Et in quibus casibus in specie.
- 2 Imperator æqualitas, ac iustitia amator.
- 3 Iustitia quare cœca depingitur.
- 4 In materia ferendi testimonij, habilis contra inhibilem admittitur: non è contra.
- 5 Aequalitas in materia sedendi, assurgendi, & loquendi minime seruatur.
- 6 Sedere à dextris, dignius est; quam à sinistris.
- 7 Aequalitas, in pœnarum corporalium impositione non seruanda, nam desertur nobili magisquam ignobili.
- 8 Nec etiam in pecuniaria pœna impositione.
- 9 Argumentum ab ordine literæ, validum est.
- 10 Princeps Duci preferendus.
- 11 Princeps, quasi primum locumtenens, abusus dicitur.
- 12 Princeps propriæ Imperator dicitur.
- 13 Dux prefertur comiti.
- 14 Comes prefertur Baroni.
- 15 Comitum appellatione, non veniunt Barones: scilicet è contra.
- 16 Magna Curia in toto Regno, iurisdictionem in ciuilibus & criminalibus habet contra omnes Barones in genere.
- 17 Commensales regis, familiares & actu seruientes à iurisdictione magnæ curiæ exempti sunt. subditiq; magno Senescalco. Amplia prout in num. 20. & 21.
- 18 Effectus familiaritatis qui sint.
- 19 Nemia familiaritas contemptum patit inter rusticos tamen, inter prudentes auget amorem.
- 20 Familiari inimico nulla maior pestis.
- 21 Negro-

# Domini Prospere Caravita Ebolitani.

- 21 *Aegrotantes seruire intelliguntur.*  
 22 *Habentes literas familiaritatis, eius privilegio, augeant, actu officium pro quo literæ datae fuerant minime exercentes?*  
 23 *Litteræ familiaritatis, ad notitiam eius cui conceduntur, peruenire debent, ut præsent priuilegium.*  
 24 *Condicio personæ locum faciens beneficio, si deficit: deficit & beneficium.*  
 25 *Priuilegia à regibus concessa, sunt perpetua regulariter, renocariq, non possunt.*  
 26 *Dictio, & operatur concussum: poniturq, copulatiue, & diuersificatiue.*  
 27 *Familiares, & seruitores gaudent semper domorum priuilegiis? Et ratio quare.*  
 28 *Priuilegiatus si commode vti non poterit suo priuilegio: an familia gaudebit?*  
 29 *Familiares qui sint: & vnde dicantur.*  
 30 *Familie appellatione qui continentur.*  
 31 *Familiaritas duplex. Et quæ.*  
 32 *Domestici appellatione, qui continentur.*  
 33 *Domestici quare sic dicitur.*  
 34 *Amicus familiaris large domesticus dici potest.*  
 35 *Commensalis domesticus quis dicatur.*  
 36 *Baro quisnam appellari possit. Et quæ Baro comes, Dux, Princeps, & Rex habere debent: ut tales verè appellari possint. ibidem.*  
 37 *Iurisdictione concessa in omnes homines Regni, an adepta ordinarys locorum videatur?*

**N**ota primo ex hoc Ritu. ibi ita magnum, &c. tq; in iudicis non debet esse apud iudicem exceptio; sed æqualitas personarum p quo tex. in cap. 1. de iud. in 6. 45. di c. omnis. 3. q. 9. c. necesse. de iud. c. nouit. S. sed forsan. ca. statutū. S. insuper. & S. seq. de refcr. in 6. tex. in l. si cuni dies. S. ff arbiter. in f. ff. de arb. l. non debet. ff. de reg. iur. c. in iudicis. de reg. iur. in 6. & Hipp. plene sing. 16. 8. cum qui bus concordat etiam const. Reg. speciale, in act. apostol. cap. 5. & in . Pet. ca. . Et nedum in iudicis equitas est scrupula, verum etiā in vltimis voluntatibus. Lin. testamento. C. de milita. testa. & l. iam hoc iure. ff. de vulga. substi. Tertio seruatæ æqualitas in solutio ne tributorum, & munerib. lubeūdis. in l. in fraudem. C. de anno. & tribu. lib. 10. Quarto n collati. inbus. l. illud. C. de colla. Quinto in legis benefic o. l. fin. ff. qui potio. in pig. habea. Sexto, in contractibus. l. Labeo. ff. de verbos. lign. licet quandoque fallat in casu. l. penul. de act. emp. Septimo, in quasi contractibus. S. 1. inst. de oblig. quæ ex qua. contractu. licet etiam fallat aliquando in l. finali. ff. de neg. gest. Et ideo dicit Imperator in authent. de non elige. secu. nube. S. si æqualitas, & iustitia sumus amatores, eamque in omnibus volumus obtinere, & ideo Pirtus in conluetu. Auct. 186. in sermone quem facit cur iustitia pingatur cæca. fol. 186. t inquit ghi qui cæcumentem a pinguit iustitiam, non alia ratione ducti sunt, quæ quod iudex adversus magnatum principumq; minas, & preces, ocu los claudere debet, & ab illis casta iustitia lumina auertete. Limita primo, regulâ istius Ritus, & iurium præallegatorum non procedere in causa ferendi testimonij: t nam licet fide dignus, & habilis, admittatur in testem contra infamem, & inhabilem testimonij se rendi, tamen æqualitas non seruat, vt è contra inhabilis admittantur contra habilem. secundum Io. And. in clement. j. de testi. vt ipsum referit, & sequitur Luc. de pen. in l. in sacris. col. 10. C. de prox. sacro scrini. lib.

- 5 12. Secundo limita, t non procedere in materia seden di, assurgendi, & loquendi. vt dicit Glos. in cap. plaut. 16 distinc. Bal. in c. 1. versic. prius. de contouer. seu. apud par. termi. Præposi. in c. Episcopus. 17. distin. tex. est in c. quia tua. s. o. distin. cum multis quæ allegat Gramma. decis. 64. num. 33. pro quo Bald. in l. decerni mus. 2. no. C. de sacro. san eccl. t vbi q; primo genitus debet sedere a dextris, quod est dignius, quam sedere à sinistris ad idem text. in c. non oportet. lo 1. 93. disti. & gl. in d. c. in iudicis, de reg. iu. in 6. & latius per me in tract. de ordine. t Tertio limita, in poenarum corporalium impositione, in his enim æqualitas non seruat, sed defertur nobili magis, quæ ignobili, vt inquit tex. in c. 2. de offic. deleg. & ca. pastoralis. eo. tit. 45. distinc. c. cum beatus. 24. q. 1. ca. qui contra pacem de Simo. c. per tuas c. fin. in si. de transact. vbi bona gl. in ver. causas. l. nemo. C. de tum. Tr. n. l. in seruorum. ff. de poe. Bar. in l. si quis viduam. ff. de quæst. & in l. deserto. rem. S. poena militum, vbi etiam gl. ff. de re milita. Gl. in d. c. in iudicis Gramma. iecis. 32. in fi. Affict. in constit. quæstiones iuris peritorum. 1. no. & excellens D. Hier. Gigan. in tract. crimi. laf. maiest. de poena commite. q. 1. num. 12. intelligendo tamen secundum pulchram dist. Bal. in d. l. nemo. num. 3. ver. tertio oppo. & 8 Dominū Gigan. in loco præalleg. num. 15. t quarto limita, in pecunia. pœnæ impositione, in qua pauperi defertur magis quam diutius, qui grauus punitur, & ignobili magis quam nobili l. illicitas. S. fin. ff. de offic. præsi. per quam ita dicit Bal. in d. l. nemo. pulchre glo. in c. qui contumacia. 24. q. 1. Affict. in confit. Reg. in tētis. 9. no vbi late per illum tex. & in constitu. cultus iustitiæ, vb. etiam bonus tex. in 9 no q Secundo no. ibi 9 Princeps, Duces, Comites, & Barones t q argumento ex ordine literæ istius Ritus, cum tale argumentum validum sit secundum Bal. in l. si duas, in princ. per illū tex. ff. de excula. tuto. & l. hec edes S. fi. ff. ad Trebell & vt plene no. Guliel. Benedict. in c. Raynurius. in versi. 10 teſtamentum, lo 2. num. 28. de testa. t p. inceps præfetur Duci pro quo Gl. in clem. 1. de bapt. in ca. funda menta. S. proinde de election. in 6. & Luc. de penn. in 11. rub. C. de prin. agen. in re. lib. 10. vbi t p. princeps dici tur quasi primum locumtenens: & licet aliqua in contrarium dici possint: ramen vt scribit D. Marinus Frez. de subfeu. in princ. libri in addit. num. 50. semper obserua-

## A D D I T I O.

- 2 Cæcumentem. Adde q; Gell. noct atticar. lib. 14. ca. 4. ex Chrysippi stocli libro quodam transcriptis iustitiæ imaginem his verbis. facit Chrysippus imaginem iustitiæ, fierique solitam esse dicit a p. & toribus rhetoribusque antiquioribus ad hunc fermè modum, formia atque filo virginali, alpectu vehementi, ac formidabili, luminibus oculorum acribus neque humili, neque atrocis, sed reverendæ cuiusdam tristitia dignitate. ex cuius imaginis significatione intelligi voluit Iudicem, qui iustitia antistes est oportere esse grauem sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem. contraque improbos, nocentesque immiceris, in atq; inexorabili, erectumq; & arduum & potentem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum. Hæc à Græcis secundum Bud. in adno. ad l. iustitia. ff. de iustit. & iur. Dice. dicitur præsertim à poetis, vnde dicastæ iudices appellati, de qua Dice in Ergis versus: quos ipse sic latinos fecit.

Nata Louis summi est, veneranda diuis quoq; virgo. Coelicolis, augusta Dice: quam, si quis iniquo iudicio incessit temerarius, illicet acris. Assider ante louem quæribundo protinus ore. Humanæ mentis fraudes expostulat ipse. Vindicer in populos, Regum vt facta improba, quifas Atq; nefas miscent, reddentes turbida iura: Tu vide l. obseruandum, ff. de offic. præf. C.P.

# Com.super Ritibus Magnę Curiæ.

32

sententiam suam, quod princeps præcedat Ducem quāvis secundum eū ibid.lib.2.tit quis dicatur princeps. 33. qm. 4. isti principes abusue sic dicuntur t̄ quia princeps propriæ loquēdo, dicitur Imperator. vt no. ff. de legi & consl. princ. in S. sed quod principi. instit. de iure datur alii, & in d. clemen. j. de baptismo. & habet tex. in 33c. 1. in primis verbis quis dicatur dux. ¶ Tertio. q̄ dux præsentur comiti; quod etiam pater ex rubr. præallega. qui dicatur dux: & latius ex D. Marino in tracta. de subfend. lib. 2. tit quis dicatur dux num. 39. fol. 34. 9. t̄ item q̄ comes præstet Baroni, vt etiam pater ex const. honorē, ex const. comite, vel Barone, & ex coauctio. de successōnib; alijsque quā pluribus locis quos Dominus Marinus in d. tracta lib. 2. tit quis dicatur comes. num. 40. plenius colligit, & adeo præferitur secundum eum. num. 41. t̄ quod comitum appellatione, non veniunt barones; quamvis vt ipse late differat, nū. 40. secus, ut eponimo: sicut ex comuni vnu loquendi, quo appellamus Barones Regni; & evenient omnes tam principes, quam dices, marchiones, & comites. Aduerte tñ qd licet de marchionibus non fiat mentio in hoc Ritu; attamen cū dixerit & Barones, ex his quā proxime diximus: veniunt etiam ipsi, item ex verbis quā sequuntur, ibi cuiuscumque statutis, gradus, dignitatis, & præeminentias per ea quā in terminis præsentis questionis ponit Affl. in const. comes & Baro. num. 3. versic. ieretur quarto. Miror profecto quod nominati non fuerint cum comitibus præferantur, vt pater ex d. rubr. quis dicatur dux, & ex Domino Marino in præalle. tracta. lib. 2. tit. 36 quis dicatur marchio nu. 2. ¶ Quarto no. ex hoc Rit. q̄ Magna curia habet in toto Regno fundaram iurisdictiōnem contra omnes; & in specie habet sub se principes, duces, comites, & omnes Barones, adeo q̄ tam per accusationem, quam per inquisitionem poterit contra quemcumque procedere; nemus in causis criminalibus, yetum etiam ciuilibus, & licet de ciuilibus, expresse non loquitur, tamen, in virtualliter & implicite de eis loquitur; vt pater ibi, conueniri, quod in ciuilibus debet intelligi proper aliud verbum quod sequitur acculaciō, quod de criminalibus intelligitur, vt patet ex gloss. in cap. Maximianus. in versi. querelam. 81, distincho, & in l. querela. C. de fal. sicque obseruat̄ hodie, vt pro causis criminalibus, & ciuilibus omnes etiam possint in Magna Curia. vt clariss testatur Rit. inff. 264. licet post modum qui citari non debebant remittantur. Dispositio istius Ritus corrigit const. Reg. statutus, per quam solum in certis casib; dabatur iurisdictio specialis magnæ curiæ, extra vero illos casus, ordinabatur agi coram suis iudicibus tam in ciuilibus quam in criminalibus, vt ibi dicitur, & Atti, pot. in 10. no. num. 1. & iste Rit. corrigit etiam c. Reg. inianxit. ver. item cognoscēs de omnibus, vbi ordinabant magnæ curiæ quod in casibus spectantibus ad baculos, vel Barones: nō se intromitteret; sed hodie iste Ritus solum seruat̄ quo ad Barones qui oēs subsunt ipsi magnæ curiæ, & ciuiliter & criminaliter ibi citantur, conueniuntur, & carcerantur, quo verò ad univerſitates, & homines particulares eārum corrigit p̄ prag. 2. querula expositione. in tit. vbi de delicto quis conueniri debeat per quā prohibetur pro primis causis ex ratiō homines extra propriū domicilium, & p̄ secundis extra prouinciam; vt ibi latius dico, & ideo quotidie seruari videmus, q̄ citati per magnam curiā ciuiliter aut criminaliter, petunt remissionem ad propriū domicilium; & illuc remittuntur regulariter, licet in aliquibus casibus non; vt in d. prag. latius dico; & traditur per Dominum in Marinum fr̄ez. de subfend. lib. 1. de off. magist. iusticiarij. num. 40. fol. 26.

¶ Quinto no. q̄ familiares domini Regis, item comitales domitici, & acti seruientes, sunt exempli iurisdictione magnæ curiæ: ex quo corrigit consti. quamvis vt magnæ: per quam magna curia statuitur

index ordinarius omnium curialium Domini Regis, probatur quia cum curiales dicantur illi qui in curia Regis cōmorantur, & sine eius speciali mandato recedere non possunt; vt ibi expresse dicit const. & Iter. in princ. idq; procedat quomodo docunque curiæ sint obligati, siue milites, siue adiutorati, siue iudices, siue officia, siue histriones, vt ibi dicit Affl. in 6. no. num. 6. & Luc. de pen. in l. curiales. la. j. C. de decurio. lib. 10. & negari non possit quin familiares, domestici comitales, & acti seruientes D. Regi dicantur tales cū sine licencia recedere non possint sequitur absq; dubio q̄ eximendo per hunc Rit. istas personas quā curiales dicuntur; corrigit d. consti. statuimus quo ad id tantum qd de curialibus loquitur, ex quo sequitur qd Affl. in ea const. statuimus in 6. no quē Niger. referit in clemen. de vita & honestate clero. conclusione 4. num. 24. in fi. male admiratur, dum inquit quod licet illa const. præbeat ordinariam iurisdictionē contra curiales D. Regis, tamē ipse vidit q̄ tempore Regis Ferdinandi primi magnus Senescalculus significabat magnæ curiæ, quod talis carcerat̄ erat curialis D. Regis, & magna curia illum remittebat tam in causa ciuili, quā criminali, qd ipse dicit processus; quia forte D. Rex ita ordinabat, q̄ si alias illa consti. esset seruanda. & credo q̄ si Affl. aduertisset ad hunc Rit. eximenterem istas personas (quā curiales dicuntur) à iurisdictione magnæ curiæ: talia non dixisset, data, n. exemptione ipsorum à magna curia per hunc Ritum, sequitur necesse fari quod oēs isti qui in Rit. enunciāntur; magnus Senescalculus sunt subiecti, ipseq; haber coercere, & punire eos vt familiares Regiosaulicos, & curiales, vt inquit D. Mar. fr̄ez. de subfend. lib. 1. de offi. magni Senescalchi in princ. & nu. 3. vbi etiam ipse reprehendit Affl. de hoc dicto, quamvis ex alio capite quā ego dixi, & ex consequenti lequitur, quod id quod tempore Affl. q̄ faciebat magnus Senescalculus, non erat ex speciali ordinatione Regis, sed ex sua ordinaria iurisdictione, cui non obstat consti. statuimus, tanquam per hunc Rit. correcta. Cum h. c. Rit. cōcordat tex. in cap. per exemptione de priuileg. in 6. tex. in l. 2. vbi Bald. in 3. no. C. de epis. & cler. Glo. in c. clericum. 1. q. j. vbi q̄ familia gaudeat priuilegio cleri corum, & sic quemadmodum D. Rex non subiectur magnæ curiæ: pari modo, nec eius familia, licet de ordine ipsius Do. Regis subiectantur Senescalculo, cui ipse Rex minime est subiectus. Et hic est unus de effectis quos familiaritas producit, alios nōnullos vide per Bal. in l. 1. C. de epis. & cler. item adde, quod & illum effectum etiam facit 19. t̄ quia si nimia fuerit; contempnū parit, l. obseruandū, ff. de offic. præsid. a & c. si Iudeos. de Iude, verum fin Abb. & Fely. vbi inter rullicos procedit, non inter prudentes; inter quos auger amore l. 3. ff. de pecun. qd etiam Aristo. volv. 8. Ethico. 4. dum ait sola amicitia bonorum honestorum incommutabilis est: & in secreto secretorum ad Alex. de taciturnitatē Regis dum dicit

## A D D I T I O.

a. **Prefid.** Adde quatuor bonas matres, malos parere filios veritatem. f. odijū, iuxta illud Teretij obsequium amicos, veritas odijū parit. Nimiam familiaritatem, contemptum. l. obseruandum. ff. de offic. præsid. Communionem discordiam l. cū pater S. dulcissimis. ff. de legat. 3. Virtutem inuidiā, vt cuique perspicuum est, hitq; præcipue temporibus, quibus exclamare liber, & tempora inimica virtuti, quo ad inalos inquā, nō quo ad bonos, prauis enim moribus, graui s̄ est vita bonorum, secundum Gregor. 2. dialogo, & refert l. u. de penn. in l. 1. C. de palatin. Sacrat. largit. quem vide omnino, & pro virtute, eundem in lege 1. C. de metrop. Berito. C. P.

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

cit decet etiam Regem abstinere, nec multum frequē  
 tare eonsortium subditorum maxime vilium pēlio,  
 narum : quia nimia familiaritas hominum parit con-  
 temptum honoris † facit etiam alium effectum quia  
 familiari inimico nulla maior peltis, vt inquit Cic. de  
 amici. & Spec.de aduoca. S. 9. versic. item itudeat: Am-  
 plia hunc Ritu. procedere etiam si ista personæ abes-  
 sent à curia domini Regis pro suis seruitiis, nō autem  
 propriis, vt dicitex. in cap. fin. de verb. sign. vbi etiam  
 glo. & tex. in cap. ex parte, de cler. non residen. t. Secū-  
 do amplia, etiam si agrotarent: quia & tunc seruire in  
 telliguntur. l. cum hæres. S. Stichus. ff. de sta. libe. & no.  
 Glo. in d. cap. fin. de verb. signifi. Tertio amplia. etiam:  
 cum absunt pro negociorum propriis de licentia domini,  
 & hoc solum dum sunt in eundo, & redeundo. vt di-  
 cit Iser. in d. const. statui mus, in princ. argum. text. l. 1.  
 C. de re milita. & l. qui mittuntur, & l. si cui. S. 1. ff. ex  
 quibus cau. maio. & idem firmat Afflīct. ibi in 6. not.  
 2. num. 8. versic. quid si curialis. † Limita hunc Ritu. non  
 procedere quando personæ hic descriptæ abescent à  
 curia domini Regis pro negociorum propriis etiam si cū  
 licentia, tunc enim dum sunt in loco in contraria bus,  
 & delictis, priuilegio exemptionis Rit. non gaudent.  
 vt dicunt Iser. & Afflīct. in præalleg. consti. argum. l. si  
 in fia. C. de priuileg. schola. lib. 1. idem Afflīct. in cō-  
 & Reg. integrationis nostre. 4. nota. versi. sed queno. &  
 Niger in clemen. de vita & honest. cleric. conclusio. 4.  
 num. 24. & propterea non magnus Senescalcus, sed  
 ipsa magna curia cognosceret: & ideo videmus quod:  
 Dominus Rex quando concedit literas familiaritatis  
 aliquibus quos ipse scit non esse actu exercitarios:  
 exanimi ipsos familiares à curiis inferioribus tandem  
 cum in eisdem mādetā posse cognosci nisi à magna  
 curia, vel audientiis Regis: prout ego vidi in multis  
 literis, seu priuilegiis familiaritatis, pro quo est extra-  
 vagans Innoc. 5. ad futuram rerum memoriam, vbi &  
 habentes literas familiaritatis nō gaudent priuilegio  
 nisi exerceant officium pro quo literæ datae fuerunt:  
 idem Cardin. conf. 125. vaçarunt canoniciatus & Fely.  
 in capit. insinuantur, versi. & nota. num. 5. de offic. de-  
 leg. † vbi etiam ponit quod ad hoc vt literæ familiari-  
 tatis. prebeant priuilegium: est necesse, quod perue-  
 niant ad notitiam illius cui concedunt pro quo etiam  
 consuluit Ancha. conf 39. 8. præmitto pro clariori. Se-  
 cundo limita, nō procedere post mortem Domini Re-  
 gis † quia, vbi personæ conditio locum facit benefi-  
 cio, ea deficiente, deficit beneficium. l. in omnibus. ff.  
 de reg. iur. ad idem Gl in l. 2. in versicu filij. quam Bar.  
 ibi & Bald. numero 5. sequuntur. C. de episco. & cleri.  
 & alij quam plures quos Tiraquell. ponit in tractat.  
 celi. causa, in ver. fauoris causa. num. 104. cum seq. in-  
 telligatamen istam limit. in illis familiaribus, & do-  
 mesticis quos actu tenebat poenes se Dominus Rex  
 cum viuebat. secus autem, in illis qui actu non seruie-  
 bant, & quos per priuilegium suos fecerat familiare, &  
 quoniā tunc etiam post eius mortem idem esset, &  
 priuilegio exemptionis gauderent † quia priuilegia  
 omnia quæ à Regibus conceduntur regulariter sunt  
 perpetua, & renocari non possunt. vt dicit Gl. in cap.  
 decet de reg. iur. in 6. Inn. in capi. quæ in ecclesiaram.  
 de constitut. Bal. in l. quise patris. nume. 14. C. vnde li-  
 ber, & latius per me ins. in Rit. 301. in 2. nota. tanto ma-  
 gis, quia communiter talia priuilegia ea forma con-  
 ceduntur, vidi enim multa ex ipsis concessa per inui-  
 gitissimum bonaq; Memoriæ Caro. v. Imperatorem,  
 & in eis dicebatur mandantes singulis officialibus  
 quatenus ad vnguem obseruare habeant, pro quanto  
 gratiam nostram charam habent; ac l'philippo eius filio  
 immediate heredi sub paternæ benedictionis intui-  
 tu, quod similicer seruaret: ac obseruari faceret, ex q.  
 bus verbis apte demonstratur, & etiam post mortem  
 concedentis priuilegium, durat familiaritas. Tertio li-  
 mita non procedere, quotiescumque a Domino Re-

ge fuissent licentiati, perglos. in d. l. 2. vbi etiam Bald.  
 num. 4. idem Bar. & Bal. in l. 2. C. de testi. Spec. in tit. de  
 teste. S. 1. num. 13. versi. quid si olim fuit eius clericus?  
 Bar. in l. 1. S. idem numidio. per illum tex. & in l. vni?  
 S. penul. ff. de quæstio. Salic. in l. seruos. C. de quæstio.  
 & late Tiraquell. in præalleg tract. in versic. familiarit  
 ceßante. num. 101. Quero primode intellectu ver-  
 borum existentium in fi. iusti Rit. ibi familiaribus no-  
 stris, & commensalibus domesticis, & actu seruienti-  
 bus, alias ego intelligebam ista verba copulatiuē, † vt  
 ille dictiones; & operarentur concursum omniū ito-  
 rum simul per l. si quis ita stipularus fuerit. ff. de verb.  
 obl. & l. si hæredi plures. ff. de condit. inst. vt etiam vo-  
 luit Iser. & Afflīct. in consti. iuris gentium. 8. no. nume.  
 19. vt sensus esset, & tunc Ritu. ite locum haberet: qd  
 quis esset familiaris Regis, item commensalis, dome-  
 sticus, & actu seruiens, & non alijs, nunc ista intelli-  
 gentia mihi non placet, quia esset maxima restrictio  
 ad hunc Rit. & sequeretur maximum absurdum, qd  
 quis esset actu seruens Domino Regi, vel familiaris,  
 nisi esset commensalis non gauderet priuilegio exem-  
 ptionis: contra ea quæ de familiaribus, & curialibus  
 tradit D. Marinus Frez. in præalleg. loc. sicq; etiā sum-  
 mōpere restingeretur potestas magni Senefacchi  
 de qua supra dixim⁹. Item dicebam debere saltum in-  
 telligi, qd prima dictio, & ponatur inter diuersa, & sec-  
 unda copulatiuē, vt sensus sit, qd iste Ritus loquatur  
 de familiaribus Regis, item de commensalibus dome-  
 sticis, & actu seruientibus, fed nec etiam placet ista  
 secunda lectura, quia est mera diuinatio, intelligere,  
 qd prima & iter diuersificatiuē, & secunda copulatiuē,  
 ideo vera lectura est, quod ite Rit. loquatur de fami-  
 liaribus, de commensalibus, domesticis, & de his qui  
 actu seruunt liceat non sint familiares, neque comen-  
 sales, vt sunt milites, aduocati, & alij officiales poenæ  
 Regem de quibus supra dixi. in 5. no. 4. Quarto secun-  
 do, num semper verum est, quod familiares, & seru-  
 tores gaudent priuilegio dominii. Fede. de sen. consti.  
 6. alias. 156. Bart. consti. 37. quidam Cola. Ant. de Butta  
 & Abb. in ca. 2. col. 2. de fo. compet. & Capic. decil. 22.  
 num. 2. dicunt qd non, sed tunc tantum, cum sunt para-  
 petui, item cum sine mercede ferunt, qd etiam vo-  
 luit Archid. in cap. clericum. 12. q. 2. Abb. in capit. 2. de  
 fo. compet. & Gramma. qui prefata referit consilio ciuii  
 103. num. 15. & 16. Bald. vero in l. 1. num. 2. circa fin. 80  
 in l. 2. num. 4. C. de episco & cler. dicit contrarium,  
 qd tam temporalis, quam perpetu⁹ gaudet priuilegio,  
 verum alter temporaliter, & alter perpetuo per tex. in  
 cap. cum olim de arb. vbi etiam no. Inn. ratio est secu-  
 dum cund. Bald. in d. l. 2. C. eo. ti. in 3. not. quia familia  
 non propter se gaudet, sed propter fauorem dominorum  
 suorum, quæ ratio in omni seruitore, & familiari  
 locum habet, vt dicit Barb. in addi. cap. 1. de for. com-  
 peten. quæst. 3. Gramma. in d. const. citat. num. 7. quid  
 dicendum? Capic. in d. decil. dicit primam opinionē  
 esse magis communem, quam etiam tenet Specula.  
 de competen. iud. add. S. 1. versic 27. & Socyn. in cap.  
 1. in 5. declaratione. versic. vnde sit conclusio. de foro  
 competen. & contraria procedunt in familia clericorum,  
 in quibus est speciale quod gaudeat priuilegio  
 clerici, qd etiam firmat Albe. de Rosa & Pau. de C. as.  
 in l. 1. C. de episc. & cler. & in familia laicorum secus  
 erit, & hæc est ipsa veritas, † verū si priuilegiatus non  
 posset vti commode suo priuilegio, semper familia  
 gauderet eodem priuilegio, vt dicit Bald. in l. 1. C. do  
 vxo. mili. quem ad hoc citat Niger. in clement. j. de vi.  
 & honest. cle. conclusione. 4. nume. 23. vbi de hoc ple-  
 nie, hanc etiam opin. firmat. Fely. in cap. 2. num. 2. vers.  
 general. ter. de foro competen. dicens, qd cum de hoc  
 queritur, semper dici debet quod familia gaudet pri-  
 uilegio domini, si alias subtraheretur à suo seruicio, &  
 non posset ea commode vti. per tex. in ca. pen. S. cum  
 conceditur de priuileg. in 6. l. non alias. S. fin. ff. de in-  
 dig.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ.

33

dic.no.Bar.pulchre in tractat. represali. quæstio.6.7.q.  
princip.Oldra. conf. i.thema tale est.Bal in l.scrinia.  
rios.C.de militia.test. & in procem. ff.colum.pen. vbi  
bonustex.& videretur etiā sentire satis pulchre D.Mar.  
Frez.de subfeu.lib. i.de offi.mag.senescalchi.nume.3.  
in fi.fol.36,vbi de familiaribus,& aulicis Domini Re-  
gis dicit non esse verisimile voluisse subiçere Magnæ  
curiæ, & auferre cognitionem senescalchi: quia lōgo  
litis itinere defatigantur, & ab eius tertilio subtra-  
herentur, firmat etiam Luc.de pen.in rubr. de appar-  
ato.præfec.vrb.lib. 12. vbi allegat etiam per hoc tex. in  
29 l.pen.C.de silen.& de decu.l.2.lib. 12. ¶ Tertio quæ-  
so, qui nam dicuntur esse familiares? breuiter familia-  
res,a familiæ dicuntur vt inquit Fely.in cap. in literis,  
30 in princ.de testi. ¶ Sed quia appellatione familiæ ve-  
niunt filij,serui,cognati, item omnes qui sunt sub uno  
victu,& domo.l.pronunciatio.S.familiæ ff.de verbor.  
sign.l.fin.C.eo.l.1.S familiæ ff.de vi.arma.l.ædiles.S.  
familiæ ff.de ædil.edict.l.præfenti.S.fanè. C.de his q.  
ad ecclesia. configi. cum infinitis quæ allegat Afflīct.  
in const.Reg.iurisgentium.8.no.versicul.item quæro.  
nume.19 sequitur, q omnes illi quibus competit alii-  
qua ex dictis qualitatibus, familiares dicuntur, & ita  
31 no.dicit Fely.in d.c.in literis. ¶ Hæc familiaritas du-  
plex est potestatua seu subiectua, & socialis. Pote-  
statua contingit patri cum filio, domino cum seruo,  
viro cum vxore, & domino in famulum, vt dicit Bald.  
in d.l.j. C.de episc & cleri. Socialis dicitur illa, qua q s  
continua conuersatione cum aliquo adstringitur, al-  
legat tex in l.item apud S.si quis virgines. ff. de iniur.  
& hoc pacto vsus est Cic.in lib.de amici.vbi quia quo  
tidie delectabatur lectio terentiana, sic ait, nescio  
quomodo verum est, quod in Andria familiaris meus  
Terentius dixit, obsequium amicos, veritas odium  
parit. De hac etiam loquitur Iser.in const. iurisgentiū.  
& Afflīct. post eum ibid. 8nota numero 19. vbi q fa-  
miliæ dicitur familiaris qui omni die est insimul cum do-  
mino in domo, & extra domum, ipsi sique associat, &  
cum eo semper assistit, si equitat, vel aliud agit, lieet  
in domo sua propria comedat, & dormiat, pro quo  
etiam bonus tex.in d.S.si quis virgines, quod vñetiam  
firmatum per Luc.de Penn.in rubr. C.de domestici,  
lib. 12.dum dicit q familiares Imperatoris dicuntur,  
qui absque offici distincione sibi obsequuntur, & ser-  
uunt, quocunque ergo de præfatis modis dici potest  
q quis familiaris Regi in hoc R.it. comprehenditur.  
32 ¶ Quarto subsequenter quæro de domesticis, in quo  
dicas domesticos dici non solum eos qui subsunt ra-  
tione patriæ vel dominicæ potestatis, vt filij, & serui,  
vt dicebat Gl.in c.in literis.de testi, verum etiam om-  
nes qui cohabitent cum patrisa. & aliquo modo sunt  
ei inferiores, vel subiecti vt liberti, seruatores, merce-  
narij, & similes, vt dicit Specu.de teste S. i.nu. 11.ver.  
item excipitur, quod est domesticus.Barto.in l. etiam.  
C.de testib.Raph.commen.conf 271. in Christi nomi-  
ne, & Luc. de Penn.in l. i.C. de mun. & hon lib. 10.  
33 ¶ Inde dicti domestici, quia domui astant, & in eis do-  
mus, seu familiæ status habet consistere, vt dicit Bald.  
in l etiam.C.de testa.& loquendo grosso modo, secun-  
dum Bald.ind.eap.in literis.de testi.& ibid. Fely. do-  
mesticidicuntur omnes qui viuunt ad vnum panem,  
& vinum per tex.in S.cogitandum,in auth.de mona.  
84 ¶ Et largè, amicus familiaris dicitur domesticus, vt di-  
cit Luc.de Pen.in d.l. i.pro hoc in arg.l,obseruandum,  
ff.de off.præf.& l. qui iure familiaritatis ff.de acq.pol.  
Itē omnes qui insimul morātur.l. qui bona S. damni,  
a contrario sensu, ff.de dam.infec.Item omnes propin-  
qui.l. C de emenda.propinquo.verum quia hic R.it.  
35 loquitur de commensalibus domesticis, t commen-  
salis domesticus dicitur ille qui continuè expensis ali-  
cuius viuit, vt dicit tex.ad literam.in c.fl.de verb.sign.  
in 6 quem ad idem citat Luc.de Penn in rub.C.de do-  
mest.in fi.lib.12.ex præfatis tamen quæ diximus de fa-

miliaribus & domesticis,satis clarè colligi potest , q  
familiaris,& domesticus idē important,& ideo vt di-  
cit Ant.de But.& Fely.in d.c in literis , Synonimia dict  
postulunt,ad idem Spec.de teste.S. i.nu. 14.ver. sed nū-  
quid agnati,vbi q omnes qui sunt de familia produc-  
tis, siue in præte, siue non, siue liberi, siue serui dicuntur  
etiam domestici, & allegat l. ædiles. S. familiæ ff. de  
ædil.edi.hoc idem firmat Luc.de Penn.in d.rub. C.de  
domest.ibi sie etiam dicuntur testes domestici, & vbi  
que patet ex Doct. qui cum de domesticis loquuntur,  
36 citant iura loquentia de familia, & ecouerso. ¶ Quin-  
to quæro in hoc Ritu faciente mentionem de Barone, q  
quis nam Baro appellatur? Doct.in hoc varij varia di-  
xerunt, vt patet ex Bal.in c.vno delegatorum. de offi.  
deleg.Gl.in proç prag.sancçio.in vers.magnatib.Boer.  
in cōsue.Bir.uit.de iurisld.om.iud.S.3.gl. 3. & ex Cass.  
in suo Catalogo.parte 8 cōfid. 15.vbi de hoc latissime,  
& post eum.D.Marin.Frez.de subfeu.lib. 1.ti.de origi.  
Baronum.pqnes quem poteris ad saturitatem videre,  
secundum tamē cōem vñsum Regni huius,Baro dicitur  
ille qui in sua terra,villa,vel oppido,iurisdictione  
habet, vt etiam Casla.& Frez.dicunt. in loco præalle.  
verè tamen,& proprie loquendo (cum de priuilegijs  
Baronibus concessis tractatur)Baro dicitur ille qui ca-  
strum habuit, à Rege in titulū Baronizæ , vel sub se hēt  
subfeudarios, feuda quaternata ab eo tenentes, vt dī  
cit Iser.in const.Reg.si post mortem, & in const.si ali-  
quis.Baro. & in c.1.S. similiter.col.6.de capita. qui cur-  
vendi.Gramma.deci.34.nu.7.& deci.104.nu. 24.& la-  
tius D. Mar.Frez.in tract præalle.lib.2.tit. quis dicatur  
Baro.sol.69.ad idem facit quod scribit Io.Saxon.in cō  
sue.turo.tit.desdroic.art.2.fol.52 vbi q Baro debet sub-  
se hēre duos castellanos,Dux duos comites, Comes  
duos Barones,Rex vero ad minus duos Duces, quam  
uis in hoc vñltimo Abb.in c. constitutus , aliter teneat  
dicens, q Rex dēt habere decē dioceses,& metropo-  
litanum,quod ēt firmat Cassa.in præall.loco.ver.& li-  
qet suprà dixerim,vbi q debet habere decē duces. seu  
decem ducatus dignitatem habentes, in idq; citat no.  
in d.c.constitutus,& in duce similiter aliter tenet quā  
Io.Saxon,dicens q deberet sub se habere decem co-  
mites,ad hoc vt vere Dux dici possit, q debes intellige  
re de istis Ducibus qui veluti Reges habentur in eorū  
ducatu,vt Dux Sabaudiz,Mediolani,Mantuæ,& Flo-  
rentiæ,de quibus late ponit Cassa.in d.trac. parte 12,  
considera, 58.non autem de istis Ducibus nostri Reg.  
qui vix habent sub se aliquem Baroneim,& nomine ta-  
rum dicuntur Duces,Principes, & Comites cum sint  
subiecti Regibus eorum superioribus, vt dicit Par. de  
Pute.de reintegr.feudo.c.1 num.5,  
37 ¶ Sexto quæro nunquid per hunc R.it.concedentem  
ordinariam iurisdictionem in omnes homines Regu.  
iuxta ea quæ diximus supra in 4.no. censeatur adépta  
iurisdictione ordinariis locorum antequam esset condi-  
ta d.Prag. 2. querula expositione,quam ibi citauimus,  
per quam postea correctus est iste Ritus. Breuiter di-  
cas, q non, quia iurisdictione vni concessa in dubio, cen-  
setur dara cumulatiue cōm ordinariis, vt probat text.  
quem ibi ad hoc no Bar.in l.studentibus.C.de off. pre-  
fec.vrb.idem Bald.in l nulli.in princ. ibi & in hac ciuitate.  
ff.quod cuiusque vniuer. Ange.in l. i.S.si quis in  
appellatione col.pen.ff.de appell.Aret conf. 102. spe-  
cificabilis domine. Abb.in cap cum ab ecclesiis. pro-  
pe finem.de præscrip.in c.auditis.col.3.eod titu.& in  
c.caterum.col.2.de iud.Rom.satis pulchre & no.cōsi.  
393.presents consultatio.& Anch.consil. 9. de viribus  
& efficacia circa, licet secundum Fely.in c.pastoralis,  
col.2.de offic.ordina.ea regula ecto fallentis limite-  
tur de quibus ibi plene per ipsum, sicque istius R.it, in-  
tentio non tuit tollendi ordinariam iurisdictionem or-  
dinariis locorum, sed solum d.consti. statuimus corri-  
gere in eo q dabant iurisdictionem Magnæ curiæ solū  
in certis casibus,& in aliis volebat non posse per eam  
E cognosci,

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

cognosci, sed per ordinarios, ut ibi latius patet, & ex Afflict, ibi in 10. no. nume, 5. Salerni die 22. Maij. 1559,  
Prosper Carauita.

## R I T V S   X L V I I .



**T**em quod curia ipsa & quilibet ipsarum cognoscant, & cognoscere possint de guerra mota, priuato carcere, & omnibus aliis poenis fiscalibus, nullus verò deferens de prae- fatis, admittatur: nisi curia ad certam poenam se obliget de probando, & prosequendo: & idem vbi cunctis; aliquid fiscale eisdem Curiis nuncietur, conuentio tamen istius poenæ fieri debet cum aduocato, & procuratore fisci,

## S V M M A R I U M .

- 1 *Iurisdictio si concedatur in certis casibus; priuati uè concessa videtur, & alijs derogare.*
- 2 *Mouentes guerram absque iusu principis, tenentur lege Iul. maiest.*
- 3 *Carcerem priuatum committentes, lege Iul. maies- sta. tenentur.*
- 4 *Pœnae fiscales in Regno de regalibus esse dicun- tur.*
- 5 *Statutum, vel lex pecuniaria pœna mentionem faciens, si non dicat cui applicanda; regio fisca applicatur.*
- 6 *Appellatione pœna tam personalis, quam pecu- niaria intelligitur.*
- 7 *Differentia inter pœnam, & multam confunditur aliquando.*
- 8 *Omnes Barones habent quatuor literas arbitrarias & propriece pœnas componunt, & permuntant.*
- 9 *Bellum quid sit, apud quos illud indicendi potes- tas fuerit.*
- 10 *Bellorum septem genera reperiuntur.*
- 11 *Belli exitus incertus, Bellumq; periculosissimum.*
- 12 *Guerra qua sit: & quando proprie dicatur.*
- 13 *Vis priuata quando dicatur. Et quando vis pu- blica.*
- 14 *Pœna priuati carceris, quando dicatur.*
- 15 *Qui recedere non potest, carceratus dicitur.*
- 16 *Aliquem in vinculis esse, vel sub custodia fidei- forum: paria sunt.*
- 17 *Plura delicta concurrentia impunitatem non cau- sant.*
- 18 *Carcer quadruplex dicitur.*
- 19 *Carcer ad custodiam, non ad pœnam dicitur in- ventus.*

**I**ste Rit, duplicatur infra Rit. 56. per eademmet verba, verum quia secundum tex.currentem, ille Ritu. est magis correctus, ego correcxi, istum, em literam illius. No, primo ex hoc Rit. q; ma- gnæ curia habet cognoscere de guerra mota, priuato

carcere, & poenis fiscalibus, & licet non dicat, si hoc potest facere cumulative, an priuatiue abordinariis locorum, attamē intelligas hunc Rit. priuatiue, ita q; ab aliis non possit de præfatis cognosci. Ratio est quia cum per Rit, præcedentem fuerit concessa iurisdictio magnæ curia in ciuijibus, & criminalibus, ut ibi dixi in 4. no. eaq; intelligebatur cumulative ut ibid. dixi. q; t. dum iste Ritus postmodum in certis casibus con- cedit iurisdictionem eidem magnæ curia videtur ea in eis priuatiue concedere, & alijs derogare; vt dicte Ang. l. testamento, C. de test. quem refert, & sequitur Felic. cap. pastoralis, col. 3. limita 4. de off. or. vbi inter alias limitationes quas ponit ad regulam, quæ habet q; iurisdictio vni coessa, intelligitur, cumulative, po- nit ista, ut ex eo plenius videre poteris, & prosequendò si aliud dicetur iste Rit. de nihilo feruere, postquam cer- tum erat q; magna curia per Rit. præced. in omnibus causis iurisdictionem ordinariam in oës habebat, qd quidem dici nullatenus debet, sicq; fuit semper inter pretatus iste Rit. vi pater ex his, quæ scribit D. Marin⁹ Frez. de subseq. lib. 1. de off. mag. iust. tiar. num. 40. vbi ponendo præminentias quas habet magna curia, dicit q; cognoscit super guerra mota de qua iste Ritu, loquitur, & si alijs ordinarij possint cognoscere, nō es- set præminentia magnæ curia. Item pater ex Apo- still. Afflic. in const. Reg. magnæ curia nostræ, quæ in- ter alias præminentias, ponit de potestate cognoscendi de guerra mota, priuato carcere, & poenis fiscalibus, 2 est ista quia mouentes guerram absq; iusu principis, lege Iul. maiest. tenentur. l. 3. ff. ad l. Iul. maiest. cum. n. bellum gerere, armiq; mouere absque eius iusu, à le- ge sit interdictum. l. 1. C. vt arm. vsus. lib. 11. principe usurpare, & eius Majestatem ledere dicitur qui ali- ter agit, ut inquit Iser. in constit. Reg. comes. Baro, & propterea per illam constit. poena capitali, cum om- nium bonorum confiscatione punitur, etiam si Baro- nes in absentia Imperatoris hoc vellent facere, cum semper adsint officiales ipsius, vt dicit Capi. decif. 27. num. 5. stante maxime, d. const. quæ hoc expresse prohibet Baronibus, licet Alua. in capitulo 1. col. 1. hic finitur lex, aliter dicit. t Carcerem priuatum committentes, similiter tāquam Regiam iurisdictionem usurpantes, lege Iulia Maiestatis tenentur. d. L. 3. & ideo tanquam ipsi⁹ maiestatis violatores ultimo supplicio puniūtur. l. vni. C. de priua. carce. t Et in Regno isto per c. Reg. contra effrenatas Pœnae fiscales earumque compen- dia dicuntur esse de Regalibus. ca. 1. quæ sint regal. in tantum. t q; si statutum, vel lex faciat mentione de pœ- na pecuniaria, & nō dicat cui sit applicanda, ea nō alijs quam Regio filio applicatur, & vt dicit Bart. in l. agraria. ff. de term. mo. & Afflic. in d. c. 1. in ver. pœnarum. in prin. Et ne dum dicuntur esse de regalibus compen- dia pœnarum, t quarum appellatio de pœna certa tā personali, quam pecuniaria intelligitur, vt dicit tex. in l. fi. qua pœna, in fi. ff. de ver. sig. verum ēt & compen- dia multarum quarū appellatio de pœna pecuniaria arbitra-

## A D D I T I O.

- a Applicatur, Adde casum notabilem, in quo poena pe- cuniaria, vbi nihil expressum fuit, cui applicanda sit, applicatur aduersario, vt in l. fina. ff. de litigios. vbi, cuq; prohibitum sit, inquit iurecon. rem de qua cōtrouer- sia est, in sacram. dedicari, alioquin, dupli pœnam, de- dicantem pati, cum quereretur, duplum, vtrum fisico, an aduerario præstandum sit, postquam nihil expri- mitur, respondi, fortassis, magis aduersario, vt velut solarium habeat, pro eo q; potentiori aduersario tra- ditus sit. C. P.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 34

arbitraria intelligitur.d.l.si qua poena, & l.mulctarū. C.de mod.mulcta. q̄ mulctarum compendia de rega libus esse dicantur, habes expresse in d.c.j quæ sint re- g. & late Afflīct. ibi in versicu.mulctarum, in tantum quod ut dicit text. d. l. mulctarum earam compendia Regio æratio applicantur, & licet iste Rit.fecerit solū de poenis fiscalibus mentionem, adhuc, & mulctarū si scæles intelliguntur † quia differentia inter poenam, & mulctam de qua dixi supra multoies confunditur, vt inquir Afflīct.in const. Reg.ea quæ ad decus. 1. not. num. 20. & per me in pragm.per excellentem. S.3. fuit mandatum.nu. 1. de sena.conf. Maced. & cum præfati casus maximz sint importantiæ, voluit ista Regina, aliquæ conditores Rituum quod non ab aliis quam ab ipsa magna curia cognoscantur, vt istud tribunal, tanquam speculum omnium curiarum; vt dicit const. Reg. magna curiæ, aliqua maiori præminentia aliis præfesset, quemadmodum & alia speciaalia per d. cōst. magna curiæ sibi conceduntur. Hodie autem aliter seruantur, quia Regiæ audientiæ omnes de præfatis cognoscunt, officiales Baronum ( quia Barones habent prærogativa limitata, exceptis criminibus læse Maiestatis ) non cognoscunt de primo casu, videlicet guerra mota, de secundo sic, qm̄ non Regia iurisdictio in eorum terra vñsparetur, sed Baronalis, sed non firmo p̄ constanti. De tertio videlicet de poenis fiscalibus, militari t̄ quia omnes Barones habent quatuor literas arbitriarias, quæ continentur in cap.Reg.exercere volentes, in cap.iuris censura.Cap.ne tuorum. & cap.ad peruersorum, quarum literarum vigore possunt poenas componere & permutare, vt scribit Afflīct.in d.c. 1. quæ fint Rega in vers.penarū.nu. 23. & Regia prag. 6. Cap. quinti incip.mādamus etiam sub tit.de Baro. eorum officio, & eas sibi applicant ut dicit Capici.de cil. 185. nu. 4. vigore priuilegiorum concedentium eis jurisdictionem cum fructibus, & prouentibus mero mixtoque imperio & quatuor literis arbitriaris forma communis omnium priuilegiorum cantat; & hinc est quod D.Marinus in loco præallega, & Apollill.Afflīct, quam supra citauimus, de istis tribus contentis in hoc Rit.non enumerat inter præminentias magna curiæ nisi cognitionem de guerra mota. ¶ Secundo no. ibi nullus, quod denuncians magna curiæ aliquem causum decontentis in hoc Rit.vel quoconque alio fisca li casu, non admittitur, nisi obliget se ad certam poenam de probando, & prosequendo denunciationem, facta in conuentione de pena ad quam se obligat, cū aduocato, & procuratore sibi. istud hodie non seruantur, vt dicam infra Rit. 199.vbi est propria materia ibi vide. ¶ Quarto primo in hoc Rit. quæ nam proprie dicitur Guerra? Breuiter habes primo scire quid sit bellum, & id ēm Cicer.de republ. & Luc.de penn.in l.1. col.3. C.vt armo.vsus lib. 11. dicitur esse illud quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulsandorum hostiū causa, idque inter principes consistere dicitur, quoniam apud eos ( tam seculares, quam Ecclesiasticos ) dicitur residere potestas indicendi Belli, vt inquit tex.cum Glos.in cap.quid culpatur. 23. q. 1. versic.ordo autem, & Luc.de penn.in d.l.1.vbi ad hoc vñbellum dicatur iustum: quinque ponit cōditiones, easq; omnes satis pulchre ex sacra veteri scriptura cō 10 probat † quāuis ēm eund. in l.deuotissimos. C.de meta.lib. 12. septē genera Bellorum reperiuntur, vt latius ex eo est videre, de hoc Bello dicit Pf. 67. dissipā gētes 11 quæ Bella volunt. Cicero in C.verr.t quod exitus iphus Belli incerti sunt. & idē Cic.in epist. q̄ bellū teterū, & periculosisimū est, & ad Atti.qd est calamis rotam & exitiabile. hoc præsupposito, quia ad hoc vt dicatur Bellū: requiritur potestas ipsius indicendi poenæ Bellum gerentes, t̄ quotiescunq; inter duos tale potestate in non habentes, absque principis licentia, hominibus armatis, parato vexillo ad modum Belli coadunatur exercitus, talis dicitur guerra, vt scribit

Iser. in dicta constit.comes, & Afflīct.ibi in 2.no.vers. sed pro declaratione.num. 8. & Luc.de penn.in d.l.1. 13 col.3. † alias ēm eos, si non hominibus armatis, non esset guerra, sed vis priuata per l. 4.ff.ad l.Iul.de vñpriua. Idem si cum hominib.armatis, sed non leuato vexillo, ad modū Belli, qm̄ tunc vis publica esset, & propterea tantū poena.l.Iuliz de vi publica locum habet per l.pen.in f.1. ff.ad l.Iul.de vi publ. De hoc vocabulo guerræ fit mentio in c. quod olim.de Iude.in c. perpendimus.de senten.exco. & in vñ. feu.hic finitur lex. c. domino guerram, & ēm Luc.de pen.in d.l.1.est vulgare germanorum, & in hoc Regno appellamus guerram in vulgari, quod in latino dicimus, Bellum, & sic 14 ex communi vñlu, vocabula ipsa confundimus ¶ † Se- cundo quæro, quando propriæ incurritur poena priuati carceris de qua supra diximus. Bar. in l.Capite quinto. ff.de adul. sub pulchra dicit. quam ponit, concludit tunc demum incurri cum ille qui capiendi potestatē nō habebat, cepit, & detinuit ad hunc finem vel cum ille qui potestatē habebat capiendi in casibus quos ipse ponit cepit: verum ultra viginti horas detinuit, quod etiam Bal.in l.1.C.de priuati carcer.firmat, & pulchre Boer.decis. 275.vol.2. per totam deci. Addit tamē Io. Arcamo.in c.Reg.contra effrenatas in opere. loan. Ant.de Nig.num. 20. dummodo captus vinculis ligatur, & custodiatur: alias si sine vinculis custoditus es- set: in consueto esset poena.l.flauia.de plagia. perl.po nul. ff.ad l.flauia. & in non consuero, pro vna vice esset poena.l.Iuliz de vi publica. si cū armis, vel vi priuatis si sine armis.l.3. & 5. ff.de vi publica: sed profectò ista vinculorum requisitio ad penā priuati carceris incur- rendam, non ponitur in tex.d.l.1.C.de priuati carce. & per Doct. omnes ne verbum quidem de hoc, vnde eo ipso q̄ quis custodiam priuati carceris exercet inclu- dendo in aliquo loco, aut custodiēdo, vel custodiri fa- ciendo, ita q̄ ille vñ carceratus recedere non possit: pena priuati carceris incurrit ex dispositione d.l.1. & ideo Ang. in l. si quis in graui. S. subuenitur. ff.ad Sylla.dicit q̄ si quis potentior fuit in carcere à quo de fa- cili potuisse aufugere non incurrit in poenā d.l.1. qd etiam firmat Aret.in tract.malef.in ver.fama publica. q. 12 in fi.nu. 71. securus est idem Hip.conf. 135. num. 15. 19. t̄ & sic ēm præfatos, non aliud consideratur quam priuatio libertatis illius qui recedere nō potest ad sui libitum: quia talis carceratus dicitur. l.succurritur. ff. ex quib.cau.maio l. qui neque. ff.de ver.sig. 10. p Baro. in l. qui in carcerē. ff. quod met. cau. & ideo text.d.l.1. dicit q̄ custodiam priuati carceris exercet, per q̄ verba vñderunt expresse decidi, & etiam si sine vinculis te- neatur, si tñ recedere nō poterat: quia custodiebat, idem est, & ideo Afflīct.in const. Reg.duram. 4.no. vñsed quid si.nu. 10. referendo verba Arcamo in d.c. coptra effrenatas: quamuis ipse referat vñi verba Neapo. dicit q̄ poterit etiam puniri pena priuati carceris, pro hoc etiam Cassa.in consue.Burg.titu.des droictz.rub. 1. num. 63. fol. 18. vbi quod carceris priuati poena in- curritur vñcunque quis aliquem sub custodia fideiust. 16 sorē detinet in loco † quia paria sunt aliquem in vin- culis esse, vel sub custodia fideiussorum.l.3. in fi prin. ff.de bono eo. qui ante sent. 2.q.6. c. j. & firmat Luc. de pen.in l. si grauius. in fi. C.de dignita.lib. 12. Hle tex. in l.pen. ff. ad l.flau.de Plagia ( quem supra retulimus, & Io. Arcamo. allegat) non facit ad q. nam licet loqua- tur de eo quicelat hominem, vel vinclatum habuit, nō tamen loquitur quod id fiebat ad finem carcerādi: & detinendi, sed forte ad alium, merito illa pena de qua l. si. ibi tractat: locum habet, solum quotiescunque sis ad finem hominis carcerandi, & detinendi: tunc siue cū vinculis, siue sine, si talis custoditur à custodia, vel sub fideiussoribus, priuatus carcer exerceatur, quia custodia priuati carceris est d.l.1.Tex.l.5. ad l.Iu.de vñpub similiter supra allegatus, qui de homine inclusu loquitur: simili mō refellitur, vel vñica, & alia, respon- E 2 sione

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani.

**1** **ione** ambo refelli possunt, quod licet statuant poenam videlicet lex penu. pena l. flavi de plagiæ & l. s. pena. l. Iuliæ de vi. quia incursum est in l. flavi. & l. Iuli. de vi pulchri nō propterea negatur in eis quin etiam pena priuati carceris ad l. i. introducta imponi possit cum & priuatus carcer commissus sit, vt Afflic. videtur sen-  
• **2** tire in d. const. Reg. duram + quia nunquam plura delicta concurrentia faciunt ut illius impunitas detur. l. nunquam plura. s. de priua. delict & no. per Bar. in d. l. cap. 5. hocq; maxime in Regno procedet per ca. Reg. tertiij & aliud cap. quod incip. amplius per quæ sola captura homini iniurie prohibetur sub pena priuati carceris, vt dicit Afflic. in præalle. const. duram. nu. 10. in fin. & idem Io. Arcamo. in d. c. contra effrenatas. ver. sed ho-  
• **3** die. nu. 22. vbi dicta c. alleg. + præfatis adde q̄ carcer est quadruplex ut dicit Cassan. in consuet. loc. proxime cito. num. 99. quandoque enim carceratur quis perpetuo ad penam perpetuam, iuxta dispositionem iuri-  
• **4** s. can. in c. nouimus. S. fio. de verb. signifi. & per Abb. in c. cum non ab homine, & c. at si clericis. de iud. quandoque carceratur ad modicam coertionem, vt est in casu. l. 2. C. de iustitia aliquando ad custodiæ de quo loquitur tex. in l. 2. & fin. C. de custo reo. vbi quod ad custodiæ non ad penam carcer inuentus fuit a iure ciuili, vt tradit è Pau. Grilla. de relaxatio. carce. q. 2, nu. 4. & quandoque ad correctionem, vt cum pater carcerat filium, aut dominus seruum iuxta l. 3. S. 1. & 2. ff. de libe. ho. exhi. & l. j. & l. 2. C. de patr. pot. de quo Bar. in d. l. c. 5. Iudicio tamen meo potest etiam addi quintus carcer, qui furioso ex iuri dispositione datur in l. diuus. ff. de officio præsid. qui em Iurisconsult. ibi ad tutelam ipsius, & proximoru securitatem permittitur: quamvis Cassan. ibid. confundat hunc carcerem cum quarto. Salerni die 25. Maij. 1559. Prosper carauita.



## R I T V S XLVIII.

Tem quod curia ipsa, & quælibet ipsarum dum sūt extra ciuitatem Neapolis: cognoscant ibi de causis ciuilibus, & criminalibus quandocunque, & vbiunque commis-  
sis, & causa ipsa incipiatur per litis cōtestationem, & non aliter, etiam si curiæ inde rece-  
dant antequam causa ipsa terminetur: & dū est in loco; ciuiles & criminales taceant, &  
non reddant ius nisi per curiam hoc eis per-  
mittatur.

## S U M M A R I U M.

- 1 **Magna curia quando extra ciuitatem Neapolis reperitur: de omnibus causis vbiunque cognoscit, exceptis incipientis coram ordinariis locorum.**
- 2 **Litis contestatio lapis angularis totius processus dicatur: qua omissa, corruit totus.**
- 3 **Omnes cause in Regno sunt summariae.**
- 4 **Iudicium vbi ceptum est: finem habere debet.**
- 5 **Luminare maius obscurat minus.**
- 6 **Iurisdictio inferioris per superioris presentiam nō silet.**
- 7 **Facilius tollitur potestas competens iure speciali delegationis, quam iure communi.**

**1** Ste Rit. duplicatur per eadem verba inf. Rit. s. verum ibi habetur litera magis correcta em quæ correi hunc Rit. ¶ No. primo q̄ magna curia qn̄ reperitur extra ciuitatem Neapolis: vbiunque reperitur potest ibi cognoscere, & pronunciare de causis ciuilibus, & criminalibus qn̄cunque, & vbiunque commissis: dummodo sane intelligas præterquam incipientis, & vertentibus corā ordinariis locorū; qm̄ tunc de eis non possent se intromittere per regulam. l. vbi ceptum. ff. de iud de qua infra dīcā in 3. no. Seruabatur iste Rit. tempore isto, quia tunc Magna curia & iudices ipsius tenebantur per sex hebdomadas in qualibet prouincia morari pro iustitia ministranda & corrigendo officialium excessus, vt disponitur in c. Reg. insuper, verum quia temporum iniuria illud ca-  
noh seruatur: quia magna curia non recedit à ciuitate Neap. cessat dispositio istius Rit. vt in tñ seruaretur, dicit Neapol. in d. c. quia tot extortiones per Præsides prouinciarum, & alios officiales, non cōmitterentur, sed em eum, licet in hoc Regno non serueretur. d. ca in seruatur in Regno Siciliz ytra farum. ¶ Secundo not. ibi & causa incipiat, q̄ tempore istius Rit. causa debebat incipere a litis contesta. & sic tunc necessaria erat litis contestatio de qua in toto tit. C. de lite. contest. & c. 1. extra eo. tit. & in tñ litis contestatio erat necessaria: q̄ causa debebat lumere initium ab ea. vt iste Rit. dicit. & bene nam em Bal. in c. 1. col. 1. de lit contest. lapis angularis est totius iudicij & vnum de substancialibus ipsius, adeo, q̄ si omittebatur virtutat totum processum, vt dicit Gl. in c. dudum. lo 2. de election. & Bar. in l. prolatam. C. de sent, sed hoc non seruatur ho-  
die: + quia cum in Regno cause omnes sunt summa-  
ria per Rit. inf. 288. & seq. & per prag. dispédia lit. sub-  
tit. de ord. iud. causæ ipse non a lit. cōtest. incipiunt (cū possit omitti, vt ibi dico & in d. prag. dispendia) sed primus actus qui solebat immediate sequi lit contest. habet vim contestationis litis, vt dicunt Bart. & Bal. in l. null. C. de proc. Roma. conf. 164 Alex. conf. 50. nu. 7. vol. 2. Maran. in præc. parte 6. in 10. membro. ¶ Tertio no. ibi è si curiæ, q̄ licet magna curia recedat loco: vbi ceptum aliquam causam cognoscere antequā ean-  
dem terminet, tñ non propterea debet remanere offi-  
ciali ipsius loci, sed ad ipsam magnam curiam: & hoc volunt dicere ista verba. + Ratio est quia vbi ceptum est iudicium. ibi debet finem accipere. l. vbi ceptum. ff. de iud. de hoc tex. in l. cū quædam puella, in princ. ff. de iuris d. omn. iud. cū aliis quæ Gl. vtrobiq; allegat & Doct. vbi que. ¶ Quarto no. ibi & dum est in loco, qd vbiunque per Regnum reperitur ipsa magna Curia ciuiles & criminales iudices silent: nec possunt red-  
dere ius nisi hoc eis ab ipsa magna curia permittrit, cum quo concordat const. Reg. honorem. verum iste Rit. plenius prouidet, quia per illam consti. solū iustitiarius filebat. vt const. ipsa dicit ad literam nō autem alii, vt sunt capitanei, & baiuli locorum vt Iser. ibi dicunt & post eū Afflic. q. 11. nu. 23. + Ratio istius Rit. est, eadem, quam ponit tex. dictæ const. quia luminare maius superueniens obscurat luminare minus in Reue-  
rentiam ipsius maioris: vt dicit tex. in d. cap. denique 21. dist. de offic. lega. cap. volentes, de priui. c. antiqua. S. dominica, & Glof in præalleg. iuribus. De iure vero communi ciuili, vt dicunt Gl. & Iser. in d. const. hono-  
rem, & idem Iser. & Afflic. in constit. statuimus. q. 11. 6 disponitur contrarium, + iurisdictio inferioris nō si-  
let per præsentiam superioris pro hoc l. in hac. C. de don. l. nihil. C. de palati. sacra. larg. lib. 12. & in auth. de defenso. ciuita. S. non valentibus, & no. per Bart. in l. ff. de off. procons. & em Afflic. in præalleg. const. sta-  
tuimus dispositio istius Rit. & d. const. honorem con-  
cordat cum iure canon. in d. c. volentes, & aliis præal-  
leg. cap. quod non credo procedere absq; difficultate pereat q̄ dicit Imo. in d. c. nolentes. nu. 5. vbi satis nota.  
ad illum tex. dicit qd ibi silet officium minoris in offi-  
cio

et quod habebat ut delegatus, non autem dicit φ si-  
let quo ad eius ordinariam iurisdictionem prout ego  
credo φ debet ille tex. intelligi, ratio diuersitatis est  
secundum eum t̄ quia facilius tollitur potestas com-  
petens iure speciali delegationis, quam competens  
iure communi.l.eius militis.S.militia missus, ff.de mi-  
lita, restat in tantum, φ nec ē sileat iuri dictio ordina-  
tij minoris per proutiam maioris de iure cano. sed  
tantum iurisdictione delegati, ut etiam senti Glos. in  
d.c.denique, in ver. maior quā d.c.volentes intelligit  
quando minor habebat iurisdictionem ab ipso maio-  
re, & sic quando minor erat, ut delegatus maioris, non  
ut ordinarius, & hæc est alia, & quarta præminentia  
quam habet magna curia ultra præfatas in Rit.præ-  
ceden. quia vbi est ipsa, silent omnes alia iurisdictiones,  
verum secundum Afflct.in const.statuimus. 10.no. nu.  
35. in hoc est duplex præminentia, una de qua pro-  
xime diximus, altera quia Magna curia, cum non pos-  
set cognoscere de causis ciuilibus inter partes, sed bā  
juli, ut dicit ead.consti.statuimus per hunc Rit. quod  
est per regnum, potest cognoscere, sed adiuste ne ex-  
res, quia( ut credo) Afflct. minus bene dicit ex quo  
magna curia, per dispositionem Rit. 46, ut ibi dixi ha-  
bet iurisdictionem ordinariam ciuilem, & criminalē  
in regno, quod ē firmat D.Marinus Frez.de subfeu.tit.  
de offi.magistri iustitiarij in princ. libr. 1.sicq; corrigi-  
tur dispositio d.const. quā aliud volebat, vnde stante  
ordinaria iurisdictione poenes eam, præminentia  
non in alio consistit, nisi quia quando est per Regnū,  
sicut antea iurisdictione erat cumulatiꝫ, vt dixi d.Rit.  
46. in fi.tunc est priuatiꝫ ad officiales locorū, quia si-  
pe eius licentia, nil poslunt facere. Confirmatur quia  
Dōct. ponentes præminentias magnæ curiæ, non po-  
nunt illam de cognoscendo in causis ciuilibus, sed tā  
sum, quod vbi ipsa reperitur, offuscat alias, quod nō  
est ob aliud, nisi quia in hoc non habet præminen-  
tiam: sed potestem ordinariam. Sed cum magna cu-  
ria hodie non recedat à ciuitate Neap. ut dixi supra in  
princ. prælentis Ritus, cessat ista præminentia, & p-  
pere credo quod D.Marinus in proxime citato loco  
in fine dum ponit præminentias magnæ curiæ, omi-  
nit istam ponendo eas tantum, quas vsu quotidiano  
habet. Recordor tamen, φ annis ab hinc lex, Domi-  
nus Alferes Hispanus qui tunc erat Iudex criminalis  
magnæ curiæ accessit Ebolum de ordine Illustrissimi  
Domini Proregis pro quodam graui factō, & cum ibi  
dē fuit, noluit φ curia capitanei redderet ius, ac si to-  
ta magna curia accederet: credo φ habetur præmi-  
nentiam.d.cōst. & istius Rit. quia non sunt correcti, &  
non seruantur, quia magna curia non recedit à ciuita-  
te, sed φ vnuſ iudex hoc possit facere, non credo, quia  
d.const.honorem, loquitur quando vadit per Regnū  
Iustitarius, vna cum iudicibꝫ, non autem quando  
iustitarius sine iudicibꝫ, vel iudices sine eis, vt in spe-  
cie Afflct.ibi tangit. & ideo illud non fuit bene factū.  
Salerni die 27. Maij 1559. Prosper Carauita,

## R I T V S X L I X .

**T**em quod curia ipsa, & quælibet  
ipsarum cognoscat de excessibus  
officialium aliorum delinquen-  
tium in eorum officijs ea exercen-  
do, & non aliter.

S V M M A R I U M .

**P**refides de iure communi, officiales in sua pro-  
vincia delinquentes, punire debent.

- 2 Merum imperium non per alios, quam per pro-  
vinciarum praesides, exercetur.
- 3 Dispositio Rit. 49.num vendicet sibi locum etiā  
in officijs Baronum?
- 4 Dic̄tio, aliorum, similia implicare solet.
- 5 Nullum simile est idem.
- 6 Indefinita locutio equipollit rniuersali.
- 7 Officiales Baronum an Regy dici possint?
- 8 Ceſſante causa, ceſſare debet effectus.
- 9 Barones in eorum terris sunt iustitiarij: idemq; pos-  
sunt, quod Imperator in suo Regno.
- 10 Iustitarius officiales suos in officijs exercito delin-  
quentes, punire potest.
- 11 Facile est inuentis addere.
- 12 Privilegia Baronum eis quid tribuant.
- 13 Limitata causa limitatum producit effectum, &  
in num. 20.
- 14 Officialis maioris iudicis si in terra Baronis delin-  
quat extra officijs exercitum: per Baronem pu-  
nietur, secus, si in officijs exercitio.
- 15 Clericus exercens officium seculare si in eo exce-  
dat conuenitur coram iudice laico.
- 16 Princeps inuestiendo aliquem, non presumitur tol-  
tere iustitij.
- 17 Rex concedendo, vel derogando, quę concedere,  
vel derogare intelligatur.
- 18 Capitaneus officialem si mittat per comitatum,  
& delinqutat, ipsi imputandum. Idem de Episco-  
po vicarium mittente. ibidem.
- 19 Dominus facto sua familia, an teneatur?
- 20 Baro exhibens officialem delinquentem liberatur.
- 21 Tribunal Magnæ curiæ ut iustitia speculum, cete-  
ris prefixum dicitur.
- 22 Officialis dupliciter, & large, & strictè su-  
mitur.
- 23 Actuarij, & seruientes curiarum largè officiales  
dicuntur.
- 24 Seruientes iudici ecclesiastico si sint laici & de-  
linquant in eorum officio a quo puniantur.
- 25 Officiales in exercitio officijs delinquentes quando  
inquiri possunt, durante, vel finito officio.
- 26 Syndicatus officialium quo in loco fieri debeat.
- 27 Officialis si durante officio commisit adulterium,  
furtum, homicidium, & similia, vel eis com-  
mittendis prestatit auxilium vel fauorem, an di-  
catur deliquisse in exercitio officijs.

**C**oncordat iste Rit. cum aliis duobus Rit.inf.  
51.& 61 vbi eadem verba habes, nisi φ hic.  
extat illud verbuni, aliorum, quod in aliis  
Rit. non adest. ¶ No. ex hoc Rit. aliam, &  
quintam præminentiam magnæ curiæ vt de excessi-  
bus officialium aliorum in exercitio officiorum delin-  
quentium ipsa magna curia cognoscat. Amplia hunc  
Ritu.procedere non solum in prima cauſa, lēd etiam  
in secunda cum appellatur à syndicatoribus ut dicam  
infra latius in Rit. 295. in 5. quæſt. De hac præmen-  
tia habetur etiam in const. Reg. Magister iustitarius,  
vt etiam Afflct. ibi. no. in j. no. & de ea facit mentio-  
nē.D.Marinus Frez.de subfeu.lib. 1.de offi.magistri iu-  
stitiarij.nume. 40. Detrahit iste Rit.iurisdictioni præ-  
fidum prouinciarum, t̄ quibus de iure communi con-  
cessum erat officiales delinquentes in sua prouincia,  
E 3 punire,

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

panire, vt dicit tex. in auth. vt jud. sine quo suffra. S. volumus. versi. si autem ipsi. & S. q. aut primitus, per quæ iura ita tenet Luc. de pen. in l. quinq; col. 1. C. de decu-  
rio. lib. 10. & in l. nihil. col. 2. C. de palati. sacra. larg. lib.  
12. quod postmodum per const. Reg statuimus ut ma-  
gnæ confirmatum fuit, vbi etiam Affl. notat. 10. no.  
nume. 35. causæ omnes criminales ipsi iustitiario re-  
seruantur, & etiam per const. Reg. ea quæ ad decus,  
per quam merum imperium per alios exerceri quam  
per praefides prouinciarum prohibetur; & profecto  
nisi hunc Rit. intelligeres detrahere iurisdictioni prefi-  
dum prouinciarum, & sic loqui priuatiue ad eos, ad  
nihilum seruiret; nec in hoc præminentia esset ex  
his, quæ dixi tibi supra Rit. 47. ¶ Quæro primo in hoc  
Rit. de vna. q. satis necesaria, & de qua vidi quotidie  
quæri, ac dubitari. nunquid dispositio ipsius vendicat  
sibi locum in officialibus Baronum? Anto. Capic. de-  
cif. 27. nume. 1. 1. dicit q. iste Rit. cum aliis sim. videtur  
loqui in officialib. Regis; & non dicit plus, nec in ca-  
su per eum deciso potest apparere quid decisio se-  
nitia, cum decidat solum de deliqs officialium Baro-  
num delinquentium extra officiū, de quibus iste Rit.  
non loquitur. cōfirmari posset q. sub dubio, & sub ver-  
bo videtur, dicit Capic. propter dictio[n]e, aliorum, t̄ q.  
similia solet impliçare fm Gl. in l. si fugitiui, vbi no. p  
Bal. col. fin. ver quæro hic dicitur. C. de seru. fugi. Gl. in  
c. sedes. de rescr. Bart. in l. sed reprobari. in princ. col 1.  
in fin versi. contra hunc tex ff. de excusa. tuco. Glo. in l.  
argumento. S. Margaritam. ff. de aur. & argen lega. Bal.  
in l. conuenticulam. colum. 5. versic. item est argumen-  
tum. C. de epis. & cler. Fely in cap. veniens. in fi. de  
fimo. Alex. cons. 87. volum. 5. Rom. cons. 42. in fine. Lu-  
do. Gomes. in c. cum in multis. nu. 60. de rescr. in 6. Ti-  
raquell. in tract. l. coniu. gl. 3. num. 25. & 42. Curt. iun.  
consil. 183. nu. 2. & Per. a Plaza. in epictome delictorum  
lib. 1. c. 1. nu. 14 quasi voluistet dicere Rit. per illam di-  
ctionem, quod licet magna curia cognoscat ex præ-  
minentia delicta officialium illud intelligitur de aliis  
officialibus similibus officialibus ipsius, & sic regiis,  
quid dicendum? mihi videtur q. intelligere hunc Rit.  
in officialibus Regiis, est mera diuinatio ad ipsum, &  
ultra id, talis intelligentia non potest aliquo pacto sub-  
sistere, nam nulla penitus est ratio diuersitatis inter  
officiales Regios, & Baronum propter quod debet ea  
dem Ritus dispositio militare. l. à Titio. iuncta. Gl. ff.  
de verb. oblig. l. 3. S. sed & hi. ff. de iniust. reita. l. pen. C.  
de inoff. do. l. illud. ff. ad l. Aquil. & l. 1. C. de lib. præte.  
non obstat quod de dictione ( aliorum ) dictum est,  
quoniam dupliciter respōderi potest, primo quia hic  
non dicitur aliorum officialium, sed officialium alio-  
rum, & sic Baronum: secundo, quia licet dictio ( alius )  
referat similia: tamen includit diuerſia ab expressis, t̄  
quia nullum simile est idem. l. quod Nerua ff. de pos.  
& firmat Socy. cons. 300. in cauſa interpellationis, ver-  
sic 3. principaliter. volu. 2. Alex. cons. 119. nu. 6. volu. 2.  
Apolstil. ad Bar. in d. l. si fugitiui, & Spec. de sponsa. &  
matr. in princ. numer. 4. versi. item dictio aliam, vbi al-  
legat illud Ioh. cap. 19. ib. crucifi xerunt eum & cum  
eo duos alios, & 7. q. j. Nouatianus. ibi alios pseudo  
Episcopos, in tantum quod impropriè ponitur quandoque secundum Glo. & Bar. in l. non solum. S. quæri-  
tur. ff. de procur. & in d. S. Margarita, & secundum eam  
in d. S. quæritur esset facienda expositio hic quod magna  
curia cognoscit de excessib[us] officialium aliorum,  
hoc est de excessibus aliorum qui tamen sunt officia-  
les, & si dicatur, aduerte, quia immo maxima est ratio  
diuersitatis cum in officialibus Regiis non afferat præ  
iudicium, nisi praefidi prouinciarum qui a Rege de-  
pendet, & propterea potest ad sui libitum præjudica-  
re, sed in officialibus Baronum, qui habent iurisdictionem  
propriā in eorum terra vigore priuilegij, videtur  
eisdem Baronibus fieri præjudicium. Respondetur q.  
tempore istius Rit. non poterat haberii ista considera-

tio ne fieret præiudicium Baronibus, ex quo Baronis  
tunc temporis non poterant merum imperium exer-  
cere, & per consequens eorum officiales punire, vt pa-  
ter ex const. Reg. ea quæ ad decus, vbi Affl. in 1. no.  
dicit q. Rex Alphonsus primus de Aragonia qui fuit  
post iustos Rit. vt patet ex prag. Reg. cepit comunicare  
merum imperiū comitibus, & Baronibus per priuile-  
gia specialia, & yr idem Affl. ibid. col. 2. dicit tēpo-  
re Reginæ oannæ secundæ quæ hos Rit. edidit, vt in j.  
Rit. patet, eadem Regina constiuebat Comites, & Ba-  
rones, Regios capitaneos ad vitam, cū mero imperio,  
adeo q. non exercebant merum imperiū vti Baronis  
nomine proprio, sed vti capitanei Regij, & ex conse-  
quenti nullum poterat præiudicium generari ipsis Ba-  
ronibus intelligendo hunc Rit. generaliter, de officia-  
libus loquentem, tā de Regiis, quam Baronū, & ideo  
cum non sit ratio intelligendi hunc Rit. de officialibus  
Regiis, potius quā Baronum tā locutio indefinite facta  
de officialibus debet æquipollere vniuersali iuxta ea  
quæ dicit Bar. in l. qui ad fiduciam. num. 2. ff. de seru. vrb.  
prædio. per rationem quā ipse ibid. allegat, quia nō est  
ratio quare magis intelligatur de uno particulari, quā  
de alio, idem Bar. in l. S. sed si incertum. num. 3. ff. de  
ventr. in posse, mitendo. vbi id dicit procedere ēt in  
odiosis, quando à lege profertur indehinita locutio, li-  
cet fecus, si ab homine, & in l. si pluribus, in princ. nu.  
5. ff. de leg. 2. vbi latè tractat eam materiam, tanto magis,  
tā quia etiam officiales Baronum possunt dici offi-  
ciales Regij, quia cum ipse Baro qui eos constituit ha-  
beat à Rege merum & mixtum imperiū, et suus offi-  
cialis dicitur habere iurisdictionem à Rege, quia oia  
nostra facimus quibus à nobis imparit autoritas,  
l. 1. S. & ideo. C. de vete. iur. enucle. & 94. dist. c. 1. vt p  
pulchrè per prefata, & alia firmat Affl. in tit. quæ sine  
reg. in ver. potestas. num. 2. quamvis iudicio meo non  
propriè, sed largè dici posset. Et pro ista opin. adduco  
tex. in terminis, a nemine pōderatum in c. Reg. in iun-  
xit ver. nec non. vbi in specie conceditur magna curia  
cognoscere de excessibus officialium Baronum vti ibi  
patet. ¶ Iuxta p̄fata congruenter secundo quæro qd  
dicendum est hodie in calu p̄fatio in q. præceden-  
ti cum Baronis oēs in eorum terris habeant merū im-  
perium; propter quod possint eorum officiales delin-  
quentes punire, nunquid poterunt Barones contra ip-  
los procedere, non obstante dispositione istius Rit. vi  
detur primo q. sic t̄ quia cessat ratio propter quam ēt  
Baronum officiales includebātur, vt dixi supra & ideo  
cessare debet ipsius dispositio. l. quod dictum. ff. de pa-  
etis l. adigere. S. quā vis. ff. de iu. pat. cap. cum cessante,  
de appell. c. & si Episcopus. de iur. iur. cum concorda,  
allega. per Nic. Euera. in loco præalleg. nu. 54. à cessa-  
tione rationis & Tiraquell. in tract. cessa. cauſa. in ver.  
9. legis causa. num. . 25. fol. 42. ¶ Secundo, quia Barones  
sunt iustitiarii in eorum terris, vt dicit Affl. in const.  
Reg. magnæ curiæ nostræ. 5. no. circa fin. in consti. ho-  
norem in princ. & in consti. poenam eorum. nume. 11.  
versic. tertio licet & quartio, & vt dicit Ang. cons. 70.  
num. 2. possunt illud in eorum terris, quod potest Im-  
perator in suo Regno, vt etiam post alios, firmat Ma-  
ran. in sua disput. 6. nume. 14. in tantum quod vt dicit  
Bar. in l. 1. num. 15. in fi. ff. de iurisd. omn. iud. Baro dicitur  
princeps ciuitatis, & territorij: ad idem Gramma,  
cons. c. 11. 95. num. 15. & Io. de sancta Iulia cons. 3. nu.  
10. 7. inter consilia Brun. ¶ Sed iustitiarii possunt cognoscere,  
& punire officiales suos in exercitio officiū de-  
linquentes, vt dicit Bar. & Alex. post eum in l. si quis.  
S. si quos. ff. de pen. intelligendo: vt per Par. in tracta,  
synd. in S. potestas. lo. 2. num. 2. ver. tū dic fol. 240. in il-  
lis officialibus quos ipse sibi elegit. vt etiam dicit Affl.  
in const. iustitiarii per prouincias. 7. no. ergo etiā  
& Baronibus Reg. præjudicialis, nondū tñ ab aliquo ex his  
quos ego viderum tacita, & decisa: attamen possum  
in

in banc Rit. incidit: ne dicant qui inde sinenter iudicant; qd' ac illa scribo, & difficultia reculo; dicam qd' sentio, & salvo semper iudicio cuiuslibet alterius, me*11* ius sentientis, t' cum postea facile sit inueni addere, videtur mthi Barones Reg. huius non posse eorum officiales in officijs exercitio delinquentes castigare, & punire ex pluribus; primo, quia a Barones eorum iurisdictionem, & imperium non habent aliunde, quam ex priuilegiis concessionum eisdem factarum de suis terris, & propreterea quatenus priuilegia ipsa loquuntur, & patiuntur, eatenus cognoscant, vel quatenus eisdem legitima prescriptione precedente, legitum est, alias criminis viu. patre iurisdictionis tenerentur, vt dicit ex prefte Regia p[ro]p[ri]etate. Caro. v. incip. prohibemus de Baronibus, & eorum offi. & Pet. Foll in fragmen. post præc.  
*22* de iurisd. iud. num. 29. t' Sed quia priuilegia omnia Baronum non aliud eisdem tribuunt, quam iurisdictionem, & imperium in suis vasallis: & aliqua priuilegia et in habitantibus, & habitaturis in eorum terris t' lequitur qd' limitata eorum priuilegia limitatum debet effectu producere. vulga l. in agris. vbi Alber no. ff. de acqui. rer. domi. l. cancellauerat. ff. de his quæ in testa. delen. l. cum seruo, in prin vbi Bal. ff. de contrah. empt. l. cum pater. S. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. secunda vbi per Bal. ff. de seruis expor. cum concordâ. positus per Tiraq. in trac. cessa. causa parte j. nu. 1 42. fol. 5. 1. & pp[er]terea solu suos valallos delinquentes poterunt castrigare: & hoc et si esset suus vasallus illius met terra, aut alterius, ratio est, quia quotiescumq[ue] officialis delinquit in officij exercitio non tortitur forum ratione loci, vbi reperitur, sed ratione officij & iurisdictionis, adeo, q[ue] non consideratur ut homo vasallus ibi de linquens, sed viu officialis t' probatur, quia officialis iudicis maioris delinquens in terra Baronis extra exercitium officij, punitur ibi p[er] Baronem. Lofficiales. C. de offi. rect. prouin. vbi hoc no. Bar dū tñ notum faciat superiori tuo, & idem Alb. in l. si quis forte. S. si quos comitum ff. de poen. cu[m] alius quæ ponit Boer. deci. 9. nu. 5. vol. 1. & tñ h[ab]it delinquat in exercitio officij, no punietur ibi p[er] Baronem. In l. fab. in l. quod pmulgatis. C. de off. præfect. vrb. & Boer. in decit. præalleg. nu. 9. \* Item 15 t' probatur per aliud, q[ue] clericus qui exercet officium secularis si in eo excedit conuenit a iudice laico, vt dicit Par. in synd. S. clericus, id est si tenet feudum em. eum c. veru. de fo. comp. ratio est, quia no conuenit de pertinentibus ad equaliter qua ratione officij, aut feudi, & tñ maius priuilegium. It, est clericum qua vasallum Baronis vnde data iurisdictione contra valallos & habitantes, non det postmodum extendi ad illos qui delinquunt: ndo, no consideratur uti vasallus, & habitantes: sed viu officiales de quibus puniēdisno loquuntur priuilegia, sed ipsi magna curiæ, cui specialiter concessa est iurisdictione officialiū delinquentiū in officio: tunc remittendi: vt puniantur. Secundo, quia per dispositionem istorū Rit. etiam quæstū ius p[er] magna curiæ per specialē præminentia cognoscendi priuatiue ab aliis, vt in p[ro]m. iustus Rit. dixi, de delictis officialiū in officijs delinquentiū, & ideo licet polteca per Regem concedantur priuilegia Baronibus cu[m] mero, & mixto imperio in eorum terris: tñ non propreterea videtur coedere potestate cognoscendi de his de quibus specialis iurisdictione cocessa erat alteri t' q[ue] princeps inuestiō, no intelligitur tollere ius tertij. l. nec auus. C. de emā cip. libero. l. 2. S. merito. & S. si q[ue] a principe. ff. ne quid in loc. publ. l. 2. vbi Glo. C. de fun. & salti. hb. 1. immo semper salu. iure tertij, intelligitur inuestire. l. ex fa-  
*16* & ff. de vulg. & pup. quia iuri tertij no intelligitur vel le p[ro]iudicare. c. luper. o. de off. deleg. cu[m] simil. quæ alleget. lo. de sancta. iuh. inter col. Bru. conf. 3. nu. . & lo. de Neuiza. col. 12. nu. 13. et si motu proprio id faciat princeps, vt dicit lo. And. in c. si motu proprio, de pb. & Abb. in c. j. de iud. & et si p[er] viam legis generalis, q[ue] no subesse iusta causa publicæ utilitatis. veditur. S. si

cōstat. ff. cōmu. prædio. Inno. in c. quæ in eccliarum, de const. Bar. in proce. ff. vbi p[er] Moder. & in l. l. in fin. ff. de const. princ. vt late dixi in prag. \* per excellentē. S. audeat. nu. 15. de sena. cōsul. Macedo. pro quo faciunt quæ dicit Affl. in d. cōst. honorem. in prin. vbi q[ue] sicut iustitiarij regionū silere debet iurisdictione q[ue] ibi est prælens magna curia p[er] dispositiones illius cōst. vt in Rit. præced. diximus: codē modo & Barones licet habeant in priuilegiū merum. & mixtu imperium: nisi in priuilegio esset in specie derogatum illi præminentia concessa magna curiæ, q[ue] vbi ipsa reperitur, o[ste]ndit dices fileant pro vt dicit ipse vidisse derogatum in priuilegiis principis Salerni, & ideo nō seriole factū erat, qd in aliquibus priuilegiis antiquis cōcessum vidi per Regem Ferdinandū primū, olim principibus Bisignani, & Salerni videlicet q[ue] possint cognoscere de quibus maleficiis, seu quasi criminibus, & causis quibuscumque, & casibus in bus, & vnoquoq[ue] iplorū iustitiarij regionum Magistri iustitiarij, Regens Magna curiæ, & iudices ipsius, sacru consilium, Regia camera summaria, & vnuquisq[ue] ipsorum de iure Regni const. c. literis arbitriarii priuilegijs, obseruatis, & Ritib[us] ipsius magna curiæ, ac priuilegijs, & literis specialiter cōcessis ipsi magna curiæ vnu cōsuetudine, & quo quis alio mō procedere possunt, seu potest, cōsueverūt, seu cōsuevit  
*17* t' nam per hæc verba appetit: q[ue] vbi aliter Rex concedit, no propreterea intelligitur concedere ea q[ue] specialiter alii tributa sunt: nec et eis derogare, nisi specialiter deroget, vt Affl. dicit in d. const. hoarē. Nec tñ putes per præfata, quod illi barones q[ue] dicta verba haberent: possent officiales suos punire, quia potestas q[ue] forte daretur in his criminibus in quibus magna curia speciali Rit. obseruantia, vel litera potest cognoscere, se refert ad vasallos delinquentes, & sic in illis qui vi vasalli delinquent, sed quia officiales delinquentes in officijs exercitio, no consideratur uti vasallus, nec sortitur forū ratione loci, vt supra dixi: ergo de eo non cognoscet, & dicta verba q[ue] in aliquo priuilegio adefensit in aliis locū vendicarent, in quibus magna curia specialiter cognoscit. Confirmatur q[ue] aliter dicta verba intelligendo, vt extēdatur ad vasallos delinquentes, aliter quā vt vasalli, vt est q[ue] delinquunt in officio: obstarer tertia rario, de qua statim dicā, licet non frequenter appareant priuilegia baronū cu[m] dictis verbis maxime ea quæ à paucis annis expediuuntur à Regia maiestate: q[ue] a nimis arida concedit, & si qui sunt, qui ex antiquis cōcessiōnibus habeant: non reperiuntur in possessione eorū (vt cuiq[ue] notū est) præserti ex eo, q[ue] nō videmus Baronē īferre torturam vasallis ex processu no legitimo vigore præminentia magna curiæ, de qua in c. Reg. si cum sceleratis, & tñ p[er] dicta verba bene possent id facere. Tertio, & vltimo, quia Barones pro delictis suorū officiālium in exercitio officii delinquentiū: tenentur: vt dicit Bar. in l. C. de crea. lib. 12. prout eū citat Fely. in cap. Pet. num. 9: de simonia, licet in codice mēo non seperiam vbi f[ac]tum eum t' dicit quod si capitaneus mittit officialem p[er] committatō & delinquit, imputatur ipsi capitaneo Archidiaco, in ca. si episcopus. de offi. ord. in 6. & Dñi de Rot. decisio 6. alias 278. si vicari⁹ de offi. vic. in nouis. vbi quod si officialis episcopi, aut vicarius delinquit in officio sibi commissib[us], tenetur episcopus. ad idem Bar. in l. ne q[ue] d[icitur] in prin. ff. de incen. rui. & naufr. vbi q[ue] si do-

## A D D I T I O.

<sup>2</sup> Seculare, Vide omnino cap. Regni, vt cūm nihil, nomine. 159. & ibi Ioann. Ant. de Nigris, vide etiā Aufred. in decisionib. Cappel. Tholof. decif. 126. Boe. decis. 6. 9. De monacho vero quod possit esse iudex in spiritualibus cum licentia abbatis, & aduocatus procurator, ac defensor, vide Guid. papa. q[ue] 563. C. P.

# Domini Prospere Caravita Ebolitani.

Si dñs posuit aliquos ad custodiam territorij, qui postmodum in commissis deliquerunt tenetur dñs, intelligendo, nisi criminaliter ageretur ad poenam corporis contra officiale, qm tunc Barones ipsi non tenerentur; vt dicit Rom. consi. i, in quest. proposta, & consi. 15, plura sunt per Glo. in l. obseruare. S. proficisci, in vers. vindicta, quam Bal. ibi singu. facit. & Fely, qui & alii 29 comprobant in d. cap. Petrus. num. 13, vers. 6. Et si dicatur, qd Dominus non teneretur de facto sñz familiæ, seruitorum, vel alterius. l. quoties in princ. & S. j. ff. de noxa, cù simul dico vt dicit Bar. in l. S. familiæ in prin. ffide publica. quod illud verum est regulariter: fallit tñ, quando famulus, vel quis alius esset præpositus alii cui officio in quo deliquerit, per d. S. familiæ. & L. ff. de sur. aduer. naut. cù simul idem Bar. in d. l. nequit. Fely. in d. cap. Petrus. num. 7. vers. fallit septimo. Afflct. decif. 57. nu. 7. Gramm. deci. 3. nume. 12. & pulchre Io. Saxo. in consue. Turo. ritu. dies droitz. in ver. deboutement. fol. 46 licet si huislet electus idoneus exculareretur, per text. in l. videamus. ff. loca. cuni infinitis quæ Gloss. ibi allegat ad idem Gloss. in c ad hac. in ver. examinetur. de offic. archid. Oldra. consi. 92. rex habebat. Fely. in d. c. Petrus. nu. 11. versic. 3. declara. & alius quos latè dixi in quodam consi. per me istis diebus factò in fauorem magnifici Barnaba de Rabona Ebolitanus in causa in- 30 cendij frumenti cuidam. illati per eius famulost idem si officiale ipsum delinquentem exhibent Barones, qm tunc statim liberarentur. l. cù si exhibuissent ff. de publica. firmat Bar. in d. sta. l. S. quod nouissime ff. de publica. pulchre. Rom. d. consi. 11. in quest. proposta. Fel. in d. c. Petrus. num. 12. vers. 5. declara. vbi in specie de potestate exhibent officiale, & Aufie. post decis. thol. 164. & 195. vnde quia Barones saltim tenentur ad exhibendum: cù non conueniat velle sibi ipisis exhibere, sicque esse iudex & pars, seipsum cogendo ad exhibendum. contra. l. 1. C. ne quis in sua causa. cõclu- do de eorum officialium excessibus non posse cognoscere. Non obstant contraria quæ primo adduxi, & pri- 31 mo illud quo dicitur quod cessat ratio, quare include bantur Barones in hoc Ritu, ergo, & ipsius dispositio. qm ratio istius Ritus & dispositionis ipsius non fuit, qm tunc Baronum non intererat; nñ tunc bene procederet argumentum tñ sed viua ratio fuit, vt tribunal magnæ curiæ, qd uti speculū iustitiæ careris dicitur esse pre- fixum per consti. Regn. magnæ curiæ. hac præeminen- tia, & dignitate super omnes poterit: sicut & alius nonnullis poterit sibi specialiter concessis per consti. statutum, vt magnæ d. const. magnæ curiæ, & consti. honoremi, quæ ratio non potest dici quod cessauerit, & illud interesse Baronum, qui tunc temporis merum imperium non habebant potius considerandum est vt causa impulsuæ, quæ finalis: quia impulsuæ cessante, non cessat effectus legis super alia causa, & finali fundate, vt dicit Glos. in l. t. S. lexum in vers. causam. ff. de postulan. Nicola. Euet. in locis lega. loco 54. à cessatione rationis. fol. 288. & plene Tiraquell. in tracta. cessa. caus. limita. l. Non obstat em, quia licet barones sint Iustitiarij in eorum terris: tñ illud intelligitur quo ad concessa in priuilegiis, & quo ad ea verissimum est eos posse, quod possunt iustitiarij in suis prouinciis, & etiam Imperator in suo Imperio, non autem quo ad ea quæ priuilegia non concedunt, quia limitata causa limitatum parit effectum: vt supra dixi, quod bene nota, qm non reperies ita tactum & declaratum, & quo- 32 ratiæ euenter. Tertio quarto, in quibus officialibus lo- 33 cum habeat iste Ritus: breuiter cum istud verbū du- pliciter capi possit videlicet stricte & large. vt dicit Af- flct. in titu. que sint regal. l. in ver. potestas. num. 47. p. tex. optimum. in l. eum. ff. de in jus vocat. vt etiam dixi. mus latius supra in Rit. 9. & iste Rit. sit exorbitans cõtra iurisdictionem ordinariorum, & propterea stricte intelligentius per. seru. vestri. C. de noxa. Glo. in cap. cum dilectus. de consue. cum simul. quæ Cœpol. alle-

gat in consi. fina. num. 10. dici debet quod locum ven- 23 dicat in officiis aliis iurisdictione habentibus & ideo licet actuarij & leuiuentes curiarum canticur etiæ jar- ge officiales, quia officium præbent. vt in d. Rit. 9. dixi post Afflct. ind. S. potestas tñ per prædicta si ipsi delin- quunt: per officiales met ipsorum Baronum puniun- tur, vt de actuariis, in specie tangit Inno. in cap dilec- tus de poeni. & de propriis seruientibus Alberti. in l. omnes per illum tex. C. de offic. recto. prouincia. & l. si quos. num. 3. C. de offic. præfec. præto. orien. & Boer. deci. 9. num. 3. volum. 1. ratio est, quia dicuntur co- ram ipsis officialibus Baro, etiam delinquere, & eo- rum aures offendere. propterea merito corum iu- dicium subire debent per ea, quæ dicuntur, in lege nullum. C. de testi. & l. quæsum. ff. eod. titu. \* Intel- ligite tamen prædicta si alias ille Baro habet illius cau- sa cognitionem, vt dicit Par. in sindica. S. officiales q. eliguntur, numero tertio. versicu. quod est verum. & Albe: in dicta l. si quos. circa fin. versicu. vnum est tra- 24 men notandum. Ex quo infero tñ quod seruantes seruientes essent laici & seruirent iudici ecclesiastico delin- querentque in eorum officijs; ab ipso iudice seculari essent puniendi non ab ecclesiastico, qui alias contra laicos regulariter iurisdictionem non habet, vt patet ex c. si clericus. c. licet. & c. ex tenore. deforo competet, & c. nouit, de Iudi. † Quarto qro, quo pacto intelligi a debet iste Rit. durate off. an finito? Breuiter cù ponat. eandem

## A D D I T I O.

2 Pinito. Adde, q. quilibet: qui magistratum data pecu- nia emit, èt durante administratione, furti reus postu- lari potest, bonorumq; publicationem, exilium, corpo- riq; adhibitam tormenta, ac supplicia substinere dñe: prætereaq; & qui ab ipso suscepit (cum vterq; in cri- mine hñreat) ingentibus malis inuolutus reperitur, ex constitutione Imp. Iustiniani in nouellis const. 8. S. ce- terum si quis contra hñ fecerit. sub tit. vt Praefid. absq; villa data pec. &c. secundum translationem Haloandri quauis in vulgata translatione vt Iud. sine quoquo suf- frag. & c. acidantur illa verba, si furti reus appareat cù prior sit translatio Haloandri, si quidem vbi quis furti reus appetat etiam q. magistratum non emerit, quin furti e postulari possit nemo est, q. ambigere debeat. eslerque lex lupti indubitabiliter cõtral. dominis. ff. de testamen. l. qd labeo. ff. de carbon. edic. Nec esset conse- quentia faciens ad constitutionem prohibentem officiorum venditionem nisi veller quis dicere, Ante hñc constitutionem magistratum etiam, q. furti reus appa- reret, furti reum postulari non posse, exemplo tutoris: qui si rem pupilli suretur, pp admittam administratio- nem, non tñ in iusto domino contrectare videri, quæ perfide agere l. tres tutores. ff. de administr. tutor. Item exemplo eius: qui pecunia publicam, aut sacram: quæ periculo ei erat penes se retinuit. l. sacrilegi. S. labeo. ff. ad leg. l. pecul. sitq; ob cõmissam administratio- né quasi crimen yelatū, vt inquit Bart. in l. si multi. ff. de publicanis & vectigalib. contra tñ l. idem est in fine. ff. pro socio & contra cõst. Regai, eos tit. De repulsi. official. Nos aut, non recedimus à tralatione Haloandri cù non sit par ratio, magistratum, qui iurisdictione exercent & tutorum, ac administratorum Rer. pub. vel sacror. locorum, qui bonorum tantum ratione redde- re debent. Quinimo oës sententia latè ab huicmodi magistratis nullæ dici possent, absq; temporis præ- finitione, ex def. & iurisdictionis, cù per Regiæ prag. Caroli V. editam Neapol. 1536. postquæ. & c. S. man- damus, & S. & inter, huicmodi magistratus nulla cõ- sequantur iurisdictionem. Nisi eas substanter velimus. p. l. barbari. ff. de offi. præto. de quo videantur omnino per nos cogesta in d. trac. de cõmer. magistr. aut verit aut permis. proprie finē sub c. de poe. contracacié. C. P,

quædem preeminentiam quam ponit consti. Reg. magister iusticiarius, & ea intelligatur per Iter. & Afflct. ibi tam durante officio, quam finito, per multa quæ allegant, & præsertim quia officialis officio finito potest conueniri coram eodem, coram quo poterat durante eo. per l.2.C.vbi de ratio.credo absq; dubio, q; etiam iste Ritus taliter debet intelligi. Intelligendo tamen cum conuenitur durante officio, in his casibus in quibus potest officialis durante administratione conueniri alias securi, vt dicam latius infra in Ritu. 295. in 3.no ta. vbi latius de dictis casibus scribam. Sed huiusmodi intelligentiæ videretur obstat vnum, quod si sola Magna Curia excessus officialium cognoscit etiam finis officijs, sequitur, quod sindicatus eorum in ipsa Magna Curia fieri debet, & sic non in loco ubi officia gesserunt, contra dicta l.2. & l.1.C. vt omnes iudi, & ex consequenti, q; officium syndicatorum per hunc Ritum est sublatum contra dispositionem Rit. præfati. 295. Item circa id quod dicitur durante officio posse officiales conueniri solum per Magnam curiam, obstat aliud, videlicet capit. Reg. iniunxit, versi. nec nō quod ordinat Magnæ curiæ, q; officiales habentes merū Imperium, durante officio, non molester. Respondendo tamen dico quo ad primum, quod iste Ritus non emanavit ad tollendum syndicatum officialium, in locis vbi officia gesserunt, quia ne verbū quidem de hoc, sed cum possent tam durante officio, quam finito, cognosci (vltra syndicatores à iure deputatos) etiam à præsidibus prouinciarum, vt dixi supra. in 1. not. & insuper Barones qui eos creauerunt, possent etiam id prætendere, vt patet ex his quæ dixi supra. in 2. q. voluit iste Ritus, illam cognitionem solum Magnæ curiæ concedere, non per modum ordinarij syndicatus de quo nō loquitur, sed ordinarij potestatis quæ ipsi contra eos conceditur, & præfatis præsidibus & baronibus dene gratiæ. liceat hodie præsides etiam prouinciarum cognoscant, quia vedicam inf. in Rit. 54. ista præminentia Magnæ curiæ, & omnibus alijs viriœ, adeo q; officium syndicatorum remanet in suo robore. Et quo ad secundum dico quod illud c. concordatum iure communis in l. pars literarum. ff. de iudi. & tamen vt dicam in R. 295. multi sunt casus in quibus dicta lex non procedit sive dictum cap. intelligetur etiam non procedere in illis casibus, cum & iste Rit. (vt supra dixi,) in eis tam locum habeat. Ex qua solutione sequitur, quod minus bene loquitur Afflct. in d. constit. magister iusticiarius, dum vult quod dictum cap. corrigat illam constitutionem, eo quia illa constit. volens quod officiales cognoscantur per Magnam curiam, etiam officio durante, vt Iter. & Afflct. eam intelligunt, intelligitur secundum ius commune, & sic in casibus in quib; possunt durante administratione conueniri, & præallegare cap. quod hoc prohibet, similiter intelligitur secundum ius commune, & ex consequenti, vt non procedat in illis casibus in quibus possunt officio durante molestari, quæ bene notabis. ¶ Quinto quero, quid si officijs durante officio facit adulterium, homicidium aut furtum, aut ad illa committenda præstata auxilium, nūquid dicetur delinquisse in exercitio officij? Bal. in Leadem. S. hac lege, ff. ad leg. Iul. repe. & in consil. 174. ser. loan. vol. .dicit quod notarius condemnatus de delicto commissio aliter quam in suo officio nō priuatur officio notariale, quia in eo nō deliquerit. Bal. etiam in l. ex argentarijs. S. 1.nu. 4. in fi. & ibidem Ang. nu. 1. dicunt idem in notario condemnato pro homicidio aut furto, idem Albe. in d. S. num. 5. Pau. de Cast. num 3. & Ias nu. 5. & Ang. in tracta. malefi. in ver. falsario, col. 6. ver. quarto aliquis notari. Ex quo videtur dicendum, q; sicut homicidium, & furtum in notario non dicuntur delictum commissum in exercitio notariales, eodem modo in casu nostro commissum ab aliquo officiali tempore sui officij non erit dicendum suisse commissum in exercitio, & verum est. Ratio est, quia

officialis dum adulterat oceidit a furturatur, non exercet officium, sed agit, vt quilibet priuatus faceret quod non. Vnum tamen adverte, quod ubique in præfatis delictis, vel similibus authoritas officij esset in causa, vt committerentur, tunc esset dicendum talia delicta tuisse commissa in exercitio officij. Exemplum est si officialis animo cognoscendi aliquam mulierem mitiat pro ea suam familiam prætextu ipsum examinandi vel alio colore, & cum fuerit in eius domo cognoscit. eam. Item si habeat animum interficiendi, aut interficiendi faciendi aliquem, & de nocte mittat ad ipsum vocandum sub aliquo prætextu, & ille dum est in itinere interficitur vulneratur, vel disrobatur. & finaliter ubique que authoritas officij sui est in capsa vt delinquit, dici debet delictum commissum in exercitio officij. Extra officium vero essent dicta, & similia quotiescunque officialis accederet ad domum alicuius mulieris, & ibi eam cognosceret, vel insultaret aliquem, & ipsum occideret vulneraret aut disrobaret, q; atque in ijs perpetrandis in nihilo veraretur officium, quod not. & ita post hec scripta reperi generè Pari. de Put. in tracta. findi. in ver. officialis offensa, s. quia dicit, post nū. 6. fol. mihi. 350. in nouis. quem vide quia valde galus sum, Salerni die 30. Maij. 1559 Prosper Carauta.

## R I T V S L.

**T**em quod Curiæ ipsæ & quælibet ipsarum, cognoscant, & cognoscere possint tam de toto feudo, quam de quacunque particula castri, vel alterius feudi quaternati, & quota etiam transeunte ad tripodium. De feudi vero nō quaternatis, vel singulari re feudi quaternati, curia ipsa etiam ex privilegio non cognoscet.

## S V M M A R I U M.

- 1 *Dictio, & cuius sit natura.*
- 2 *Dictio, alterius, similia importare solet.*
- 3 *Feudum quaternatum quo modis dicatur, & quare sic remissive.*
- 4 *Tripodium quid sit.*
- 5 *Hæreditas in duodecim uncias diuiditur.*
- 6 *Dictio, etiam, de sui natura exprimit casum magis dubitabilem, & includit minus dubitabilem.*

**R**itus iste duplicatur infra in Rit. 60. & ibi, est litera alio modo, quam hic: licet textus istius Ritus debeat intelligi, vt ille, prout infra dicam, quia vere illuminet sensum habet, nisi quod ibi clarius exprimirur. Not. igitur primo ex hoc Ritu aliam & sextam præminentiam Magnæ curiæ, quæ est, vt de feudo quaternato, & etiam de quacunque particula castri, vel alterius feudi quaternati cognoscatur, & cognoscere possit, dummodo illa particula, cuiuscunque quantitatis, sit sub nomine quoque, vt dicitur exprest. d. Rit. 6. & hoc voluit etiam dicere iste Ritus, dum dicit & quota, & vt sic illa dictio, & copulatiue capiatur iuxta eius propriam significationem, vt patet ex l. tripli. ff. de verbo, sig. l. fi. C. de impub. & alijs substit. & c. s̄pē. de verbo, sig. cum alijs quæ ponit Bal. in sua pract. tit. de significationem. in prim. & propterea virunque adesse debet iuxta naturā copula, & l. si quis ita stipulatus, ff. de

# Domini Prospere Carautae Ebolitani

de verb. oblig. adeo q̄ tunc demum cognoscat Magna curia de quacunque particula feudi quaternati, cūr est sub nomine quot:puta, cum tractat̄ de tertia qua-  
ta, vel quinta parte. Et secundum istum intellectum  
qui verissimus est, vt clare patet ex pr̄fatis, & d. Rit.  
60. dispositio istorum Rituum corrigit q̄ decidunt Gl.  
& Afflīc. in consti. Reg. statuimus, vt Magnæ nu. 54. dū  
dicunt, q̄ sicut per illam constit. cōceditur Magnæ cu-  
riæ potestas, & præminentia in feudo quaternato, &  
in quota eodem modo & in re particulari ipsius feu-  
di concessa debet intelligi per rationes quas allegat,  
& referendo sequitur. Cauens hic qui simpliciter tan-  
git, & non aduerit q̄ Afflīc. in d. consti. loquitur cō-  
tra hos Ritus. Andreas de Barulo fecit super hoc pun-  
cto allegationes, quas Afflīc. ad verbum refert in con-  
stitu. pr̄ses prouinciarum, nu. 3. & postquam arguit  
ad partes, ponit quandam dist. quæ stantib⁹ his Rit.  
non est necessaria. De ista præminentia loquitur tex.  
d. consti. & alterius, quæ incipit Magnæ curiæ, vbi et  
Afflīc. no. in prin & Dominus Marinus Frez. de subfeu.  
lib. 1. de offi. magistrorum ritu, num. 40. in fi.  
¶ Secundo No. ibi vel alterius, q̄ cum dictio, alterius,  
soleat regulariter importare similia secundum Glo. in  
l. s. fugitiui. vbi etiam Bal. not. col. fi. ver. quero hic di-  
citur. C. de ser. fugi. cum alijs que late dixi supra in pre-  
cedent. Rit. q. 1. hic est rex q̄ castrum dicitur feudum  
quaternatum, quod etiam voluit Iser. in c. 1. de contro-  
ver. feud. apud par. termina. nu. 10. & Par. ibid. col. 3. &  
in constitu. Reg. iustitiae nomen. per illum text. cum  
gl. vbi etiam no. Afflīc. 23. not. idem Afflīc. in consti.  
Reg. violentias. q. fi. nu. 20. & in d. consti. statuimus. 4.  
nota, & Dominus Frez. in pr̄alleg. tract. li. 1. de differ-  
re. feud. quater. numero 1. & 34. fol. 238. idque locum  
habet, etiam si ab alio quam à rege, puta à Comite de  
comitatu, vel barone de baronia teneatur, vt dicunt  
Iser. & Par. ibidem. quamus secundum eundem Do.  
Marinum in loc. proxime cita. de differentia feud. reg.  
& ritu. 1. differen. 6. nu. 1. fo. 244. magna sit differen-  
tia inter feuda quaternata, quæ in capite tenentur, a re-  
ge, & ea quæ tenentur a barone. ¶ Quot autem modis  
feudum dicatur quaternatum, & quare sic dictum sit:  
Doctores pr̄alleg. in superius citatis locis diffuse po-  
nunt, vide per eos.

¶ Tertio nota. ibi, etiam transeunte ad tripondium, q̄  
Magna Curia vtitur præminentia istius Ritus circa  
feuda quaternata, vel particulam eorum, & quotam,  
etiam si illa quota transeat ad parvam quotam, t̄ est. n.  
tripondium, pondo trium assis, & illud pondo est  
indeclinabile, à quo etiam dipondum dicitur, & assi-  
pondium q̄ est vnum pondo, seu pondo vnius assis,  
seu libre, vt tradit pulchre Cor. in memora. in ver. dipō-  
dium. Et hinc Festus ( quem Calepinus refert ) inquit  
duo asses singuli libram, & pondo faciebant, ex quo  
patet assem libram, & pondo idem importare, licet as-  
sis quandoque pro tota hæreditate capiatur, t̄ quæ in  
duodecim vncias postea diuiditur. asse toto. s. de hæ-  
red. insti. ¶ Hoc vocabulo pondo, usus est Cicero pro  
Flac. dicens, ante pedes pretoris expensum est aurum pō-  
do centum, paulo minus: & in Paradox. non est virbo-  
nus qui depositum nullo teste, cū lucrari impunè pos-  
sit, auri pondo auri non fecerit. Adeo quod vt ex prædi-  
ctis Ciceronis locis patet, tria pondo, parum possunt  
importare, idque etiam patet ex Euangel. Luc. cap. 12.  
ibi nonne quinque passeris veniunt dipondio? ¶ Qua-  
to No. in fine Ritus, quo de feudis non quaternatis,  
vel de singulari re feudi quaternati, quænam nō ve-  
nit sub quota, ne contrarieatur supradictis. in 1. not. nō  
cognoscit Magna Curia, etiam ex privilegio, supple-  
tu præminentie. Ex quibus verbis infero, quod ne dū  
non habet Magna Curia in ipsis præminentiam, quæ  
importat iurisdictionem priuatuum cum alijs officia  
ibus, vt dixi supra in Rit. 47. in princ. sed nec etiam cu-

mulatiuum cum eis, ratio est, quia perhunc Rit. dene-  
gatur sibi præminentia cum illa dictione etiam t̄ cu-  
jus natura est exprimere casum magis dubitabilem,  
& includere minus dubitabilem, vt patet ex l. 1. & l.  
etiam, C. si tutor. vel curato. int̄erue. l. 1. & in rubr. vbi  
Bar. C. etiam per procura. Bal. confi. 20. illa verba, vo-  
lumine 3. clem. vbi not. Cardin. de testa. Gemi. confi.  
65. nu. 8. Soc. in l. 1. in princ. col. fi. ff. de verb. obl. Iaf. in  
1. item quia. nu. 5. ff. de paſt. Gozad. conf. 73. num. 31. &  
August. Berous. in rubr. de constit. nu. 20. licet aliter vi-  
deatur dicere Alex. (errone forte impressoris) in confi.  
116. nu. 14. vol. 2 cum maior dubitatio sit, si Magnæ cu-  
riæ competit talis cognitio priuatue, quam si cumu-  
latiuē, tum quia sibi reperitur concessa priuatue cir-  
ca feuda quaternata, quæ sunt maioris momenti, vt pa-  
tet ex hoc Ritu, & propterea multo magis censi debet  
concessa cumulatiue circa non quaternata, quæ  
sunt minoris præiudicij, tum etiam quia in ipsis feudis  
non quaternatis clarum est de iure consti. Reg. quod  
cognitio non spectat ad ipsam Magnam curiam, cum  
reperiatur concessa Iustitiae nomen, ver. de feudis, & cō-  
stitu. pr̄ses, vbi etiam Afflīc. not. in 2. not. & Do. Mari-  
nus Frez. in loc. proxime cita. differen. 4. nu. 8. fol. 239.  
intelligendo, secundum eum d. consti. pr̄ses, vsq; ad  
sententiam, & de iure communi feudorum, dominis  
feudorum per cap. Imperialē. S. præterea si inter duos,  
de prohib. feud. aliena. per Fede. c. ceterum, de iud. &  
cap. verum, de fôro compet. & not. Afflīc. in d. consti.  
Iustitiae, & quod sibi non competet etiam ex præ-  
minentianō erat hucusque prouisum, cum posset for-  
te (nisi Rit. noster hoc expressisset) probabiliter dubita-  
ri, & teneri q̄ sic: postquam in quaternatis habet præ-  
minentiam. Dicit tamen Dominus Frez. ibid. q̄ Regis  
audientia Idruntina, ram de non quaternatis, quā de  
quaternatis cognoscit, & in contingentia facti fuisse  
de hoc captam informationem, & confirmatas senten-  
tias illius audientia. Aliqui etiam Barones in priuile-  
gijs eorum habent potestatem cognoscendi de feudis  
quaternatis, etiam de his quæ tenentur in capite, & im-  
mediate à Regia curia, vt vidi in priuilegijs olim Prie-  
cipis Salerni. Hodie vero causas feudorum nō tractat  
Magna curia, nec etiam Regia audientia prouinciarum  
præter prefatam, sed quando eueniunt: si sunt in  
ter partes tantum b. sacrum Regium consilium cogit.  
scit eas ex ordinatione Regis Ferdinandi primi noui-  
ter impressa, & inserta inter nouissimas prag. Illustriſſi-  
mi Duci de Alcalá, huius Regni Viceregis, \* prag. 3.  
incip. deficiente, de officio sacri consilij, vers. v. t̄ aste,  
nisi essent de minori summa, quam vñciarium virginu-  
m quinque: quoniam tunc secus, & etiam inferiores Cu-  
riæ cognoscerent, si vero sunt inter pares, tractare tam-  
en de interesse Regijs fisici, tunc Regia camera sum-  
maria cognoscit, quia ibi causæ fiscales videtur, & ter-  
minantur, vt late scribit Do. Marinus Frez. de subfeud.  
lib. 1. de offi. magni camerarij, nu. 3. fol. 30. & satis pul-  
chre ordinatur per quandam ordinationem Regis Fer-  
dinandi primi, nouiter in preslam, & renouatam, per  
D. Illustri. Vicarem, \* prag. 37. incip. quoniam, de  
offic. sacri consilij. Salerni die 2. Iunii 1559. Prolix  
Carauta.

## A D D I T I O N E S .

- a Instituen. Pro huius l. intelligentia & de materia pon-  
der. & mensurarum videatur omnino Bud. tractatu, de  
asse & part. b. eius. C. P.
- b Tantum. Adde quod etiam vbi sunt inter partes tan-  
tum, si controversia est, num res de qua agitur sit fe-  
dalis vel non, hic articulus remittitur ad Regiam Ca-  
meram summaria. & ita quotidie practicatur. C. P.

RITVS

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 38

## R I T V S L I.

Item quod Curiæ ipsæ, & quælibet ipsa-  
rum, cognoscant de excessibus officialium,  
siderique in officijs eorum, ea exerce-  
do, & non alter.

Rit. iste duplicatur infra Rit. 61. & supra Rit. 49. vbi  
tractatæ plene de materia ipsius, vide ibi.

## R I T V S L II.

  
Tem quod Curiæ ipsæ & que-  
libet ipsarum cognoscant,  
& cognoscere possint de ap-  
pellationibus & nullitatibus  
omnium processuum infe-  
riorum iudicium immedi-  
ate, & etiam si inferiorū res ipsi iudices fue-  
runt officiales prælatorum in terris ecclesia-  
rum: dum tamē terrę ipsæ teneantur in  
seendum à curia, vel alio domino temporali,

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio, & nullitas que dicantur.
- 2 In regno, appellatur ad magnam curiam omis-  
sis medijs.
- 3 A sententijs Baronum ad magnam curiam appel-  
latur.
- 4 In regno multi sunt prælati habentes terras sibi  
subditas. Et qui sint remissive,
- 5 Castra, & terra per prælatos posseßa, num feudalia  
præsumantur?
- 6 Officiales deputati per prælatos ecclesiasticos in ali-  
qua terra, an & quo casu subsint magna curia  
vitaria.
- 7 Prælatus non est dominus honorum ecclesia.
- 8 Si terras per prælatos cum vasallis posseßas, in feu-  
dum teneri non appareat: ad quem à sententia  
sui officialis appellandum sit.

**D**uplicatur iste Rit. infra Rit. 62. vbi idem di-  
sponitur. No. primo ex hoc ritu alijs, &  
septimam præminentiam quam habet ma-  
gna curia; vt nullitates, & appellations in-  
feriorum iudicium ad ipsam magnam curiam denun-  
tiantur immediate, i. omissis medijs, nam si est offi-  
cialis Baronis, non appellatur ad eum: & si est regius  
non appellatur ad præsidem prouinciarum, & hoc vo-  
luit dicere per illud verbum immediate † Quæ tamē  
dicatur appellatio, & quæ nullitas vide Bart. in l. 1. in  
prin ff. de appell. Bal in rub. C. eod. titu. Abb. in rubr. ex  
tra eo. & late Mar. in pract. parte 6. a&u.2. in princ. &  
Sebast. vant. in tract. nullit. in princ. & Petrum Rebuff.  
in tract. de supplica. ver. 3. num. 86. vol. 1. vbi ad saturati-  
tatem. Concordat iste Rit. cum const. Reg. statuimus  
v. magna, & cum const. magna curia, vbi de eadem  
præminentia magna curia concessa fit mentio. Ade-  
de in idem Glo. quam ibi sequitur Afflict. in consti-  
tu. Reg. cum noua. 4. not. † vbi q̄ in Regno appellatur ad  
magnam curiam omissis medijs. Item Her. in consti.  
officiorum periculosa in fi. & Afflict. in consti. iustitia-  
ni nomēn. 22. no. nu. 37. in fi. Limita tamen secundum

eam in d. const. cum noua. 4. no. duobus casibus: pri-  
mus est, quando à parte opponeretur: quia tunç ad iu-  
dicem medium remittit debet iuxta l. Imperatores ff.  
de appell. & l. præcipimus, C. eo. pro quo allegat. Ant.  
& Imo. in c. dilecti filij, lo 2. de appellatio. qui iudex  
mediatus erit Præses prouincie per Regiam prag. quā  
statim allegabo. Secundo limita, nisi alteri con- perte-  
ret recognitio secundarum causarum ex consuetudi-  
ne, vel priuilegio, vt etiam prouisum est per ordinatio-  
nem Regis Ferdinandi primi nouiter impressam, &  
insertam inter nouissim. prag. editas per Illistr. Ducem  
de Alcalâ huius Regni Vicerègem in \* prag. 7. incip.  
pro minori. de off. facri consilij, & hoc bene seruat  
in Baronibus qui habent secundas, & tertias etiā cau-  
fas. verum per hos Rit. restricta videatur ista præminē-  
tia magna curia respectu quo fuerat concessa per di-  
ctas consti. primo, quia ibi nēdum de appellacionibus  
præminentia. conceditur iudicum ordinariorū, &  
sic inferiorum, de quibus Rit. isti loquuntur; verum et  
iudicum delegatorum ab ipso Rege, quando tamen  
ipsa magna curia reperiebatur adesse vbi erat etiam  
Rex. vt dicitur in d. const. magna curia in fi, & ibi de-  
clarat Afflict. in prin. præterquam de delegatis à Rege,  
qui rāmen sunt de consilio, quia ab istis consiliarijs, &  
& delegati Regis dicuntur, non appellaretur ad ma-  
gnam curiam, sed ad consilium ipsius Regis, vt dicit  
idem Afflict. in d. const. statuimus. 5. no. nu. 1. vnde cū  
hic non dicatur de iudicibus delegatis, sed solum de  
inferioribus iudicibus, sequitur, q̄ in hoc corrigitur  
illa consti, & ad magnam curiam appellabitur solum  
a iudicibus inferioribus ordinariis: a delegatis vero à  
Rege ad ipsummet, vt dicit, expresse Rit. infra 264. quē  
vide, & ideo seruat quod si per Regium collaterale  
consilium expeditur aliquis commissarius in aliqua  
causa non videmus appellari ad magnam curia; nee  
per eam eidem inhiberi: sed ad ipsum collaterale con-  
siliū, per quod quandoque cōmittitur appellatio  
ipsi magna curia, vel saec. Regio cons. quod not. pro  
tertia limita. ad hunc Rit. vt non procedat cum appelle-  
latura delegatis à Rege, vel eius collaterali consilio.  
Secundo restringitur præminentia: quia per d. const.  
statuimus conceditur ipsi magna curia q̄ iudices in-  
feriores dubitantes in aliqua causa, debent eand. in  
consulere missis allegationibus partium, hincinde, &  
ipsa magna curia habeat respōdere pro illa parte quā  
sibi verior videtur cum responsionibus ad motu in  
contrarium factis, vt plene declarat Afflict. ibi in 9. no.  
nu. 3. & cum istud de consultatione omittatur in his  
Rit. videtur à dicta const. recessum, & vere tales con-  
sultationes iuxta formam præstatam, nec vlo alio mo-  
do obseruantur, quia summis probris iudicaretur iu-  
dex qui talia ageret. Dispositio istius Rit. corrigitur p  
Regiam prag. \* 2. incip. quæcula expositione sub titu.  
vbi de delicto quis cōc. debe. de qua supra in Rit. 46.  
in 4. no. tetigi. Disponit. n dicta pragm. q̄ pro secundis  
causis, nemo extrahatur a sua prouincia, & ideo ex e-  
ius dispositione non potest appellari ad magnam cu-  
riam omissio medio, qui est præses prouincie, vt su-  
pra dixi. sed bene mediate quia a præside postea ap-  
pellatur ad magnam curiam, vel ad sacrum consiliū  
ad electionem appellantis, sed quia vlo non nimis re-  
cepta est illa prag. eius dispositio nō feriat, sed iste  
Rit. & ideo multoties ac tēpissime omissio medio iusti-  
tiarij prouincie, appellatur ad magnam cur. & sacrum  
consilium, contra dispositionem d. prag. ad electionē  
appellantis, quemadmodum disponit quædam ordi-  
natione Regis Ferdinandi primi nouiter impressa, & in-  
serta interd. nouissimas prag. Illistris Ducis de Alca-  
la in tit. de officio sacri consilii prag. 4 ad subditorum,  
nisi sententia esset a summa vinciarum vigintiquinq;  
infra: quoniam tunc serua a forma prag. prædicta gra-  
datim appellandum esset. vt in d. prag. ad subdito ut  
ordinatur, & ibi per Illistris. Vice regem renouavit  
& con-

# Domini Prospèri Caraúta Ebolitan

- & confirmatur, quod no. pro quarta limita. istius Rit. Quinto limita hunc Rit. per nouissimam prag. eiusdē illustris. Viceregis \* prag. 7. S. nos autem, & S. sequ. de off. sacri cons. non procedere vbi cuncte appellaretur à sententiis Regiarum audientiarū Calabriæ Hydrunti Bari, Aprutii & Basilicatæ à duçatis centum infra, & à sententiis aliarum audientiarum a ducatis quinque agintia infra; quoniam tunc ad earundem audienciarum gubernatores appellari debet, qui cum cons. Doctoris partibus non suspectis in ipsis procedant & iustitiam faciant. Sexto limita vbi cuncte a iudicibus in superioribus Baronum appellatur super causis computorum vniuersitatum tantum, quoniam tunc ob priuilegium & commodum eorum ad Regiam audienciam illius prouincie appellari debet: vt alias ordinatū fuerat per Illustris. Don Petrum a Toledo huius Regni viceregem, & nuper per eund. Illustris. Duce renouatum est in \* prag. 46, incip. excellent. de off. sac. cons.
- \* ¶ Secundo not. ibi & etiam, quod a sententiis Baronum appellatur ad magnam curiam per hunc Rit. & hodie per d. prag. ad praesides prouinciarum, vt dixi in proximo not. vel ad auditores secundarum causarum creatos ab ipsis Baronibus, qui habent in priuilegiis cognitionem primarum, & secundarum causarū (pro ut multi habent) & vidi priuilegia principis Salerni in quibus concedebatur cognitione etiam secundarum appellationum, & sic in tertii causis. ¶ Tertio nota ibi in terris ecclesiarum, quod prælati ratione suarum ecclesiarum possunt habere terrasib[is] subditas, quemadmodum habent alii Barones: & in hoc regno multi sunt Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates qui habent vasallos (vt vniuersique notum est) qui tamen ipsi sint, & in quibus terris eos habeant, ponit pulchre Dominus Mar. Freza. de subfeud. lib. 1. in tit. de orig. feudo. S. alia etiam fuit questio. nu. 24. cum seq. fol. 9.
- ¶ ¶ Quarto no. ibi dum tamē, quod castra & terræ cū vasallis quæ possidentur per prælatos Ecclesiasticos non presumuntur ipso iure feudalia: quia si presumuntur feudalia: non dicaret iste Rit. dum tamē teneat in feudum, & ideo Iser. in constit. Reg. iustitiarii nomen circa s. ver. sed quid in ecclesia, quem ibi sequitur Affic. 23. not. nu. 39, super ista q. sic distinguit, quod aut de Castro, seu alia quavis terra, appetat priuilegium concessionis factæ ecclesiæ: & tunc ipsi priuilegio standum est: vt si dicat quod fuit concessum in feudum, dicatur q. est feud. m. si liberum dicatur non esse feudum, & si nihil dicaret, & res esset in dubio presumatur libera, vt etiam firmat Inn. in c. verum, ver. si autem Baronia, de foro compet, nisi aliud appareret ex coniecturis, vt statini dicam. Aut nulla appetat concessio, vel priuilegium: & tunc recurrentum est ad conjecturas: considerando quo pacto fuit processum, & si solitu[m] fuit de eo præstari seruitium, sicuti de feudo, præsumeretur feudum: si talis præstatio fuit per 40. annos, licet in laico sufficiat per 30. c. 1. S. si quis per triginta, si defeu. fue. controuer. si vero lidere fuit posselium, nihil curia prestanto & tunc liberum celebitur, sicut aliae res ecclesiæ quæ nō sunt in iurisdictione Regis. ¶ Quinto ¶ no. ex hoc Ritu q. officiales deputati p. prælatos Ecclesiasticos in aliqua terra, subiunt Magnæ Curie Vicaria per hunc Rit. dum tamē illa terra teneatur per Ecclesiam in feudum à Regia curia, vel ab alio Domino temporali. Et ne dum subditi sunt Magnæ Curie, sed cuiilibet officiali Regio superiori, vt sunt iustitiarii prouinciarum aliue commissarii qui quotidie deputantur per Illustr. Dominum Regni Viceregem. Ratio predicatorum est, quia Ecclesia quoad bona feudaliz, quæ tenet à Rege alioue domino temporali ligatur legibus feudalibus laicorum, & subest domino temporali, vt in c. verum. de fo. comp. & c. solite. vers. quod autem. de maio. & obed. no. in c. nimis. per illum tex. de iureiu. per Iser. in ca. 1. qualiter pura. de bea. domi. yafal. fide. per Affic. in c. 1. S. item si clericus. nu. 15, & seq. de cap. Corradi. inquiens quod hoc iure vitimur in Regno. vt patet in c. reg. item statutus, q. clerici, licet ipse non alleget, d. c. & plene per Par. in tract. de reinteg. seu in q. incip. an citatus super reintegratio feudi in prin. fol. 10. vbi dictum cap. al legat. Licet autem predicta vera sint, attamen vbi p[ro]p[ter] latus committeret aliquam culpam erga Regem vel Dominum, a quo Ecclesia, illam terram tenet in feudum, quam si commisisset feudatarius laicus priuareetur feudo & applicaretur domino, Ecclesia non priuareetur illa terra, sed solum viuente prælato dominus dicitus eā retineret, & percipiet fructus, & eo mortuo reuerteretur ad successore prælatum, vt sic culpa prælati sibi tantum noceat, & non Ecclesia, vt patet ad litteram in d. c. 1. S. item si clericus. de cap. Corra. & no. p. Io. Blan. in sua summa. lib. 2. c. 3. nu. 8. ratio est, secundum Glo. in d. S. item si clericus. in ver. ad Regem. quā ibid. sequitur Mart. Laude. priuilegium, & fauor Ecclesia. Sed melior ratio est quam ponit Affic. in d. S. nu. 2. quia prælatus non est dominus bonorum Ecclesia, sed ipse Deus seu Ecclesia vniuersalis, vt in cap. cum ex eo. de electio. in 6. no. per Gl. in c. causa carpensis. in versi. solis. de verb. sign. & per Innoc. & Abb. in c. cum super. de cau. poss. cui Ecclesia prælatus per suum delictum nocere non potest, vt not. in c. 2. extra de dona. in c. 1. de dolo & contum. in c. 2. de ord. cogn. in c. delictum personæ. de reg. iur. in 6. in ecclesia. lo. j. vt lit. p. & in l. iubemus nullam. C. de sacro. eccl. & alibi, vt per Affic. latius in d. S. item si clericus. in 1. no. & ideo quia prælatus non est dominus bonorum ecclesia, vt dictum est, ea mortuo, nouus prælatus non tenetur sol. uere releui sicut tenetur hæres, qui dicitur ab herero, quod est dominus. vt in S. fl. inst. de hered. quali. & differen. vt no. per Iser. in d. c. 1. nu. 18. de cap. Corrad. & per Affic. qui ipsum refert. nu. 28. & seq. in d. S. item si clericus. ¶ Quærerit hic Cauens: quid si non apparet, q. prælatus ecclesiasticus teneat terram cum vasalibus in feudum, ad quem appellabitur à sententiis suis officialis? dicit ipse ad Papam per Gl. in ea. fi. de delic. puer. iunctis no. per Abb. ibi. vt latius hic dicit. Salerni. in Die 4. Junij. 1559. Prosper Caraúta.
- R I T V S L III.
- 
- Tem quod in Curijs ipsis magister iustitiarius, & eius locum tenens cognoscat, & pronunciet, & cognoscere, & pronunciare debeat cum uno ex iudicibus ad minus, tamen cum duobus qui inueniuntur in curia, aliquo alio exinde requisito, & expectato.
- S U M M A R I V M.
- 1 Auditores prouinciarum cum semper equitent per prouinciam; vnuſquoque remaneat cum praefide in loco residencia, aliqua causa ciuilis, vel criminalis cum in expeditione fuſſet: parsque vna expeditionem instaret, alium collegam exceptari virum Praes[ep]tum cum illo tanquam iudice posſit iudicari facere?
- 2 Auditores prouinciarum sunt in solidum, eorumq[ue] officium autoritate, ac utilitate publicum.
- 3 Collega longa absentia si fuerit, causa per praesentem expeditetur.

**I**ste Rit. est duplicatus infra Rit. 63. vbi licet sint alia verba quam hic, tamen in effectu, & recte intendo, idem disponit. Aduerte primum ad verba istius Ritus, & vbi dicit ad minus, ibi fasias lineam: alias diceret ad minus cum duobus, & prius dixerat cum uno; & sic sequeretur, quod cum duobus esset minus, quam cum uno, quod est falsum.

**¶ Nota.** Igitur ex hoc Rit. secundum lectaram modo dictâ, quod magister iustitiarius, vel reges magnæ curiæ potest cognoscere & pronunciare in causis, ad minus cum uno iudice: tamen regulariter cum duobus qui reperiuntur in ipsa curia non obstante absentia aliorum, nec etiam alio iudice in aliquo requisito, & expectato: & nedum potest hoc facere, verum etiam id debet, adeo quod si causa esset in expeditione, & non esset nisi unus iudex, vel duo, & pars instaret: tenetur cum illo, vel illis qui reperiuntur pronunciare. vt Rit. 63. dicit: nec posset ipse, aut pars dicere expectetur alius, dispositio istius Rit. quiescit hodie: quod indices non equitant, ut primo, & nisi virgens causa incedat, non mititur aliquis iudex extra ciuitatem Neap, quia satis sunt in causis prepediti: & propriea si fecerit: maximum esset carceratorum detrimentum: & dato quod aliquis mittatur extra ciuitatem: semper remittitur in loca non multum longinqua: & cum criminales sint quatuor, & ciuiiles tres: nunquam cum uno iudicari contingit: vt iste Rit. dicit. aduerte tamen, quod in decreto de aliquem torquedo debent subscribere omnes iudices, vel maior pars ipsorum. & in eius execuzione duo ad minus. vt dicit Regia prag. Caro. V. mandamus quoque quod decreta sub tit. de questio, quae hodie bene obseruantur, & quando in notando sunt differentes, & in votis 2 qualibet: solitum est in magna curia adhibere unum ex iudicibus ciuilibus: qui relatione audita, inclinat in partem quae sibi melior de iure videtur. & quotidie cum euenit practicatur. \* vigore regie prag. incip. notum fore volumus titu. de officio magistri.

**2 ¶** Iuxta prefata quero, in Regijs auditentij sere omnibus sunt duo auditores, dixi ferè, & propter audienciam Calabriæ, vbi sunt tres, & principatus ultra, vbi est unus tantum \* licet a paucò tempore etiam ibi sint duo iudicatores quotidianè equitant per provinciam, verum semper remanet unus cum Præfide in loco residenzia tribunalis: cum aliqua causa ciuilis, vel criminalis est in expeditione una pars instat expediti: alia petit expectari collegam, quia sic sua interest: potest ne Præses prouincia cum illo uno iudicari facere? Luc. de Pen. in l. nihil. col. 2. ver. 2. queritur. C. de pala. sacri. larg. lib. 12. tangit hanc q. & in ea arguit ad partes, tandem remittit se ad quandam dist. Bart. quam ipse refert (in l. 1. nu. 1. ff. de officiis. c. n. 1. 1. licet ipse non allegat locum Bar. ex qua diffinitione colligitur, quod Præses prouincia potest cum illo solo auditore pronunciare: ratio est quia isti auditores sunt insolidum, eorumq. officium est authoritate, & utilitate publicum: quo casu pertex. d. l. 1. administratio cuilibet competit insolidum ut ipsi latius dicunt: confirmatur per hunc Rit. volentem, quod Magister iustitiarius possit id facere cum duobus, vel cum uno: cum illud quo seruatur in magna curia debeat seruari in alijs, vt dixi supra Rit. & si dicatur quod iste Ritus non obseruatur, vt supra dixi, illud non est ex defectu Ritus, sed quia iudices non separantur, nec equitant (vt dixi supra:) quod nota, quia quotidie euenit in facto, & ego bis consultus semper respondi. Intellige tamen quando ille qui est praesens in tribunali est commissarius illius causæ: alias si commissarius esset ille Auditor qui est absens, deberet eius aduentus expectari cum de causa sit informatus, & per ipsum fuerit tractata, vt dicit text. in d. l. 1. 3. non absencia esset longa: quoniam tunc per presentationem posset expediti \* non autem aliis esset subrogandus loco absentis: vt Bar. ibi dicit. nu. 3. per l. si logius,

\* ff. de iud. & ita practicatur, quotidianè & causa committitur alteri auditori collegæ. Aduerte tamen quod vbi essemus in causa criminali & Aduocatus fisci ex aliqua ratione instaret expectari Auditorem absentem siue infirmum, siue sit commissarius causæ, siue non, supercedetur in expeditione donec veniat, Salerni Die 6. Junij. 1558. Prosper Carauta.

## R I T V S L I I I L

**T**em quod nulla alia, praeter ipsam Curiam Magnam Vicariæ, a cognoscere possit, & valeat de presentationibus instrumentorum: & in interrogationibus, fiendis super ipsis, & circa prefata seruetur laudabilis Ritus dictæ curiæ hactenus obseruatus, & superius expressus.

## A D D I T I O.

**2 Vicariæ:** Addo quod hic ritus hodie non seruatur, quia omnes barones habentes merum & mixtum imperium, de huiusmodi presentationibus cognoscunt. Par. trac. syndic. ver. instrumentum. nu. 5. C. P.

## S V M M A R I U M.

- 1 Curia Vicariæ sola in Regno cognoscit de presentationibus instrumentorum.
- 2 Citatus ad curiam Vicariæ ad recognoscendum apocas, etiam si sit vasallus baronum non remittitur nisi prius apoca recognita.
- 3 Curia Vicariæ an possit torquere ex processu informato,

**R**itus iste ponit octauam præminentiam, quam habet Magna Curia, vt de presentationibus instrumentorum ipsa sola cognoscatur, & nulla alia curia. De hac præminentia tacit etiam mentionem Do. Marinus Frez. de subseu. lib. 1. de officiis magistri iusticiarii. nu. 40 in si. verū dicit quod Curia Baronum ex forma privilegiorum suorum, cognoscunt de hoc, & sic etiam omnes alias curiæ capitaneorum Regiorum, adeo quod iste Ritus penitus recessit ab aula, quia nullus Baro, (etiam si sit minimus sit) reperitur qui virtute privilegij, non habeat cognitionem super presentationibus instrumentorum, vt cuique notissimum est. Dicit tamen Marcel. Bonus super Rit. 166. qui de presentationibus instrumentorum tractat, quod iste Rit. dum dicit nulla alia curia, debet intelligi de alijs Curis quae sunt in ciuitate Neapolis, non autem de his quae extra, vt sunt Curia Baronum, & aliorum officialium Regiorum, & propterea secundum eum, infertur quod iste Rit. non obseruit alijs curijs, quae sunt extra ciuitatem præfata Ego autem teneo contrarium, Primo quia cum Ritus generaliter dicat nulla alia præter Magnam Curiam, non videtur posse intelligi vt ipse dicit absque diuinatione manifesta, secundo, quia privilegia omnia tam antiqua, quam moderna Baronum inter alia in specie continent protestationem cognoscendi super presentationibus instrumentorum, propter quod videtur apertissime colligi quod nisi specialiter concederetur in privilegio, non veniret, stante hoc Ritu. & ita etiam expresse tenuit Par. trac. synd. in ver. instrumentum, & videtur tenuisse Dominum Mar. in loco præalleg dum dicit, quod hodie Baronies

# Domini Prosperi Carauta Ebolitani

rotes & aliae Curię Regni ex priuilegio cognoscunt super præsentationibus instrumentorum non obstante Rit. nostro. Sed quia Ritus finem faciunt in hoc Rit. super præminentias magnas curias. Adde tamen nominam præminentiam quæ consilit, & citatos ad recognoscendum apocas, etiam si vasalli fuerint Baronum non remittit, nisi prius recognoscant, immo in Regno Franciæ etiam si essent clerici, ut dicit Mansuer. in praet. tit. de iudicibus. nu. 9. versicu. item sciendum est, & clericus, & in situ. de remissio. versi. item cum agitur Guliel. benedict. in repet. cap. Raynurii. in vers. & vxorem nomine decit. 2. nu. 134. ver. plus seruatur. & Pet. Rebuff. (qui late Chirographorū materiā tractat) in cōmen. instit. Fran. tracta. de Chirographo. recogn. art. 92. nu. 5. fol. 19. versi. 1. & aduerte, quod Magna curia seruat, tunc demum remittere apoca recognita, cum ille Baro ad quem petitur remissio, in specie habet in priuilegio potestatem cognoscendi de recognitionib. proprię manus; alias non, & tamen intelligo, quando recognoscēs nihil, aut aliquid friuolum opponit adeo quod non aliud remanet quam mandare, & soluat infra tot dies, alias probet, secus si recognoscens allegat ali quam exceptionem quam iudex non potest comprehendere si est vera, aut ad dilatandum, quoniam tūc, cum causa termino ad probandum opus habeat, adeo quod ordinarie est procedendum, remissio sine dubio esset facienda ad Baronem habentem cognitionem carū ciuilium, licet in specie non habeat potestatem super recognitionibus, eo quia tali casu facta recognitione, finita est causa recognitionis, & incipit causa ordinaria quæ sicut aliae ciuiiles spectant ad Baronem: quod nota. Et ex ea oritur, & decima præminentia quæ se habet quod apoca recognita, quandoque nec etiam remittit, sed dat terminum ad probandum, alias ad solvendum si videri fruole aliquid opponi contra apocā quam veram dixit, ut de his tractat D. Mari. de subfeu. lib. 1. de off. Magistri iustitiarij. nu. 40. fol. 26. Undecima tamen præminentia cōsistit in dando torturam ex processu informativo per c. Reg. in accusatis. Duodecima ponitur in const. Reg. præcipimus, & de ea facit etiam mentionem D. Mar. præalleg. lo nume. 34. licet secundum Afflīct. in eadem constit. hodie non seruetur, & aliae etiam reperiuntur, quas quisque poterit facile perquirere. Veruntamē scias quod licet appellentur præminentia magna curia, tamen Regia Audientia ex consuetudine habent ea indifferenter (vt quotidie videmus) idque non est mirum, quia ut dicit Afflīct. in constit. iustitiarij nomen. 19. no. versic. quinto quarto. nu. 24. Curia iustitiarij dicitur curia Principis, & propterea ut ipse dicit, vñ si quæsiuit posse cognoscere causas viduarum, & pupillorum licet per illam constitut, esset concessum solū magna curia de quo post modum factum fuit. cap. Reg. incip. quia nulla quod Iser. ibi allegat. \* Hodie tamē ex noua prouisione Audientia Regiæ prouinciarum non possunt, vt d. vndeclima præminentia in dando torturam ex processu in formativo, nisi habita in scriptis licentia ab Illustris. Domino Regni Vicerege, ut in prag. fi. de officio magistrorum iusti. & inf. in Rit. 259. in 2. not. Salerni die 7. Iunij 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S L V.

Item quod Capitaneus ciuitatis Neapo. non possit cognoscere, nec se aliquatenus intromittere debeat de causis mere ciuibus, cum non debeat neque possit.

## S V M M A R I V M.

¶ Due curiae antiquitus erant in ciuitate Neapolis,

scilicet magna curia: & Curia Vicaria. Et quæ eis præerant.

- 2 Curia Vicaria personam Vicarii generalis regni representabat: torturamq; inferre citra & ultra cōfir. formam poterat.
- 3 Tribunal Magnæ Curia Vicaria hodie representat duas curias supradictas.

**D**uplicatur iste Rit. 302. vbi idem disponitur, tamen scias tamen ad intelligētiā quod in ciuitate Neapolis antiquitus erant due curiae, una quæ dicebatur magna curia, & huic præerat Magister iustitiarius, alia, quæ dicebatur curia Vicaria, ut dicit Gramm. decif. 34. nu. 9 & diximus supra Rit. 1. in fi. Huic curie nō reperio quis prærat tunc temporis. Attamen, postquam in his Rit. fit mentio de curia capitanei ciuitatis Neap. arbitrari abs dubio, quod huic curie Vicaria Capitanus prærat. ¶ & quia secundum Gramm. in d. decif. vii curia Vicaria repræsentabat personam Vicarii generalis huius Regni: poterat citra & contra formam constitu. & c. Regni, torturam inferre, sicut generalis Regni Vicarius potest per cap. quod incip. in accusatis. Hoc premisso, not. quod Capitaneus Curia Vicaria ciuitatis Neap. non potest cognoscere, nec aliquatenus se intromittere de causis mere ciuibus, sed solū de criminalibus, ut expresse dicit d. Rit. 302. quem Caeus, nō vidit, quia si vidisset, non diceret hic, quod ex hoc Rit. videtur includi, quod capitanus potest causas criminales cognoscere. Dispositio istius Rit. hodie non servit: tamen quia omnes dictæ due curiae sunt vñtra, & in unum tribunal collectæ, quod magna curia Vicaria dicitur ab omnibus, ut Gram. in præalleg. decif. dicit & in d. Rit. 1. in fi. diximus. Salerni die 8. Iunij. 1559. Prosper Carauta.

## A D D I T I O.

3 Temporis. Pro declaracione harum curiarum, magna scilicet, & vicaria, & quomodo ac quando ex duabus fuerit facta vna, & appellata, pro ut hodie appellatur magna curia Vicaria vide omnino quæ nos diximus in tract. Ad arbitri. magna cur. vicaria c. 2. ex nu. 81. Et dicas, quod Curia vicaria præerat vñus qui dicebatur Regens curia Vicaria, ut fuit Ioannes de haia tempore Regis Roberti, & Caroli Illustris eius filij & Vicarij ut patet ex titu. c. Regni, si cum sceleratis, & c. detestatis infra num. 288. C. P.

## R I T V S L VI.



Tem Curia ipsa cognoscat de guerra mota, priuato catere, & omnibus alijs pénis fiscalibus, nullus vero defens de præfatis, admittitur, nisi Curia ad certam pénam se obliget de probando, & prosequendo, & idem vñcunque aliquid fiscale eidem curie nuncietur, conuentio tamen ipsius poenæ fieri debeat cum aduocato, & procuratore fisci.

Materiam istius Rit. examinavi plenè, supra Rit. 47. vbi duplicatur per eadē verba merito ibi videtas.

RITVS

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 40

## R I T V S L V I I .

Item in curia ipsa non mouentur quæstiones reales contra Curiam, seu procuratores sine mandato,

## S V M M A R I V M .

- 1 Magistri camerarij in prouincij de quibus causis antiquitus cognoscebant. Et vsquequo,
- 2 Inque magnis causis fisco illatis, in consulo rege nō se intromittebant.
- 3 Eorumq; iurisdictionem bodie qui habeant.
- 4 Regia Cameræ summarie, quod proprium officium bodie sit.

**A** Intelligentiam istius Rit. t debes scire, q; de iure const. Reg. omnes quæstiones tam personales, quam reales quæ inter fiscum, & priuatum mouebantur, vsque ad sententiam, poterant cognosci per Magistros camerarios, qui in prouincijs aderant, adiuncto cum eis iustitario prouinciaz, si tamen illæ quæstiones non erat de feudis, aut rebus feudalibus, nec etiam de burgen satiis immobilibus magnis, in tantum q; solum poterant cognoscere super rebus mobilibus, aut immobilibus modicis, vt dicit const. Reg. causas, & constitut. quæstiones omnes inter fiscum, & cum causa erat instruta, & inter terminis expeditionis per fidelem nuncium transmiscebatur ad curiam Regis, vt dicit d. constit. quæstiones. t Si vero aliquis super magna causa volebat fisco quæstionem inferre, magister camerarius non poterat se intromittere, sed debebat Regem consulere, vt dicit d. constit. causas, & interim superfondere, vt ibi Affl. notat 4.no. p. tex. in l. i. C. d. relat.

¶ Hoc ita præmisso, no. ex hoc Ritu q; magna curia non potest cognoscere quæstiones reales, quæ contra curiam, siue eius Procuratores mouentur, sine mādato, supple Domini Regis: quod quidem debet intelligi de realibus immobilibus magnis, in quibus a contrario sensu posset habita licentia, cognoscere, quoniam de realibus immobilibus modicis, aut mobilibus, fiscus habet suos iudices quos s̄p̄r̄ dixi, & scribit Affl. in d. constit. causas. nota nu. 1. & licet ibidem dicat, quod hodie in eorum locum successit regia camera, & idem in const. magistri camerarij, attamē D. Mar. Frez, in tract. de subfeud. lib. 1. de officio magni camerarij, nu. 7. fol. 2. id non firmat, immo tener, q; successit secretus, vt scribit Iser, in d. constit. causas, & in const. officiorum, & in Apulia Magister portulanus, qui omnes de rebus mobilibus, & stabilibus valde modicis, ordinariam habent iurisdictionem, vt Magistri Came rarij habebant, vt diximus in principio. Item alia non nulla possunt, quæ ipse ibid. ponit, dicens paulo inferiorius, q; vbi est secretus (sicuti in Prouincia Calabriæ) ibi non est magister portulanus, & econtra. Saluari tamen potest, Affl. ibi bene sc̄ebat in Regno officiū secreti, & Magistri Portulanii, quia licet omnes isti officiales habeat eandem potestatem quam Magister Camerarius habebat, tamen vt ipsem Do. Marinus attestatur, in multis eorum authoritas, & potestas est diminuta, & Regia camera in eis cognoscit, & prouideret, adeo q; Affl. taliter loquutus fuerit habito respectu, quod Regia camera fere in omnibus manum imponeat, paucis relictis cognitioni eorum, non autem volēs denegare officia prædictorum successisse in loco magistri camerarij. Dispositio istius Ritus hodie non est necessaria, quia neque mandato, neque cum eo Magna Curia cognoscit causas inter fiscum & priuatum,

¶ Sed Regia camera summarie cuius peculiare officiū in hoc consistit, vt idem Dominus Frez. late ponit in præalleg. tit. de officio magni camerarij. nu. 3. Affl. in const. Præfides. s. no. nu. 3, ver. sed iuxta hoc, in fi. vt plenè diximus supra in Rit. 17. in fi. & Rit. 5. in fi. Sa- lerni die 9. Junij. 1559. Prosper Carauita,

## R I T V S L V I I I .



Tem de donis Curie in Curia ipsa non cognoscitur, sine speciali mandato; & cū causa ipsa agitur, ostendo priuilegio donatarij; non autem Procurator, & Aduocatus

curiæ, donatario tenentur assistere; & Aduocatum donatarius sibi habeat aliunde: si habet vnde soluat eidem, alioquin aduocatus curiæ gratis patrocinetur eidem, sed vbi soluendo est, & vult q; Aduocatus Curiae pro ipso principaliter aduocet, debet sibi salarium soluere, quod potest cum ipso conuenire,

## S V M M A R I V M .

- 1 Magna curia quare cognoscere non potest de donis curiæ factis, sine speciali Regis mandato.
- 2 Curia ipsa non conuenit, nisi habita Regis licetia.
- 3 Cum quis de re aliqua conueniatur, & dicat à curia habuisse, appare atque priuilegium; non ipse, sed curia conuenit.

**S** Vperiore Ritu dictum fuit, q; quando mouentur quæstiones reales directe contra curiam, vel eius procuratores, magna curia nō potest procedere nisi habita licentia, & mandato Regis, in præsenti vero tractatur, quando quæstiones directe mouentur contra priuatum, verum priuatus conuentus dicit se dono habuisse à curia, vt sic iste Ritus aliquid addat; quia alias intelligendo de litibus, quæ directe contra curiam mouentur: esset superfluous; cum satis dixisse sufficiebat in præcedenti, q; quæstiones reales contra curiam non mouentur in Magna curia sine mandato.

- ¶ Hoc præmisso, nota primo, q; magna curia non potest cognoscere de donis curiæ sine mandato speciali, supple Domini Regis; ratio est, quia cum quis dicit rem pro qua conuenit dono habuisse à curia; tunc ipse conuentus conueniri non potest; sed Regia curia est conuenienda iuxta l. bene à Zenone. C. de quadri. præscrip. t vbi etiam disponitur quod ipsa curia non conueniatur; nisi habita licentia Regis, sed quia hoc posset dare materiam dilatandi lites, cum facile conuentus dicere possit dono habuisse à curia; subiectis Ritus alia verba, dicens, hoc verum, cum causa agitur ostendo priuilegio donatarij, adeo quod in promptu per initium etiū liqueat, quod à curia causam habet, & hoc volunt dicere illa verba, & cum causa ipsa agitur &c. Ex quibus verbis à contrario sensu sequitur, q; si non ostenditur priuilegium donatarij; tunc potest in ipsa magna curia procedi sine mandato.
- ¶ Secundo Non ibi non autem, iunctis verbis, ibi pro ipso principaliter aduocet, q; si donatarius curiæ vellet in causa mota, pro se ipso principaliter comparet, & in causa adiutor, aduocatus, & procurator curiæ non te nentur eidem assistere, eumque defendere; sed aut ip-

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

se donatarius est pauper; & tunc tenentur. aut non, & tunc si vult. eos in sui defensionem: debet soluere salarium (prout poterit cum eis conuenire) intelligi tamē potest duobus modis. Primo modo, quando iste conuentus dicebat dono habuisse à curia, ad finem habendi in sui favorem Aduocatum & Procuratorem curiæ: non tamen apparebat de priuilegio donationis: quo casu vt supra diximus, argumpto ex huc Rit. à contrario sensu, potest ipsa magna curia procedere sine mandato. † quia si priuilegium appareret: non esset opus aduocato & procuratore ipsi donatario: cum tunc regia curia debeat conueniri per d.l. bene à Zenone. Secundo modo, vt proprie loqui videtur, quando apparebat de ipso priuilegio: verum conuentus non laudabat curiam in suum authorem; quia volebat se ipsum defendere & per se principaliter comparare: quæ hec nota pro intellectu istius Rit. adeo intricati quod fecit me laborare multis horis, circa dispositionem isti Rit. dico quod dixi supra in Rit. præcedenti in fine: quod hodie ipsius prouisio non est necessaria, quia magna curia non tractat causas, quæ contra curiam possunt tendere, nec cum mandato, nec sine: sed solum Regia camera summaria, vt ibi dixi. Salerni die 12. Iunij. 1558. Prosper Carauita.

## R I T V S L I X .



Tem Curia ipsa cum est in loco: cognoscit, & pronunciat ibi de causis ciuilibus, & criminalibus quandocumque commissis: sed dum est in loco causa in Curia ipsa incipit per contestationem, non aliter: etiam si curia inde recedit antequam causa in eadem Curia terminetur: & dum est in loco, & ciuiles, & criminales tangunt: & non reddit ius, nisi per ipsam Curiam permittatur eis.

Duplicatur iste Ritus supra in Rit. 48, vbi etiam de hoc plene tibi dixi ibi.

## R I T V S L X .



Tem Curia cognoscit, de quaque particula castri, vel alterius feudi quaternati, dummodo agatur de quota etiam transeunte ad tripodium. De feidis vero non quaternatis, vel singulari re feudi quaternati, curia ipsa ex priuilegio etiam non cognoscit.

Dispositio istius Rit. habetur supra in Rit. 50. per ea dem verba, & quia ipsi de utroque plene scripsi ad ibi dictate remitto.

## R I T V S L XI .



Tem Curia ipsa cognoscit, & pronunciat de exceptione excommunicationis. Itē curia cognoscit de excessibus officialiū, si delinquent in officijs, ea exercendo & non aliter.

## S V M M A R I V M .

1 Exceptio excommunicationis spectat ad forum ecclesiasticum.

2 Excommunicatus repellitur ab agendo.

I Ste Ritus cōtinet in se duas dispositiones, de prima tantum dicam hic, quia secunda duplicatur supra in Rit. 5. & 49. vbi late de ea dixi.

Nota igitur ex prima parte Ritus quod Magna Curia Vicaria cognoscit, & pronunciat super exceptione excommunicationis † & si dicatur obstare huic Rit. quod exceptio excommunicationis dicitur spectare ad forum ecclesiasticum, vt dicit Specu. in tit. de compet. iud. additio. in princ. versu. per tex. in c. multi. 2. q. 1. & in c. corripiantur. 24. q. 3. Ant. de But. in ca. tuā. col. pen. extra de ordi. cogni. & Alex. in l. Titia. col. pen. nul. ff. sol. matrim. Respondeatur, quod tale dictum limitatur non procedere quotiescumque summariæ tandem vult iudex excommunicationem examinare, nō ad finem determinandi super eius validitate: sed solum se informandi de facto ipso, & si verum est, excommunicationem subesse, vt dicit Spec. in tit. de re. conuen. S nunc dicamus. nu. 2. & ibi bona additio. in litera. d. Bal. in l. f. C. de Carbo. edict. in l. quoties. C. de iud. & in d. l. Titia. Abb. in c. cum sit generale. de fo. compet. & Lap. alleg. 5. & in hoc casu debet intelligi iste Ritus: vt sic concordet cum iure coi Cano. & dicitis per Doct. supra citatos. adeo quod dum dicit, quod Magna curia cognoscit super dicta exceptione intelligatur de cognitione summaria iuxta prefata, & iuxta formam alterius Ritus infra 236. vbi latius dicam de hac materia: & dum dicit etiam quod pronunciae super ea, intelligatur de pronunciatione superfacto vi delicer, quod ille talis est excommunicatione adstrictus & merito repellendus ab agendo iuxta iuris dispositionem, in c. cum inter. in fine. c. dilecti filii, & c. exceptionem de exceptio. cum simil. allegatis per Ne potem à monte Alba. in tract. exceptio. contra actore. in princ. non autem de pronunciatione super validitate ipsius excommunicationis, quia iura Cano. refragantur, vt supra dictū fuit. Salerni Die 13. Iunij. 1558. Prosper Carauita.

## R I T V S L XII .



Tem curia ipsa cognoscit de appellationibus, & nullitate omnium processuum inferiorum iudicum, etiam immediate, & etiā si in series ipsi iudices sint officiales prælatorum in terris Ecclesiarum.

Duplicatur iste Rit. supra in Rit. 52. ideo ad materiam, & intellectum vide ibi.

## R I T V S L XIII .



Tem in curia ipsa, Magister iustitiarius, vel eius locumtenens cognoscit, & pronunciat cum illo & cum illis iudicibus qui inueniuntur in curia, aliorum absentia non obstante, nec aliquo exinde requisito.

Dixi

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 4 I

R I T V S L X V .

Dixi de hoc Ritu supra in Rit. 53. vbi per eadem verba idem disponitur, & duplicatur: ideo ad ibi scripte remitto.

## R I T V S L X I I I .

**I** Tem curia ipsa & ante, & in me-  
dio intelligitur vbi tantum Ma-  
gister iustitiarus, vel eius locu-  
tenens mutatur, de mutatione  
iudicium, & notariorum acto-  
rum Magnæ Curiae.

## A D D I T I O ,

- 3 Curia ipsa. Adde q̄ vere huic ritui nullus potest dari  
sanus intellectus, quidquid in eo commentator com-  
minisci velit. C. P.

## S V M M A R I V M .

- 1 Sententia in curia lata dicitur; non presente etiam Regente.  
2 Curia ipsa regitur in magna curia s̄pē sapientia ab-  
sente Regente.  
3 Auditores prouinciarum absente etiam praeside,  
sententiam proferunt.

**R** Itus iste semper mihi visus fuit difficultas, & tempore studij mei in ciuitate Neapolis feci hanc apostillam ad eum: Adiuro teper Deum viuum; quia nescio quid dicat. Nunc autem iterum intrepide iuro quod multis diebus laboravi in eius intellectu, & credo quod si in eo non deficiunt verba: (prout valde dubito) Rr. iste hoc dicit: quod vbiunque locum tenens magnæ curiae, qui est Regens ipsius solus mutatur de mutatione iudicium & actuariorum. i. mutatio ne quam facit ab eis recedendo, antequam curia regatur, vel in medio curie dum regitur, curia ipsa intellegitur si ipse solus recesserit ab ea. Est enim demutatio idem quod mutatio. vt ex Plin.lib.28.cap. 8. colligitur, ibi nullum animal pauidius esse existimat, & ideo versicularis demutationis chameleonte & secundum hoc, iste Ritus probat quod sententia dicitur lata in curia, licet Dominus Regens ibi non fuerit praesens, quod voluit Glos. in l. cum sententiam C. de senten. & interloquu. omn. iudic. licet Afflict. in constitutum noua 3. nota. aliter dicattam in sententia lata in magna curia absente regente, quam in Regijs audiencij absente praeside, & ita practicatur: t̄ quia curia regitur sapientissime in magna curia sine Domino Rege, vt dixi supra in Rit. 13. t̄ & Auditores prouinciarum etiam proferunt sententias absente praeside à tribunali. immo etiam cum unus ex eis vadit per prouinciam similiter facit: & sic etiam Astessores, siue Iudices terrarum absente Capitaneo. \* Hodie vero Auditores prouinciarum non equitant per prouinciam sicut antiquitus faciebant, ex quo eis prohibitum est abique licentia, & commissione in scriptis illustriss. Domini Regni Viceregis, vt in prag. 8. de offi. iusti. & si quando occurrit equitare cum commissione dicti Illustriss Domini Viceregis, vel pro aliquo graui facto non possunt se intromittere in alijs causis quam in ea pro qua equitare continget, vt in d. prag. disponitur. Salerni die 15. Junij. 1559. Prosper Carauta.



Tem si aliquis clericus ci-  
tatus fuerit vt laicus, de  
mādato dictæ Curiae, pro  
aliqua criminali causa, vel  
ciuili, bannitus, vel fori-  
dicatus, & voluerit po-  
stea suam purgare contu-  
maciam: ad purgandum suam contuma-  
ciam, debet in eadem Curia personaliter cō-  
parere, & ipsa Curia cognoscet de suo cleri-  
catu prædicto cum habitu, & tonsura de-  
monstrato, & constito ipsi Curiae de cleri-  
catu huiusmodi, eadem curia remittit ip-  
sum ad suum iudicem cōpetētem, & hoc  
quotidie obseruatur.

## S V M M A R I V M .

- 1 Clericus citatus per iudicem laicum ignorantem il-  
lum esse clericum; contumax effectus, an multa  
ri possit ratione sua contumacia.  
2 Clericus citatus a iudice ignorante eum esse cleri-  
cum: tenetur comparere, suumque priuilegium al-  
legare.  
3 Clerico citato, si nescitur, nec allegatur, an pro laico  
interim habeatur, valeatq; processus.  
4 Contumacia est delictum.  
5 Contumacia, & comparitio in clero equiparan-  
tur apud iudicem laicum: coram quo comparere  
nec prorogare licebit.  
6 Purgare contumaciam tria in se continet.  
7 Contumax an ad purgandam contumaciam, per  
procuratorem admittatur?  
8 Clericus differens eius clericatum à principio alle-  
gare, num teneatur actori in expensis?  
Et qui iudex de hoc adeundus. ibidem.  
9 Iudex secularis nullo modo contra clericum iudi-  
cabit.

**M** Agna est disceptatio inter Doct. & nunquid Clericus citatus peri iudicem laicum igno-  
rantem illum esse clericum, & effectus cō-  
tumax, possit ratione sua contumacia  
multari: in qua quidem q. Specu. in titu. de cito. S. 1.  
versic. sed pone quod iudex. nume. 20. videtur firma-  
re quod non, quia quicquid factum est, statim quod  
constat de clericatu, reuocari debet, argu. cap. at si cle-  
rici. de iud. & cap. si diligenter, de foro competen. &  
idem firmat Bald. in l. ex quacunque, versic. item que-  
ro de ista questio. numero 7. col. 2. If si quis in ius voc.  
non ier. & in l. generaliter, la secunda, col. 3. C. de epi-  
sco. & cleri. & Bart. consi. 225. clericus, non sub nomi-  
ne. volu. 1. & in propriis terminis de mulcta, ratione  
contumacia. Guid. Pap. decis. 450. Gram. vot. 8. nume.  
9. cum seq. & voto. 27. per totum, vbi sic refert suisce iu-  
dicatum per sacrum consilium reuocando quod fece-  
rat Magna Curia. idem Gramm. decisio. 29. nume. 4. de-  
cisio. 6. l. numero 15. & consilio de fori iudicatione pos-  
to post decisio. nume. 27. pluribus rationibus, de qui-  
bus per Doct. præallega. latius habetur, & præsertim  
secundum Gram. in dicto consilio, quia Rit. Magnæ cu-  
iae infra 235. qui dicitur clericum citatum debere com-  
pare

# Domini Prospere Carauita Ebolitani.

parere cum bullis ad petendam remissionem, non pro cedit ultra, dicendo quod si non comparet, possit repudari contumax. Bart. vero in l.3. versi. bene tamen. ff de iudi. tenet contrarium, quod immo mulctari potest,  
 2 + quia cum iudex ignorauerit ipsum esse clericum: ratione dubij, tenebatur comparere, & suum priuilegiū  
 • allegare, per l. si quis ex aliena. ff de iud. & not. in ca. si episcopus, 3. q. 2. & in c. super literis, extra de rescript. quod etiam videtur firmata Card. in clem. i. S. 1. op.  
 3 po. 2. de excess. prælato. + vbi quod si citatur clericus, & nescitur nec allegatur, interim habetur pro laico, & valet processus, & idem Alexan. in l.2. ff. de appella. recipien. & pro hac secunda opin. facit iste Rit. qui nemdum vult, quod clericus purget contumaciam: sed quod ipsam purget personaliter per quem Rit. videatur confundi quod dicebat Gram. quod R. it. non procedit ultra, nam vthic patet, dicitur bannitus, & foriudicatus, & sic ultra procedit dicendo, posse clericum banniri, & foriudicari, item dicitur de purgatione contumacia. Quid dicendum? mihi videtur quod prima opin. est verior, etiam in puncto iuris; quia vere omnia iura detestantur, qd laicus an. maduerat in clericum.  
 4 c. nullus iudicium. 1. q. 1. & si fecus diceretur. + cum contumacia sit delictum, vt dicit Glos. in l. si quis, ff de interrogatori. actio. ester clericum pro delicto punire contra. d. c. nullus. cap. 1. extra de cleri. coniug. in 6. & omnia iura mundi. Non obstat quod dicit Bart. quia il lud argu. ratione dubij per l. si quis ex aliena, procedit in contumace qui si comparuisset, potuisset in iudicē consentire, at secus in clericō, + in quo contumacia, & comparatio æquiparantur, vt dicunt Spec. in præalle. loc. Bal. in d. l. ex quacunque, & Gramm. in proxime cit. loc. quia in eo non est licita comparatio coram iude laico, nec possibilis prorogatio, neque expresse, neque tacite. d. c. si diligenter. vt etiam firmat Iser. in const. Reg. de personis. Nec etiam obstat iste Ritus. qui prima facie satis quippe vrgere videtur; quoniam dum loquitur de purganda contumacia, intelligi deberet de clericō reputato bannito, vel foriudicato, volente per viam sui clericatus purgare contumaciā, hoc est ostēso clericatu, nullam declarari facere, quo casu dispositit Rit. & bene qd clericus volens contumaciam purgare, debeat personaliter cōparere, ratio est quia non debet plus gaudere contumax quam non contumax, qui citatus non potest remissionem tractare, nisi ipse de persona compareat, vt dictat Rit. 235. vbi latius dicemus, alias si hunc Rit. intelligentes de purganda contumacia per solutionem mulctæ: sequentur duo ab  
 6 surda, vnum, + qd cum purgare contumaciā contineat sub se soluere poenam curiæ, reficere expensas, & prestatore cautionem de iudicio fisti. vt dicit Spec. de latitud. S. 1. in fi. Affic. in constit. Reg. siue reali. 3. & 5. nota. & Rit. infr. 211. vbi dicemus, vt etiam dixi latius in prag. relatione. 7. not. de ordin. iudi. sequeretur quod dum iste Rit. vult clericum volentem purgare contumaciā personaliter comparere, vult etiam quod caueat de iudicio fisti. contra. d. c. si diligenter, & c. at scilicet  
 7 rici. Aliud etiam sequeretur. + quia clericus ad purgandam contumaciā non admittetur per procuratorem: cum tamen quilibet laicus cōtumax admittatur ad eam purgandam per alium, vt patet ex d. Rit. 211. in prin. vbi dicam. Et qd iste Rit. loquatur de clericō qd vult purgare contumaciā, per viam sui clericatus, non per solutionem mulctæ, & cautionem de expensis, vtrq; prædicta, patet apertissime ex hoc Ritu, dum dicit, debet in Curia personaliter comparere, & ipsa curia cognoscet de clericatu, per quæ verba demonstrat quo pæco erat purganda cōtumacia, cum in purganda cōtumacia per solutionem pēnae, & dationem cautionis, non sit opus docere de clericatu, vt clarum est, quod bene nota ad intelligentiā iusti Ritus quē credo non fuisse hucusque taliter ponderatum, & intellectum, quia prima facie quilibet diceret cōtrariū.

Dispositio istius Ritus bene sernatur, vt ipse metet dicit in fine, & clericus qui vult eius contumaciā purgare, annullando ex capite clericatus, non aliter admittitur, quam si compareat, vt dixi supra, secus in volente purgare contumaciā alio prædicto modo, quonia tunc personalis comparatio non est necessaria, vt dicit inff. Rit. 241. Quæro qua differentia est inter hunc Rit. & alium inff. 235. vbi videtur idem disponi, ex supra dictis colligi potest differentia, nam iste Rit. loquitur de clericō tractante remissionem post contumaciā contractam, ille vero ante, & sic statim quod citatur.  
 8 + Secundo quæro nunquid iste clericus qui distulit eius clericatum allegare a principe tenetur actori in expensis? Aegid. Bellame. deci. 226. in causa mea. in propriis terminis decidit quod sic, & idem Felyn, in cap. exceptionem, circa princip. extra de except. & pro eo facit rex. dicti c. vbi, quod reus qui a prin. noluit actori exceptionem excommunicationis opponere, si postea opponit: cogitur eidem soluere expensas, sed Doc. præallega. non decidunt per quem iudicem cogetur iste clericus, ideo Gramm. vot. 18. nu. 17. dicit quod iudex ecclesiasticus adeundus est, vt super refectione expensarum prouideat, quia iudex secularis nullo modo, nec principaliter, nec incidenter potest esse iudex contra clericum, vt dicit Abb. post Gl. in c. etiam, de ordin. cogni. in cap. lator, qui filii sint legi. & in cap. si diligent. col. penul. de foro compet. & firmat pulchre in propria q. Dec. conf. 240. diligenter pro genit. Salerni die 18. Junij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S L X V I .



a Tem si aliquis citatus fuerit de mandato dictæ curiæ, & ad citationem ipsam compareat in dicta curia, allegas se esse clericū coniugatū, a & quod gaudeat propterea priuilegio clericali: huiusmodi priuilegium per dictam curiam sibi non admittatur, sed tanquam contra laicum, contra eum proceditur per curiā memoratam.

## A D D I T I O .

2 Coniugatum. Vide prag. Regni. Nuper ad maiestatē, sub tit. qd clerici coniug. contrib. in fiscalib. fune. c. Regni non exigit, nu. 248. & ibi Ioan. Anto. de Nigr. Tho. gram. deci. 10. C. P.

## S U M M A R I V M .

- 1 Clerici coniugati citati per magnam curiam an ad clericale priuilegium remissionis fori admittantur?
- 2 Princeps secularis potestate non habet contra ecclasiasticas personas.
- 3 Lex vires absimit à potestate condentis.
- 4 Legum correctio est euitanda.
- 5 Clerici coniugati quo ad duo tantum, gaudent priuilegio clericali.
- 6 Una lex distinguitur, & limitatur per aliam.
- 7 Allegare inconveniens, non est soluere argumentū.
- 8 Clerici coniugati qui vnicam & virginem duxerunt in habitu, et tonsura incidentes, ad eorum iudicis remittendi pro omnibus causis, etiam secularibus negocis se immiscentes, & ab eorum iudice ter non moniti.

Clericus

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 42

- 9 Clericus erat aliquis tempore commissi delicti, post delictum dimisso clericatu, vnicam & virginem duxit: nunquid ad ecclesiasticum iudicem remittendus?
- 10 Sortitus forum ratione contractus, ipsum quo posse mutans, in vitroque conuenit.

cœetur per constit. Regn. in pecuniariis ver. sane. vbi etiam gloss. no. in versi. ex iusta causa, dum tamen infra ipsum terminū protestatio fuerit facta de ipsa causa, cuius vigore petitur secunda dilatio, ut etiam Affl. ibi dicit. in 7. nota. nu. 25. & in const. Reg. lite. 13. not. 2. dubitatione. nu. 22. licet si protestatio fieri nō potuist. est, non noceret, vt glo. dicit. in d. const. in pecuniariis. Verum secundum eandem gl. ibid. si volens examinare testes, illos in promptu producit, petens illos recipi, licet secunda dilatio non possit concedi, quia causa non subest, tamen si post modicum tempus, elapso termino, offeruntur, recipi debent, vt late & satis pulchre disputando, concludit & confirmat infra Ritu. 149. vbi illud modicum tempus taxatur in tribus diebus. In multis tamen curiis huius Regni de stylo seruatur, q̄ secunda dilatio conceditur indistincte absq; causæ cognitione, vel aliqua protestate facta infra terminum ( prout in ciuitate Salerni cum ibi essem iudex semper obseruauit ) Eboli etiam seruatur, & vt audiō fere in omnibus curijs. Magna tamen curia Vicaria, & Regia audiencia principatus citra non obseruat istam secundam dilationem sed iuris, & constit. Reg. dispositionem, circa quod vide Capi. decis. 81. num. 8. vbi dicit, q̄ sacram consilium non admittit nouos articulos post terminum, nec nouos testes, neque etiam concedit secundā dilationem: licet in Prouincia Calabriæ absque difficultate, & causæ cognitione detur dilatio etiam ad probandum noua iura, & etiam facta publicatione in causa, vt ipse Capi. ibid. refert, & post modum mihi confirmauit Dom. Augustinus Carauita frater meus qui fuit in illa Prouincia iudex ciuitatis Tropeiæ. t Exceptuantur tamen à prædictis minores, & mulieres quibus primum, & secundum beneficium conceditur, vt in const. Reg. obscuritatem, de quibus dicam infra Ritu. 70. & 71. & ponit Affl. in constit. Reg. lite. 9 no. num. 14. Circa secundam regulam. quæ est de causis criminalibus concluditur de iure, quod accusatori dantur duæ dilationes, reo tres, ex causa tam cognita vt dicit tex. in d.l. fin. ff. de fer, quia in causis istis non ita est currentem sicut in ciuibib. l. i. S. diuus Seuerus. ff. de quæstio. l. absentem. ff. de pen. & 34. l. C. de requiren. reis. t In pract. tamen in hoc Regno quo ad reum, seruatur in magna curia, & in Regia audiencia Principatus citra, & Basilicæ: quod lapsiter mino dato inquisito, expeditur citatio ad publicandum in causa, & si inquisitus nihil dicit, si publicatio, si vero replicat, dicens habere testes, vel etiam facta publicatione, idem dicit, non datur aliqua dilatio, sed testes ipsi recipiuntur, vt dicit Capi. decis. 81. nu. 8. in fi. 25. t eo quia reorum defensiones iuxta lex debet recipere, & perquirere, etiam ipsis non pertinentibus. l. viii. S. cognitum. ff. de quæstio. & l. si non defendantur. ff. de pen. ne dum vsque ad sententiam, vt dicit Cepol. cōsi. criminis. 33. nu. 20. & Ange. in tracta. de malefici. in vers. qui iudex statuit terminum, num. 25. verum etiam post sententiam. l. i. in fin. ff. de quæstio. & firmat Bart. in d.l. fin. num. 1. i. ff. de fer. & idem Ange. de malefici. in versi. comparuerunt, & totum negauerunt, nu. 19. verum in causa non supersedetur, quia dum testes examinantur, proceditur ultra, & fit publicatio ne sic rei ( vt fieri astolet ) sub clipeo examinandi, causam pro-talent, & vnum mensim ponant in examinando. Et p̄dicta intellige tam super nouis articulis, quam super antiquis, vt dicit Saly. in l. fi. col. fi. C. de quæst. & Hipp. in l. j. S. si quis vltro. ff. de quæst. Quo vero ad accusato rem dicit Saly. ibid. q̄ publicatio, & conclusio præiudicant ei ad producendum nouos testes, idem Are. in c. fraternitatis, de testi. & consi. 146. & Fely. in ca. cum clamor. col. 3. de testi. & licet Bart. in l. 2. S. si publico, versi. quero vtrum, num. 12. ff. de adulter. & Angel. de malefici. in versi. qui iudex dictum processum aliter vi-deantur tenere, procedunt secundum Saly. ibidem, & Hipp. in l. j. S. si quis vltro. nu. 18. ff. de quæst. super no-

uis articulis, non autem super antiquis, vt sic differat à reo, qui super vtrisque potest. dicit tamen Affl. in 16. constitu. terminum viræ, num. 44. t q̄ sicut pro inuenienda innocentia, ita etiam pro reperiendo maleficio, iudex potest in quacunque parte iudicij ex suo officio testes recipere per doctri. Bald. in auth. qui semel. colum. prima. versi. 2. fallit. C. de proba. & l. 2. col. 2. C. de eden. sed quamvis Bald. non videatur ita loqui vt ipse eum allegat, ramen ego video seruari, quod dicit Affl. & vidi causas in limine expeditionis supertertiæ prætextu nouorum testium, quod not. in pract. licet Pet. Folle. in pract. crimi. 1. parte. 2. partis. in versic. publicatio. num. j. aliter teneat ex mente Saly. in d. l. f. Salerni die vlti. Iunij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S L X X .

a  Tem a quod infra ipsum terminum ad probandum datum fieri debeant respōsiones, tam super articulis, quā super exceptionibus oblatis in causa principali, & in causa beneficiorum, in causis ipsis petitorum per principales, seu procuratores eorum habentes speciale mandatum ad prædicta, & responsiones ipsæ assignatae in dicto tempore, scribantur in actis in fine vniuersique articulorum, seu exceptionum per subactarios actorum, & si infra dictum terminum ad probandum datum non fierent dictæ responsiones in articulis oblatis, per quem sterit dictarum partium principalium, incidat in poenam tarenorum. 15. dictæ curiæ applicandam. qua poena soluta, datur aliis terminus ad dictas responsiones faciendas, iuxta prouisionem iudicium, in quo termino dando, si non fuerint factæ dictæ responsiones, & in actis dictæ curiæ assignatae, vt supra, habebuntur articuli ipsi, seu exceptiones pro confessatis, nisi de consensu partium, infra dictum terminum primum, vel secundum fuerit dictis responsionibus expresse renunciatum, curia ipsa pro tribunali sedente.

## A D D I T I O .

a Item q̄ infra. Adde ad materiam huiusritus, q̄ vbi examinandus erit aliquis vt principalis, & quia nobilis, debet accedere actuarius ad eius domum, hoc faciendum est expensis ipsius examinandi, vt per Cappell. Thol. decis. 100. & 273. & 161. per Aufred. in ad-dit. Et si quis dicat, respondeo pro vt in instrumento desuper confessio, eius responsio valet, vt per Guid. papa. q. 334. & per Cappell. Thol. decis. 21. Quid non teneatur quis respondere positioni qui est excommunicatus, decis. 69. nec & cuicunque positioni crimino se decis. 371. C. P.

## S V M M A R I U M .

i Differentia, que sit inter articulos, & exceptiones,

2 Arti-

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 46

- 2 Articulus unde dicatur, & quot habeat significations.
- 3 Articuli in causis unde sumendi.
- 4 Responsiones super articulis fieri debent per verbum credit, vel non credit.
- 5 Responsio per verbum, credit, aduersarium ab onere probandi relevat.
- 6 Responsiones super articulis facienda non solum à principali bus, sed ab eorum procuratoribus speciale mandatum habentibus, fieri possunt.
- 7 Dulcissim in fonte, quam in riuulo bibitur.
- 8 In causis criminalibus non fiunt positiones à parte parti.

**N**ot. primo ex hoc Rit. q̄ quando principales litigantes, vt est actor, & reus, habent respondere super articulis: tales responsiones habidebent infra ipsum terminum datum ad probandum in causa, & debent fieri tam ab actore super exceptionibus praesentatis à reo, quam ab ipso reo super articulis actoris, vt dicit iste Rit. t̄ dum facit differentiam inter articulos, & exceptiones, & licet hoc non specificet, tñ hoc volunt dicere, dum dicit r̄a super articulis, quam super exceptionibus, sunt n̄ articuli, quos actor pro se praesentat, & exceptiones quas reus producit, vt pulchre dicit glos. in const. Regn. līte legi time contestata, in vlti. parte, vbi plus dicit, q̄ in multis partibus ita diuersimode nuncupantur articuli, & exceptiones, in aliquibus appellantur capitula per l. per hanc. C. de tempo, appella. & in aliis assertiones in iure per d.l. per hanc, & l. in offerendis, C. de appella. In hoc Regno appellantur articuli: item appellatur exceptiones, tam actoris, & quam rei, vt ipsamer gl. dicuntur, & ita se habet hodie communis usus loquendi, & quando praesentantur articuli tam ab actore, quam à reo, in eorum Rubrica, dicitur infra scripta iura, exceptiones, defensiones, & articuli, offeruntur summarie probandi per talem in causa vertente, & c t̄ est autem articulus sigillata loquutio, vel distincta per membra oratio, sic dictus ab artu, id est membro, vt dicit Bald. Non possunt in t. repeti, in prin. ff. de legi, licet aliquando, secundum eum, articulus pro digito ponatur, aliquando pro dictione relativa, l. hoc articulo, ff. de her. inst. & aliquando, pro ratione pertinenter ad questiones principalem, vt in d l non possunt capitur. t̄ Et isti articuli sumi debent per aduocatos à prima petitione, seu libello, quem offerunt in causa, & de quolibet membro libelli fieri debeat, unus articulus, vt docet Bald. in l. vinum, col. 5. versi. nunc venio, ff. si cert. pet. & Specu. intit. depositio. S. 5. versi. & no. nu. 11. quod debet mentioneri, quia tota vis causæ in prima petitione constituta, & hodie iudicio meo, parum aduertitur: ratio est; quia per capit. detectantes prouisum est quod ex articulis, & probationibus sententia proferatur, vt patet ex Rit. infra 288. t̄ Et adde (licet hic non dicatur) quod tales responsiones qua fiunt à partibus super articulis debent fieri per verbum credit, vel non credit; non autem tenentur precise fateri, vel negare, vt dicit Regia prag. Quinta die sub t. itu. de ordin. iud. & not. Bald. in lege secunda. S. quod obseruari, versic. nunc venio, nume 11. C. de iuram, calum, non q̄ aliud sit credere, & aliud esse, t̄ sed quia ista responsio per verbum, credit, relevat aduersarium ab onere probandi, vt d. prag. dicit & Bald. loc. præallega. eo quia, qui credit quod alia pandicit in articulo, dicitur credere nullam probationem fieri debere super eo: & propterea litigare non potest in eo, non quod sit proprie confessio, sed solum relevatio ab onere probandi secundum Bald.

Secundo not. ibi, & in causa quod principales litigantes debent respondere infra terminum articulis per

ambas partes praesentatis, ne dum illis qui praesentantur in primo termino, verum etiam si fuerint concessa beneficia: vt est, quando minor, vel mulier litigant, vt infra sequen. Ritu dicam: & si intra terminum concessum, in primo, vel in secundo beneficio praesentantur articuli: debet etiam eis infra terminum beneficij responderi, sicut in articulis in primo termino praesentatis responderi debet.

t̄ Tertio not. ibi per principales, seu procuratores, quod responsiones, quæ fiunt à partibus super articulis, possunt fieri non solum per principales, verum et & per procuratores eorum, dum tamen habeant ad il lud speciale mandatum, vt dicit iste Rit. & ita seruat, verum si pars instat pro depositione ipsius principalis, tanquam legalioris, & melius scientis veritatem, vt dicitur infra in Rit. 79. non admittitur procurator: sed principalis tenetur respondere, vt pulchre dicit Specu. de positio. S. 6. num 18. quem vide omnino: ratio est, quia melius est habere vocem domini, quam ministrorum, t̄ & dulcissim ac copiosius bibitur in fonte b quam in Riuulis. cap. ieunium, 76 dicit. not. Bal. in c. quia propter de elect. & Boer. in tracta. de auctio. mag. consil. 2. parte. addit. 1. num. 56. ver. nam dulcissimus. & ita practicatur quotidie. Et haec vera sunt: intelligendo hūc Rit. quod illa verba per principales, vel procuratores referantur ad verbum responsiones, intelligendo ramen, & referendo ad illa verba in causis ipsis petitorum notabile prædictum non colligitur ex hoc Ritu, sed aliud, videsicet quod beneficia restitutionis in integrum, quæ per minores & mulieres pertinet ad pinguius probandum, per ipsos principales peti debent vel per procuratores habentes in illud speciale mandatum, quia alias generale non sufficeret, vt probat tex. in l. illud. S. si talis, ff. de mino. & in c. coram, de restit. in integr. & constitu. Regn. beneficium, vbi Affl. etiam id not. in 2. nota. & ita est melior, & prior intelligentia, quam nota. Limita tamen illud not. duobus modis, primo quando beneficium peteretur ad instantiam fisci; quoniam tunc regius procurator fiscalis potest illud petere, licet speciale mandatum non habeat. vt dicit consti. præallega. Secundo limita non procedere, quando peteretur in aliquo articulo causa incidenti non in principali causa, vt dicit Alexan. in l. cum procurator, in princ. ff. de ope. no. nunc. & Affl. in d. const. beneficium. 2. no. num. 2.

Quarto not. ibi & responsiones, quod responsiones fienda per partes super articulis, debent per subiectum scribi in fine vniuersitatisque articulorum, istud aliter seruatur in causis ciuilibus, quia in eis non scribitur responsio in calce vniuersitatisque articulorum: sed in uno folio separato. In causis tamen criminalib. non vidi aliquo modo seruati, quod inquisitus respondat

## A D D I T I O N E S.

a Tam actoris, Adde quād hoc non est bene dictum. q̄ articuli. l actoris dicantur exceptiones, cum id nō possit dici, salua ratione recti sermonis arg. l. plautius, ff. de auro & argen. lega. & l. in ambigua, ff. de legibus, & quando actor in rubrica dicit articuli & exceptiones est ex eo, quia in articulando vult etiam replicare aduersus ea quæ reus excipiendo ponere vellet hac forma. Item quatenus forte ex aduerso diceretur, ac poneretur & c. tunc excipiendo, & nihil de intentione partis confitendo, ponit & c. C. P.

b In fonte iuxta illud Lucretij lib. 1. prop̄ finem, & lib. 4. in prin. De rerum natura.

Avia Pieridum peragio loca nullius ante  
Trita solo: iuuat integros accedere fontes,  
Argue haurire, iuuatq; nouos decerpere flores.  
Insignemq; meo capiti petere inde coronam  
Vnde prius nulli velarint tempora musæ. C. P.

# Domini Prospere Carauii Ebolitanii

- 8 de articulis accusatoris, & ecōtra: ratio est, quia t in eis non fiunt positiones à parte parti, vt dixit Bald. in Innullus, circa fī. C. de exhiben. re, allegat Innocen. in cap. dudum, de electio. licet possit iudex quando vult inquisitum interrogare, & examinare: bene tamen seruatur, quod quando inquisitus respōdet capitulis que sibi dantur per curiam quando habet defensiones & litem contestatur, ipsius responsio annotatur manu propria iudicis in fine vniuersiusque capituli, & debet respondere de veritate, nō de credulitate per verbum, credit, vt dicit Barto. in l. inter omnes. S. recte, in fī. ff. de furtis, licet in multis & fere in omnibus curiis præterquam in Regia audientia principatus citra faciant scribere peractuarios, & sribas dictas responsiones, sed est male factum: Et magnā curia seruat vt dixi quid iudex sua manu scribit.

¶ Quinto & ultimo no. ex hoc Ritu, & ibi, & si infra dictum terminum ad probandum datum, practicam seruandam, quādo principales habent respondere super articulis infra terminum, & illud non faciunt, nā illa pars per quam stetit respondere ante lapsum termini, tenetur poena tarenorum quindecim ipsi curiæ applicanda, qua poena soluta, iudex dabit alium terminum ad sui libitum, infra quem partes habeant respondere, & si etiam infra ipsum non responderint, articulis super quibus erat respondendum, habebuntur pro confessatis, supple, vel negatis ( prout recusatio deterius erit) nisi infra ipsum terminum de consentiu partium, curia pro tribunali sedente fuerit renunciatum. Sed hodie poena in hoc Rit. statuta & tota ista pract. non seruatur, quia per alium Rit. infra 120. alia practica est inducta, q̄ in viridi est obseruantia, ideo, quando parres non respondent, vel refusant respondere: vide illum Rit. & ibi latius dico, & teneas semper, q̄ interim terminus non dicitur currere, vt dixi tibi supra in præcedenti Rit. 2. nota. in fī. Salerni die 2. Iulij. 1559. Prosper Carauii.

## R I T U S L X X I .



Tem quid in causis in quibus petuntur beneficia restitutio in integrum, & peti possunt, detur terminus in primo beneficio petito, & concessu ad probandum

- a medietas, videlicet termini dati a beneficio: & quod testes iurati examinentur infra terminum datum, tam super primo, quam super secundo beneficio, ita quod de cetero non audiantur.

## A D D I T I O .

- a Termini dati. Adde q̄ hic Ritus (vt ex eius lectura apparet) est mūtūs, addendaq; sunt hēc verba, in causa principali, & in secundobeneficio medietas termini dati in primo. C. P.

## S V M M A R I V M .

- ¶ In una causa si petantur plura beneficia: istud plurale ad duo tantum beneficia verificabitur.  
2. Beneficia in causis quibus personis statim conceduntur, & quare.  
3. Beneficia quatuor in una causa concedi possunt.

- 4 Casus in quibus beneficia ad probandum, vel pinguis probandum non tenentur. Et in numero. 5. 6. 7.  
5 Repulsa odio/a dicitur. Et in odiosis propterea non danda.  
6 Causa introducta, beneficia an competant.  
7 Minor maiori succedens, iure suo non vitur.  
8 Terminus in primo beneficio concedendus, arbitraz. bitur secundum loci distantiam. Et quare.

**N**ota. i. ex hoc Ritu. ibi beneficia dum in pluri numero loquitur, t̄ quod in vna, & eadem causa plura beneficia peti possunt, & verū est; tamen istud plurale non verificatur, nisi in duabus beneficiis, & sic in primo & secundo beneficio, vt late firmat Iser. in constit. Reg obscuritatem colum. 4. vers. sed quoties, & Afflic. post eum, ibi. q. 8. num. 12. iii. tantum quid secundum eos, in vna causa non nisi vna restitutio datur per l. j. C. si sepius in iure restitutio postul. licet si sine. S. restitutio. ff. de mino. & ita seruatur in Magna curia, & in omnibus curiis Regni. t & ista beneficia quā in causis conceduntur, dantur minori, fisco, vel mulieri eo ipso q̄ petuntur, sine causae cognitione, secundum glo. ind. consti. in versi. in iudiciis, in fī. ver. quia lāsio. appetat in prōptu, pro quo l. minor. 25. annis filio. S. minoris. ff. de mino. & Afflic. in decisi. 114. in prin. & petuntur, vel ad finem dandi articulos in causa, cum adhuc nullos de dislent, animo examinādi super eis, vel ad finem examinandū tamē produxisserunt tantum, & nihil examinassent, aut cum produxisserunt, & examinassent, sed non plene, quo cauſa essent ad pinguis probandum, vt late dicit gl. ibid. in versic. in iudiciis, item competunt dicta beneficia alijs personis quas ponit Regia pragcursu dilationum. in fī. sub titu de ordine iudiciorum. Amplia hunc Rit. procedere ne dum quando ista per sona litigant principaliter a princ. verum etiam si ex post facto incident vii autores laudati, vt per multa concludit Afflic. decisi. 15. & aliquid in præallegata. conlit. 16. quāst. nume. 20. ¶ Secundo amplia etiam facta conclusio in causa, vt dicit Iser. in d. const. obscuritatem & Afflic. post eum. q. 9. num. 13. intelligendo vt in fin. dicam in 2. not. in 3. cauſa ¶ Tertio amplia etiam in maiore succedente minori, & in homine succedente muleri, lite pendente, secundum Barto. in l. interdum. ff. de mino. & Afflic. in d. consti. q. 12. num. 16. & deci. 211. perrationem quam Afflic. ponit in d. decisi. ¶ ¶ Quarto amplia nedum ad instantiam actoris verum euām rei, adeo q̄ si ad actoris instantiam concessum fuit primum & secundum beneficium: & infra illa altera pars probauit; potest etiam aliud primum, & secundum concedi ad instantiam rei per l. petēdæ. C. de tépo. in integr. resti. in tantum quid in una causa possunt quatuor concedi beneficia, vt late ponit Afflic. in præallegata cōst. quāst. 10. num. 14. Quinto amplia ne dum super nouis articulis, sed etiam super eisdem & de directo contrariis, & licet obstat text. in c. fraternitatis. de resti. tamen vt dicit Afflic. in d. consti. q. 8. num. 12. per illam consti. & per aliam quā incipit. Minorum iura. in Regno semper fuit interpretatū q̄ dicta beneficia ad pinguis probandum intelliguntur etiam de directo contraria, & ita seruatur. ¶ Sexto amplia etiam si causa illa dependeret ex criminali, cū tamen non ageretur advindictam, vt puta, si minor veller agere contra aliquem, qui patrem suum mortuum spoliavit, ad restitucionem bonorum per l. 3. ff. de tēpul. viola vt firmat Afflic. in allega. consti. q. 3. num. 7. ¶ Septimo amplia procedere in causa principali & appellationis, dummodo non fuerint concessa temel in prima instantia, adeo, quod si fuit ynum tantum beneficium concessum in causa principali: potest

secundum concedi in causa appellationis, per ea que ponit. Affl. decis. 35. & 114. tempore habendo respectum quod in una & eadem causa non dentur plura beneficia, quam duo, ut supra diximus, q. secundo not. ibi & peti possunt a contrario sensu, t. quod sunt aliqui casus in quibus beneficia ad probandum, vel pinguissimum probandum peti non possunt. Primus casus est, quando sumus in causa criminali. ut dicit Is. in d. const. in princ. ver. non loquuntur, & Affl. post eum q. 4. num. 8. per text. in l. auxilium. ff. de mino. qui licet loquatur in minore. tamen intelligendus est etiam in similiere & fisco, secundum eos. Secundus casus est, quando petentes beneficia, vellent repulsare testes maxime ob crimina, vel defectus, ut dicit Is. ibi. & Affl. q. 5. num. 9. per d. Auxilium, ubi per Bald. Fely, in cap. fraternitatis. ver. fallit. 2. de testi. & Capic. decis. 63. numero. 4. ratio est secundum omnes t. quia res pulsa dicitur odiosa, & in odiosis non datur restitutio in d. Auxilium & ibi Doct. omnes. Tertius casus, est quando facta esset conclusio in causa: & commissarius eius citasset ad dicendum & capisset facere relationem de ea, tunc enim non esset licitum petere dicta beneficia: & hoc est quod quotidie dicitur: quod t. introducta causa, non competit beneficia. Ita firmat Affl. in d. const. q. 9. num. 13. licet si non esset causa introducta, secus esset non obstante conclusione, vt reperitur Is. in d. const. Regn. obscuritatem. col. 5. & Affl. post eum & decis. 14. & licet Rit. magnæ curiae infra 296. fecus dicat, tamen nunquam sicut obseruatum, ut patet ex d. decis. & ibi dicā, nisi cum conclusione concurredit etiam quod fuerit introducta causa, ut dictum est. Quartus casus est, quando iste personæ quæ possunt alias petere beneficium: peterent in aliqua causa in qua hinc pendente, succederunt. cum tamen ille cui succedunt, erat maior. ratio est, t. quia minor cum maiori succedit, non vultur iure suo. ut dicit Bald. in l. cum filius. 5. in hac. ff. de verbis. oblig. Bal. in authen. quas actiones, colum. 4. & 5. dum allegat. l. Emilius. ff. de minoribus, & Affl. in const. obscuritatem. q. 13. num. 17. Tertio not. ibi medietas, quod dilatio concedenda in secundo beneficio, debet esse medietas dilatioris data in primo beneficio: id est in primo termino dato ad ipsam causam. Dispositio istius Rit. est correcta per dec. sacri con. ut dicit Affl. decis.

8. Et 4. t. & ideo (vt ipse dicit) terminus concedendus in primo beneficio, debet arbitrari secundum locorum distantiam, & non (prout vulgariter dicitur) q. sit medietas primi termini, ratio est, quia talis medietas possit esse impossibilis ad faciendum defensiones, habito respectu ad loci distantiam, & sic per indirectum, tolleretur concessio ipsius beneficij, per quam rationem ita firmat Inno. in c. coram, de restitu. in integ. & Card. in olem. q. fina. eod. p. Quarto not. ibi. & q. testes iurau debet examinari infra terminum datum, tam super primo, quam secundo beneficio, alias ipsi clauso, non audiuntur, istud dictum non seruatur in præc. quia si infra terminum concessum iurauerunt, recipiuntur etia post terminum, ut latius dixi supra in Rit. 69. 3. no Salerni die 5. Iunij. 1559. Prosp. Carauta,

## RITVS LXXII.

  
Tem quod elapsi termino, tam in causa ciuili, quam in causa beneficiorum dato, infra dies quatuor à die dicti elapsi termini, petatur per partes principales, seu pro parte carum, publicatio in causa: & si infra dictum terminum non petieretur: ha-

beatur ex tunc pro publicato in causa, & iterum batur in actis publicatio, rāquam est facta: de consensu utriusque partis: & facta publicatione, eodem die definit terminus ad recipiendum copiam processus dictæ causæ, iuxta prouisionem iudicium, & naturam ipsius causæ. Itaque elapsi dicto termino ad recipiendam copiam dato, de cœtero non audiatur, nisi steterit per magistrum actorum, vel subastuariorum Curiae. quo casu teneatur magister actorum, seu ille qui fuerit negligens in dando dictam copiam ad poenam tarenorum decem excomputandorum in gagiis eius, quod nota.

## A D D I T I O.

2. In causa, De testium vero repetitione post publicationem in causa factam, & post didicita testificata vide Guidon. papa. q. 72. & eundem consil. 16. Quis autem, si testes dicant aliter dictum & aliter scriptum & utrum possint sua dicta corrigerem vide Capic. decis. 61. & 94. Gram. decis. 60. num. 18. & Guidon. papa. q. 540. & 593. C.B.

## S U M M A R I U M.

1. Parte non vocata, publicatio fieri non debet.
2. Pars aduersa dicens testes velle producere, publicationem impedit. Et quare.
3. Publicatio in causa quare fiat.
4. Publicatio est de ordine iudicij, & in num. 7.
5. Examinatione testium extra iudicij locum alicuius commissa, nunquid coram eo fieri publicatio?
6. Cause continentia diuidi non debet.
7. Publicatione non facta, si causa expediatur, nunquid sententia sit nulla?
8. Cause omnes bodie summaria dicuntur.
9. Stylus Curiarum seruandus.
10. Sententia lata contra notoriam consuetudinem non valeat.
11. Publicatio processuum an de substantia, vel in stiria sit? & supra num. 7.
12. Inquisito non petenti si testium nomina non datur, processus non vitiabitur.
13. Si de causa summatis cognoscetur, & testes parte vtraque praesente, examinati fuerint, nulla requiritur publicatio.
14. Testes non riceperiti, & examinati, si iterum parte citata super articulis examinantur, se ad priorem depositionem referentes, num facta in causa publicatione, eorum depositio validetur.
15. Publicatio facta parte non citata, vel die ferme, an testes examinari impedit?

**H**ec usque tractatum est in tribus proximis Rit. de terminis, & beneficiis dandis in causis vertentibus in euriis, nunc ponitur practica curiarum post lapsum termini, & beneficia concessa. Nota igitur ex hoc Rit. illud quod agere

# Domini Prospere Carauta Eboltani

Vigendum est elapsis dilationibus cōcessis, tam in termino, quam in beneficiis; nam ut hic dicitur, infra quatuor dies dicti elapsi termini, debent partes, vel earū procuratores petere publicationem fieri, & si infra dilatatos quatuor dies perita non fuerit, intelligitur facta publicatio, & scribirur in actis qualiter die tali facta esset, & que ac si de consensu vtriusque partis facta esset, & eodem tempore quo fit publicatio, datur terminus arbitrio iudicis, ut hic dicitur, vtriq; parti ad accipiendo copiam processus, quo termino ad accipiendo copiam elapso, non audiuntur vterius partes ad eam petendam, nisi per actuarios steterit, quia tūc ipsi tenerentur pena decem tarenorum suis gagis compitandorum, sed per regiam pragm. incip. cursu dilationum, sub tit. de ordin. iudic. pract. istius Rit. est correta, & secundum ipsius dispositionem lapsi termino, intelligit facta publicatio ipso iure, nisi in qua quatuor dies aliquod iustum opponat, propter quod iudex debeat eam retardare, & facta publicatione, datur octo dies immediate sequentes ad accipiendo copiam processus, & demum alij dies octo vt per aducatam, & procuratorem, videri possit ut ibi latius disponitur. Hodie tamen seruator in pract. quod elapsi termino, peritus publicatio, & intumatur parti aduersa, & quia parte nō vocata, publicatio fieri non debet. ea. cum I. & A. de re iud. l. in causa S. j. ff. de minor. & Spec. de teste. S. satis utiliter. num. j. vel saltim contumaciter absente secundum eum, quā si nihil replicari si publicatio per iudicem in eius contumacia cum termino totidem ad accipiendo copiam processus si voluerint partes, vt pulchre declarat Bal. in l. gesta. col. 2. versi. quārto qualiter. C. de re iudi. si vero ali quid replicat, iustum fore causam, quare fieri non debet allegando, iudex de his cognoscit, & si reperit nō militare, facit decretum quod oppositis non obstantibus, fiat publicatio cum termino, vt dixi ad accipiendo copiam processus. Si vero aliqua iusta causa fuerit allegata supersedeat in publicatione, & super petitū prouideat, vt iuris est, & quia vt dicit Papien. in pract. in forma publicatio. testium, potest pars aduersa publicationem impedire, si dicit velle testes producere. ratio est, quia post non admittetur vterius iuxta. c. fraternitatis. de testi. & clemē. testibus, de testi. & idē late Specu. in titu. præalleg. num. 2. ver. hoc est. vbi plene enumerat caulas in quibus possent recipi testes, et post publicationem super eisdem articulis, adeo & in hoc regno de stylo omnium curiarum in caulis omnibus petitur, & fit publicatio, sicut seruator dispositio. & consiluit, de offi. iudi. delega. & constitu. Regn. vniuersos iuncta ibi. glossi. in versi. publicatorum, & nunquam fit publicatio in Regno ipso iure, vt iste Rit. disponit, & d. pragm. & firmat Maran. in pract. parte 6. actu. 1. num. 3. sed vt credo tempore Maran. præallega. pragma. erat forte in obseruancia. ¶ Quārto primo ad quem finem publicatur in caula? dic propter plurimā: primo, vt ea facta, possint partes habere copiam testium examinatorum, & videre an bene, vel male fuerit probatum, & ex inde testes contra se deponentes, repulsare, ita dicit Papien. in pract. loco præalleg. in punc. t. Secundo, vt seruator ordo in iudicis, quia publicatione dicitur esse de ordine. secundum glo. & Bart. in l. prolatam. num. 5. C. de senten. & interlocu. omn. iudi. & Gloss. in d. constit. vniuersos. in versi. publicatorum, allegat texti. in leg. 2. C. vt lit. penden. & in Auth. de testi. S. quia verò. Tertio, quia per eam datur maius robur attestacionibus, per ea quā habentur in l. gesta, & ibi per Bald. C. de re iud. Bart. in l. solam. C. de testi. Cano. in cap. causam, quā extra de testi. & Maran. in pract. parte 6. actu 1. num. 1. q. t. secundo quārto, posse quod examinatione testium est etiam commissa alicui officiali extra locum iudicij iuxta dispositionem l. iudicis. C. de fide instru. & constitut. Regn. in pecunias, nunquid, coram eo fieri, seu fieri poterit publica-

tio de qua hic dicitur. glos. in l. cum ab initio. ff. quārto admod. testa. aperian. dicitur iudex principalis causa hoc facit idem Bart. ibi dicens probari. ex d. leg. iudices. ibi, res ad eos referatur, & Maran. in proxime ci- ta. loco. num. 6. quod etiam firmat Papien. in pract. in forma publicatio. testium in princ. t. dicens id ideo es- se, quia continentia causa non debet diuidi. leg. nulli. 7. C. de iudi. & l. 1. ff. de quib. reb. ad eund. iudi. car. t. Tes- tio quārto quid si publicatio non fieret, & ea nō facta, a expedientur caula, nunquid sententia erit nulla? & GL in l. prolatam. C. de senten. videtur dicere quod sic, eo quia tener, quod publicatio est de substantia, Bart. ta- men. Alex. & Ange. ibi, & communiter Docto. tenet contrarium, & idem Abba. in c. cum. I. & A. col. 3. in fi. de re iudi. & Fely. ibidem col. 3. Come. consil. 102. col. fin. volum. 1. & Anchara. consil. 3. omissione publicationis, concludentes publicationem esse de iustitia, & iē omissione non reddidit processum nullum, sed ab eius omissione contra ius partis, potest appellari, & si nota fuerit appellatum: acta tenent, quia sibi imputandum, qui tacuit, & ista opin. est communis. vt dixi, & firmat expresse Imol. in d. cap. cum I. & A. numer. 19. dicens procedere etiam si fuerit publicatio a parte petita, qd & Fely. etiam ibi placuit, sequitur Affl. in constit. vniuersos. 4. nota. versicu. secundo quārto. numer. 6. & Maran. in pract. parte 4. dist. 9. num. 22. in nouis, quod maxime in hoc regno procedit secundum eundem Ma- ran parte. 6. actu. 11. nu. 4. quia per iura municipalia videlicet, per c. detestantes infra Rit. 288. & Pragm. di- spendia litium. de ordi. iudi. t. omnes cause sunt sum. mariz. & sublata sunt substantialia iudiciorum iuri- positui tantum, vt ibi plenus dico, item quia stante. d. Pragm. cursu dilationum numquam potest dici omis- silla publicatio: cum per lapsum termini ipso iure fa- cta intelligatur, vt ibi disponitur. Quid dicendum? Cauens. in præalleg. pragm. cursu dilationum, nu. 4. dicit ex mente Affl. in constit. Regn. pacis cultu- 6. not. versic binc quārto. num. 53. quād cum in hoc Re- gno sit solitum publicationem peti, & fieri, vt supra. dixi in fin. nota. tale labrum facti, quod publicatio se- de substantia, quia concessit defensionem, & proboc. Affl. allegat Glo. in cap. fina. de hæreti. in 6. in veri- judicis vbi a contrario sensu videtur dicere, quod pu- blicatio petita, & omisilla virtutat processum cōfirmatur. secundum eundem Cauens. t. quia stylus curiarum est seruandus. c. quam graui. extra de falsi. Iser. in constit. Regn. si quis in posterum, col. 4. Fel. in c. causam loci, de re scrip. & Affl. in prælud. consti. q. 9. col. 2. & ve- pleat dixi supra Rit. primo, & illud est ad eo verum: quod secundum Bal. in l. 2. col. 2. versic. item valet. C. 10. qd prouoca. non est necess. t. sententia lata cōtra con- suetudinem notoriam non valeat quia cōsuetudo pro le- ge habetur. l. de quibus. ff. de legi. & c. 1. de constit. in 6. ego autem. quicquid sentiant Affl. & Cauens. arbo- rator contrarium esse verius, & ideo non recedes dum ab opin. communis pro qua illud præsupponendum est 11. pro fundamento, t. quod publicatione processuum non est de substantia, sed de iustitia, vt supra latius dictum fuit, ex quo sequitur, quod. & supra diximus. qd si omis- satura, iudex non dicitur: nulliter procedere, sed contra ius litigatoris qui eam petiit, de quo potest ad superiores appellari, quod si applicatio non fuit interpolata, sibi ipsi imputet, quia tacuit, non autē processum nul- lum dicit, cum lege non caueatur, qd sit de substantia. 12. non obstat Gloss. dicti. c. fi. quia ea non dicit hoc. t. sed quod si inquisito, qui non petiit: non daretur nomina testium

## A D D I T I O.

a Nulla, Adde & vide Guid. papz q. 369. nume. 3. & q. 566. & ibi addit. Vide etiam Capel. Thol. decisi. 396. & ibi Aufred. in additionib. C.P.

testium non viciaretur processus, per tex. in c. j. de accusa. in 6. ratio est secundum Gloss. d. c. i. in versic. sunt quia dari nomina testium inquisito ad se defendendum, in eius favorem inductum est, cui potuit renunciare, tacendo, & si non fieret processus esset nullus: hoc non decidit, & quando id decideret, contra eam, est communis op. vt supra diximus, & firmat expressio se Imol. in d. c. cum. I. & A. vbi in specie sic responderet add. Glos. per rōnem præalleg. quia si omissio publicationis sibi nō placebat appellare, & nō illi tacite accepere debebat ca. ex parte de appella. & l. i. C. si sapientia in integ. resti. postule. ibi appellare debuistis, si sententia vobis displacebat. & ideo cum tacite quiescendo, confirmauerit, parere necesse habebit, vt etiā pulchre, & plene tractat Sebastianus Vant. in trac. nulli. de nulli. senten. ex defectu processus versi 7. num. 41. & August. ad Ang. de niale. in versic. qui iudex dictum pœnum publicauit, & si dicatur, quod Bart. in tract. ad reprime. in versi. & figura. versi. sed an requiretur, num 15. dicit, q[uod] publicatione est necessaria, quia alias auferretur defensio, quia nō posset impugnare testes, & eorum dicta, q[uod] etiam referendo, dicit Capici. decis. 55. num. 3. responderetur secundum Fely. in d. c. cum I. & A. colum. 2. & Marant. in tract. parte. 4. distin. 9. num. 22. q[uod] illud dictum Bart. debet intelligi si peratur, ita vt si non concedatur, possit appellari, non autem, vt reddit processum nullum, quia sic intelligendo, Bart. loqueretur contra communem quam ipse firmauit in d. I. prolatam, vel secundum Ancha. in d. consi. responde riposte quod licet peritio publicationis sapiat defensionem, tamen denegata, non viciat processum sed sapit grauamen tantum, à quo debuit appellari capitulo inter monasteriū, & capit. suborta, de re iudic. non obstat quod Cauen. dicebat de stylo seruando, quia id licet verum sit, tamen lege non cauetur, quia una pars quo ad sui præiudicium tantum, non possit renunciare tali stylo, immo contrarium cauetur, quod potest vulga. I. si quis in conscribendo, C. de pact. Non obstat aliud de sententia contra consuetudinem lata, quia aliud est tractare de sententia lata contra consuetudinem expresso errore in ipsa sententia in quibus terminis loquitur ibi Bal. per illum tex. & Cyn. ibi Bal. in titu. de pace consta. in versi. & in certis quo ad commoditatem late Abb. in cap. 1. extra de re iudi. & Barba. ad Bal. in d. l. 2. in litera B. & C. quando prouoca. non est necesse, & aliud est tractare an sententia reddatur nulla, quia in processu fuit omessa publicatio, quo casu Doctor. omnes concludunt, q[uod] non & ita teneo indubitanter. Bene tamē fateor, quod difficillime evenit ista q[uod] quia nullius iudex publicationem tam petitam, quam non petitam omittet. Vnum tamen scias, quod hæc materia publicationis est tractanda solum quandoceter testes examinantur in secreto, t[em]p[or]e secus autē quando summatim cognoscendo, vtraque parte præsente. essent examinati, quia tunc nulla publicatio requiritur, vt dicit Bal. in Auth. si quis in aliquo, col. 3. in fin. versi. sed aduertere. C. de eden. immo seruat non fieri publicationem etiam in testibus secreto examinati, quando super aliquo facto, vel incidet in summarie recepti fuerunt, & ita practicatur quotidie, & dicit seruari Guid. 24 pap. decisio. 369. in fina. versicu. ¶ Quarto quæro, q[uod] si testes fuissent non rite recepti, puta, examinati partem non citata ad videndum iuramenta testium, vel cù fuissent alias examinati ad informationem, & postea iterum examinati super articulis citata parte, se retulerint ad primam depositionem, nunquid facta publicatione in causa validetur eorum depositio, per publicationem? Bald. in authen. si quis in aliquo, num. 2. C. de eden. dicit quod publicatio non censetur facta, super testibus non rite receptis, vt sunt testes examinati parte non citata, per ea quæ dicit Bart. in l. filius fa. C. de dona. & in extrauagan. ad repri. in versi. figura. Curius, conf. 21. & Gram. decisio. 103. num. 233. vbi quod

testes deponentes parte nō citata coram Principe, nō valent. Itē testes examinati parte citata, sed non repetiti, vt fieri debet super depositione, alias facta ad informationem, & idem tenet Inno. in c. significavit, & c. cum causam, de testi. pro quo Bart. in l. si debitor. S. si in venditione s. quibus mod. pig. vel hip. Rom. confil. 132. & Affl. in confi. iuris peritorum. num. 4. versic. sed iuxta hoc quæro. & Maran. in tract. parte 6. actu. 11. num. 5. quod not. quia habui in facto in causa magnifici Barnabæ de Rahone cum magnifico Paulo de Rahone Ebolitano qui mecum etiam erat aduocatus illius cause, debet tamen intelligi quando non depo[n]unt per extensem, & explicite, sed simpliciter se referunt, ratio, quia si alias diceretur, sufficere testē se referre ad suam primam depositionem, decis. l. fi. C. de testi. volentis testem alias examinatum esse repetendum, esset superflua: & ideo si deponerent per extensem & ad cautelam se referrent, sufficeret secundum Bal. ibi num. 7. vnde quia in dicta causa per extensem deposuerant, & postea se referebant: dixi quod valebant, licet magnific. Paulus aliter dixisset. ¶ Quinto quæro quid si publicatio fieret parte non citata, aut die feriata, nunquid impediet testes examinari? Bart. in auth. qui semel, versi. quæro quid si, numer. 18. C. de proba, dicit quod non per tex. in l. non putauit. S. non quæris. ff. de contratab. quia talis publicatio est nulla verum si ex tali publicatione nulla, sequutum esset q[uod] didicisti testificata, & tunc impediretur non ratione publicationis, sed quia didicisti testificata idem Bald. ibi col. 3. versi. 7. & in l. si quis testibus, col. 4. eod tenu. Salerni die 10. Iulij. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S L X X I I I .



Tem 4 quod facta publicatio ne in causa si partes, vel aliqua ipsarum voluerint petere terminum ad repulsam testium, peteret debeat infra decem dies numerandos à die assignatae copiæ processus dictæ causæ, plus, vel minus ad arbitrium iudicium iuxta quantitatem processus, & quod detur terminus ad probandum iuxta materiam causæ, & locorum distantiam, & dicta repulsa cedatur viri q[uod] parti per dationem vnius termini, & infra terminum datum ad probandum in causa repulsa, iam dicti testes iurati examinentur, ita quod de cætero non audiatur; nisi iusta causa.

## A D D I T I O.

a Item q[uod] facta & quæd in repulsa, & in causa appellacionis, non possint fieri capitula & positiones imperinentes, vide Regiam prag. Contingit sape, sub titu. De modo procedendi in cau. ciuilib. & vide Affl. decis. 26. Guidon. papa q. 14. 3. 48 & 586. C. P.

## S V M M A R I V M.

- 1 Termini omnes sunt in arbitrio iudicis.
- 2 Terminus ad repulsa virique parti concedi semper debet.
- 3 Testes an recipi, vel examinari possint ultra terminum in causa repulsa praefizum.

4 Dila-

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

4. *Dilationes in causa repulsa, non nisi cum causa cognitione conceduntur.*
5. *Blasphemia causa criminis laesa maiestatis equiparatur.*
6. *Repulsa magis ad differendum quam ad defendendum peti videtur.*
7. *Iudex quem à petitione, & ab exceptione quando, & propter quid, excludere possit.*
8. *In regno de repulsa tangente testium inimicitiam & probatam sit magnus casus plusquam de aliis.*
9. *Inimicitia testem repellens, grauissima, saltim grauis effet debet.*
10. *Articulis non probatis, actione iniuriarum testibus clientulus tenetur, & cautela ad talem paenam euitandam.*
11. *Testes, an infra terminum repulsa, approbari possint?*
12. *Testes examinati, & mortui ante publicationem, nunquid repulserunt?*

**N**ota ex hoc Rit. pract. seruandam per litigates, facta publicatione processus si viso processu, voluerint testes repulsa, debent repulsa petere infra decem dies, a die consignationis copia processus, & casu quo processus esset cartosus, possent petere maiorem terminum ad hoc, vt eo viso, valeant deliberare si repulsa opus erit, & econuerio si esset parvus processus, posset iudex eisdem statuere minorem terminum in tantum quod secundum hunc Rit. quando consignatur copia: iudex habet impartire terminum ad percutandum processum infra quem partes debent, si voluerint repulsa petere. Hodie per Regiam pragma. cursu dilationum sub titu. de ordi. iudi. facta publicatione processus, & habita ipsius copia sunt statuti octo dies ad percutandum processum per aduocatum, quibus elapsis, die sequenti est petenda repulsa: & petita intelligitur concessa, alias vterius non audiatur, vt in ea disponitur: in pract. tamen non nimis aduertitur ad d. pragm. & profecto non multum practicatur, quia & post illos dies, & multo plures peritut repulsa, & conceditur: seruatur etiam multoties causa expedientorum liuum, quod infra terminum datum ad probandum in causa principali, examinantur testes super repulsa, verum qui hoc agunt, renunciant future repulsa: & in unico termino faciunt utrumque: & ita ego millies praeticaui, & quotidie practicatur in ciuilibus, & criminalibus: alias si talis renunciatio non fieret, non admitteretur examinatio tanquam impertinens, vt dicit Maran. in pract. parte 6. actu. 13. nu. 8. & est Rit. infra 282. Secundo not. ibi & quod detur terminus, quod terminus ad repulsa debet dari iuxta materiam cause, & locorum distantiam, vt etiam dixi in causa principali supra Rit. 69. in 1. no. sed per d. pragm. cursu dilationum, terminus ad repulsa est medietas primi termini. in pract. seruatur Rit. & prag. quia quandoq; datur medietas primi termini, & quandoq; plus, & minus ad arbitrium iudicis adeo quod practi. magis accedit Ritui quam prag. t ratio est quia omnes termini sunt in arbitrio iudicis. cum sit Romana. vbi glo. notat. in versi. recisius de appella. l. continuus, S. ff. de verborum obligationibus. l. 2. ff. de re iud. 5. q. 3. cap. si argo-ans, tertia questione, secunda. cap. si episcopus, & l. nonnunquam. ff. de iudic.

¶ Tertio not. ibi, & quod dicta repulsa, quod terminus quia ad repulsa conceditur, debet utriusque parti concedi, quod bene seruatur, quia semper iudices, &

actuarij quando faciunt decreta in quibus conceduntur terminum in causis, dicunt. Et per curiam fuit statutus terminus utrique parti tot dierum ad probandum incumbentia circa repulsa. vel si est in causa principali, non apponuntur illa verba circa repulsa, & licet non diceretur utrique parti adhuc idem esse dicendum, quia etiam quando una pars est exclusa à termino si datur alteri, talis terminus est cōs. I. perend. in fi. C. de temp. in integ. restit. l. per hanc, & l. fi. C. de appellat. vbi Bal. not. Barto. in l. 1. S. nunciat. ff. de nouf ope. nuncia. l. ser. & Afflic. in constit. obscuritatem, q. 11. num. 15.

¶ Quartonot. ibi, & infra terminum, quod dat termino in causa repulsa, testes debent infra ipsum terminum iurare, & examinari, alias vterius non recipiuntur, nisi ex iulta causa, simile dictum est in testibus examinandis in causa principali, supra Rit. 69. Adverte tamen, quia licet ibi dixerim in 3. no. aliter seruari, procedit in causa principali, at in causa repulsa seruatur iste Rit. ratio est quia repulsa est odiofa, & restrin genda t & ideo dilationes in ea cum magna cause cognitione cōceduntur ut dicit Abb. in c. licet dilectus, in fi. de testi. & Maran in pract. parte 6. actu. 13. nu. 7. vbi hunc Rit. allegat, sed quia materia repulsa est quotidiana, & practicabilis: Limita hunc Rit. loquentem de repulsa testibus facienda procedere quando ante publicationem pars contra quam sunt producti, protestata fuit contra eorum personas, dicta & dicenda per eos. vt dicit tex. in c. presentium. de testi. & Inn. in c. cum I. & A. num. 4. in fi. de re iudi. & ideo videmus communiter practicari per procuratores, quod quando intimantur ad videndum iuramenta testium propria manu scribunt in dorso ipsius citationis, & protestantur contra personas testium ipsorum, dicta & dicenda per eos, vt etiam scribit Maran in pract. part. 6. actu. 13. nu. 2. moneo tamen procuratores q; non indistincte, & in omni causa faciant prædicta protestationem, sed solum quando certi sunt facere repulsa, quia vt dicit Fel. in d. c. presentium. vlti. no. si testes illi dicentes aliquid contra producentem in fauorem protestantis non prodesse ei ex quo per dictam protestationem censemur declarare se nolle eis fidem adhibere vt etiam Maran. ibid. declarat. nu. 4 tanto magis quia perd. c. presentium. disponit, quod licet non sit facta protestatio; si iurat pars se non petere repulsa ex malitia, sibi conceditur, vt etiam dicit Abb. & Afflic. decis. 351. num. 8. idem si non iurat, si tamen probat q; tempore quo fuerūt examinati erat absens usque quo fuit facta publicatio, vel erat in loco, tñ post publicationem, notitia habuit de defectibus ipsorum testium, vt in eodem c. presentium disponit, not. Bal. in l. si quis testibus, versicu. dubitatur. C. de testi. & Maran. loc. præalleg. nu. 2. in fi. ¶ Secundo limita procedere in causa principali non autem in causa appellationis in qua non licet repulsa testes examinatos in prima instan tia, licet secus in examinatis in secunda vt dicit Fern. in constit. Regni iuris peritorum & declarat Maran. in pract. loc. præalleg. nu. 13. nisi velite eos ex sola causa falsitatis repulsa ut ipsi dicunt. ¶ Tertio limita non procedere in aliquibus causis criminalibus pura, causa blasphemiae quæ equiparatur criminis laesa maiestatis, nam in ea non admittitur, & sic nec etiam in ipso crimine laesa maiestatis vt no. Bar. in l. in questionibus ff ad l. Iulia. maiesta. per illum tex. & Par. in tract. syndi. in ver. condemnatio. S. an potestas. nu. 13. nisi ex cōpice inimicitæ, vt dicit Bar. in d. l. in questionibus. ¶ Quartum limita non procedere quotiescumque vellet repulsa testes, alias ab ipso productos, & examinatos secundum Glos. in S. & licet in fi. in versic. & sup. plcijs, in authen. de testi. Bal. in cap. licet. de testi. & in l. si quis testibus C. eo. & Alexan. confi. 7. col. 9. vol. 1. & nedum examinatos, sed etiam productos tm & annotatos in calce suę citationis ad testes licet nō aliter posse

potest examinauerit secundum Bal. in l. 1. S. bestias. ff. depositula & Fely. in d. c. præsentium. col. 3. versic. & habet locum, & late Boer. decisi. 245. nu. 3. ratio est secundum Doct. omnes in præallega. locis, quia ex quo semel eos examinauit, vel produxit, videtur illos approbatæ, & ideo volens post modum repulsare, tanquam sibi contrarius non admittitur, ut dicit etiæ Cæpol. caute. 17. nisi exceptio de nouo si perueniat secundum Ange. in auth. de testi. S. si vero dicatur, & Gram. decisi. 3. 4. num. 12. aut velit eos repulsare ratione dictorum per eos, non ratione personarum ut dicit Abb. in d. cap. in præsentiam, colu. 3. & 4. & Marant. in pract. parte 6. actu. 13. numero 12. vel ratione alicuius causæ non dependentis à producente, ut puta si in una causa produxi pro me patrem tuum, cum non litigarem tecum, potest in alia causa quæ est inter me & te: producis cōtra me patrem tuum, tunc possum ipsum ex hac causa repulsare secundum Archi. in cap. si quis testibus. q. 3. & Boer. d. decisi. numero 4. Quinto limita non procedere in iudicio attenatorum lite penitente, quando clare appetat quod repulsa petitur potius ad differendum, quam ad causam defendendam: ut dicit Afflict. d. decisi. 351. num. 7. & per totā quiz ut dicit Bald. in l. 1. col. pen. & fin. C. qui accu. nō pos. t. iudex potest quem excludere ab exceptione, vel petitione, quando malitia est adeo clara, quod excipiens vix poterit denegare perl. qui sententiam, in fin. ff. de poen. licet alias propter præsumptam calumniam tantum non debeat déuiare à iuris tramite cap. licet causam de probatio. Sexto limita non procedere in causis summariorum secundum, Abb. in cap. veniēs. lo 2 column. 5. & ibi etiæ Fely. de testib. & Roma. sing. 388. reprobatio personarum, intelligendo tamen ut per Anto. de Butri & Aret. in d. cap. veniens, quando iudicium est summariorum ratione legitimacionis personarum, alias si aliter esset summariorum, & prout sunt omnes causæ huius regni summariorum per pragma dispensia litium. sub titu. de ordin. iudi. repulsa denegari non posset: quia denegaretur defensio: ut dicit Bart. in tract. ad reprimen. in vers. & figura. num. 15. & requiritur Afflict. d. decisi. 351. num. 3. & 9. & ita seruatur. nam in Regno in causis vertentibus, licet sint summariorum, repulsa petuntur, & conceduntur absque dubio. Vnum tamen non omitto in materia repulsa testium, q. licet possint multis ex causis repulsi quas plene ponit Barto. in tract. reproba. testium. Afflict. in consti. Regn. mores dissolute viuentium. Nepos a mōte albano in tract. suo exceptio. de excep. contra testes fol. 30. Papieu. in pract. informa oppo. contra testes. & Dct. vbique, tamen in Regno. de ea tantum repulsa sit magnus calus quæ inimicitiam testis tangit, & de aliis non multum curatur ut pragmatici omnes bene norunt, dūmodo talis inimicitia in specie allegetur, & proberetur, quia alias sic in genere probata nō sufficeret ut dicit Bald. in cap. constitutus, de rescrip. & in l. si quis testibus. de testibus Imol. in capi. Raynati: de testi. Ias. in l. foriem. colum. fi. C. de his quibus ut indign. & in L. Tatiæ textores, column. 3. ff. de lega. 1. & Gramma. decisi. 86. num. 4. t. ratio est, quia ad hoc ut inimicitia repellat testem, debet esse grauissima: vel felicit. graui. S. si vero odiosus, in authen. de testib. & Gramm. in d. decisi. nume. 7 t. & insuper aduertant adiocari, & procuratores quando faciunt articulos repulsa, dicere in eorum rubrica, q. non animo iniurandi, sed sua cause defendenda, ponuntur illa in articulis, ratio est, quia si postmodum non probarentur articuli, teneretur clientulus actione iniuriarum testibus, ut dicit Salyce. in l. si non conuitij. in fin. C. de iniur. Areti. in tract. malefi. in gloss. verba contumeliosa, penul. q. Mansue. in pract. de iniur. nume. 11. vbi id intelligit si non probatur, & fuit admissus, scilicet si nō fuisset admissus, idem Boer. pulchre & nota. consil. 1. colum. 10. post consue. Bizi. & decisi. 245. nume. 7.

licet si fuerit dicta protestatio, excusaretur a calumnia, & actione iniuriarum, ut dicit Specu. titu. de accusa. S. 1. versi. quod Bar. in l. eum. ff. de iniur. Roma. in l. fin. ff. quod quisque iur. & Boer. d. decisio. num. 8. licet secundum Alexan. & Ias. in d. l. fina. illa protestatio videatur cōtraria factō, & ita seruatur: quia cum illa protestatione, etiam si repulsa non probetur, non agitur iniuriarum, licet teneatur ad poenam tarenorum decem secundum pragma. crimina. sub titu. de testi. refre. & repul. quando semiplene, vel per famam publicam probatum non fuerit, ut ibi latius dico. t. An ramen infra terminum datum ad repulsa, possint etiæ testes approbari, text. in ca. de iudicijs. 3. quæ st. 3. probat quod sic: idem Glos. in cap. extendere, de testibus. Abb. & Felyn. in capit. testimonium, eodem titulo. & ita quotidie seruatur. ¶ t. Quero in hoc Rit. pone qd antequam fiat publicatio in causa, testes examinationis moriuntur: nunquid repulsi poterunt text. in l. fin. C. de testi. probat quod sic, & idem firmat Mille. in pract. in versi. vicario. numero decimo octavo. fol. 105. in paruo volum. Et si dicatur quomodo post mortem crimina obijcentur contra personas cum morte extinguantur. l. 3. C. si pende. appella. mors inter. responderet, quod causa repulsa non fit cum teste, sed cum parte. l. Lucius. ff. de his quinota. inf. vt etiæ scribit Innoc. in cap. verum, in fine, de foro competen. & ut dicit Bald. in d. l. fin. non fit ad effectum punitionis, sed ad fidem rei testificate quod not. Salterai die 13. Julij. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S LXXIII.



Tem quod elapsō termino dato ad dictam repulsa, in fra quatuor dies, petatur, & fiat publicatio dictæ repulsa, & si petetur post dicta publicationem, repulsa repulsa cōcedatur vtriq; parti per dationem ynius termini infra sex tantum dies numerandos à die assignatæ copiæ dictæ repulsa, & petatur vt fiat publicatio vt supra, & si infra datum terminum, non fuerit petita ipsa publicatio, habeatur pro publicato, vt supra quod seruatur.

## S V M M A R I V M.

- Practicæ repulsa testis quomodo in Regno hodie sit sublata & inducta.
- Publicationes testium quomodo fiant in Regno.

**Q** Voniam t. nedum repulsa testium, verum ēt & repulsa repulsa conceditur à iure Rit. iste ponit practicæ ad ipsam petendam, & faciendam, vt clare patet ex eo, quia facilis est, ho die ista practicæ correcta est per pragm. curia dilatiorum sub titu. de ordin. iudi. vbi habetur quod elapsō termino cōcesso ad repulsa, ipso iure intelligitur facta publicatio cum termino dierū octo ad percunctandum processum, quibus elapsis, si sequenti die fuerit petita repulsa repulsa, intelligitur concessa ipso iure cū medietate termini dati in repulsa, sed in practica, ut dixi in Rit. præc. in fi. 1. no. aliter seruatur, tum circa prefatorum terminorum obseruantia, tum t. etiam qd publicationes oēs siūt mediatis interloquutionib.,

G seu

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

seu decretis iudicū, & non aliter, & procuratores  
semper per eorum comparitiones protestantur, quod  
terminus non currat circa repulsa, & habita copia  
repulsa, & protestatur de repulsa repulsa, adeo quod  
omnes termini sunt longiores, quam à dicta pragm.  
statuantur, & ita servantur. Salerni die 13.Iulij. 1559.  
• Prosper carauita,

## R I T V S LXXV.



**T**em facta publicatio-  
ne dictæ repulsa, &  
omnium actitatorū  
prædictorum in dicta  
causa, ita quod nil re-  
stet fiendum; fiat cō-  
clusio & infra quatuor  
dies numerādos à die  
factæ publicationis,  
detur terminus procuratoribus dictæ causæ  
quod producant in dicta causa allegationes  
in scriptis cū rubricis assumptis breuius ( vt  
melius potest,) infra quindecim dies nume-  
randos à die factæ conclusionis, & alias ad  
arbitrium iudicū considerata qualitate, &  
natura causæ, quo termino elapsio, siue sue-  
runt præsentatæ ipsæ allegationes, siue non,  
iudices dictæ Curiæ procedant ad diffinitiu-  
am sententiam ferendam, breuius quam  
potuerint juxta naturam causæ prædictæ.

## A D D I T I O.

**a** Conclusio. Et q̄ conclusio possit fieri altera parte fini-  
tuta, vide Guid. papa q. 587. Quid autem si facta fue-  
rit salvo iure producendi & c. & altera pars producat,  
ac petat responderi utrum sit audienda, vide Cappell.  
Thol. decif. 14. Et q̄ post conclusum in causa nō pos-  
sint produci instrumenta, nisi in sex casib⁹ vide Cap-  
pell. Thol. decif. 146, & ibi Aufter in addit. In Regno  
autem, de stylu sacri Consilij possunt semper produ-  
ci antequam fuerit causa introducta & vide omni-  
no Guid papa. quæst. 20. vbi in fine inquit, q̄ in cau-  
sas criminalibus non sit conclusio. C. P.

## S V M M A R I V M.

- 1 In causis summarij non requiriatur conclusio.
- 2 Conclusio omissa, non vitiat processum.
- 3 Conclusionis diffinitio, atque effectus diuersi.
- 4 Conclusionē facta terminus datur ad iurium alle-  
gationes producendum ipsarumque effectus.
- 5 Allegationes iurium an post conclusum in causa  
concedantur?
- 6 Index adiutorum negligentiam in iure, & in-  
facto supplere tenetur, & num. seq.
- 7 Index ordinarius, delegatus & arbitrus de causa  
informatus, motu, & dubia facere debet.
- 8 Arbitria ad iudiciorum instar redacta sunt.
- 9 Distio, ut, necessitatē importat.
- 10 Quicquid iudici permittitur, non iuris necessitatē  
subjicitur.

- 11 Allegare quid sit.
- 12 Iudices super fatto prius informandi, quia ex fa-  
cto ius oritur.
- 13 Aduocato licet mentem, & sensum legitantur  
allegare.
- 14 Iudices quandoque per rationem parum, aut nibil  
ad causam facientem, mouentur: propterea le-  
uiora motiva allegantur.

**N**ot. primo, quod facta publicatione in repul-  
sa repulsa, & omnibus aliis actis, taliter  
quod nihil restet agendum, infra quatuor  
dies à die publicationis, debet fieri conclu-  
sio in causa. Hoc per Regiam pragma, cursu dilata-  
tionum, sub titu. Ord. iudi, aliter est statutum, quia  
facta publicatione in repulsa repulsa, statuantur qua-  
tuor dies viles ad producendum scripturas, & cau-  
telas contra quas si aliquid est probandum, datur ter-  
minus arbitrio iudicis, & casu quo repulsa, aut repul-  
sa repulsa non est peccata, terminus ad producendum  
scripturas currit a die primæ publicationis facta in te-  
stib. examinatis in causa principali, quo termino elap-  
so, causa habetur pro conclusa. Sed in practica, ut di-  
xi in Rit. præcedentem non multum attendimus d. prag.  
circa terminos ibi statutos, & conclusiones quæ fiunt  
in causis non intelliguntur facta, nisi per decretum in  
dicis fiant, sicque fieri per decreta specialia seruant  
omnes Curia Regni, in tantum quod t̄ licet dicatur,  
quod in causis summarij ( vt sunt omnes causæ hu-  
ijs Regni per capitu, detestantes, infra in Rit. 288.) non requiritur conclusio per clement. l. & quia.  
de verborum significâ, vt firmat Ioan. And. in additio.  
Specu. de renuncia, & conclu. in princ. Affi. deci-  
sio. 272. nume. 4. Marant. in pract. parte. 4. distinc. 9.  
nume. 23. & parte 6. Actu. 15. nume. 9. in noui. ta-  
men ex communī obseruantia, consuetudine, & sty-  
lo fiunt conclusiones in causis; t̄ fateor tamen quod  
cum conclusio non sit de substantia, sed potius ex cō-  
suetudine, omessa, non vitiat processum, ut dicunt  
Abb. & Felyx, in cap. cum I. & A. de re iudi, & Car-  
dina. in d. clemen. l. & quia, vbi etiam in iudi-  
ciis ordinariis id dicunt procedere, & sequitur Ma-  
rant in proxime citâ, loc. sicut etiam diximus in pu-  
blicationis omissione supra Rit. 72. quæstio, tertia, t̄  
Est autē conclusio de qua loquimur, reputatio quæ  
fit omnibus aliis probationibus, ut probat tex. in capi-  
tu. pastoralis. de causa poss. de procura. cap auditio,  
& firmat gloss. in cap. cum dilectus. in versic. conclu-  
sum, de fide instrumento, in tantum, quod dicitur claus-  
dere os partibus, dict. capitu, auditio, ne dum ad ex-  
aminandum de novo, verum etiam ad repetendū alias  
examinatos, ut dicit Capi. decision. 35. in fin. & refe-  
rendo sequitur Gramma. decisio. 28. nume. 61. ¶ t̄ Se-  
cundo not, ibi detur terminus, quod facta conclusio-  
ne, debet dari terminus dierum quindecim, vel plu-  
riū arbitrio iudicis, attenta natura causæ, ad pro-  
ducendum in causa allegationes iurium, pro quo ha-  
bes text. in Authen. iubemus. C. de iudi. ratio est se-  
cundum Bal. ibi, in primo nota. quia per allegationes  
animus iudicantis ad cognoscendam iuris veritatem  
aduocatur & informatur, & ideo text. in leg. iudicis.  
eodem titulo dicit quod interest litigantium dare  
istas allegationes in scriptis, & illud in tantum est ve-  
rum, quod minor restituitur ad allegandum, l. minor,  
25. annorum omisam, scilicet de minorib⁹, t̄ & ex hoc Ri-  
tu. collige quod etiam post conclusionem causæ pos-  
sunt fieri iurium allegationes, contra hoc est gloss. in  
dicto capitu. dilectus, de fide instrumento. quæ dicit  
quod Conclusio est renunciatio allegationum, &  
omnium probationum, quod ibi firmat clariss. lnn.  
no. nu. 1. dicens, quod nec in tacto, nec in iure que-  
quam

quam dici potest, quid dicendum? Bal. in auth. jube mus. versi. item adde. num. 8. C. de iudi. dicit quod allegationes iuriū simpliciter quo ad iudicem etiam post conclusionem causæ fieri possunt per text. in. le. quamvis indubitate. C. de aduōte. c. cum Iohannes eremita. de fide instrum. & in Auth. vt cum de appella. cognitio. in prin. Allegationes vero vt transcant in acta iudicaria, & in eis connumerentur, & præsententur iuxta cap. dudum. lo. 1. de electio. & ea quæ firmat Spec. de disputa. S. porro. nu. 1. post conclusionem fieri non possunt, vt dicebat gloss. & Innocen. Huic tamen distinctione, obstat tex. iustius Rit. in illis verbis, quod producent in causa allegationes per quæ videtur loqui in allegationibus faciens, vt transcant in acta causæ, sed potest responderi. quod licet dicat illa verba de productione, tamen non aperit, si loquitur de productione facienda poenes acta: & ideo cum generaliter loquatur debemus intelligere de allegationibus producendis in causa quo ad iudicem, quia quo ad acta intelligi non potest ex quo conclusa causa scripturæ non recipiuntur. d.c. cum dilectus, vt infra latius dico in Rit. 235. Dispositio istius ritus seruatur in aliquibus curiis, & in eis vidi peti, & concedi terminum ad allegandum in iure etiam post conclusum in causa. In Magna Curia, & Audientia principatus citra, non vidi peti talem terminum in scriptis, sed oretenus per aduocatos, & concedi. Ego tamen semel in audiencia præfata peti in scriptis, & fuit mihi datus quatuor dierum: scias tamen quo ad id quod diximus de dictis allegationibus in actis præsentandis quod ex maiori omnium curiarum obseruantia practicatur allegationes dari ad manicam iudicis, immo rogari, quod parti aduersæ non notificet, qui si alias ageret probris dignus censendus esset, & non sine infamia euaderet licet in aliquibus temis in quibus ignorantia plurimum potest, quam iura, allegationes in actis præsententur, vt vidi in multis processibus causarum appellatarum ad Magnam Curiam, & Regiam Audientiam Principatus citra. ¶ Tertio not. ibi quo termino clapo, quod finito termino dato ad allegandum in iure, siue denuntur allegationes, siue non, iudex debet procedere ad expeditionem causæ: quam brevius fieri potest iuxta naturam causæ t' intellige supplendo quod ab aduocatis est omissum, vel minus dictum in iure, pertinet. C. vt quæ deflunt aduo. iudex supple. & c. bone. lo 1. de postulante. debet. n. iudex allegatis per ambas partes respondere, & pro vtraque parte plenius allegare, & alia iura inducere, vt dicit Spec. de disputa. & allega. S. latis. num. 2. & ordine rerum plena inquisitione discutere, replicando, & arguendo, ac inducendo ad similia, & ad inconveniens, vt dicit gloss. in l. 1. in fin. C. vt quæ deflunt aduo. donec ad rei veritatem perueniat: vt dicit tex. in c. iudicantem. circa fin. 30. quest. 5. & ideo male faciunt aliqui iudices, qui cum aduo cati informant, silent, ac si in vtrâque aurem dormirent. Sed vereor quod eorum nimia ignorantia, taciturnitas sit causa: & licet aliquibus aduocatis hoc placeat, quia si in causa non dubitetur, est bonum signum: mibi nunquam placuit, ex quo si nihil replicaret, etiam nihil intellexerunt: t' & ideo semper opriui quæ iudex faceret dubia, & motiva in causis. Item potest etiam in facto supplere si tamen illud sibi vt iudici non sum est secundum Gloss. in d.l.j. & Spe. in loco præallegato. num. 3. in fin. vbi ita intelligit. age cum Gemianio. C. de transact. & l. 1. apud quem. C. de eden. & hoc facere potest nedum iudex ordinarius, verum est delegatus, licet aliqui contra dixissent, secundū Spec. ibidem ver. sed quis. num. 8. & propterea etiam arbitri secundum eum num. 6. perl. Pomponius. S. recepis se. ff. de arbi. t' & quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum. leg. 1. ff. de arbi. & l. rem non nouam. C. de iud. & tam ante item contestatam quam post argum. Iudicunque. ff. de interrog. actio. ca. iudicantem. 30. q.

5. &c. inter dilectos prope finem extra de fide instru & non solum potest supplere in iure & in facto. vt di- 9 xi, verum etiam ad id tenerur, t' quia illa dictio, ( vi) posita in Rubrica preallegata. C. vt quæ deflunt aduo. importat necessitatem secundum eundem Spe. num. 14. & pro hoc facit rubrica. ff. in ius voca. vt eant. C. vt digni. ordo serue. C. vt causæ post puber. adsit tutor. C. vt intra cert. tempus in authen. vt præpona. nomen Impera. extra vt lit. non contesta. & vt Eccle. benefi. illud tamen intelligo, vt suppleat in decisione causæ nam licet in iure, vel in facto aduocati omittant, iudex non propterea definet supplere, studendo in iure, & in facto, cum alias non posset sine conscientia periculo sententiare. Non autem intelligo, quod teneatur supplere in praesentia partium, vel aduocato rum, quia si id nolit, non cogitur t' & ita procedet quæ Spec. ibi dicit, q' non quicquid iudicii permititur, iuris necessitatibz subiicitur. l. non quicquid. ff. de iud. & l. 1. 11. C. quomodo & quando iudex. ¶ t' Vnum tamen mo neo aduocatos practicantes, q' cum allegare, secundū Spec. in tit. præalleg. S. 1. sit intentionem suam per probations in iudicium deductas ostendere, & eam postea iuribus assuerare. cap. aliorum. 9. q. 3. & c. conue 12 nior. ver. allegatur, 23. q. fi. t' prius informant iudices super facto: vt illud bene percipiant, & demum super iuribus, quia ex facto ius oritur. l. si ex plagis. S. in cli uo capitolino. iuncta Glo. in ver. in causa. ff. ad l. A qui liam, & non econuerso faciant. & prius leges allegent, cum factum penitus ignoretur, sicut quidam aduocati faciunt. Item & aliud moneo, q' raro leges allegent oretenus: quia vt dicit Spec. in titu. præallega. por 13. ro. num. 3. ver. in summa t' sufficit aduocato sensum, & mentem legis dicere: dicendo ita est, vel non est de iure, quia si iudex neciat, interrogabit eum vbi hoc in iure cauerit, & si non interrogauerit, & punctus esse dubius: poterit in scriptis allegare: & sic melius se informant, & ideo in ciuita Neapol. vbi sunt eximij aduocati, nunquam cum iudices informant, leges aliquas allegant: sed vel factum, aut iuris sensum, & postmodum scriptas allegationes mittunt. Item & tertio, moneo q' faciant sicut tradidit D. Ant. de Butr. in c. per tuas, qui fil. sine legi. & post cum Afflict. in con 14. stit. Regni. hacedictali q. 2. num. 3. t' quando habet bonam causam allegent motiva bona, & insufficien tia, & quæ minus faciunt ad causam, quia iudices quandoque mouentur ad sententiandum per ratione quæ parum, aut nihil facit: quia variz sunt hominum opinione. l. non cogendum. S. principaliter. ff. de arbi. & glo. in c. sicut, de consecratio. distin. 4. Salerni dic 5. Junij, 1559. Prosper Caravita.

## R I T V S LXXVI.



Tem quod quandocunque de sero proponeretur aliquæ causæ, siue fiscales, siue priuatum, in quibus requirentur disputationes, siue allegationes, quod transferantur in sequentem diem de mane.

**D**iximus supra Rit. 13. quod magna curia tribus vicibus in hebdomada de sero regit curiam pro tribunali per Dominum Regentem ipsius cum duobus iudicibus, sed quia multoties evenit, q' curia sedente, incidit aliquæ difficultates, quæ sic in promptu decidi, & terminari

G 2 non

# Domini Prospcri Carauita Ebolitani.

non possunt: quia requirunt magnam forte disputacionem, siue allegationem in facto forte, vel in iure; ne sit necesse expectari pro eis decidendis, donec alia regatur curia; ordinatus iste Ritus, quod quandocumque evenerit istud, tales questiones transferantur in sequentem diem de mane; Dispositio ista est in viridi obseruantia: verum iudices non dicunt sequentidie, nec de manu, sed solum extra bancam prouidebuntur, & quandoque prouisio transfertur in sequentem die, & quandoque in vteriorem, prout a partibus fuerit instatum. Nuper tamen per Illustrissimum Dominum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in suis nouissimis pragma. in \* pragm. 9. S. item vogliamo lo. de officio magistra. iusti. prouisum est quod si huiusmodi difficultates contigerint circa liquidationes instrumentorum, non differantur in vteriore diem, quam in sequentem, Salerni die 20. Iunij. 1559. Propter carauita.

## R I T V S L X X V I I .

 Tem quod cum datur terminus ad probandum, & pondum in ultimo die ipsius termini, vel sequenti ad plus, petatur terminus ad examinari faciendum pro parte astrictice, vel conuenta, si testes iurati non exanimati tunc essent: alias de cetero dictus terminus ad examinari faciendum, peti non potest, nec conceditur: quod obtinet locutam in causis principalibus, quam in appellacionibus. Qui terminus ad examinari faciendum in suprascripto termino, & tempore, peti potest, & conceditur in banca & extra bancam die feriata, vel non feriata de conscientia tamen duorum judicium.

## R I T V S L X X V I I I .

Item quod quolibet sero postquam ad vocati compleuerint propositiones eorum, audiuntur procuratores ad actus, per eos faciendo in causis,

**T**empore istorum Rituum, Magna curia non vobatur ordine, quo hodie vtitur; videlicet, circa expeditionem causarum morari in una aula Dominum Regentem cum iudicibus criminalibus, & in alia aula iudices ciuiles, vocando aduocatos ( qui foris sedent expectando) que libet in sua causa, cum eis opus est, & circa actus contumaciarum, & alios actus solitos fieri curia pro tribunali sedente, habere tribunal separatum in eodem palatio, vbi curia regitur, vt dixi supra Rit. 13. sed vt arbitror ( omni die de sero) regebat curiam pro tribunali, vocando contumaces, faciendo publicationes in causis, concedendo repulsas, faciendo conclusiones, & alijs occurrentia: & etiam expediendo processus, & audiendo aduocatos proponentes causas, adeoque confuse ista faciebat, & tractabat: quo stante, ordinatus iste Ritus, quod quolibet sero primo audiantur aduocati in propositionibus causarum, & eis completis, procuratores ad dictos actus per eos faciendo in causis, quia hi actus ad ipsos procuratores spectant: non autem ad aduocatos, vt dicit Rit. infra 100. vbi dixi, sed quia vt proxime dixi, & etiam dicam infra d. Rit. 100. hodie magna curia expeditiones causarum non tractat curia sedente pro tribunali, sequitur consequenter quod iste Ritus, non est necessarius obseruari, quia aduocati raro accedunt ad locum vbi curia regitur, sed ibi tantum astat omnes procuratores, qui pro his quae curia sedente contingunt, sunt latissimamente, & experit. Bene tamen iste Ritus, poterit obseruari, & practicari in curiis inferioribus regni, in quibus tribus vicibus in hebdomada regitur curia procontumacibus accusandis, & vocandis, & etiam expediendi causis, & ideo nongent hunc Rit. officiales inferioribus regni: qui curia sedente, expediunt processus, seu causas, & primo audiant aduocatos pro causis, demum eis completis, audiunt procuratores pro actibus per eos facientes, tam in defensionem eorum qui vocantur vti contumaces, quam in defensionem quarumcumque causarum pro actis faciendis in eis. Salerni die 21. Iulij. 1559. Prosper Carauita.

**Q**VONIAM supra in Rit. 69 in 3. not. dictum fuit quod testes producunt in causa debent iurare, & examinari infra terminum datum ad probandum, alias etiam iurati infra terminum eo transacto, non recipiuntur iste Rit. ponit ynam limitationem ad illum, qua est quod si in ultimo die termini, vel sequenti petetur terminus ad examinandum testes iuratos infra terminum, talis terminus conceditur tam actori, quam reo, alias postmodum ad pertendum dictum terminum non auditur petens, & hoc locum habet (vt hic dicitur) tam in causa principali appellacionis; item concedi potest in banca, & extra bancam; id est curia pro tribunal sedente, vel non, tamen die feriata, quam non, dummodo duo iudices ipsius hoc faciant. Dispositio istius Ritus non seruat ut quia testes iurati infra terminum examinantur extra terminum vt supra dixid. Rit. 69. adeo qd non est opus petere terminum ultima die, vel sequenti ad eos examinationum. video tamen multiores seruari quod aliqua partium infra terminum, et ultima die protestatur qd propter absentiam, vel infirmitatem iudicis, vel actus, vel alterius impedimenti, puta non nullorum diecum festiuorum, qui in termino inciderunt: non potuit examinare, propter quod protestatur quod terminus non currat, immo sibi prorogetur: solet ex causis praedictis, vel alijs, aut altera earum, prorogari terminus dictus ad examinandum est testes non iuratos infra primus terminum, & hoc sit ab uno iudice tamen die non feriata, & in magna Curia, & Regis audiencia principatus circa extra bancam, in aliis vero curiis inferioribus, vt plurimum sit, curia sedente, & aliquando etiam extra bancam: & ego Salerni cum ibi essem iudex, plurimes vro que modo seruapi; & quando non esset talis protestatio facta in termino, consuevit concedi secunda dilatio sine causa cognitione, vt d. Rit. dixi, in 1. questione, Salerni die 23. Iulij 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S L X X I X .

 Tem quod quandocunque partes principales actorum, & conuentorum citantur, & requiruntur tanquam legales, & scientes exinde melius veritatē: Respondeant super articulis exceptiōibus, & quibuscumq; aliis positionibus.

tangentibus proprium factum: responsiones ipsæ fiant statim per ipsas principales personas sine consilio procuratorum, & aduocatorum in secreto, & sub silentio coram iudicibus dictæ curiæ, vel eis, aut ei, quibus, seu cui causa est commissa, & responsiones ipsarum partium per eosdem iudices, seu cōmissarios in scriptis redigi mandatur. Quod habeat locum tam in causis ciuilibus, quam in criminalibus, tam principalius quam appellatioibus absque tamen periculo pœnae varietatis, & periurij.

## A D D I T I O.

2 Et periurij. Adde, q̄ ex hoc ritu probatur, principale impunè facti veritatem negare posse, iuxta tamē formam Rit. prag. quintadic. S. per verbum credo vel nō credo. Nec mirum, cūm nec ob comminationem excommunicationis veritatem reuelare teneatur, immo nec procuratores & aduocati, vt per Negusian. in Sylua nup. intelligendo sanè in foro fori, non in foro poli cum contempta religio Deum habeant vltorem. L. 2. C. de reb. credi. Imo iure ciuili, non solū non debet cuiquam negatio esse proficia, l. illud. S. pen. ff. de tribut. ac argu. s. ex eo de reg. iur. in 6. Sed nec debet esse impunita licentia mentiendi. l. fin. C. de calum. Vnde cōuentus noxal. ac. si negauerit suum esse feruum, de mendacio conuictus, præcisè tenetur, l. sed alio. S. si ab sens. ff. si ex noxal. cauſ. agat. cum negans in ea cauſa sit, vt insolidum conueniatur, l. de arate. S. qui tacuit. ff. de interr. ac. inficians lege aquilia tenetur in duplum. l. 2. ff ad laquil. l. inde nerarius. S. hac verba. ff. eod. lege contra negantem. C. codem. lege cum qui in principio. ff. de iure iurando. l. ea que, C. de condicione. indeb. S. fina. Institut. de ob. quæ ex quaſi contrac. naſ. Negans propriam scripturam vel numerationem, cōuictus cōdemnatur in duplū Aut. contra qui propriā, & in corpore vnde sumitur. C. de bon numer. pec. nifi iurando confiteatur, vt ibi dicitur, non tamē si estet scriptura publica, vt ibidem inquit gloss. Per responſiam autem prag. solitam per Comitem oliuarie die 31. Augusti 1598. fuit prouisum, q̄ negantes in iudicio apocas bāci, cambij, vel priuatas, vel earū subscriptio[n]es, vel publicorum notariorū, aut priuatarum personarum, conuicti ac condemnati sol. pro pœna respōſorio fisco, pro singulis ducatis, cētū, ducatos decē, pro apocis; l. bāci, et cambij, pro scripturis verò priuatas ducatos quinque. Inficians legatum factum piis locis tenetur ad duplū. S. fin. Institut. de obliga. quæ ex quaſi contract. naſ. S. fin. Institut. de fideicom. her. Et quæ per inficiationem crescunt ēt ab ignorantie, indebetē soluta, non repetuntur, dict. l. ea quæ, C. de condicione. & dict. S. fin. Me ntiens se patrem fam. insolidū tenet. l. 4. S. interdum. ff. quod cum eo qui &c. & si facere non possit conuenit ob mendacium. l. eum qui. eod. tir. l. q. cūm se. ff. de re iud. l. 1. C. ad Macedon. totorit. C. si maiorse min. dix. Negans numerationem, non potest postea probare solutionem. S. si quis aut. de trien. & semis, Negans res esse eius cuius dicebat auctor, si postea confiteatur, & alleget pignus vel aliam exceptionem, prius rei, possessione priuabitur, deinde audietur. S. illud lo 2. eod. tit. Negans se possidere, si conuincitur amittit possessionem. l. fin. vbi gloss. ff. de rei vindic. Negans se habere tuorem punitur l. q. d. enim. ff. de dolo. l. quicunque. S. fin. cum glof. ff. de public. in rem ac. Negans se focium, non potest præten-

dere, vt non teneatur nisi in quantum facere potest. l. finus. S. fina. pro socio. l. sed hoc ita. ff. de re iud. Inficiantibus fideiūfforibus, auxilium diuisionis non est indulgendum. l. si dubitet. S. itadem. ff. de fideiūffor. Inficiatio autem reuocari potest ante litem contastat, vel post si actas inficiant ea sit, vt ignosci ūbi debeat. l. elutio. S. neque. ff. de noxal. ac. C. P.

## S U M M A R I V M.

- 1 Differentia quæ se inter positiones, & articulos.
- Aliquando confunduntur, ibidem.
- 2 Principales examinandi in quibus casibus articulis, seu positionibus alienum factum continentibus respondere non tenentur.
- 3 Principales examinandi super articulis, num cum aduocati, vel procuratoris consilio deponant, vel non?
- 4 Principali si multum simplex eſet, & facile in respondendo deciperetur: nunquid pro eo respondeat eius aduocatus.
- 5 Uniuersitas, infans, demens, furiosus, & minor per alium respondere possunt.
- 6 Responsiones principalium in fine cuiusque articuli in scriptis redigenda.
- 7 Principales deponentes in ciuilibus, & criminalibus quando pœnam varietatis, & periurij incurvant.
- 8 Pœna appellatio corporalem continet.
- 9 Principales examinandi, an petere possint articulorum copiam, ante & post eorum examen?
- 10 Dicens se super impertinentibus examinatum audiatur.
- 11 Copia articulorum in sacro Regio consilio ante causæ publicationem, non datur.
- 12 Stylus sacri Regij consiliū in Regno pro lege servandus.
- 13 Iudices id tantum agent, vt res sine suspitione agatur.
- 14 Tortura non infertur principali ratione varietatis, secus in teste.

**N** Ot. primo ex hoc Ritu. quod quandoque principales litigantes sunt requisiiti, ad seipſos examinandū, tanquam principales melius scientes veritatem, tenentur respondere, videlicet reus articulis actoris, & actor exceptionibus rei prout dixi ibi supra Rit. 70. in prin. ponendo differentiam inter articulos, & exceptiones: & quia vltra articulos, & exceptiones reperiuntur etiam positiones, dicitur in hoc text. quod etiam positionibus tenentur respondere. ¶ Dicitur autem positio ab articulo secundum gloss. in capitu. primo, in versi. ita utimus, in fin. versi. de confessio. in sexto, quia qui ponit fateri videtur: is vero qui articulat, non fateretur vt dicit Ioan. Andr. in capi. fina. de iure iuran. in sexto. Anto. de Butr. in cap. quoniā contra, colum. prima. de proba. & Alex. consil. 80. ver. præterea num. 10. volum. 2. item & in alio secundum Bald. in cap. per tuas, extra de testi. & attest. G 3 quia

# Domini Prosperi Carauta Eboltani

quia articuli sunt illi super quibus sunt examinandi testes, & positiones super quibus sunt examinandi principales licet ex communis vnu loquendi, confusa sunt ista nomina de articulis, & exceptionibus. vt d. Rit. 70. diximus, & etiam de positionibus, eo quia in articulis & exceptionibus communiter dicimus item excipiendo & pone, & vole prouare: & quando non est opus, dicere excipiendo: dicitur solum item pone, & vole prouare, adeo quod non est dare hodie pro vero quod in articulis quis non dicatur fari, vt supra dicebamus. ¶ Secundo Not. ibi tangentibus propriū factum a contrario lentiū iustius Rit. quod principales examinandi non tenentur respondere articulis, seu positionibus contingentes factum alienante ad idem tex. in I. fin. ff pro suo, & Ioan. And. in cā. 1. de confess. in 6. & ratione probatur, quia postquam sunt examinandi eo quod utrī principales presumuntur metius informati de veritate, vt hic dicitur in facto alieno talis presumptio cessat, nisi esset tale factum alienum, in quo deliberando, posit dare certam opin. & responsonem: quoniam tunc daretur sibi terminus ad deliberandum, & cogitetur respondere vt dicit Bald. in I. 2. S. quod obseruari. nra. 16. C. de iura. calum. per not. in leg. qui interrogati. ff. de interrog. actio. & hic est unus casus in quo principalis non tenetur respondere. ¶ Secundus casus est, quando articulus esset duplex, ut solent multoties aliquis facere, ad finem potius inuoluendi principalem secundum Spec. in titu. depositio. S. videndum. num. 1. & Bal. ibid. ver. item sunt. num. 20. per glo. in cap. 2. in vers. absque rationabili de conse. in 6. Tertius casus est quando esset capitulos, vel multiplex, seu non simplex. secundum glo. d. c. 2. Spe. vbi supra. num. 21. & pragm. quinta die, in princ. lib. titu. de ord. iudi. Quarto non tenetur principalis respondere. cum articulus est ignis, vt puta, & potuit, vel non potuit facere testementum, secundum eand. Glo. in d. c. Spe. in tit. præallega. S. 7. nume. 29. & Bald. in d. S. quod obseruari. nu. 17. allegat tex. in I. ornamenti. ff. de aur. & arg. leg. & habes expreßum. in d. pragm. 5. die. Quinto non est respondendum articulo incerto, vel generali, vt dicit glo. in d. cap. Spec. vbi supra. num. 29. & Bald. in d. S. nu. 13. per rationem quam allegat. Sextus casus est, cum articulus depēdet, ab alio negaro, secundum Glo. ibid. circa princ. Bal. in I. 1. C. de consef. & d. S. quod obseruari. nu. 15. ratio est ut ipse dicit. ibid. & Spe in loc. præalleg. nu. 34. vers. 5. quia quodammodo dicitur esse responsum. Septimus casus est: cum articulus poneret aliquam negatiuam que probari non potest, vt dicit glo. 20. cap. fi. in vers. negatiuam, & Bald. in allegato. S. num. 18. quia si esset negativa probabilis, tunc bene teneretur respondere per tex. d. c. fi. qui hoc expreſſe decidit. Octauo non tenetur quis respondere articulo criminoso, vt dicit. Inno. in c. dudum. de electio. Specu in tiru. depositio. S. septimo videndum. ver. 10. nume. 40. & Bald. in d. S. quod obseruari. num. 23. nisi in certis casibus quo latere ponit idem Specu ibid. & insuper in aliis quam pluribus casibus non obligatur principalis respondere quo Specu. in præalleg. loc. lausimne ponit, & Barbin. 3. manifeste. ff. de iur. iuram. ¶ Tertio not. ibi sine consi. quod principales examinandi super articulis, debent deponere sine consi. aducati, & procuratoriis sub silentio, & secreto coram iudice, ve eo cui cœla commissa esset, statim, id est sine reportis intervallo, vt dicatur Regia prag. quinta die, de ord. iud. quæ idem disponit, sed de iure communis, & constitutis. Regni aliter statutum erat, & principalis examinandus poterat petere tempus ad respondendum habito consilio cum aduocato, vt dicitur. in Lui postulauerit. S. quæst. ff. de adulter. & in constiu. Regni partes vbi hoc not. Affict. in 2. nota. num. 8. immo secundum Bart. in d. S. quæstione aduocatus debebat esse præsens in examinante sui principalis, & quando clientulus esset mulcū

a simplex, qui posset decipi in respondendo, & posset etiā aduocatus pro eo respondere: si iudex velle, vt dicit. Host. & ino. in cap. dilecti, de iudi. & Abb. in c. pastōralis; eo. tit. l. ser. & Affict. in d. constituti. partes. In prædicta seruamus, hunc Rit. & d. prag. quæ expreſſe tollunt præfata, & sine consi. procu. & ad vocati. examinantur principales, per leplos, vt hic dicitur, adeo quod cessat, quod de response facienda per aduocatum concedebatur aliquando, & itatim absque temporis intervallo, in tantum quod non potest petere terminum ad consulendum aduocatum, & ita quod dicitur. ¶ Seruatur: t limita hunc Rit. in univeritate, que potest per alium respondere, licet non per aduocatum, vt dicunt Gloss. & Abb. in d. c. pastōralis. & Affict. in proxime citate loc. Secundo limita in infante, demente, aut furioso, qui non poterunt etiam per eorum tutores, & curatores respondere: quia quod vident, ignorant per ea quæ in familiis in instrumento veritatis nota. Bas. in I. 2. S. quod obseruari. num. 10. & 1. C. de iura. calum. \* & firmat in specie Rebuff. in tracta. de respon. per credit. in princ. nume. 7. Tertio limita in minore qui licet possit respondere, per verbum, credit, vel non credit, tamen id debet facere cum autoritate tutoris, aut curatoris, vt dicit. Bart. in I. certum. S. in pupillio. nume. 2. aff. de consef. \* & Rebuff. loco. præalleg. t Quarto. 6. note. ibi & responses, quod responses principaliū super articulis debent inscriptis redigi ( & vt dicit Rit. 70.) in fine vniuersitatisq. articuli, licet dodie, aliter seruerur, vt ibi dixi. in 4. nota. ¶ Quinto nota. ibi, quod habeat, quod dispositio istius Rit. vendicat sibi locum in carnis. cibis, & criminalibus in prima & secunda instantia. ¶ Sexto not. in fin. Rit. ibi absq. tam quod principales deponentes super articulis & positionibus in cibis, & criminalibus non accidunt periculum penitentiaris, & perirur. Inteligendo, quo ad poenam ordinariam perirur statuta per constituti. Regn. eos, quæ est poena manus, vt dicit. I. de Amici. conf. 109. num. 27. in fin. non autem quo ad extraordinariam, quia ex quo perirur offenditur; etiam diuina maiestas. I. 1. C. de reb. cred. obtrale contemptum poterit principalis extra ordinem puniri. Nec obstar dispositio istius Rit. t quia appellatio pena de corporali intellegitur, vt dicit Abb. in cap. inter alia. col. 2. versi. ex hoc de immu. eccl. & Card. in c. 1. 2. S. 1. de hære. & quod pro isto perirur in contemptu diuinæ Maiestatis possit pena extraordinaria imponi allegatur cotimunt ut Ange. in auth. Sceni. non solū in princ. & alij nonnulli quos citat Affict. in d. constituti. eos in rub. & in cap. 1. S. fi. in 4. no. q. 1. de consue. rect. feud. vbi hanc Rit. ita intellegit, vt latius dixi in prag. filiorum fa. S. fi. nu. 5. tit. de Sena. cōsul. Maced. vñibū. Rit. allegauit, & taliter intellexi licet Cauens. hic aliter tentire videatur, & male, per præfata. vt etiam nouissime, & post hæc scripta reperi. tenere. Petr. Foller. in pract. cœnitu. in ver. Nicolaus. nu. 86. circa finem quamvis non loquatur in specie de principali. Aduerte tibi, & si ita iuris esse affirmem per ea quæ superius dixi. in pract. non seruatur, nec aliquis principalis extra ordinem punitur: credo per hanc Rit. qui generaliter loquitur.

## A D D I T I O.

a In respondendo. Vide omnino Spec. tit. de positionibus. S. tertio, & Bal. in Lcūm. & iudices. C. de iure iurā. prop. calum. Vbi voluit & si clientulus est nimis simplex aduocatus potest ei assilere, ne decipiatur instruendo eum de iure non de facto. Imo & in testibus. potest idem fieri per aduocatum & per ipsam met par tem, secundum Eclīnum post eundem Bal. in ca. licet causam. num. 30. extra de probat. C. P.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 52

¶ Quarto primo in hoc Rit. de vna q.sup qua  
a consuelui non sunt multi dies nūquid principales exa-  
minandi poserunt petere copiam articulorum, tā ante  
corum examen, quam postea? Spec. in tit. detest. S.  
aut videndum.nu. 3.ver. siue igitur, & nu. 10.ver. ho-  
rum etiam dicit, q si iudex vult, potest hanc copiam  
dare ad finem cognoscendi pertinentes, & impertine-  
tes, ne super impertinentibus testes recipientur, cōtra  
tex. c. cum causam de prob. † verū si non vult con-  
cedere, non noce t, sed auditur contra dicens, quidixit  
etiam in natum super impertinentibus, quod etiā fir-  
mat Inn. in c. per tuas.nu. 1. & ibidem Bald. \* Abb. nu.  
2.ver. sed quāro. & Fely. nu. 2.ver. vltierius in quantū,  
de testib. & artefa, non tamē aperient quo tempore  
hac copia dari possit. Et ideo Bal. i. 1. 2. 3. not. nu 6.ver.  
deinde iudex. C. vt lit. p̄eāden. dicit, q post quam su-  
per eis fuerint examinati principales: danda est ista  
copia, nisi denegassent velle deponere, qm̄ tunc ratio-  
ne contumacia etiam, q post modum respondissent,  
non esset danda, dicens ita communiter practicari,  
& ipsum sequitur Luc. de penn. in l. in sacrīs. la 3. col.  
3.ver. 2.ex quo. ibi econtra. C. de proxī. sacra scri. lib.  
12. qui dicit ita seruari, & quod post principaliū ex-  
amen, bene datur copia ad hoc vt possint formari inter-  
rogatoria testibus examinandis super eis; verū se-  
cundum eum in Magna Curia etiam ante responsio-  
nem, principalium datur copia articulorum seu posi-  
tionum, quibus nedum responderetur cum consilio ad-  
vocati, immo redduntur postea ipsa positiones cum  
responsione formata in singulis. supradictam opin. vi-  
detur sentire Affl. deci. 33. nu. 3. à contrario sensu, dum  
dicit, quod in sacro regio consil. non datur t copia ar-  
ticulorum ante publicationem cause, & eam firmat  
explicie Maran. iu. pract. parte. 6. Actu. 4. nu. 19. in no-  
uis. Dicens etiam caueri per regiam pragma. 8. incip.  
quinta die sub tit. de ord. iud. Quid dicendum? ego fa-  
zeor, quod de iure communi questio ista nullam ha-  
bet difficultatem, quia non est recedendum ab opin.  
tiorum patrum quę fatis bene per eos in iure funda-  
tur, sed in hoc Regno non seruatur, in tantum, q  
quereret de hoc, videretur potius ridiculum, quam mo-  
menti, & nulla curia reperitur in qua copia articulo-  
rum detur t imitando sacram Regium consiliū cuius  
slylus pro lege seruatur in Regno, vt dicit Affl. decis.  
¶ 135. nu. 3. & decis. 88. in fin. \* & in const. præsentī lege  
4. nor. circa fi. ratio istius generalis obseruantia, credo  
ortum habuit, quia vt supra diximus, de iure commu-  
ni, iudex non cogebatur ad dandam copiam articulo-  
rum, sed solum in eius arbitrio cōsistebat, sed quia ho-  
minum excrescente malitia, cognitum fortè fuit ab  
omnibus iudicibus, quòd dari istam copiam, posset  
incentiu[m] præbere delinquendi, & litigantes ad in-  
structiones falsitatum armare, res ipsa abiit in desue-  
tudinem, & summa cum ratione, quia iudices id age-  
re debent, vt sine suspicione t res agātur. l. 1. C. vbi pu-  
pili.educa. debe, immo omnes suspiciones potius re-  
pellere, quām inducere. cap. oues. 6. q. 1. quia, & peri-  
undi occasions etiam tolli debent. S. sed nedum tol-  
li. iostirut. bonorum raptor. tanto magis quia malitiis  
hominum non est indulgendum vulga. l. fundo. ff. de  
rei ven. cum fatis certo appareat, q fraudes melius re-  
monētur, si fraudandi facultas admittitur. l. facultas. C.  
de fabrice. lib. 11. & per consequens si copia articulo-  
rum facta publicatione detur, & non ante. Sed dicit,  
quis quonodo respondebis dictæ pragm. dico, quod  
illa pragm. non loquitur de copia articulorum vnius  
partis danda alteri parti, sed verus intellectus ipsius  
est, quod mihi detur copia articulorum meorum cum  
responsionibus factis super eis per te, & tibi copia tuo  
rum cum responsionibus factis per me, & quod ita in-  
telligatur, paret ex ratione quam pragm. ipsa adducit,  
cum dicit, ideo dandam copiam articulorum cum re-  
sponsionibus, vt videant partes à quibus releuentur

ab onere probandi, quæ ratio non bene congrueret.  
intelligendo, quod mihi detur copia tuorum articu-  
lorum cum responsionibus factis per me, quia per hoc  
non possem scire quos articulos meos acceperasti, &  
ideo relevat sim ab onere probandi. Et si dices, quid  
opus est, quod detur mihi copia articulorum, quos  
ego produxi, responde: ut quod tempore istorum Rit.  
& d. pragm. responsiones scribebantur in calce vnius  
cuiusque articuli, vt dixi supra Rit. 70. in 4. nota, &  
supra in 4. nota, proptei quod non poterat mihi dari co-  
pia responsionum, nisi daretur etiam articulorum, &  
ideo, quia hodie responsiones non sunt in calce arti-  
culorum: sed id vno folio separato, vt in d. Rit. dixi vi-  
demus, quod non petitur copia propriorum articulo-  
rum: sed tantum depositionis principalis ad finem  
prefatum videndi à quibus relevatur petens ab onere  
probandi. & ita, in quest. facti proximis diebus con-  
suevi, licet durum videretur magnifico Iacobo Antonio  
de Fulgione terræ Eboli, quod bene nota, quia poterit  
quotidie euenire. \* Secundo quāro, t cum in hoc Ri-  
tu, in fine dicatur, quod principalis non incurrit po-  
nam varie tatis, quæ nam esset ista pena? dic quod  
esset tortura quæ testi vario insertur, vt dicit tex. in l. ex  
libero. & lege vnius. S. testes, iuncta glos. v. trobique. ff.  
de quaſio. Bartol. in l. 1. S. quicquid questionem. ff. eodem  
Bal. in l. milites, num. 5. C. eodem titu. & in l. 3. in prin.,  
vbi etiam Salyce. C. de adulte. & plenē Brunus, in tra-  
cta. de indi. 14. prin. nume. 12. ver. sed quāro. adeo, qd̄  
sensus istius Ritus in dictis verbis erit, quod principali-  
bus varius non torquetur, nec etiam punitur per peri-  
jurij, & quod non torquatur principalis varius dixit  
etiam Iser, ante hunc Ritum in constitu. si damnata clā-  
destina. col. 11. Bene tamen verum est, quod si principi-  
bus fuit examinatus, vt principalis quoad se tanquam  
testis quoad alios prout communiter peractuarios fie-  
ri solet, & in eo, quod respicit socios est varius vel cō-  
uincitur per alios testes, quod occultat veritatem tor-  
quetur per nota, per Docto. in locis præalleg. quia tūc  
dicetur torqueri in alios vti testis, & non tanquam  
principalis quod nota. Salerni die 26. Iulij. 1559. Prof-  
per Carauta.

## A D D I T I O N E

- 2 Loquitur. Imò etiam ex dispositione iuris civilis in l.  
2. C. de reb. credit. & iure iur. His verbis Iuris iurandi  
contempta religio Deum vltorem habet: periculum  
autem corporis, vel maiestatis crimen secundum cō-  
stituta diuorum parentum meorum, & si per princi-  
pis venerationem quodam calore fuerit peioratum,  
infernī non placet. C. P.

## R I T U S LXXX.



Tem seruat ipsa Curia: quod  
(sicut de iure communi)  
vbi debet fieri aliquis actus  
vno die qui reperitur esse fe-  
stiūs, seu feriatus, tunc se-  
quenti die iuridico fit ille a-  
ctus, & dicitur pro eo, quod tali die non po-  
tuit fieri per tale festum, quibus diebus cu-  
ria ipsa recta non fuit.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cōtumacia accusanda si incidat in diem feriatam:  
differtur in primum diem iuridicum.  
2 Citatio expreſſe pro die dominico posita, non dif-  
fertur, sed non valebit.

# Domini Prospere Carautae Ebolitanæ

- 3. *Actus faciendus die feriata, differendus in non feriatam, excipitur quando periculum est in mora, & num. 4. 5. 6. 7.*
- 4. *Contra insignes latrones etiam diebus feriatis proceditur.*
- 5. *Consuetudo, hominum memoriam in contrarium non habens, vim statui, ac priuilegij haberet.*
- 6. *Feria de iure diuino inducit.*
- 7. *Ius diuinum non tollitur; limitatur tamen, distinguatur, & interpretatur.*
- 8. *Dilationum materia est amputanda.*

**D**ispositio istius Rit. est in viridi obseruantia in hoc regno: & idem, quod hic disponitur infra in Rit. 226. in fina. ver. & si vis ponere catum ad hunc Ritum, vide alium intra 224. ¶ tibi hoc idem statuitur exemplificando in contumacia contra aliquem accusanda, que incidit in diem festuum, quod differatur, & acculetur primo die iuridico sequenti faciendo mentionem, qualiter talis die non fuit recta curia propter tale festum, ut hic, & ibi dicitur, & scribit Bar. in tract. de Rit iudicio, in princ. versic. item quod, & Alfi. in rubr. constit, si quoniam nostrorum. nu. 6. ver. tertia conclusio, licet hunc R. t. non alleget, sed Apostill. ad Bart. in d. tracta, in littera, u. & Mabliue. in pract. de adorna. num. 6. & not, ibi sicut de iure communi, quod Rit. ille concordat cum dispositione iuri communis, vt patet ex tex. l. dies ibi differatur. C. de fer. in intelligendo tamen secundum Bart, in l. ex quacunque. S. fina. num. 3. ff. si quis in ius vocatus non ier. Bal. in d. l. dies. num. 6. & communiter Doct. quotiescumque dies illa feriata non fuit expressa in citatione, quia in ea fuit dictum quod compareret octaua, vel sexta die post intimationem, & post modum illa dies octaua incidit in diem feriata; t. secus si fuisse expresse posita, dicendo qd die dominico compareret, quoniam tunc non solum differetur: sed citatio ipsa non valeret. d. l. ex quacunque, in fi. licet Iuno, in c. conquestus. nu. 1. in fi. de fer. dixit etiam hoc casu debere die sequenti comparere, quod Pstr. & Bald. in d. l. dies. non placet, verum tamen est, quod si dies dominica expresse posita in citatione non esset apposita modo praesato, sed alio, ut quia diceretur in ea qd compareat vsque ad diem dominicam: tunc secus est, & illa dictio vsque staret exclusiue, & ideo debetante copare: alias est contumax, si die sequenti post dominicam compareret. vt dicit Barto. in d. l. ex quacunque, num. 4. Hostien. in c. expoluit; de dilatio. Bal. in d. Marg. & Marant. in pract. parte 6. membro. 1. num. 120. in nouis. ratio autem quare in primo casu differtur in sequentem diem est, quia quotiescumq; octaua, vel sexta dies assignata est feriata; intercalatur, & occultatur; taliter, quod illa dies non reputatur pro ultima, sed illa qd post ipsam sequitur si iuridica erit vt dicit Bald. in sua Margari. in ver. citatus ad diem feriatum. ¶ t. Hunc Rit. volenter, quod actus fiendi die feriata, differantur in diem non feriatam, limita primo non procedere in actibus in quibus periculum esset in mora: vtputa, quod est capiēdus d. bitor fugitiuus, quoniam tunc non differuntur, sed eodemmet die tractantur per tex. n. l. de pupillo. S. si quis r. uos. ff. de no. ope nunc. l. 1. S. sed excipiuntur, & in l. 2. & 3. ff. de fer. firmat late Iaso. in d. l. 1. S. 1. columna fin. & Marant. in pract. parte 4. distinct. 16. num. 92.

4. ¶ Secundo limita, in causis insignium latronum, in quibus etiam diebus feriatis ad honorem Dei proceditur, vt non differatur: vt dicit tex. in l. prouinciarū. C. de fer. & Marant. loco præalleg. numero nonagesimo primo, in fine.

¶ Tertio limita, secundum Marant. ibidem

- numero 87. in curiis nundinarum in quibus omnibus diebus feriatis etiam ad honorem Dei proceditur in causis omnibus emergentibus ex antiquissima consuetudine, t. quæ, quia non habet memoriam in contraria, t. quæ, quia non habet vim statuti, & priuilegij. l. hoc iure. S. datus aquæ. ff. de aqua quotidiana, & aestiuua, & late Ab. in cap. super quibuidam, de verborum signific. t. licet feriae sint de iure diuino. vt pater in præceptis decalogi. Sabbathi sanctifices, & propterea tolli non possint de iure ciuili. l. fi. vbi not. Glo. & Doct. C. si contra ius, vel utri. publi. tamen, vt Glo. & Doct. ibidem dicunt, & Felyn in cap. quæ in ecclesiastarum, col. 2. de const. t. potest ius ipsum diuinum limitari, distinguiri, & interpretari, vt in specie, in materia feriarum, dicit Bal. consil. 166. in fin. volumine 5. & propriea, quod feriae inducunt in honorem Dei, in aliquibus casibus non seruentur; prout videmus expressum, in d. l. 1. 2. & 3. ff. de fer. & d. l. prouinciarum,
- ¶ Quarto limita, secundum Bald. in pract. de citatio. q. 9. versic. fecus autem, fol. 13. non procedere in dilatione data ad aliquid probandum, producendum, vel faciendum: quoniam tunc si ultima die contigerit testum, non potest die sequenti fieri actus; t. quia dilationum materia est amputanda, vt dixi supra Rit. 69. & licet in hoc habeamus Rit. infra 219. contrarium disponentem, tamen in pract. non seruantur, vt ibi etiam dicam latius, Salerni die 27. Iulij. 1559 Prosper Cara.

## A D D I T I O .

2. In contrarium. Adde quæsta verba, quæ quotidie in positionibus, & exceptionibus ad probandum immemorialem, ponuntur, videlicet, qd non extat memoria in contrarium, sunt imprædicta, nec sunt verba iustis consultorum, qui ita locuti fuerunt, Nec memoria extare quando facta esset, vel quorum memoriam vestigias excedit, ita Paul. in l. in summa. S. 1. & S. Cassi. ff. de aqua pluu. arcen. Cuius origo memoria in excesserit Vlpian. in l. 3. S. ductus aquæ, ff. de aqua. quot. & aestiu. Cum nemo sit eorum qui metinerit, quibus consilibus id viderit Labeo, in l. si arbiter. ff. de probat. hec autem verba leguntur infra ritu 97. in fine. C. P.

## S V M M A R I V M .

 Tem seruat ipsa Curia, ante publicationem dare terminum de exceptionibus, & articulis, & hoc postquam oblati sunt articuli, & exceptiones, & non ante, sed post publicationem, datur de omnibus, etiam de instrumentis cum die, & consule. De responsionibus autem dic, vt in quadam alia obseruantia huius curiæ que est hic.

**N**ot. ex hoc Rit. quod antequam fiat publicatio in causa, & post quam oblati sunt articuli, datur terminus de exceptionibus, & articulis, verum non dicitur, ad quem finem: propter quod iste Rit. est aliquatenus difficilis, ideo, quod iste terminus datur ad impugnandum articulos, & videndum si sunt admittendi, vel ne: ad finem ne detur longa dilatio ad probandum, quoniam & hoc est etiam de iure secundum Bart. in l. 1. numero tertio, ibi, & pro hoc. ff. de fer. vt dixi supra Rit. 69 2. nota sed tibi dixi, illud non seruantur in Regno, in quo ad articulan-

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 53

gularium, & probandum unicus datur terminus, & circa articulorum impertinentiam nihil discutitur ante publicationem, nisi essent notorie impertinentes sed recipiuntur salvo iure impertinenium, & de iure non admittendorum, ut infra dicam latius Rit. 282. Secundo nota ibi, sed post publicationem quod facta publicatione in causa datur terminus de omnibus, etiam de instrumentis cum die, & consule, vult dicere, quod ad repulsandum, seu impugnandum testes, & instrumenta, facta publicatione in causa, datur terminus prout de repulsa testium diximus supra Rit. 72. & de impugnatione scripturarum infra Rit. 281. Tercio not. ibi de responsionibus, quod circa responsiones facientes, supple per principales super articulis seruanda est alia obseruantia curiae quæ est infra Rit. 93. quasi velit dicere iste Rit. quod non darur certus, & praefixus terminus ad eas cum (vt ibi dicitur) vñsq; ad conclusionem in causa admittantur, & per ista sit expeditus iste Rit. qui satis diminute loquitur. Salerni die 28.Iulij. 1559. Prosper Carauta,

## R I T V S LXXXII.

*Hunc tamen Ritum non video seruari.*

 Tem seruat ipsa Curia, vt si die quo debet assignare responsale ne spiret citatio, puta, dicto vñdecimo die, & ipso die vñdecimo sit festum: & per ipsam curiam celebratur: sufficit si affigetur magistro actorum, vel alicui ex subactario, qui ibi scribat præsentata die illo festivo, non tamen dicit ipse notarius, quod præsentatum fuit in iudicio, sed apud actantum, quia tali die non potest esse iudicium: & ita diu seruavit ipsa Curia: & seruat ad præsens, quia quando potest esse iudicium, die non feriata scilicet die primo quo prima contumacia accusatur: licet Curia: (vt hic dicitur) non regatur, dicitur die tali talis præsens in iudicio, & apud acta, accusavit contumaciam dicti talis in dicta Curia vocati, & non comparentis, & hoc semper seruavit, & seruat ipsa Curia, & primo die iuridico deber acculati contumacia prima, licet Curia, non regatur, quia siue regatur Curia, siue non, dummodo non sit dies feriatus, in omni casu accusatur, & accusari potest prima contumacia præsente magistro actorum, vel aliquibus subactario, licet non sit præsens Regens, vel aliis officialis, vel aliis ex iudicibus, quo die similiter non feriato, in præsentia, ut supra possunt recipi fideiussores, & offerri articuli, exceptiones, instrumenta, & alia iura ad quæ producenda terminus datus erat, licet ipsa Curia non regatur, & hoc est seruant alia Curiae Regni,

## S U M M A R I U M.

1. Actor, ne citatio expiret, quando accusare debet consumaciam rei.

2. Instrumenta, & alia scriptura, an possint coram notario produci in absencia iudicis.

**I** Ste Rit. deberet situari post Rit. 122. & 123. quoniam illi Rit. conferunt necessariò ad intelligentiam istius: immo credo, quod in ant. quacomilatione ita erat situatus, & per hoc pondero, quia hic in princ. dicitur, dicto vñdecimo die, cum supra Rit. Præcedenti non sit tractatu de citatione facta. Quis compareat decima die post citationem; sed bene tractatur in d. Rit. 123. & hoc teneo pro constanti. Tex. istius Rit. est intricatus, & aliquantulum difficilis, & concordat infra Rit. 95. ideo t' pro intelligentia debes præmittere, quod quotiescumque citatur aliquis, quod compareat in tali causa decima die post intimationem citationis; quia dies quo intimatur, non computatur in termino, debet comparere die vñdecima, qua die currunt decem dies sibi assignati, alias si non compareat, actor eadem die, potest, immo debet sibi accusare contumaciam, alias citatio spirat & est nescie iterum citari. vt dictat expressed. Rit. 123. hoc pre-supposito, quoniam multoties eueniebat quod illa dies vñdecima erat feriata, seu festiva, proper quo contumacia prima accusari non poterat; Rit. iste superpleno dispositionem d. Rit. 123. ordinat, quod eo causa, si non potest accusari prima contumacia, saltim assignetur actuario, vel alicui subactario ipsa citatio cū relatione nuntij, & in eam fiat præsentata pro illo die, quo fuit data actuario, quia sic fuit diutius obseruatū in ipsa curia, & seruatur ad presens, vt hic dicitur licet non serueretur hodie hæc practica in regno (vt omnibus notum est) & patet in rubrica istius Rit. quæ hoc dicit similiter, nam quando, dies vñctima qua debet accusari prima contumacia, est festiva, accusatur sequenti èt, quod non restituerit actor citationem cum relatione, ipsi actuario, vt hic dicitur. Et hæc vñque ibi quia quædo potest esse. In istis verbis ponitur alius calus vt pura, si dies vñdecima non esset festiva, sed iuridica, verum curia non regeretur ex alia causa; nunquid etiam tunc debet actor seruare dictam practici. & in eo dicit Rit. qd non, sed deberet accusare primam contumaciam alias spirare citatio, quia non attenditur, qd curia ipsa non fuit recta; sed qd regi potuit, & potest accusare ipsi magistro actorum, vel alicui subactario licet officiales curiae non sint præsentes, quod semper seruavit ipsa curia, vt Rit. dicit, & seruatur etiam hodie in omnibus cursuibus. Not. ibi t' quo die, quod illo die quo curia non regitur si ramen regi potuisse, quia non erat festivus, coram actuario, vel subactario possunt præsentari articuli, exceptiones & instrumenta, & alia iura ad quæ producenda erat datus terminus: quod seruatur omnes alia curiae regni, vt Rit. dicit, & practicatur èt hodie. voluit Bart. in auth. quæ supplicatio, per illum tex. nu. 1. C. de precib. impera. offere. & in J. eos. S. super his, C. de appellationibus. & licet Bal. in dicta authen. in l. 2. C. de eden. & l. ait prætor. versi, circa quintum ff. de iure iurian. Innoc. Host. & Anto. in c. quoniā contra, de probat. Imo. & Ang. in l. si finita, S. Julianus. ff. de dam. infec. & Alex. ad Bart. in d. S. super his. aliter teneant, & quod instrumenta, & alia scriptura non possunt coram notario produci, nisi in præsenta iudicis, vel in absentia eo mandante, perrationem quam allegant: tamen, vt vides, per hunc Ritum recepta est opin. Bart. & etiam per consuetudinem quæ se habet in omni curia, qd coram notario, vel scriba producimus, & præsentamus quæ volumus maxime dato termino, vt etiam dico infra in Ritu. 242, in 2. nota vbi si milistex. Salerni die 30.Iulij 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S LXXXIII.

*Ordinationes factæ in magna Curia, in anno Domini ni*

# Domini Prosperi Carauita Eboltani.

in M. CCCC. die 6. mensis Septemb. 8. indi. Re-  
gnante Serenissimo domino nostro Rege Ladislao  
Dei gratia.



N primis qualibet hebdomada eligantur duo ex iudicibus dictis Curiae, qui iudices hebdomadarij nūcupentur, & facient audientiam in bāca de omnibus causis ciuilibus, & criminalibus ordinarijs, & extraordi-  
narijs occurrentibus in hebdomada ipsa &  
infra, & omnes causas ex eis, quae committi  
solent, & debent iuxta Ritum & obseruantiam  
dictarū magnarū Curiarū ipsis duobus hebdomadarijs committant, & examinationes  
testium, & alia hebdomada ipsarum causarum  
consimilium occurrentium ipsis iudi-  
cibus, vel hebdomadarijs applicentur.

## S V M M A R I V M.

1. *Forma examinandi testes in defensionibus inquisitorum.*
2. *Testes, cum interest, sub qua forma recipiantur.*
3. *Notarius quando possit solus sine iudice & fiscali testes examinare.*
4. *Curia Vicaria stylum tenentur seruare alia Curia.*

**S**ecundum hunc Rit. qualibet hebdomada eligebantur duo iudices, qui hebdomadarij nūcupantur. Quibus cause omnes solite committi iuxta Ritum, & obseruantiam Magnarū Curiarū, quam habes infra in Rit. 124. & 126. committebantur, supple per dominum Regentem ipsius, & ad quos etiam spectabat dare audientiam in bancha omnium causarum, tam ciuilium, quam criminalium occurrentium in illa hebdomada, & testium examinationes facere, & demum alia hebdomada causarū consimilium, supple ciuilium, & criminalium occurrentium, ipsis iudicibus hebdomadarijs qui postmodum eligebantur, applicabantur, supple cause occurrentes modo prefato, sed hodie iste Rit. non seruatur, tum quia unus tantum iudex hebdomadarius eligitur ut patet ex ordinatione Regis Ferdinandi primi nuper impressa inter nouellas prag. illustrissimi domini Ducis de Alcala huius Regni Viceregis in reformationibus Magnarū Curiarū vicariae \* prag. 4. S. item pro expeditione de offi. magis. iusti. & si iudex hebdomadarius curia sedente, ordinat interloquitiones, & alia ibidem occurrentia, tum etiam quia cause solite committi iuxta dictos Rit. non committuntur iudicii hebdomadario Magnarū curiae, sed iudicib. pedaneis ipsius vt late dixi supra in Rit. 16. & t̄ quo ad testes examinados in defensionibus inquisitorum seruatur hoc modo quod actuaris antequam recipiat testes super articulis, tenetur demonstrare articulos aduocato fisci qui si viderit aliquos articulos impertinentes, & in quibus tota vis causa, vel alicuius capituli cōsistit, signat eos, Super quib. actuaris non potest recipere testes, nisi in præsentia iudicis, vt hic dicitur, & aduocati fisci, vt dicitur quoddam capitulum instructionum datarum Regiae audientiae Principatus citra per sacram Regium collaterale consilium cuius tenor est talis. Itē q̄ actuarij teneantur dare notitiam aduocato, & procuratori fisci de omnib. carceratis, & informationib. cōtra eos, & quando dantur defensiones, & præsentantur exco-

ptiones nullatenus debeant recipere testes, nisi peregrinatis exceptionibus per aduocatum fisci \* & testes recipiendi cum interest, recipiantur in articulis signatis in præsentia commissarij, & aduocati fisci, quam instructionem reperies in prag. 6. incip. pro bona. S. item q̄ de offi. iustitia, verum, vt plurimum non interuenit iudex, sed aduocatus fisci, & in alijs non signatis examinat actuaris, vel eius scriba absque difficultate. Nouissime vero per Illustrissimum Ducem de Alcalā huius Regni Vicarem prouisum est in suis nouissimis prag. in reformationib. Magnarū Curiarū \* prag. 6. S. Illustris & magnifici viri. eo. tit. de offic. magist. iust. quod in ipsa Magna Curia iudices causarum commissarij examinent testes, qui ad defensionem inquisitorum producuntur, ex eo, quia præ nimia occupatione quam habet ibi aduocatus fiscalis prætextu, quod prius ipse solus examinabat, causarū nimium protelabantur, & ita seruatur: In Regia t̄ Audientia præfata seruamus dictam instructionem \* solum quando Aduocatus fiscalis vult interuenire cum cōmissario examini testium ob aliquam rationem ipsum mouentem, q̄ etiam dictat d. prag. 6. S. item che nel examine de officiis iusti. vbi vero non vult interuenire, in præsentia commissarij examinatur super articulis signatis, & super non signatis solus scriba actitans causam examinat. Verū tamen est q̄ per certum tempus ego solus tanquam Aduocatus fiscalis interueni examini dictorum testium, quia dicta prag. solum Mag. Cur. dirigitur \* & ante eam ita seruabatur in ipsa Regia Audientia non obstante d. instructione, postmodum vero t̄ quia quod seruatur in Mag. Cur. conuenit etiam vbiique seruari vt dixi supra in Rit. 1. nu. 3. v. sum mihi fuit examen prædictorum testium commissariis causarum relinquere iuxta formam d. prag. & in eo interuenire in simul cum cōmissario iuxta instructionem præfaram quando opus est tantum vt proxime dixi, & ita seruatur meo tempore & seruatum exitit post d. prag. & quando aliqua de causa interueniendum fuit a me examini, nos contulimus in simul cum commissario ad tribunal Regiae Audientiae, & ibi coram nobis testes examinati fuerunt. Saler. die 30. Iulij 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S LXXXIII.

Item quod seruentur omnia capitula, & constitutiones regni edita, & editæ ad administrationem regni, & pro statu pacifico subiectorum.


## S V M M A R I V M.

1. *Cuius est condere, eius est & derogare.*
  2. *Consuetudo, & stylus sacri Regij consiliū admittitur, quia Regem representat.*
  3. *Consuetudo cuius non extat memoria in contrarium privilegij haber prescribitur, contra ius commune.*
  4. *Statutum tempore. 10. annorum prescribitur.*
- N**ot. ex hoc Rit. quod omnia capitula, & constit. Regni seruari debent, & si dicet aliquis quomodo mandantur seruari omnia, cum p̄ multos Rit. in hoc volumine contentos corrigitur aliquis e. & constit. vt patet ex Rit. 40. & Rit. 46. 4. not. vbi dixi r̄sidetur huc Rit. debere intelligi exceptis illis consti. & c. quibus derogatum reperitur p̄ hos Rit. nam cum fuerint emanati auctoritate Regiae Ioannæ vt supra in 1. Rit. apparer, nulli dubium, t̄ q̄ cuius fuit condere constit. & c. eius etiam fuit ipsius

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 54

derogare. Item debet intelligi exceptis illis constit. &c. quibus est derogatum per sacrum Regium cōfiliū ex eius stylo, & consuetudine, nā licet in pro. constit. Regni. S. præsentes, sīt cassatae consuetudines præteritæ & futuræ contra constit. vt ibi latè Glo. & Af. 2. sicut disperant, tñ nihilominus consuetudo. & stylus introducti à Sacro Regio consi. quod Regem ipsum representat, vt dicit Bal. in Lhumanum. C. de legi. & Grāma. decisiō. 76. nu. 33. etiam contra constit. &c. admittuntur, vt firmat idem Afflīct. in constit. diuorum. nu. 4. in propriis terminis illius constit. & bona apostil. ad 3. eundem Afflīct. in d. S. præsentes, t Item & tenio debet intelligi exceptis illis constit. quibus esset deroga- tū per consuetudinem tanti temporis cuius non ex- zat mēmoria hominum in contraria. quia ea vim ha- ber priuilegij. I. hoc ius. S. ductus aquæ. ff. de aqua quo- u. & z. & etiam contra ius commune præscribit. vt diez tex. not. in cap. 1. de præscript. in 6. adeo quod dā- nata consuetudine contraria, tam præsente, quam fu- tura per d. S. præsentes, non trahitur ad talem consue- radinem, quæ antiquissimæ dicitur, sed solum ad eam quæ esset. 10. 20. 30. vel 40. annorum, vt pulchre scribit Anchar. consi. 51. & Afflīct. in propriis terminis illius co. stit. (quam dicit nunquam vidisse obseruari) in co- stitu. hac edictali. 1. nota: & in cap. 1. Præterea, de cap. Corra. Quarto intellige hanc Rit. exceptis itis ca. Re- gni, quibus esset derogatum per contrariam consuetu- dinem, & stylum decem annorum, nam cum non ha- beamus aliquam constit. vel cap. Regini, quod casset 4. consuetudines futuras, contra capitula sufficit t tem- pus decem annorum ad præscribendū statutum, per ea quæ noz glōs. & Doct. in l. de quibus, & l. diutu. na. ff. de legi. & in rubri. C. quæ sit longa consue. vbi Bald. & Imo. in c. si. de consuet. dicens hanc esse communem opin. de iure ciuili, licet secus sit de iure cano. per glo. in cap. fin. de consuet. in 6. & firmat pulchre Alexan. consi. 132. num. 1. vol. 1. intelligendo, secundum eum. nu. 4. de consuetudine & stylo contrario in contradic- torio iudicio obtento, vt not. per glo. & Barto. in l. de quibus. ff. de legi. & in l. 2. C. quæ sit longa consue. Bar. in pro. c. S. & antea. Alex. consi. 136. nu. 19. vol. 2. & Io. de Amic. consi. 1. versi. posserramen. nu. 43. Salēmis die. 1. Augusti. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S LXXXV.

  
Tem seruat ipsa curia, q̄ si proceditur extraordi- narie de mandato ipsius curiae per duos Curiales Neapolitanos comuni- niter electos per partes & per vnum aduocatū per ipsam curiam datum, fiat processus inter ciues, & incolas ipsius ciuitatis de consti- tuendis muris, vel aperturis, & seruitutibus quibuscumque, & quod ipsius processus copia partibus non datur ad tollendum subter fugia, & cauillationes aduocatorum, sed iux- ta relationem ipsorum curialium, & aduocati facere mandata per ipsam curiam parti- bus ipsis, nec aliqua appellatio admittatur aduersus ipsum mandatum.

S V M M A R I V M.

2. Apertura inter seruitutes numerantur.

2. Apertura vel pro aspectu, vel lumine ingrediendo, fit.
3. Apertura qua, & quando doffitia dicatur.
4. Et cum canonibus modulatis facienda est.

**N** Ot. ex hoc Rit. ibi extraordinarie, quod vbiunque tractatur de constituendis muris, vel aperturis, & seruitutibus qui buscunq; potest dupliciter procedi, vi- delicet ordinarie, & extraordinarie. quando procedi- tur ordinarie in his causis Rit. iste non tractat, quia tunc seruat id quod fit in alijs causis, sed quod pro ceditur extraordinarie, seruat quod hic dicitur, id est, quod de mandato ipsius curia partes litigantes eligunt duos curiales Neapolitanos, & ipsa curia vnu aduocatum, per quos fit processus in causa: de quo nulla debet copia partibus, ad tollendum subter fugia, & dilationes, & demum fit relatio de eo quod eis, videtur, ipsi magnæ curie, per quam iuxta eorum rela- tionem sunt mandata partibus ipsi, aduersus quæ nul- la appellatio, vel allegatio admittitur, & iste modus procedendi extraordinarie, obseruatur inter ciues, & incolas ipsius curiae Neap. vt in hoc Rit. dicitur. ¶ Secun- dū not. ibi aperturis, & seruitutibus quibuscumque quod ex hoc Rit. videatur colligi, quod aperturæ numerantur, & reputantur inter seruitutes, & hoc ex- prese dicit tex. eosue. Neap. in rit. de seruit. in con- suetu. incip. inter seruitutes. t Est autem apertura illa, quæ fit, vel pro aspectu, vel pro lumine ingrediendo, tantum, vt dicuntur in alia consuetu. incip. si quis habet partiem. eod. tit. vbi bona Gloss. in ver. pro aspectu. t dicit quid istud importet, & quoiescunq; ista aperi- tura fit pro lumine ingrediendo tantum in loco alto, appellatur doffitia, vt dicit Glo. consue. inter seruitutes, & patet ex d. consue. si quis habet, vbi vero fit in loco non alto, vt habetur aspectus, tunc apertura so- lum, non doffitia appellatur, vt ead. Gloss. dicit, verū vbiunque, fit mentio de apertura, intelligitur de doffitia, & sic de ea quæ fit ad lumen ingrediendum, ve- dicit alia consue. quæ incipit & vbiunque, t & easie- ri debet cum canonibus modulatis, vt ibi dicitur, li- cert si fiat cum cancella ferrea, vel cum lapide marmo- reo idem reputetur, vt dicit Afflīct. decil. 225. secus au- tem si fieret cum cancella lignea secundum eum. Sa- lerni die 1. Augusti 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S LXXXVI.

  
Tem seruat ipsa curia, q̄ si examinationes testium. s- vnius partis sunt præsen- tatae in actis, & non exami- nationes alterius partis pu- ra, quia examinati sunt te- stes citius vnius partis, quā alterius: tūc si curia vult, & hoc petatur, fiat publicatio attestacionū illius partis quæ sūt in actis, deinde venientibus alijs attestacioni- bus, fit publicatio de eis venientibus, vel præ- sentantibus, de alijs autem quæ primo vene- runt, de quibus iam publicatio facta fuit, nō siet iterum: & idem intellige de responsioni- bus partitura, nam fit multoties publicatio responsionum vnius partis tantum, multo- ties alterius tantum, quandoque fit publica- tio simul attestacionum, & responsionum, & omnium aliorum actitatorum, unde no- tandum

# Domini Prospere Carauta Ebolitani

tandum est, quod publicatio potest fieri de quolibet actu per se si quis vellet, tamen præfata sunt in vñu. Copiæ tamen responsionū dantur, pro ut in quadam alia obseruantia curiæ.

S V M M A R I V M.

- 1 Publicatio causa potest diversimodo fieri.
- 2 Publicatio an in quolibet actu fieri possit.

**Q**uoniam dato termino ad probandum in causa, quotidie partes litigantes nominant habere testes in alijs partibus quam in loco iudicij, & per curiā eorum examinatione, locorum officialibus committitur, tam ad unius partis instantiam, quam alterius, euenit multoties, q̄cītius examinat, & testium examinationes presentat vna pars, quam alia, & nē causa diutius retardetur: fit per eam instantia, q̄ fiat publicatio in causa, & per aliam replicatur q̄ non fiat: sed exceptetur suum examen, ideo tali disceptationi occurrendo, statuit iste Ritus. q̄ isto casu fiat publicatio testiū vnius partis quæ prius eorum examen præsentauit, & deinde aliorum testium alterius partis cum venerit eorum depositio, & q̄ dicitur in publicatione facienda testium examinatorum, idem intelligitur de publicatione depositionum factarum per principales super articulis iuxta dispositionem Rit. 79. vt diximus, in tam, q̄ si vna pars priusquam altera depositit, eius depositio publicetur, & de ipsa detur copia, vt d. Rit. dum fuit & in hoc nostro Rit. dicitur in fine, & demū cum alia pars deposuerit, sicut idem præfata tamen vera sunt quando iudex vult ita facere, alias non cogitur, vt patet ibi, tunc si curia vult, sed potest publicatio nem retardare, donec venerint attestations alterius partis, & demum vnicam publicationem facere super omnibus actibus, & toto processu, & hoc voluit dīcere iste Rit. ibi quandoque fit publicatio simul. No. 1 ibi quandoque fit publicatio simul, t̄ q̄ publicatio cause aliquando fit simul de omnibus actis, & i. quando attestations partium veniunt eodem tempore, vel quando veniunt diuerso tempore, tamen iudex non vult publicationem facere separatum super uno examine & postmodum super alio, vt supra diximus. sed quia multoties attestations vnius partis multum rardant: & æquum non esset suam moram alteri obesse: fit regulariter publicatio in causa, licet non venerint; & etiam proceditur ad conclusionem: & altera parte reluctante, ratione sui examinis, q̄ nondum venit, fit decretum q̄ quandocunque eius attestations venerint ante sententiam, recipientur, & in calculo ipsius habeatur ea ratio quæ de iure habenda erit: quia per Rit. infra 88. solum vñque ad conclusionem produci possunt. Secundo no. ibi vnde norandum est; q̄ iste Rit. ex seipso colligit vnum nota. ex præfatis t̄ q̄ si q̄ vult potest in quolibet actu publicationem fieri face. re sed vt tex. dicit præfata non sunt in vñu quasi velit dicere, q̄ publicatio non fit super quolibet actu, sed vel fit vñica super omnibus, vt supra diximus vel quando fit separatim in quolibet actu: fit solum in causibus præmissis. I. quando depositiones testium, vel principaliū, venerunt citius ex vna parte, quam ex alia, extra hos casus publicatio non fit in quolibet actu, sed vñica in toto processu: Non omitto tamen quod Maran. in pra. Et. par. 6. act. 11. in fi. dum facit mentionem de hoc Rit. legit hunc tex. cum vna negatiua non in illis verbis tamēa præfata sunt in vñu, vt dicat, non sunt in vñu secūdum quam lecturam sequeretur quod quando attestations vnius partis veniunt citius quam alterius, non fit publicatio super eis, sed expectantur aliae, vt fiat v-

nica publicatio, sed ego vidi multos codices modernos, & antiquos: & reperio illos absque illa negatiua, igitur lege hunc Rit. vt iacet & circa eius obseruantia tene, vt dixi, q̄ circa testium depositiones, quæ ex una parte venerunt fit publicatio tam respectu earum quæ totius processus, & circa depositionem principalis fit etiam publicatio, & de ea datur copia dato, quod altera pars non deposuerit, & parte altera reluctant, circa testium publicationem, fit decretū de quodixi, in 1. not. Salernidie 2. Augusti 1559. Prosper Carauta.

R I T V S L X X X V I I .



Tem seruat ipsa curia; quod citatis testibus, & ipsis condemnatis ad poenam in citatione mādatoria contentā, licet non veniant: nihilominus curia ipsa ad posteriora procedit, quamvis constitutione regni forma, videatur aliquantulum refragari, & ita fuit seruatum in denunciatione facta per egregium virum militem Francischellum Galliotum pridie quando denunciauit Buffillum brancatum de certis, in qua causa q̄a testes non venerunt, fuit idem Buffillus absolutus de hoc præsenti anno septimo inductionis, primo tamen condemnatis testibus ad quatuor vincias, vt fit.

S V M M A R I V M.

- 1 Testes multa indicta, vel captis pignoribus, ad servendum in causis omnibus testimonium, compellendi.
- 2 Quod verificatur etiam in testibus qui compelli non possent: quando aliter probatio haberi non posset.
- 3 Testes compellendi ad testificandum, si essent presbyteri: compulsione eorum fit coram eorum iudece & coram eo cui voglet ipse, iurabunt.
- 4 Testes nimis à remotis degentes, non euocantur ad testificandum: sed locorum officialibus eorum recipio committitur.
- 5 Idem quoque de senibus, & valetudinariis.
- 6 Testes, citati non comparentes, qua pena, puniendi.
- 7 Testes citati ad testificandum si non comparent inquisitus absoluetur, tenentur q̄ parti ad interesse.
- 8 Testes se subtrahentes, vt veritas occultetur, qua pena puniendi, iurati, & non iurati.
- 9 Testes citati non comparentes, fuerunt ad paenam condemnati, post lapsum vero termini veniunt: nunquid ad deponendum admittantur.

**N**ot. primo ex hoc Rit. & ipsis condemnatis t̄ q̄ testes possunt euocari, & compelli multa indicta vt testimonium ferant in causis. Item compelli possunt causis pignoribus, vt dicit Glos. in l. si quando, & ibi Barto. & Saly. nu. 4. C. de testi. per. S. pen. instit. de satisfactu. & no. per Imol in c. dilectorum. nume: 2. extra de testi. cdgend. & Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. testium. versi. sed nunc quero, nu. 42. de probat. q̄ Ampli-

# Com. super Ritibus Magnæ Curiaæ.

55

plia hunc Rite procedere in omnibus causis tam ciuilibus, quam criminalib, qui à verè Rite iste generaliter loquitur, & postea dicit fuisse seruatum in denun-  
ciatione, & sic in causa criminali, ponitur exemplifi-  
cari: non autem, ut velit Rite generaliter loquenter  
restringere solum in criminalibus pro quo text, cum  
Glos. in d.l. si quando, in ver. causis. vbi testes compel-  
li posse concluditur in causa ciuili & criminali, & no,  
Imol. in d.c. dilectorum, num. 3. licet de iure canonico  
multa sint opin. An in criminalibus testes compellan-  
tur in puniti, sicut in ciuilibus, ut late per eund. Imol. ibi

ad quem te remitto. Secundo amplia procedere etiam in illis testibus, qui non possunt cogi testimonium di-  
cere de quibus in l. 4. cum sequen. & l. in puniti, cum se-  
que. ff. de testi. & l. libentorum. C. eo, dummodo sit causa in qua veritas non possit per alios probari; quoniam tunc in defectum probationis, ne veritas pereat, euocantur & compelluntur, secundum Hoff. & Io. Andr. in c. 1. de testi. cogit. Roma. sing. 398. tu habes in l. 4. De-  
cis. theolos. 3. in f. Saly. c. in d.l. si quando, nu. 4. & Lanfr. plene in d.c. quoniam contra, nu. 42. etiam si essent presbyteri, ut dicit tex. in c. quoniam. 9. q. 2. sed tunc fieri compulso per eorum iudicem, & iurabunt coram eo cui volet implemet spus iudex secundum Glos. in d. c. quoniam, & in c. statutum, 2. q. 6. & not. Imo. in pre allega. c. dilectorum, col. f. versi. si yero per alios. dummodo probetur ex parte petentis ipsos cogi, qualiter veritas aliter haberi non posset; quia cum sit fundamen-  
tum sua intentionis, sibi incumbit oport. secundum Bar. in l. in hoc iure. ff. de verbo, obligat, & l. quid ergo, ff. ex quibus caus. maior, & Lanfran. in d.c. num. 44.

¶ Limita non procedere quando, nimis a remotis de-  
gunt testes a loco iudicij: quoniam tunc eorum recep-  
tio officialibus locorum, vel coniunctis committere-  
tur: non autem euocantur. ut dicit tex. in l. 3. S. fin. ff.  
de testi. & l. sed si quis ex signatoribus. ff. quemadmodum  
sta. aperia. nisi aliter se habeat consuetudo, ut dicitur in d. S. fina. quod hodie bene seruatur in magna curia & Regia audiencia principatus citra, nam quando te-  
stes nimis distant, forte ylra ynam, vel duas dietas le-  
gales, non euocantur, sed committitur audiencia eo-  
rum, & quando sunt infra dictam, aut ylra, sed infra  
duas, citantur & euocantur ad instantiam fisci & ve-  
niant ad deponendum, & ad instantiam partis in ciuil-  
ibus, & criminalibus euocantur, factò tamen deposi-  
tio pro eorum dietis, ut dicam latius infra, in Ritu 140,  
in 1. not. & tunc ubi cunque reperiuntur cogi possunt  
venire, si pars instar sua interesse, quod veniant coram  
iudice; taliā ea non instante, committitur examen  
in ciuilibus, & in criminalibus pro senib, & valetu-  
dinarijs iuxta tex. l. iudices, & authen. apud eloquen-  
tissimum, C. de fide instr. & constit. Regn. in pecuniarijs.  
verum in causis criminalibus ad fisci instantiam,  
si subest causa aliqua, propter quam iudex vult teste  
videre, & examinare, loci distantia non attenditur: &  
eius receptio non comittitur, sed citatur & veniat  
personaliter ad deponendum, & ita seruatur pro quo  
doct. Domi. & Archid. in c. præsentium, de testi. in 6.  
Abb. & Fely. in c. si quis test. extra eod. cit. dicentium,  
quod iudex potest quando vult, urgente causa, dicere  
quod testis vadat coram eo, etiam si esset persona ege-  
gia: ut etiam dico infra. in Ritu. 142. ¶ Secundo not. ibi  
ad penam in citatione contentam: quod si testis citatur  
ad deponendum, noluerit comparere, condemnatur  
ad poenam in citatione contentam: & hoc etiam di-  
sponitur per constit. Regn. in pecuniarijs. S. eadem pe-  
na vbi quod testis citatur, & non comparentes puniun-  
tur in ciuilibus & criminalibus poena tertie partis bo-  
norum, nisi in citatione fuisset apposita poena, quoniam  
tunc illa poena exigitur. Hodie tamen in pract. aliter  
proceditur contra testes, ut dico latius infra, in Ritu.  
206. in 3. not. Vbi omnino video? Tertio non ibi ad po-  
nitiora procedit, quod post quam curia citatur, & co-

demnatur testes, qui non comparent, expeditio causa-  
procelari non debet: sed ad ultiora procedi prout  
Rite. Idcirco fuisse seruatum alias absoluendo quen-  
dam inquisitum contra quem testes producti, & citati  
noluerunt venire, quod etiam firmat Iser. in dicta con-  
stitu. in pecuniarijs. versi. sed si non veniant, circa finē  
& ibidem Affl. nume. 44. quia alias secundum eum  
non esset liuum finis. Testes tamen tenentur parti ad  
interesse secundum Angel. & Paul. de Cast. in l. argen-  
tarij S. cum autem, & ibid. Alex. colum. 2. versicu. item  
per istum tex. ff. de eden, ut etiam caueretur in dicta con-  
stitu. quæ dicit procedere in ciuilibus causis, & in cri-  
minalibus vbi extimatio cause quandoque haberi non  
potest, tenentur ad omnes expensas litis iuramento  
partis & taxatione iudicis declarandas & si se subtra-  
xerint, ut veritas non pateret, tenentur criminis falsi,  
ut dicit Innoc. in c. 1. de crimi. falsi. verum quia non iu-  
nauerunt: sed tantum veritatem occultaque sunt: tenen-  
tur ex generali cap. 1. Cornel. l. 1. ff. de fal. ut dicit  
Bal. in margari. in versic. testis qui se subtrahit, & sic  
poena arbitaria, ut etiam firmat Milleus. in pract. in  
versic. secundum testis. nume. 2. cum tamē si iurassent  
dicere veritatem, & sic assumpsiissent officium testifi-  
candi, & postea tacuissent veritatem, poena ordinaria  
falsi tenerentur, dicto cap. 1. vbi Innocen. & latius dixi  
supra: in tantum, quod ut ex præfatis patet, testes qui  
non curant comparere, non carcerantur sed præfatis  
modis prouidetur, quod firmat expresse Alberic. per  
illum tex. in d.l. si quando redarguendo impenitus Af-  
festores qui testes nolentes deponere incarerant, ut  
referendo, sequitur Lanfran. in cap. quoniam contra, in  
versi. testium depositiones. num. 42. de proba, sed hoc  
verum in causis ciuilibus, & etiam in criminalibus ad  
partis petitionem, ad fisci tamē instantiam quandoque  
testis qui citatus non curat comparere, carceratur,  
& si verisimiliter veritatem scire potest, quia per alios  
testes nominatur, & negat: torquetur iuxta dispositio-  
nem. l. 1. S. qui questionem. & l. vnius. S. testes. ff. de  
questio. vbi Bart. vtrobiique not. Bald. in l. milites. nu.  
5. C. de questio, & in l. 3. in princ. vbi etiam Salice. C.  
de adulter. & late Brun. in tracta. de indi. q. 4. princ. nu-  
me. 12. versic. sed quero. fol. 28. nisi esset presbiter qui  
proferendo testimonio, non torquetur secundum Bal-  
in l. presbyteri. la. in princ. C. de episcop. & cleric.  
¶ Quarto iuxta præfata, pone quod citati sunt testes,  
& condemnati ad poenam: quia noluerunt venire ad  
deponendum, & elapsus est terminus, deponendum testes,  
veniunt: nunquid ad deponendum admittentur Bald.  
& Imo. in l. quibus diebus. in princip. ff. de conditio. &  
demon. Alexand. in dicta l. si quando, & aliquos Ca-  
tuaens hic citati dicunt, quod sic ex quo videtur pars fe-  
cisse & potuit accusando testes, & faciendo condem-  
nari, dummodo fuerit infra terminum de impedimen-  
to protestata. ut dicit tex. constit. Regn. in pecuniarijs.  
versicu. non aliter, & ibidem Affl. nume. 57. alias se-  
cū, nisi testes essent non soluendo: quoniam tunc cū  
non possint ad interesse teneri, per beneficium restitu-  
tionis in integrum restituuntur ad terminum, ut eadē  
constituti dicit in fina. versicu. Hæc tamē in ciuilibus,  
in causis vero criminalibus lapsu termini non obstan-  
te, admittentur testes, ut dicta constitut. dicit, in ver-  
sicu. in criminalibus, & probatur ex his, quæ late dixi  
mus supra, in Ritu. 69. questione prima, sed cum ho-  
die in regno fere generaliter seruetur concessio secun-  
da dilationis alibi sine causa cognitione, & alibi cū  
modica, ut in dicto Ritu. diximus: parum proderit hec  
questio pro causis ciuilibus in hoc Regno, quia sem-  
per admittentur ad secundam dilationem; nisi esset  
facta publicatio, ut dicit Glos. præalleg. constit. in fi.  
in versicu. non obstante. Salerni Die 5. Augusti, 1559.  
Prosper Carauta.

RITVS

# Domini Prosperi Carauta Ebolitani

R I T V S LXXXVIII.

**T**em seruat ipsa curia, quod quando fiunt commissiones examinationum testium, ille attestations possunt produci in ipsa causa per partem usque ad conclusionem cum sigillis examinatorum, per quod testes iurauerint infra terminum iuxta constitut. Regni. hoc diu seruauit, & seruat ipsa curia, & quando presentantur, fit actus per subactarios in principio earum ubi subscriptur dies presentationis earum.

**N**ot. hunc Rit. q̄ quotiescumque cōmissia est audiencia testium officialibus locorum ubi degunt testes, & eorum attestations tardat venire, proceditur in causa ad vteriora, q̄a mora vnius alteri non debet obesse, vt dixi supra Rit. 86. in 1. not. verum quandocunque venerint, si testes examinati post terminum, iurauerint infra terminum: possunt produci in causa ipsa usque ad conclusionem in causa, factō actu presentationis diei, & presentantur per actuarium, vel subactarium, vt dicitur, quod bene seruatur, quia per Rit. infra 234. scripturā usque ad conclusionem in causa, possunt presentari, vt ibi dicam latius, verum in pract. obseruantur, quod licet facta sit conclusio, recipiuntur attestations prefatae, & etiam scripturā in processu, & non extra processum, vt dicitur in Rit. 238. verum cum illa clausula, q̄ de eis habeatur ea ratio, quā de iure habenda est, vt in superiori Rit. 86. 1. nota. diximus, & in d. Rit. 238. diximus. Salerni Die 5. Augusti. 1559. Prosper Carauta,

R I T V S LXXXIX.

**T**em seruat ipsa curia, q̄ in ciuilibus, & in criminalibus partes principales debent speciales articulos, positiones, & exceptiones ponere usque & per totum sequentem diem qui sequitur post data capitula, seu post libellum accusatorium, vel ciuilem. in ciuilibus tamen, procurator sufficit si infra biduum pr̄fatum det exceptiones generales, vel si est procurator actoris, articulos generales, secus in criminali. Sed circa hāc materiam, deponendo infra biduum, vide in hac eadem carta ex alio latere, maxime in ultima obseruantia, ubi omnino vide, ubi habes, quod in termino dato super capitulis, & quando fit actus repulsæ, & quando datur terminus ad probandum in causa appellationis, & quando datur terminus ad probandum in petitione restitutionis in integrum, debet omnino in istis quatuor casib. specificari, quod ponant per totum diem sequentem, sed in li bello ciuili, & criminali dictum est, quod non specificatur, quia

subintelligitur, item in causis que commituntur de voluntate partium per ipsam cūriam alicui literato super summam quatuor vnciatum, si est de voluntate: & his quē ad summam quatuor vnciarum etiam partib. contradicentibus iuxta aliam obseruantiam eiusdem curiæ, tunc coram commissario tali non ponitur de necessitate infra biduum iuxta aliam obseruantiam. & Nota, quod in actu qui fit per notarium actorum, seu aliquem ex subactarijs, quādō datur terminus ad probandum, non fit mentio, quod debeant ponere infra pr̄fatum biduum, quia intelligitur etiam si non dicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 *Terminus datus ad ponendum, non ad articulandum datus nisi de partium consensu, intelligitur de iure.*
- 2 *Vocabulum positionum, & articulorum in regno est confusum.*

**I**ste Rit. ponit practic. obseruandam in iudiciis in causis ciuilibus, & criminalibus circa terminum infra quem partes principales debeant presentare positiones, articulos, & exceptiones speciales, aut procuratores earum positiones, articulos, & exceptiones generales, dicens, quod in quatuor casibus cum datur terminus ad probandum, debet dici & declarari in specie, q̄ infra biduum presententur ex quo in alijs causis non declaratur; quia subintelligitur, q̄ per totum diem sequentem presententur vt dicuntur expresse in constit. Regn. Lite. quibus presentatis infra biduum, datur postea terminus ad probandum in causa, vt in ead. constit. dicitur. & cum hoc Rit. concordat alius qui est infra Rit. 91. vbi plus dicitur, quod in hoc biduo includitur etiam dies Dominicus, & Pascalis: licet quando his diebus presentarentur positiones, articuli, vel exceptiones non dicerentur presentatas fuisse in iudicio: sed solum apud acta, ex quo talibus diebus non potest dici iudicium. Sed dispositiones istorum duorum Rit. non seruantur hodie in Regno: quia articuli presentantur ad libitum, dummodo infra terminum, & terminus est vnicus ad ponendum, seu presentandum articulos, & probandum in omnibus curijs Regni, vt dixi supra Rit. 69. in 2. not. & dicam infra in Rit. 283. t̄ vnum tamē collige ex hoc Rit. ibi, & nota, quod illud biduum quod datur expresse per iudicem in supradictis certis casibus aut quod ex se subintelligitur dato termino generali in causa, intelligitur datum ad ponendum, & articulandum, cum de iure sit totum contrarium, quia terminus datus ad ponendum, non intelligitur datus etiam ad articulandum: nisi de consensu partiū, vt dicit Glo. in clem. s̄pē. s. & quia, in versi. de partium, de verborum signifi. & ibidem Cardina. in 6. & 7. quāst. & Bal. qui rationem assignat in l. generaliter. s. sed de iuramēto. nu. 1. 3. C. de rebus cred. licet econuerso secundum eum, terminus datus ad articulandum, vel capitulandum intelligatur etiam datus ad ponendum, sed in pract. seruatur quod hic dicitur, quia vnicus terminus datur in causa qui intelligitur ad ponendum, articulandum, & excipiendum, ratio est quia illis positionibus super quibus antiquitus deponebant principales secūdum Glo. cap. 1. in ver. statuimus, circa princ. de confess. in 6. hodie non vtimur separatim ab articulis, sed super illis met articulis qui fiunt per litigates, vt presentur.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 56

bentur per testes, examinantur principales ut patet  
2 rubrica prag. s. die de ordi. iudicio, & vocabulum ip  
sum compositionum consilium est in hoc Regno cum vo  
cabulo articulorum, ut patet ex dicta prag. s. die licet  
in articulis dicamus item se pone, & vole prouare, Sal  
erni die 7. Augusti. 1559. Prosper Caranita.

## R I T V S X C .



**T**em seruat ipsa Curia, raro da  
re terminum ad examinari fa  
ciendum fisco, & sed alijs datur,  
quando Curiæ videtur,  
& talis terminus quandoque  
scribitur in actis, quandoque non, secundū  
quod partes insistunt, & prout curiæ vide  
tur. Sed pro maiori parte semper scribitur,  
& quamvis unus habeat, vel petat terminū  
ad examinari faciendum semper datur ipse  
terminus ambabus partibus.

## A D D I T I O .

**2** Fisco. Adde q̄ fisconon datur terminus ad repulſam,  
ita inquit Paris de Puteo, tract. ſindic. ver. inquisitio S.  
1. & vide Ioan. Ant. de Nigris in ca. Regni plerunque,  
nume 19. & 20. vbi etiam dicit quod nec eidem datur  
restitutione in integrum ad pinguis probandum, C. P.

## S V M M A R I V M .

- 3** *Testes pro maleficio reperiendo, ad fisci instantiam ad sententiam usque recipiuntur,*
- 2** *Termini omnes dati in causa ad instantiam unius partis, alteri dati intelliguntur, etiam si eis re non integra renuncianerit.*
- 3** *Maior uti potest termino minori specialiter concessio.*

**R**It. iste seruat, & de eo ponitur aliquid p. Pet. Folle. in prac. crim. prima parte, 2 pars in versiculo detur terminus, num. 11, verum, licet non detur terminus fisco ad examinari faciendum, ut dicit, tamen testes ad instantiam fisci semper recipiuntur pro maleficio reperiendo etiam usque ad sententiam, & in causa superse detur, ut dicit Bar. in l. 2. S. si publico. ver. q̄zto vtrū. ff. de adult. Ange. in tract. male. in ver. qui iudex dictū procedit. A mīst. in confi. terminum vitz. nume. 44. vt dixi latius supra Rit. 6. 9. in fi. & quo ad terminum ſolitum dari partibus ad examinari faciendum, prout in hoc Rit. dicitur, scias quod regulariter & semper scribitur in actis talis terminus, & testes alias non recipiuntur, quandoque tamen ad instantiam inquisitorum, facta publicatione in causa recipiuntur testes in eius favore, ne veritas pereat, & ipnicens patiatur, & non datur aliquis nouus terminus pro eis, ne causa retardetur, & ipsius cursus impeditur, & sic vniq̄ cōtexitu proceditur in causa ad publicationem, citationem, ad dicendum, & ad alia, & recipiuntur eius testes, ut ind. Rit. 6. 9. diximus. ¶ No, ex hoc Rit. ibi & quamvis, quod omnes termini dati in causa ad instantiam vniq̄ partis, intelliguntur etiam dati communiter alteri iuxta tex. l. petend. C. de tempo. in integr. reſti. vbi Bart. & alij. Amplia, itud procedere etiam, si pars ad cuius instantiam fuerit datus terminus eidem renuncianerit, ut dicit Bart. per illum tex. in l. si poſt. S.

hi quoque. ff. de bon. poſſ. contra tabu. niſi ſe integra ſuillet renunciatum, ut dicit Lanfran. in repet. c. quoniam contra in ver. dilationes, nu. 8. de proba. pertex. optimum in argu. in l. ſi iudex circumuento. ff. de mino. Secundo amplia, etiam ſi terminus datus eſſet minori iure ſpeciali reſtitutionis in integrum, ut eſt pri  
mum, & ſecundum beneficium per conſtitu. Reg. ob  
ſcuritatem, de quibus latē dixi ſupra Rit. 7. tanta  
tu quod maior potest uti termino dato minori ex cau  
ſa ſpeciali, per tex. d. l. petend. & ut dicunt Iſer. & Af  
ſlīt. in d. conſti. obſcuritatem, ille in fine, & ille, nu  
me. 14. l. cet. Barto. aliter ſentiat in d. l. petend. Salerni  
die 8. Auguſti. 1559. Prosper Caranita,

## R I T V S X C I .



**T**em seruat ipsa Curia declarare in termino qui datur ad probandum, multoties, quod per totū ſequētem diem ponat quicquid competit, &c. ut in repulſa, & beneficio reſtitutionis in integrum, nō reſtitutionis dicrum feriotorum, etiam in termino qui datur in criminalibus ſuper capitulis, nam ſu  
per actione ordinaria non declaratur, ſed intelligitur, licet in praedictis poſſet intelligi. Sed ſic seruat hæc curia, vbi que tamē ſuſſicit, vbi interuenit procurator, quod inſra praedictum biduum offerantur generalia, vbi procurator interuenit, qui habet iuſtam ignorantiā pura, quia confeſta eſt lis per procuratore actoris, vel rei, vel ſtatiſt post confeſtationem litis per dominum, fuit ibi dem procurator constitutus penes acta, (ut fit aliquoties.) Qui procurator poſteſt interuenire etiam in criminalibus, & in gerenti  
bus poenam inſra relegationem, ut habetur per Doc. in l. pen. S. ad crimen. ff. de publi. iu  
di. excepto tamē crime in iuriarū, in quo non interuenit procurator, vi C de iuri. l. fi  
& hoc seruat per magnam curiam via  
grię. Nota quod hoc biduum eſt commune, adeo continuum, quod etiam Pascalem, vel  
dominiū comprehendit, ut ſi volo die ſequenti ponere exceptiones, vel articulos, &  
vel positiones, debo eas dare, & offerre ma  
gistro actorum, vel vni ex subactariis, & in  
oblati die feriata, dicitur oblatra apud acta,  
non autem dicitur in iudicio, cum ille dies  
fuerit dies feriatus;

## S V M M A R I V M .

- 3** *Procurator in criminalibus causis inſra relegationem poenam in gerentiibus, regulariter interuenit.*
- 3** *Fallit in crime in iuriarum criminaliter moto.*

**D**Ixide hoc Rit. ſupra Rit. 89. ibi. me remitto.  
¶ Not. tamen ex hoc Rit. quod procurator poſteſt interuenire regulariter in causis cri  
minalibus in gerentiibus poenam inſra re  
legationem per tex. l. poena. S. ad crimen, vbi no. per Do  
cto. ff. de publi. iuri. cam alijs non nullus. que dico. in  
tra.

# Domini Prosperi Carauta Ebolitani

**S**fra latius in Ritu. 108. † Fallit tamen in criminis iniuriarum criminaliter moto per tex. l. fin. C. de iniur. vbi hoc expresse disponitur exceptis personis illustribus. Sed de pract. & obseruantia, in hoc Regno vide in dicto Ritu. 108. Salerni die 9. Augusti. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X C I I .



**T**em nota quod in beneficio restitutionis dierum feriatarum non datur terminus, nec quod ponat per diem totum sequentem, nec ad probandum in petitione quae de hoc offertur, quia notorium est curia, ferias incideisse, & terminum datum tali fuisse, de quo termino restituuntur dies qui fuerunt feriati, & intelligitur quod restituuntur dies qui fuerunt feriati, quando inducuntur feriæ de mense Iulij, & Augosti tantum: pura, datu s fuit mihi terminus ad probandum per duos menses: de quibus duobus mensibus fuerunt feriati quinquaginta dies: certè isti quinquaginta dies restituuntur mihi per restitutionem in integrum, ex illa clausula generali, si qua iusta causa videbitur. Et quia terminus est communis, restituuntur etiam aduersario, & una petitio sufficit, siue ego primo petam, siue aduersarius, nam ex una petitione restituuntur mihi, & aduersario propter actum, qui fit in ea, quia actus duo fiunt in ea per ipsam Curiam, qui sunt primi duo actus, hic in obseruantia restitutionis in integrum, idest quod utrique parti conceditur quod petit una pars tantum propter actum secundum in ordine dictæ obseruantiae restitutionis in integrum, quæ incepit forma actorum: & sufficit una petitio ut dictum est.

## S V M M A R I V M .

- 1 **Terminus ad unius partis instantiam concessus, alteri concessus, intelligi debet.**
- 2 **Feria in honorem Dei, non restituuntur nisi absorberent maiorem dilationis partem.**
- 3 **Parti non protestanti non succurritur.**
- 4 **Feria Iulij & Augosti quare restituuntur: feria autem ad Dei honorem inducta, non.**

**N**ot. ex hoc Rit. quod quotiescumque dato termino per iudicem, incidunt feriæ Iulij, & Augsti. propter quas non potuit quis utri termino: potest per viam restitutionis in integrum saltim ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, &c. petere eundem restitui ad dies feriatis, quæ petitione oblata, curia ipsa cum eis notorium terminum fuisse datum, & ferias incidisse: restituit litigantem ad tot dies, quot feriæ ipse fuerunt: & non habet necesse petere terminum ad probandum de hoc, nec etiam terminum, ad ponendum infra biduum iuxta ea quæ in Rit. 89 dicuntur quoniam cum si notoriū

(ut dictum est) curia ad solam petitionem concedit, quæ concessio & si petita fuerit ad unius partis instantiam: intelligitur etiam alteris facta iuxta tex. l. per edictum C. de tempo. in integrum restitut. & ea quæ diximus supra Rit. 90. Et si dicatur quomodo dicitur, & non datur terminus ad ponendum per totum diem sequentem, nec etiam ad probandum, cum in Rit. 91. expressè dicatur, quod quando datur terminus ad probandum in petitione restitutionis in integrum, declaratur per iudicem quod per totum diem sequentem ponat, quicquid competit. Respondetur, & aut loquimur de termino dando ad probandum, & ponendum, circa causam ipsam principalem restitutionis & loquitur d. Rit. aut ad probandum circa impedimentum ratione feriarum & ponendum, seu praesentandum articulos super eo: & loquitur iste Rit. & benedicit, quod cum hoc sit notorium ipsi curia, iudex absque aliquo termino restituit litigantem ad dies feriatis, ut etiam dicit alius Rit. infra 284. qui concordat cum isto. Adverte tamen, quod iste Rit. dicit quod feria Iulij, & Augsti tantum, faciunt restitutionem cōcedere, quæ si velit dicere & secus esset in ferijs inductis in honorem Dei, † quia illæ non restituuntur: prout expressè disponitur in allegato Rit. 284. in fine, quod verissimum est: nisi absorberent maiorem partem dilationis dicit Host. in cap. licet causam, de probatio. quoniam tunc si redderent dilationem inutilem in totum, vel pro magna parte, terminus non curreret, sed inciperet post ferias. secundum eum, idem Bal. in l. si quando, versi. queritur ergo, num. 6. C. de testibus. Lanfran. in cap. quoniam contra, in ver. dilations, nu. 14. de probat. & Affict. in constitut. Regni, lite legitime. 9. nota: ver. sed quæro, num. 15. † dummodo fuerit pars protesta de ferijs, alias secus: tum quia viderur acceptasse dilationem, cum etiam, quia incidit in eas sua culpa, quia nimium se arctauit, quo casu succurri sibi non debet. l. 2. ff. si quis cautio. no. Bald. & Salyc. in l. 1. in fine. C. de dilatio. Alex. in l. ff. de fer. & Affict. in d. constitut. lite, & merito in termino connumerari, iuxta l. siue pars, in fine. C. de dilat. † Ratio autem diversitatis quare feria Iulij & Augsti restituuntur: feria autem in honorem Dei Inductæ non, ea videretur esse, iudicio meo, quia quando incident illæ feria: dilatio currit, ex quo illis ferijs renunciari potest. l. 1. vbi nota, per Ange. & Doct. ff. de fer. & cap. ff. extra eod. titu. & ideo ex clausula generali, si qua mihi iusta causa, restituzione opus erat quando incident istæ inducta in honorem Dei, quia eis renunciari non potest, d. c. si. vbi omnes notant, secus est, & dilatio curret: sed currere incipiet post ferias, merito restitutio non est nec saceraria, intelligendo. tamen, vt dixi, quando absorberent maiorem partem dilationis: cogitabis tamen. Salerni die 12. Augsti. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X C I I I .

**T**em seruat ipsa Curia, quod responsiones partium quæ fiunt super articulis, exceptiōnibus, & positionibus: posse sunt fieri usque ad conclusionem exclusiæ: siue infra terminum præcessit citatio, quod veniat ad respondendum siue non: & siue sint reprobatoriae exceptiones, siue non: & quandoque etiam procuratores respondent, quando essent informati à principalibus per instrumentum exinde confessum ad sic respondendum: hoc tamen scilicet respondere per procuratorem,

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 57

**torem, est in arbitrio curiæ. item no. quod quando aliquis comparet eadem die usque ad primum somnum, reuocatur bannum, vel condemnatio ad tertiam, & licet non comparuerit Curia pro tribunali sedente, dicitur in actu, comparuit Curia pro tribunali sedente.**

## S U M M A R I V M.

- 1 *Index post conclusum in causa, ex officio, an partem interrogare poterit?*
- 2 *Ratio quare causæ omnes in Regno sunt summariae.*
- 3 *Principalis super articulis interrogandus, per procuratorem instruendum quando respondebit.*
- 4 *Interrogatio à principalibus facienda, nunquid super articulis, an super interrogatorijs, sit facienda?*
- 5 *Interrogatoria interrogatiue, positiones assertiue sunt.*
- 6 *Iudicium claudicare non debet.*

**D**ictum fuerat supra Rit. 70. & 79. qualiter multotiens principales litigantes citantur ad deponendum super articulis, exceptionibus, & positionibus, sed quia dubitari poterat usque ad quondam tempus tales depositiones fieri possent. Rit. ille hoc dubium decidendo, dicit quod usque ad conclusionem in causa exclusiue: & sic non ultra: & hoc siue fuerint principales citati ad deponendum infra terminum, siue non, & siue fuerint articuli reprobatorij, siue in causa principali, ut tex. iste expressus dicit De hoc Rit. (ut dicit Cauens. hic) fuit immemor Afflict. in rub. constit. Regn. partes, & in primo nota. illius const. dum ibi concludit quod etiam post conclusionem in causa, si iudici videbitur, potest ex officio interrogare partem, non autem ad instantiam partis, ut dicit tex. cum Glo. in verbi postquam, in cap. cum Ioannes Heremita, de fide instrumentorum. Bart. in l. vbi cuncte versi deinde quarto. num. 19. ff. de interrogatio. & Gl. in c. fin. de confess. & in c. quoniam contra, in ver. interrogations, extra de proba. sed parcat mihi Cauens. Afflict. fuit satis memor istius Rit. immo ipsum allegat in 1 nota. d. constitu. dum dicit, quod cum illa constit. concordat Rit. Magnæ curiæ, incipit item seruat ipsa curia, & postquam allegat hunc Rit. pro coram ad illud nota. debet intelligi quod ipse dicit secundum hunc Rit. & sic usque ad conclusionem in causa, & si dicatur, quod paulo inferius dicit postea, quod etiam post conclusum in causa, principalis potest interrogari prout etiam dixerat in rub. constitut. dico quod loquuntur quando interrogatio fit ex officio iudicis, non ad partis instantiam: quo casu se cundum Bart. in d. l. vbi cuncte. nu. 19. & Glosas allegaras, non est dubitandum quod fieri potest: adeo quod recte intelligendo, Afflict. & Bart. non sunt contrarij, huic Rit. (ut Cauens. dicit) & secundum praefata, verus intellectus istius Rit. est quod loquatur de interrogatione facienda super articulis per principales ad instantiam partis, ea etenim interrogatio non nisi usque ad conclusionem causæ fieri potest, ut tex. noster. dicit & Bart. in allega. Lvbicunque, nu. 19. per l. iudices. & auth. iubemus. C. de iudi. Limita hunc Rit. non procedere in causis summarioribus: & ex consequenti in hoc Regno tamen in quo omnes causæ sunt summariae per capit. Regn. detestantes infra. Rit. 288. Ratio est quia inter alios effectus, quos producit causa summaria: est quod principalis interrogatur etiam ad partis instantiam, post causam concul-

sam. vt dicit expresse Gloss. in clemen. sepe, in versic interrogabit. & ibid. Lanfran. de verb. signi. Abb. in d. cap. cum Ioannes, colum. 4. versic. not. & tene menti. & ibidem. Felin. colum. 5. Rom. confi. 171. colum. 5. & Marant. in pract. parte 4. dist. 9. num. 30. in nouis.

- 3 ¶ Secundo no. ibi, & quandoque quod principales interrogandi super articulis, possunt respondere per procuratorem instructum, & specialiter deputatum ad sic respondendum. ut etiam tetigi supra Rit. 70. & Afflict. in d. constit. partes q. 3. num. 4. qui allegat Jacob. Butrig in l. f. C. de procu. sed potuit etiam allegare. Specul. qui hoc pulchre dicit in titu. de positio. S. 6. versic. in summa num. 19. quod hodie etiam seruatur. verum practicatur ut d. Rit. 70. dixi: quod si pars instar quod veniat principalis tanquam persona legalior, aut quia melius scit veritatem, procurator non admittitur, sed principalis habet deponere i positionibus. ut etiam in firmat nota. Specu. in d. S. 6. num. 18. per tex. qui hoc dicit eleganter in l. f. C. de procur. in ca. in pertinendis, de iur. calum. &c. praesentium de testib. in 6. & ideo bene dicit iste Rit. quod istud deponere per procuratorem est in arbitrio curiæ. Limita hunc Rit. non procedere in causis criminalibus: sed soluni in ciuilibus. vt dicit Bal. in d. l. f. C. de procu. & Afflict. in allega. constit. partes. quæst. 3. nu. 4.

\* Tertio & vltimo, nota. ibi item nota. quod si aliquis fuit citatus per curiam & in vltimo peremptorio termino hora solita curiæ regendæ factus contumax, & bannitus, & condemnatus ad poenam tertiaz partis honorum mobilium, iuxta formam constitu. Regn. poenam novem vinciarum, cum duabus seque. potest etiam die usque ad primum somnum, comparere. & reuocabitur condemnatio facta & ipsum bannum: immo scribithus eius actus, quod comparuit curia sedente, pro tribunali, licet non fuerit ita, in veritate ut etiam dicit alias Rit. qui concordat cum isto ad literam inf. 206. & 306. & licet non dicat iste Rit. coram quo fieri debeat \*cōparitio, tamen ut dicit d. Rit. 206. & dixi, supra in Rit. 28. potest fieri coram Regente, aut capitaneo ciuitatis, item coram judice, & etiam coram actuario, quod hodie bene seruatur in prac. Maxime in magna curia vicaria, & ille coram quo comparet, facit sibi cartulam eius manu, qualiter talis eo die comparuit coram eo, & demum tenetur alia curia sequenti comparare, & facere instantiam quod expediatur, & demonstrata dicta cartula, annotatur sua comparitio in actis pro eo tempore quo curia sedebat; & condemnavit ipsum, ut etiam ad preses seruat Regia Audientia Principatus citra, & Basilicata: ab eo tamen tempore quo in eadem creatus fuit Auditor. Dominus Cæsar de Luciano, \* Verum hodie coram actuario non fuit iste comparitiones de sero ut in d. Ritibus dixi.

- 4 ¶ Quarto in hoc Rit. de vna. q. admodum necessaria, & de qua vidi satis disputari, nunquid interrogatio facienda a principalibus fieri debet super articulis: an su per interrogatorijs effectus est maximus tamen quia interrogatoria sunt interrogatiue, positiones vero assertiue, ut dicit Glo. in c. 1. in ver. statuimus, circa prin. de confess. in 6. & Specu. de positio. S. 1. & S. 5. nu. 3. adeo quod is qui ponit secundum eandem. Gl. circa fin. saceri dicitur: & eius confessionem reuocare non potest, nisi in aliquibus casibus, de quibus per Gl. & Doct. in c. f. de iure iur. & Alex. confi. 34. col. 1. volum. 1. Lanfra. in d. clem. sepe, nu. 35. usque ad fin. post Bal. quem allegat, in quodam consil. videtur tenere quod talis interrogatio in istis causis summarioribus debet esse super interrogatorijs, in causis vero ordinarijs super positionibus. ut late per eum ibid. ego vero in facti contingentia contrarium tenui, & teneo, primo ponderando hunc Ritum. & d. Rit. 70. & 79. in quibus nulla penitus mentio fit de interrogatorijs, sed volum de articulis exceptionibus & positionibus, cum siquidem hoc voluisse, explesum, Secundo, per d. clem. sepe, ubi postquam dictum fuerat

# Domini Prospérl Caráuita Eboltani

Suerat quod in causis summarijs debet dari terminus ad articulos, & positiones; postea dicitur quod index interrogabit partem, quod quidem debet intelligi super his que prius dixerat, videlicet, super articulis & positionibus, tertio, per pulchram, & satis, not. deci, Dominorum de Rota de sequestra, posse. & fruct, decisi, alias, 31, in nouis vbi hoc expresse deciditur per rationem t̄ quia iudicium claudicare nō debet ut probat tex in c. cum inter, extra de excepti o.c. nouit, de iudi. l. fina. & de rerum diuis. & Rit. infra. 187. in princip, & ideo sicut per cōfessionem principalis qui haber respondere, relevatur alia pars, endeni modo, & principalis relevetur per positionem factam per ipsam partem, quia si est positio, dicitur fateri ut supra dixi, & si esset interrogatorium, secus resert & sequitur Gemin, in c. 1. numero 11. de confess. in 6. Pau. de Cast. in individuo in l. iudicis. num, 7. C. de iud. & Capic. decisio, 97, in fine. non obstat id quod Lanfran. videtur dicere post Bald. quia noluit dicere hoc, sed quia dixerat, qd vbi iudex interrogat potest iuramentum deferre, se declarat quod procedit in causis summarijs, quia in ordinarijs non est necesse dubitare de hoc, ex quo in eis per c. 2. de confess. in 6. determinatum est, quod sunt positiones, & respondeatur cum iuramento: nec tam voluerunt dicere quod in summariis non sunt positiones, sed interrogatoria, & ita practicatur, & in dicta causa factum fuit. Salerni die 15. Augusti 1551. Prosper Carauita,

## R I T V S X C I I I .



Tem seruat ipsa curia in principali causa civiliter, vel criminaliter, & in fideiussoribus suis quando citantur ad aliquem actum post contestationem litis, qd illo sero quo debuit comparere ad citationem factam, accusatur contumacia tñ, & sequenti sero fit condemnatio, & de inde ipso sequenti die fit ille actus ad quem fuit citatus, & ab inde in antea quandocunque in testibus autem seruat alius modus, quia illo sero quo debuerunt comparere, accusatur contumacia contra eos non comparentes per fiduciam, si causa erat ex officio vel per accusatorem, vel per alium agentem civiliter, & de inde expectantur triduo ipsis testes, & postea contentantur: immo solet eis testibus seruari aequitas, ut durante termino, infra quem iurare possunt, non contentantur potest etiam fieri contra eos condemnatio ante ultimum diem termini (ut dictum est,) per quod sciant diem quo debuerunt comparere, & sit accusata contumacia,

**I**ste Rit. ponit practicam, & modum procedendi contra citatos, post item contestatam, & non comparentes, tam si fuerint principales, quam fideiussores; dicens, quod quotiescumque citatur aliquis ad aliquem actum, puta, ad publicandum, aut fideiussor ad aliquem presentandum infra talem terminum, ultima die termini accusatur contumacia: & demum sequenti sero, seu curia condemnatur ad penam in citatione appositam, vel fideiussor ad poenam contentam in fideiussione, quo facto die sequenti, & ab inde antea quando alia pars vult, potest procedi

facere ad publicationem, vel aliud agendum ad quem fuerat ille citatus, fallit hoc in testibus citatis ad deponendum in fra talem terminum, quoniam accusata prima contumacia ultima die termini, non contentantur sequenti die, sed expectantur per triduum, quod elapsò, condemnantur ad penam in mandato contentam: licet quandoque ex aequitate expectetur nedum per triduum, led eriam ultra, & donec durat terminus datus in causa, infra quem iurare possent, & postmodum deponere, & cum hoc Rit. concordat alius Rit, infra 97. & 223. in quibus ad literam idem disponitur. Et not, Rit. ibi potest etiam, quod licet dictum sit quod condemnatione testis citati ad deponendum, & non comparentis de aequitate potest supersederi donec durat terminus causæ: tamen (ut supra dictum est) fieri potest ante ultimum diem termini & infra ipsum terminum, elapsò dicto triduo dummodo sciuerit diem quo debuit comparere & sit accusata contumacia, quod quidem semper scire potuit, cum in citatione terminus apponatur. Item nota Rit. hunc loqui de citationib[us] quæ expeditunt post item contestatam, & condemnationibus fiendis super eis: de citationibus autem ante item contestatam, loquitur dictus Rit. 97. qui appellat eas, primas citationes, in quibus (ut ibi dicitur) seruat quemadmodum dictum est de testibus, ut accusata contumacia, expectetur triduum quo elapsò, accusatur ultima, & sit condemnatio. Dispositio istorum Rit. quo ad citationes, quæ sunt lite contestata aliter seruatæ hodie, quia in illis citationibus in quibus pena fuit apposita ad quam de necessitate oportet citatum condemnare, & vocare, expectandum est triduum, sicut in his quæ ante item contestatam expeditunt. & eo elapsò, curia sedente, fit condemnatione ad poenam, & qua ad alias citationes quæ sunt sine poena, puta ad publicandum, vel concluderidum, non accusatur contumacia, nec sit condemnationis. Sed elapsò termino, sit publicatio, vel aliud actus, ad quem illes fuerat citatus. Quovero ad fideiussores similiter, aliter seruat, & in eis expectatur triduum, sicut in testibus, & primis citationibus quo triduo elapsò curia sedente, accusatur pena in fideiussione contenta, & dicitur quod exequatur civiliter, & personaliter, ut tangit Affl. et. in constitut. Regn. clementie in fin. versicu. & ita practicatur. & quo ad primas citationes, quæ sunt ante litis contestationem, seruat. d. Rit. 97. & in eis expectatur triduum, ut erit dictat Rit. 23. in fi. & 218. Regia prag. relatione, vbi dixi in 4. nota de ordi. iudic. & Rit. 118. Salerni die 18. Aug. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S X C V .



Tem seruat ipsa curia quod illa dies qua debuit accusari contumacia prima, si fuit dies feriata etiam Palqualis, deber, assignari nihil omnino nisi ipso die responsale magistro actotum, vel alieni ex sua bactrijs de voluntate magistri actorum prædicti, & in ipso responsali scribitur præsentata, scilicet die illo festiva, quo fuit præsentatum ipsum responsale, & primo die juridico accusatur prima contumacia, & proceditur ad posteriora iustitia mediante, & potest accusari prima contumacia etiam si curia non regitur, dummodo contentam magistro actorum; vel aliquibus ex fusca-

bactarijs in curia existenti, vel existentibus, & nota, quod quando dies est feriatus, assignatur predictum responsale. & fit presentata in eo, non dicitur quod fuit presentatum in iudicio, sed apud acta tantum, quia non est iudicium tali die, sed acta semper sunt, & ita obseruat ipsa curia quando tali die fierent, quo iudicium esse non potest: sed quando accusatur prima contumacia, scilicet hora qua accusatur, si non regatur, dicitur tali die, tali ind. & talis mensis, talis in iudicio p̄fens, & apud acta dictæ curiæ accusauit contumaciam dicti tali vocati in dicta curia, & non comparentis, & ita seruatur, & dum esset questio de hoc tempore toelicis memoriaz, & recolendæ domini Caroli Ducis Calabriæ, fuit facta terminatio per iudices ipsius curiæ (vt dictum est) presente magistro Lancea dictæ curiæ auditorum magistro, tunc subactario, seu scriptore in eadem curia, & cæt. & ipse retulit.

De hoc Ritu, & eius obseruantia dixi supra Rit. 81, qui cum isto concordat, merito ibi t̄c remitto.

## R I T V S X C V I .

**I**tem quod processus originales in dicta curia agitati, & facti, ac faciendo, non possint, nec debet ad petitionem partium ab ipsa curia tolli, & eleuari, sed si ipse partes voluerint Reginali Maiestati, vel alteri iudicio producere & presentare: tamenantur recipere copiam de eisdem (vt solum sit fieri,) & dicti processus originales in ipsa Magna Curia conuerterunt, sicut de iure conseruantur debent.

## A D D I T I O .

2 De eisdem. Adde quod quamvis regulatiter, in applicationibus transmitti debeant copias processuum: tamen vbi pretenditur, processus esse viciatos & falsificatos consuevit magna curia Vicariz & sacrum consilium mandare quod transmittantur originales reliquias copijs & ita quotidie obseruantur. C. P.

## S V M M A R I V M .

- 1 Acta originalia panes curiam remanent, eorum tantum copia dabitur parti.
- 2 Index ad quem, iudicii a quo mandare non potest: vt originalem processum, sed authenticam copiam tantum transmittat.
- 3 Instrumenta originalia in quibus casibus, retensa copia, referruantur.

4 Processus criminales, & ciuiles quomodo hodie Napoli conseruentur.

**N**ot. i. ex hoc Rit. t quod acta originalia non dantur partibus, & si eis opus habent, vt coram alio tribunalii presentent, datur copia reliquis originalibus p̄nes curiam, ad idem text, in c. quoniam contra, verific. & omnia, de probat. Spec. in tit. de teste. S. publicatis. in princip. Imo. Abba. & Felin, in c. cum bonæ. in 1. nōta, de probat. t Amplia procedere medium ad partium petitionem, vt Rit. loquitur, verum, etiam iudicis ad quem qui non potest mandare iudicii a quo, quod transmittat processum originalem, sed solum copiam anathematicam in die ungl. & Bart. in L. eos. S. super his, in versi exempla, vbi etiam Saly. C. de appella. & idē Salyc. in J. fi. in fi. C. de relatio, seruatur tamen in pract. in Magna Curia Vicariz maxime in causis criminalibus, pro celeri expeditione carceratorum, quod actuariorum caularum (ad quos spectat facere copiam, habito solo prelio) contentantur multoties dare originalem processum (aliquo sibi soluto a parte appellante, pro iuribus copiarum) actuario iudicis, ad quem: qui tandem finita causa appellationis, habeat sibi restituere, relictis poenies se illis actis tantum, quæ gesta fuerint in causa appellationis. t Limita primo hunc Rit. non procedere quoad instrumenta in actis, etiam in processu causa præsentata, & alteri parti intimata, quoniam ea reliquis copijs poenes curiam, & facta collatione inter copias, & originalia citata parte ad videndum collationem, restituuntur partibus, si tamen præsentantes ea, præsentauerunt cum solita protestatione, salvo aut relaxandi copiam, & recipiendi originale, vt dictat Rit. infra 176. quem ita intelligo. Secundo limita non procedere, in instrumentis quæ in curia præsentantur, vt liquidentur iuxta formam ritus magnæ curiæ infra 166. quoniam talia instrumenta elapsis duobus mensibus, a die præsentationis, seu liquidationis, restituuntur partibus reliqua copia p̄nes curiam, vt dicitur in d. Rit. 76. & 185. Quod tamen debet intelligi, vt a causa præcedenti differat, etiam si non fuerint præsentata cum dicta protestatione, & ita practicatur. t Seconde not. ibi in ipsa Magna Curia conseruantur, quod processus originales debent conseruari in ipsa magna curia, in uno castello communis, vt dicit Rit. supra 26. vbi dixi, qui hodie appellatur archiuo, vt dixi supra Rit. 24. sed vt in hoc seias, quid hodie seruat magna curia, distingue processus criminales, & ciuilibus: processus criminales, aut sunt informationes, & conseruantur per adiutorium fisca in dicto archiuo in uno loco separato sub clavi, quam ipse tenet: aut non, & tunc aut ventilantur, & tractantur, & conseruantur per aetuarium qui eos domi, vel in banca detinet, aut suam expeditum: & conseruantur in archiuo quem dixi in loco separato clauso cum clavi, quam ipse tenet & qualibet actuariorum habet in ipso archiuo vacuum locum pro suis processibus. Processus ciuiles, quia pro eis non est locus in archiuo, ab aliquibus conseruantur in certis conseruatoriis, vel stipulis particularibus quæ sunt sub ipso tribunalii Magnæ Curiae, & ab aliquibus domi & in banca, in alijs autem curijs Regni, vt dixi supra Rit. 26. similiter seruari deberet, sed vt ibi dixi, conseruatio curiarum spectanda est. Eboli die 20. Aug. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S X C V I I .

**I**tem seruat ipsa curia, in primis citationibus expectare triduum, & eius elapsum antequam condemnnet, vel alii quem banniat: in alijs aut citationibus,

H. que

# Domini Properi Carauita Ebolitan

qua*s* in processu cause sicut l*e*c*t*e*o* contestata,  
viquando citatur fidei*u*ssores, vel quando  
citatur quis ad publicag*u*m, & similibus  
nunquam expectatur triduum: sed cond*e*-  
nuntur hoc modo, si hodie debet compare  
re: accusatur hodie contra eum contuma-  
cia &c: cras cond*e*nitabitur ad poenam v*n*-  
ciarum quatuor, seu ad tertiam partem bo-  
norum*q*ui pli*s* mobilium, si dicta tertia ma-  
ior pars dict*e* poen*z* existat: & facta dict*e*  
condemnatione per interloquitoriam, sic  
dictus actus oportet enim de necessitate, vt  
primo fiat cond*e*natio, ad hoc vt fiat actus  
in contumacia: & si etatio isto modo sci-  
licer, post l*e*c*t*e*o* contestata, mandamus qua-  
tenus citatis dict*u*m talem ad poenam v*n*ci-  
arum quatuor aur*z*, n*o* tam*en* in citatione di-  
citur, seu tertiam partem bonorum mobi-  
lium. vt supra & quamvis in citatione no*n*  
dicatur, sic, (vt dict*u*m est) & c*o*ndemnatur:  
fidei*u*ssores aut*e* requiruntur, vt sustant prin-  
cipalem, & ad poenam fidei*u*ssionis, & con-  
demnatur per dict*u*m modum ad penam  
fidei*u*ssionis, non expectando triduum, sed  
testes qui citantur ad poenam v*n*ciarum au-  
ri quatuor*l*an*u*m, & non veniunt ad depo-  
nendum testimonium veritatis, expectan-  
tur per ipsam curiam triduo, & elaplo, ab  
eo tempore cuius memor a hominum in  
contrarium non ex*ist*it.

## A D D I T I O N.

a Item seruat. De ordine vorandi in facto Consilio: qui  
in omnibus tribunalibus seruari debet, vide Affia,  
decis. j. & quod Iugior vorare debeat vora vide prag.  
Ducis de Alcala corrigete prag. Regis Ferd. i. in prag.  
Sacri Consilij. C. P.

S V M M A R E V. M.

1. Vota qualiter dentur in Regno, in causis tam civitatis quam criminalibus.
  2. Maior pars iudiciorum vocando, minorem vincit.
  3. Forma iudicis scribens notis iudicium, quae in wagis cur. vic. et que in sacro Reg. consilio servatur.

**R**itus iste hodie & aliter practicatur, ex quo, facta relatione causa, & auditis partibus & fisco ( si causa est criminalis ) votari, & si omnes iudices sunt concordes, sic decretum in processu, quod ab omnibus subscribitur, & demum partibus intimatur, si vero aliquis est in votu contrario similiter se subscribit decreto & votum suum notatur in libro votorum ad hunc effectum deputato, ut in praecepto 5. lib. p. tinc. & in S. item che. de S. item perche, de offic. magistr. iusti. Verum in criminalibus, quando inquisitio capit, non decretus, sed decretum non scribitur in processu, sed in libro decretorum ad hoc destinato qui singulis mensibus conservatur per unum ex actuaris ciuitatis observationaria ista ( ut credo ) ex eo, signat vobis hemina, quia semper maior pars iudiciorum vorando, vincit maiorem. Vt pater ex l. si in tres, cum subsequen. ff. de arbitri. idque adeo verum est quod licet aliquis fuerit alterius voti, nihilominus subscribit potest se decreto, vel sententia ut supra dictu fuit, sed quia posset postea insyndicatu bri de iudicib. q. sententias & decretis se subscripterant: efficitur dictus liber, ut inde apparere quis fuerit e cogitato voti, & ex cōsequentiib le contra quem agi potest, vel non. In sacro cōfilio sicut ad eum certa forma statuta in exquirēdis, & scribendis votis, illa ordinata per Regem Ferdinandum primum, & nū  
per.  
Hoc coram iudicis erit, & iudicis  
votis coram regis erit.

A. D. D. I. T. I. O.

- a** Minorem. Adde quod diligando & in quibusdam Iuris sententie non numero sed pondere valebant: Nam  
vix estatur Bud. in adiutoriis & utiliss. db Senato. Bbidi.  
Recognome Piuscher. in capite quadam cuiusdam  
colit. quia edidit anno 2294. ac lauit. Quid si indices  
qui in maximo tribunali erunt sententiis suis diversa ce-  
strixim principes aut presides curiae, ex maiori partis  
sententia, rem deactore, ac pro modo iure debo-  
hui, aut etiam ex potioris, si quando. ex censentium  
grauitate & meritis, aut ex rerum decerpenderum  
qualitate eis ita videbatur. ex quibus verbis intelligi-  
mus, inquit perpetuum hunc morem non fuisse nu-  
merandarum sententiarum: De quo Pius ad Adrian. t  
de quodam Senatus consilium, quod ipsi sententias prope-  
re improbandam censebat. Sed hoc inquit, pluribus  
visum est: numerantur enim sententiae non ponderan-  
tur. Nec, aliud publico consilio potest fieri in quo ni-  
hil tam iniquale quam & qualitas ipsa. Nam cum sic  
impars prudenter patet omnium ius est. Utrum autem  
inquit, praestare videatur, nos in medio iam diu pos-  
sum relinquimus. C. P.



**a** Tunc seruat & ipsa Curia, quā  
do disputarus est processus,  
& deinde secundum ordinem dictæ Curie est vius p.  
omnes iudices, seu examina-  
tur in camera, iudicis; qui  
debent date sententiā simul cum Regen-  
te (prout continentur in alia obseruantia) po-  
nunt manū suā in processu hoc modo,  
in fine processus: videlicet, siat sententia  
condemnatoria, per quam dictus talis con-  
uentus condemnetur ad dādūm tradendū,  
& assignandū dicto rati conuento in præ-  
di causa, domum prædictam, & ha vide-  
tur mihi Franciscus Derapolano de Sepis Je-  
gū doctor dictæ Curie iudici, & ego Hen-  
ricus Aconzaio cus iudex dictæ Curie con-  
curro, quod nota.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 59

<sup>2</sup> per senouata \* ut patet in prag. 13. de offi. sacri consil. vide ibidem. Eraduerte , qd licet per dicta prag. ins. post cause, iudices in votando, possint arguere, & ad partes disputare, & demū votare: quod quidem satis commendat Afflct. in consti. Regn. statutus, ut magna g. not. nu. 30. dicens se pluries opfias quod fieret constitutio regia: quod iudices votarent cum rationibus, & allegationibus veris.tamen per Illustrissimum Dominum Dueem de Alcala in prag. prædicta. S. non defuere, versi. prædictas, sublatum est , adeo quod iudices non habent in iure disputare cum votat: sed simili pliciter votare, & quia si fecerit fieret, qlibet causa duraret i disputando inter iudices vna die: & ita seruatur: Eboli dic 21. August. 1559. Prosper Carauta.

## A D D I T I O N E S.

<sup>2</sup> Votare. vrum autem melius fit. Deus ipse scit. Nobis autem valde grata hia prag. foret, quam Afflct desiderabat, atq; vt non solem iudices non ex arbitrio, qd maxime iustum est sed secundum leges iudicarent & cum rationibus votarent, rationibus in ipsis votis alle gatis & notatis sed & vt in sententia etiam rationes ex primeretur vt & litigatores & aduocati causarumque patroni agnoscentes malam causam fuisse, facile ad quiescerent, nec de iudicibus conquererentur. C. P.

## R I T V S XCIX.

Item quod in curiis ipsis fiat, & fieri debet distributio aduocatorum non habentium salarium, etiam de publico.

## S V M M A R I V M.

- 1 Aduocati antiquitus matriculati erant: & de publico salariabantur. Et quare.
- 2 Salarium aduocatis hodie à clientulis loco publici succedit.
- 3 Salarium aduocatis qualiter constituatur. Et quod illud licite percipiatur.
- 4 Qui primus patrocinantibus iustum mercedem instituit.
- 5 Aduocatus eius salarium, etiam sine labore, percipere quando poterit.
- 6 Aduocatus etiam pro rege, gratis patrocinari non tenetur.
- 7 Iustum consilium etiam ecclesiæ, vendere licet.
- 8 Principi à priuato aliquid absque salario habere non licet.
- 9 Aduocatus a paupere aliquid accipiens, in foro conscientia peccat.
- 10 Aduocatus si pauperis renuat patrocinium: denunciabitur, ecclesiæ, vel iudicis implorabitur officium ad eum cogendum.
- 11 Aduocatus, si iudice mandante, pauperis patrocinium renuat: priuabitur patrocinio.

**A**D huiusmodi Ritus intelligentiam scire debes, qualiter de iure cōprousum est, quod in causis vertentibus in iudiciis aduocati boni & qualiter litigantes distribuantur iudicis arbitrio, ne alias sequatur iustum & incōueniens, quod dum meliores ex una parte consistunt, aliam partē tirones soueant, & experess. vt dicit textus in legi prouidendum. C. de postulati-

- 1 do.† Sed quia tunc temporis aduocati erant matriculati, & salariabantur à publico. vt dicit glo. in Rubrica. C. de aduocatis diuersorum iudicū Cynus, & Bald. in Lj. nu. 3. in fi. C. de suffragio, & Tiraquellus de nobilitate cap. 29. nu. 53. Orta est contentio inter glo. Bart. & Doctores in dicta l. Prouidendum. Glo. ibidem dicēte illum tex. hodie non procedere, quia aduocati nō salariantur à publico: Bartolo vero num. 2. & Saly. in fi. ipsius legis contrarium afferentibus. Tum quia licet non habeant ex publico salarium.† Tamen illud quod: habent a cliētulis loco publici salarij succedit argumēto legis fori. C. de aduocatis diuersorum iudicū. Tū etiam, quia ratio dictæ legis prouidendum, militat ēt in aduocatis hodiernis & à publico non salariat. Qd Doctores ibidem cōmuniter sequuntur. Ad confirmationem igitur opinionis Bart. Saly. & Doctorum in legi Prouidendum contra gloisam. Ritus noster dicit, quod i curiis ipsis fieri debeat distributio aduocatorū non habentium salarium, etiam a publico. Et idem habet in fine Ritus sequentis: sed in practica non video seruari in hoc regno, & vt puto, ob multitudinem aduocatorum. Credo enī quod sicasus contingēret, tene retur iudex ad partium instantiam distributionē face re, si oēs meliores aduocati suissent ab una parte præuenti, & hoc tum ex dispositione dictæ legis, cum ēt iustius Ritus. quod nota. Quero in hoc Ritu. quonam modo intelligitur, quod hic dicitur de aduocatorum distributione nunquid cū salario a partibus soluendo, an sine? Breuiter licet textus non dicat. Tamen ipsū intellige mediante salario soluendo ab ipsis clientulis pro modo litis & laboris, aduocati facundia, & fori consuetudine per textum, in l. j. S. in honoratiis. ff. de variis & extraordinariis cognitionibus: quia aduocati possunt licite ex patrocinio salarium. percipere vt ibi patet, & ex l. j. C. de suffragio. & apertius ac notabilius in c. non licet. Undecima. q. 3 c. non sane. Decimaqua rta. q. 5. & c. Romana. S. nec etiam de foro competenti. In 6. etiam si fuerint clerci, vt dicit Glo. in c. l. 15. q. 2. Abbas in c. j. in fine depositulando. & Tiraquell. de nobilitate. ca. 29. num. 30. post Speculatorē quē non citat, in titulo de salario. S. sequitur. num. 10. Licet antī quitus per legem Cinciam, ob causam orandam, pecuniam, donumve accipere prohiberetur. authore Ta cito lib. 11. quod & ipsum Plinius li. 5. epistolarum ad Valerianum sequitur inquiens, quod leges antiquas sequutus nunquā aduocationes suas voluit esse venales sed a pecunis semper abstinuit. Tullius lib. 2. officiorum cum ait, disertii hominis, & facile laborantis, quodque in patriis est, moribus, multorum causas, ēt non grauata, sed gratuito defendētis, beneficia, & patrocinia late patent, & Ouidius lib. 1. elegiarum. sic dī a cens. Turpe reos empta miseros defendere lingua. Quod faciat magnasturpe tribunal opes. vt aliis quā pluribus probat Tiraquellus in tractatu præallegato.
- 4 su. 21. cum sequenti.† Author qui primus antiquas leges abrogans apud Romanos iustum certamque mercedē patrocinii instituit, Nero eorū imperator fuit, si b Suetonio credimus in eius vita. ca. decimo septi. b vel secun-

## A D D I T I O N E S.

- 2 Lingua. Iuxta illud Seneca in tragedia prinia. Hercules furens, actu 1. Turbine magno & c. ibi.  
Hic clamosi rabiola fori  
Iurgia vendens improbus iras,  
Et verba locat. &c. C. P.
- b Undecimo. Adde qd contrarium potius testatur ibi Tranquillus dum ait. Item vt litigatores pro patrocinis certam iustumque mercedem pro subcellijs, nullam omnino darent præbente xratio gratuita, De quo tamen videndum est omnino Vlpian. in Lj. fi. de extra ord. cognitionibus. C. P.

# Domini Prosperi Carauita Ebolitanij

secundum Cornelium Tacitum libro Undecimo. Claudio Cæsar qui ante Neronem præfuit Romano Imperio, & aduocatis lalarum usque ad dena sextertia constituit, ita, quod ea egressi rependarum tenerentur. ¶ Amplia primo quod dixi, Aduocatos licet posse salarium ex aduocatione percipere etiam si absque labore, & librorum revolutione patrocinari valeant secundum Spec. de salario. S. sequitur. nume. 1. & Ioan, Andr. ibi per optimam rationem quam ponit, Quia, si securus diceret, sequeretur quod esset deterioris cogit. non aduocatus doctus qui eo quod continuos labores sustinuit ad adipiscendam legum scientiam in promptu potest de iure respondere, quam alij, qui, ut valde anconculere ad præsens studijs opus habent. Idem dicunt Archidiaconus in capitulo non licet, 6. q. 3. Imola. in c. cum ab omni. colum. fin. de vita & honestate clericorum. Alexan. ad Barto in l. 1. ff. de varijs & extraordinariis cognitionibus. Socin in tracta. fallentiarum Regula 229. Iaf. in l. nec quicquam. S. vbi decretum. ff. de officio proconsulis. & in S. Ieu iste, colum, antepenult. instit. de actionibus. & alij quos tibi late posuit Tiraquellus, in dicto tractatu nobilitatis capite 29. num. 31. Licet Gloss. in d. cap. non licet. & alij quos ibi dem citat aliter volvissent. ¶ Secundo amplia, etiam si veller iudex ipsum aduocatum patrocinari causam fiscalem, quia etiam pro Rege non tenetur gratis aduocare, vt dicit Innocentius in cap. sicut. lo 2. nume. 2. extra de iure iuruan. Affl. in constit. Regni. cum circa. Decimo octavo notabili. numero 22. & Paris in sindicatu. litera A. S. Potestas. numero 2. & 3. vbi & quae superadiximus allegat. ¶ Quia iustum licet consilium vendere, etiam Ecclesiæ. ca. significaturum extra de prebendis. notat Innocentius incipit. non satis de simonia. & in cap. primo. de magistris. Ad idem text. in athen. de mandatis princ. S. oportet & S. illud, & de iudiciis. S. ne autem. Pro quo faciunt notata per Iserniam de capitaneo qui curiam vendidit. in fine. ¶ vbi quod princeps qui vult aliquid a priuato, non potest illud accipere sine salario, & in titulo de pace iuramento firmanda. S. Receptatores, nisi aduocatus habeat salarium ab ipso Rege, secundum Paridem ibi intelligentio nisi lites essent adeo magnæ quod labores excederent salarium, vt ipse dicit. num. 3. ¶ Limita non procedere, quando litigantes essent pauperes, quia pro iis tenentur aduocati gratis patrocinari, vt dicit Gloss. in cap. statutum. S. insuper, in verbo pauperes. in fin. de script. in 6. bonus tex. in capi. 1. vbi Holtien. Abbas, & Felyn. de officio iudicis. Albericus in processio Codicis. colum. quarta. num. 18. Bald in l. si furiosi. per illum tex. in verbo gratis. C. de nupt. De cisis. Tholosana quadragesima octuagesima prima. Alber. in l. prima. S. ait prætor ff. de postulando R. pa. in l. si constante. numero 35. & 36. ff. soluto matrimonio, & Didacus Couar. libro practicarum quæstionum. capitulo sexto. numero quarto. Quod quidem adeo verum est. ¶ Quod si aduocatus aliquid a pauperi acciperet, in foro conscientiae peccaret, secundum Albericum in l. prima. colum. fina. C. de suffragio, & in lege nec quicquam. S. finali. ff. de officio proconsulis. & Iason in S. vbi decretum eadem lege. & in S. Tripli. colum. penult. instituta de actionibus. & Tiraquell. in dicto tracta. capite vigesimo nono. numero trigesimo nono, intelligendo tamen vt per Felynum in dicto capitulo, nume. secundo, de officio iudicis. quem sequitur Tiraquell vbi supra. Auferius ad dictam decisionem tholosanam quadrigintesimam actuagesiman primam. Silvester in sua summa. in verbo Aduocatus. quæstio. 28. & Didacus Couartuicias in præallega. lo. Quando causa pauperis importaret eius extremam necessitatem, adeo quod si causa rueret, fame moreretur, quia tunc, cum ista denegatio patrocinii possit esse occasio mortis, ipsi aduocato i mputaretur. per tex tum in c. pasce. 86. distin. ¶ Quod si aduocatus renue-

ret hoc facere, posset pauper denunciare ecclesias, quæ posset talē aduocatum cogere tanquam reculantem celemosinam facere, vt dicit Fely. in d. c. 1. p. rea quæ dicit gloss. in c. sicut in verbo esurientem. 47. di. quam singularem facit Roma. in repetitione legis, si vero. S. de viro. 24. fallentia. ff. solu. maritim. Aret. consil. 48. R. o uocatur in dubium. colum. 2. & Soci. regula quandam gentesimam trigesima quinta. Glo. in capit. Domino. in verbo necesse, 10. dist. & in c. exigunt. prima q. 7. vel iudicis officium implorare, vt ipsum cogat, quia iure aetatis hoc petere non potest. vt dicit Specu. in tit. de instrumentorum editione. S. nunc aliqua. col. 17. versi. sed an pauperes. Imola. & Abb. in c. 1. de empt. & vendit. Tiraquellus in præallegato c. nn. 46. & decisio Tholosana præallegata. ¶ Et si iudice mandante adhuc resuatur, potest ei interdicti patrocinium, per legem prouidendum. C. de postulando. ibi Baldus. lege moris. S. sunt autem, ff. de penit. & lege 1. S. cura carnis. ff. de officio præfecti verbis: notat Abbas in dicto c. 1. de officio iudicis. Auferius ad dictam decisionem Tholosanam. & Didacus Couartuicias vbi supra. & boli. dic 24. Augusti. 1559 Prosper Carauita,

## R I T V S C.



Rdo per Curiam datus Ad. uocatis sedentibus, per subscriptum ordinem habeant loca, qui quidem aduocati non audeant accedere ad bancham, nisi vocati seruato dicto ordine, & quod non intromittant se de actis ordinariis spectatibus ad ordinem causatum, sicut est publicatio, petitio, repulsa, conclusio, & alij eiusmodi actus, qui actus fiant per procuratores ( vt spectat ad officium ipsorum ) & quod quilibet aduocatus qualibet vice, qua venit ad bancam: ponat duas causas tantum. Item in Curia ipsa fiat distributio aduocatorum non habentium causam salarium publicum,

## S V M M A R I V M.

1. Aduocati se abstinerent ab eis quæ causarum ordinem respiciunt.
2. Officium aduocatorum nobille, & honorabile.
3. Infames aduocare non possunt, nec aliquam dignitatem habere, propterea nec Iudeus.
4. Officium procuratorum nobilitatem amitti facit adeo quod nobilis illud exercens, cum plebeis connumerabitur.
5. Et si ab eo desistat: nobilitate gaudet.

**E**x princ. ipsius Rit. nihil colligo, quia est potius quædam rubrica duorum Rit. sequentium vbi idem disponitur, & ideo ibi merebitur. ¶ No. 1. ibi, & quod non intromittat, se quod aduocati non debent se intromittere in causis circa ea quæ respiciuntur ordinem causarum, sicut est publicatio, repulsa, & huiusmodi, sed debent isti auctus fieri per procuratores, ad quorū officium spectat. Et ex hoc corrigitur quod habetur in consti. Regn. litem iunctis his quæ ibi ponit Affl. 12. no. numero 19. vbi quod aduocatus potest presentare in iudicio articulos pro

pro suo clientulo, quod etiam voluit gloss. constitut.  
 2 Reg. partes, ratio huius Rit. est; j. quia aduocatorum officium dicitur esse nobile, l. prouidendum in prim. in versi. nobilissimos. C. de postula. l. aduoçati. C. de aduo. diuer. iudi. & not. Bal. in rub. extra de offic. iud. col. ant. ite non possunt esse infames. d. l. S. ait prætor & c.  
 3 infames in princ. 3 q. 8. & t propterea nec et iudeci, vt dicit Bald. in l. fi. per illum tex. C. de postula. & l. s. in  
 4 rubr. ff. de iustit. & iur. col. t Procuratorum vero officiū adeo viles, & quod nobilitatem amittit. l. vniuersos, & l. si quis procreationem, & vtrōbique Gloss. & Doct. C. de decur lib. 10. Dy. in c. infamib. de reg. iur. in 6. Bald. in præzalle. rubri. de offi. iudic. & in d. l. inuitus. colum. 1. & infamibus non denegatur regulariter de iure ciuili. vt dicit Glos. in l. 1. S. hoc editio. vbi Bar. & Bald. ff. de postulatio. Barto. in l. pedius. ff. de arbitri. Dyn. in d. cap. infamibus, & Tiraquell. de nobilita. ca. 30. num. 2. in tantum, quod si ab eo ( qui alias nobilis est) exercetur, priuilegio nobilium exutus, cum plebeis & ignobilibus contribuit in subsidij regalibus, vt dicit Guid. Papa. decisi. 8 9. 388. colum. 4 versic. & hoc dico. & 399. Casla. consil. 64. viso processu. colum.  
 5 pen. num. 34. & Tiraquel. d. c. 30. nu. 3. licet t si postea defillant, nobilitate gaudeant, vt dicit Cassa. ibid. nu. 35. & Guid. pap. decisi. 391. & ideo ne eorum officiū & nobilitatem offendant, voluit iste Rit. quod ab humiñmodi actibus ad procuratores spectantibus, aduocati abstineant, quod bene seruatnr, quia aduocati caueant ab his sicuti ab igne, licet reperiantur multi dolores legum, potiusquam Doctores, qui etiam vnius nūni lucro peiora facerent. In tex. ibi quod quilibet ad uocatus, dic de hoc vt dicam infra Rit. 1c 2. In text. ibi item in curia ipsa, dic vt dixi supra Rit. præceden. vbi ad literam idem disponitur. Eboli die 25. August. 1559. Prosper Carauita.

## A D D I T I O.

6 Vile. Adde q. l. vniuersos non facit ad propositum. Lex si quis procreationem loquitur de curia ali qui procreationem facultatum priuati suscepit. Officium namque procreationis in iudicio non potest dici vīle & in fame, vt falsò quidam opinantur, vt latissimè nos ipsos ab hac nota defendendo disputando demonstravimus in tract. de commer. magistrat. aut verit. aut permis. in ampliationibus legis. ampliat. 15. respondē do ad. q. 9. Guidon. Papa & ad omnia in contrarium adducta. Cui opin. adstipulatur. Nam procuratores in iudicio, dicuntur habere peculium quasi castrense; vt latè per Alex. confi. 2.6. vol. & est ritus expressus infra num. 20. quod quidem peculium non dicuntur habere viles & infames: videmusque procuratores in Urbe Roma esse legum doctores, quod neutiquā facerent si essent viles & infames. C. P.

## R I T U S C I.

 N primis Doctores sedeant hoc modo: videlicet, quod ille qui est antiquior in docto- ratu p̄cedat. alij aduocati ser- uēt ordinem quod antiquior aduocatus p̄cedat in sedendo alium ad- uocatum.

## S V M M A R I V M.

1 Inter aduocatos & doctores, præcedet in sedendo,

- primo ad doctoratum promotus.
- 2 Paritate temporis doctoratus concurrente, præfer- tur ètate senior.
- 3 Senes potiusquam iuuenes consulendi, pluraque de senectute ibidem.
- 4 In honoribus deferendis non antiquor, sed magis idoneus præferendus.
- 5 Doctoribus & aduocatis coram iudice, quando vbi sedere liceat, ceterisque personis.
- 6 Inter doctores data paritate ètatis, & doctoratus, præfertur qui libros composuerit. Et hoc cessante, nobilior sanguine præferendus.
- 7 Inter nobiles data paritate, quis præferendus.
- 8 Aduocati ex pulchritudine laudem consequun- tur.
- 9 Deformis & ignobilis ad fælicitatem satis non est idoneus.

**N** Ot. 1. ibi sedeant, q. aduocati in curia nedum sedent, verum etiam quilibet suū locum haber: seruabatur iste Rit. antiquo tempore quo magna curia expeditionem causarum, & vocationem contumacium, curia pro tribunali sedente, insimul faciebat: vt dixi supra Rit. 77. nam eo tempore, quia curia sedente, ex pediebantur causæ, coacti erant aduocati ad curiam accedere, sed quia hodie expeditio causarū tractatur in vna aula per iudices criminales cum Regente, & per iudices ciuiles in alia, & quando curia regitur pro tribunali, sit in loco separato, licet in eodem palatio. & tunc temporis, aduocati non accedunt, quia eorum praesentia non est necessaria, sed tantum procuratorū, sequitur quod istud hodie recessit ab aula: & loco eorum, sedent procuratores qui curia sedente, astant, vt in d. Rit. dixi, veruni quando aliquem loqui contingit, se erigit, & capite detecto loquitur: & postmo- dum sedet.

- 1 ¶ Secundo no. ibi, q. ille qui est, & inter doctores & aduocatos is debet præcedere in sedendo, qui primo ad doctoratum promotus fuit: cum quo concordat tex. in l. 1. iunctis his, quæ ibi not. per Bart. C. de consu. & non sparge. & l. 1. in fi. C. de p̄cepto. sacri cubicul. lib. 12. cum alijs quæ scribit Cassa. in suo catalogo. parte 4. considera. 23. hu. 23. & parte 7. considera. 46. num. 46. quod tamen limitatur multis modis, quos hic ponit Cauens. & ante eum posuit Cassa. in d. tracta. par. 10. considera. 26. 30. 31. 32. 33. & 34. & parte 7. considera. 47.
- 2 ¶ Tertio no. ibi alij aduocati, quod data paritate tem- poris Doctoratus, inter doctores præfertur antiquior, supple ètate, ad idem tex. in l. prouidendum. ibi aut ve- tuistas. iuncta ibid. Glos. 2. C. de postu. gl. in l. cum quid in versi. nouum. ff. si cert. per. & in S. audient. in versic. iudice. in auth. de defenso. ciuita. Pro quo etiam facit, quia qui est ètate maior, præsumitur maturitate sensus præstantior. ca. nisi cum pridem. S. alia vero causa. extra de renunt. & c. sciendum. & ibi Glo. magna ibi, ite quia. 26. q. 4. & Gl. in c. sic viue. 21. q. j. ite facit tex. in c. fi. 20. dist. t vbi q. seniores sunt potius consulendi quam iuuenes, & q. dicit Bald. in c. 1. per illum tex. de renunt. vbi q. plus valer. vmbra senis, quæ os eloquentia aut gladius iuuenis, & pulchra carmina, quæ ponit Cassa. in d. catalo. par. 10. considera. 29.

, Roma vetus, veteres cum te rexere quirites.  
 , Nec bonus immunis, nec malus illus erat.  
 , Defunctis patribus, successit praua iuuentus.  
 , Consilio cuius præcipitata ruis.

Limata multis modis, vt per Iaso. in l. cum quid. in 2. lectu. colum. pen. & fina. ff. si certum peta. & Decl.

# Domini Prospere Carautae Ebolitani.

Item litera citatoria, vel alia per ipsam. Curiam non committatur, nisi habenti officium publicum.

Dixi de hoc Ritu supra in Ritu 112. ibi videas.

## R I T V S C X V .

**I**tem si aliquis, vel aliqua veniret ad dictam Curiam afferens aliquem, vel aliquam sibi tenet, vel dare debere aliquam pecunia quantitatem, vel aliam rem mobilem, & nolle sibi satisfacere: Curia ipsa ad tollendum lites mandet alicui seruienti, ut mandet, & iniungat ei capere dictum.

# Domini Prosperi Caraulta Ebolitani

**Curia** sub certa poena, vel restituat pecuniam ipsam, vel rem, vel sequenti die compareat in dicta Curia allegaturus causam rationabilem quare pecuniam ipsam, vel rem restituere recusat: sed in causis modicis, vel etiam inter stipendiarios: & his similia facit suo ( solus Regens, vel alius officialis ) arbitrio.

S V M M A R I V M.

- 1 Pratica quando index in modicis causis ex non scripto procedit.
- 2 Casus plures in quibus ex non scripto procedendum sit.
- 3 Causa modica priuilegia que.
- 4 Causa modica quanam dicatur.

**N**ota primo ex hoc Ritu, quod in causis modicis, vel que tractantur inter stipendiarios, potest Regens Magnæ Curie, & quilibet alius officialis ex non scripto procedere, mandando debitori per unum seruientem curie, quod soluat, vel die sequenti compareat coram eo; & licet Ritus non dicat expresse fine scriptis: tamen ita colligitur ex eo, & concordat cum §. Sit tibi. in auth. de manda. princip. & authent. nisi breviatores. C. de senten. ex breui. recita. Dispositio istius Ritus in viridi est obseruantia in omnibus curijs Regni. verum quando officialis ad instantiam creditoris aliquid petentis, mittit aliquem ad debitorem: non facit sibi dicere quod soluat, aut die sequenti compareat, vt hic dicitur, sed qd statim compareat coram iudice; & quandoque si debitor est suspectus, ordinatur seruienti quod ipsum vocet, & veniat cum eo, quo debitore coram iudice veniente, creditor oretenus exponit suam intentionem, & debitor replicat quod sibi videtur, & sic summarie precipitur, quod soluat, & aliquando quod non discendat, vel prober quod dicit prout negotiij qualitas. expostular. Super quo vide etiam alium Ritu. infra. 187. & quæ ibi dixi. Et no. verba finalia Ritus, quæ dicunt qd officialis hanc summariam instantiam faciet solus suo arbitrio, quasi dicat, sine consilio iudicis, quod similiiter in viridi est obseruantia vbiique locorum, quia Regens Magnæ Curie. Iusticiarij provinciarum, & Capitaniei terrarum ex proprio iudicio ista minima expediunt, & determinant, nisi dubium aliquod occurreret in iure, aut factum esset valde intricatum, quoniā tunc ad Iudices remittunt. Secundo nota ex hoc Ritu duos casus in quibus ex non scripto proceditur, vide licet in causis modicis, & in causis que tractantur inter stipendiarios. Tertium casum habes in auth. vt iud. fine quoquo suffra. S. necessitatem. vbi de officiali qui ante lapsum quinquaginta dierum, ausugit, & captus est, vt rationem reddat sua administrationis. Quartū casum ponit tex. in d. S. si tibi. & in auth. nisi breviatores. & is est quando causa de qua agitur, est vilium, seu pauperum personarum, etiam quod non sit modica, licet alii fuerint in opinione, quod vtrunque requiratur. vt dicit. Glo. in d. S. si tibi. & Bart. ibid. num. 1. qui horum opin. non sequitur. Quintum casum habes etiā in d. S. & auth. quando Episcopus cognoscit inter suos subditos, quod etiam disponitur in authen. vt clericis apud propri. Epis. circa princip. licet hodie vt dicit ibi Glos. in versic. ex non scripto. iste casus sit correctus p cap. quoniam contra. de probatio. Sextum casum ponit Bald. quem sequitur etiam Salyc. in d. auth. nisi breviatores. quando sumus in causis que vertuntur cora in ignorantibus leges, vt sunt vicarij comitatuum: &

vt hodie sunt isti quos vulgo appellamus camerlinigos. sed iste casus (vt credo) redit ad primum: quoniam coram istis ferè semper tractatur causa minimæ: adeo quod si daretur causa magnæ quantitatis, etiam quod esset coram prædictis, eorum dictum non crederem procedere. Septimum & vltimum ponit Glos. in d. S. necessitate, quam refert, & sequitur Salyc. in d. auth. versic. quæro, an sit alius, & is est quando causa est contra clericum, ad instantiam laici per text. in auth. vt clericis. apud propri. epis. in princ. sed vt supra dixi hodie per capit. quoniam contra. hoc est correctum. Alios nonnullos casus vide per Afflict. in constit. pacis cultu. 5. nota. versic. ad secundam q. nu. 47. Et addit quod isti casus & similes sunt speciales: quoniam in alijs, in contrarium est ius commune, & ex scripto regulariter cause diffiniri & terminari debent. I. fi. cum sum. C. de senten. ex breui. recita.

¶ Tertio nota ex hoc Ritu vnum priuilegium, quod haber causa modica. aliud priuilegium ponit tex. cū glos. in l. Theopompus. in glo. fin. ff. de dote præleg. vt eam allegat Gulielm. de Ludou. singu. 27. vbi quod in causis modicis unus testis facit plenam probationem. Si tamen idoneus fuerit, vt dicit Mathef. singu. j. incip. primo nota. & etiam appareat de tali idoneitate postquam est causa induxit plenam probationem. vt dicit Ang. in l. vel necare. ff. quemadmodum testam. aper. Alex. confi. 72. col. 3. vol. 1. C. epol. confil. crimin. 58. col. fin. versic. postremo. & alii quos palchre ponit Gabriel. Saray. ad præalleg. singu. Mathef. in fine. & non solū unus testis, sed etiam fama publica. l. vbi adhuc. C. de auro dicit. quæ ad hoc propositum citat Bart. in l. de minore. S. plurium. nu. 30. verfi. vlt. principaliter quæro, ibi si verò ista tam, & Mathef. in d. sing. quod etiam voluit Anton. de Buti. in cap. veniens de testi. & in c. 1. de appella. Bart. in l. 1. C. quorum bonorum. Alex. ad Bart. in d. S. plurium. in litera h. & Hippo. ibidem. num. 59. versifico. modo tu pores. Intelligendo tamen, vt per Bart. in eodem S. Bald. & Imo. in l. ff. de hac. instit. & Alex. confi. 66. num. 9. vol. 3. vbi dicitur procedere in his quæ difficilis sunt probationis.

¶ Quæro satis necessario in hoc Ritu quanam verè dicitur causa modica. Cauens. hic remittit se ad quatas quas vide per eum. tu auxem dicas, quod Gl. in authen. nisi breviatores. C. de senten. ex breui. recit. posuit multas opin. & inter alias, vnam quæ fuit Hugo. dicens hoc iudicis arbitrio remitti. Glo. etiam in S. sitribus in authen. de manda. prin. ponit multas opiniones: & tandem dicte, quod verius dicitur, qd causa centum auctorum dicitur causa modica. sed vt Bart. ibi dicit. nul. 7. in fi. veritas est, quod iudicis arbitrio remitti iuxta opin. relatam. in d. auth. nisi breviatores. & id etiam firmat Spec. in tit. de iura. delati. in princ. ver. nota igitur, num. 3. Salyc. in d. auth. in princ. vbi allegat l. sed & si suscepit. S. pen. & sequen. ff. de iudi. & Gabriele. Saray. post Mathef. in præalleg. sing. 1. col. pen. Salesi. die 4. Septem. 1559. Prosper Casanita.

## A D D I T I O.

2 Modica. Adde qd de iure ciuili causa modica intelligi videretur intra dñs auseps. l. si dñs qd. S. fi. cum l. sequ. ff. de dolo. ex dispositione vero ritus magnæ curie Vicarie, intra vnciam vnam. vt infra situ 131. valde autem modica infra duos augustales, vt in constit. Regni Dilationes de dilat. & excep. C. P.

## R I T U S C X V I.

Item seruat dicta curia quod citatio debet fieri die non sentiato, vt compareat die non sentiato:

feriato: vt si curia ipsa regeretur in uno loco,  
puta Neapoli, & quodam die quidam citare  
tur in aliquo alio loco, puta Salerni, vbi dicto  
die essent feriæ, puta, quia ibi celebraretur a  
clero & populo aliquod festum, & eodem  
die in loco vbi curia prædicta resideret & re-  
geretur puta fortè Neapoli, non essent feriæ,  
tunc citatio non valeret, quia attenditur lo-  
cus factæ citationis, & ita practicatum est  
multoties, & obtentum per dictam curiam  
ad præsens.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Citatio die feriato ad Dei honorem facta, num  
valebit?*
- 2 *Citatus die feriato ad hominum necessitatem compa-  
rere anteneatur?*
- 3 *Dies citationis sit feriatus, uel non: quis locus, iudicij,  
uel citationis attendendus?*

**N**ota primo ex hac Ritu, duo super quibus  
Doctor. valde dissentit; primum, quod  
citatio debet fieri citando die non feriato: Secundum quod compareat die simili-  
ter non feriato. ¶ Quo ad primum, communis opin.  
Doctor. iuris ciuilis est, quod aut citatur die feriato in  
honorem Dei: & non valeat citatio per l. dies festos. C.  
de fer. t aut ob necessitates hominum, & valet, quia  
tex. in L. s. de fer. non dicit, quod non valeat citatio;  
sed quod citatus non teneatur comparere. ita dicunt  
Bartol. post Oldrad. in l. prima. S. nunciatio. numero  
30. versicu. querit. ff. de noui oper. nuntia. Speculat. in  
titu. de citatio. S. 1. versicu. item excipitur. numero. 14.  
Bald. in Lin. tempus. ff. de tracta. postiquen. & l. cum cle-  
ricis. nume. 3. C. de episc. & c. eten. Paul. de Castr. consil.  
25. volum. primo, & Lanfran. repet. capitu. quoniam  
contra. in versicu. citationes. nume. 26. extra de proba:  
licet Dyn. quem refert Barto. in tracta. citat. questio. 2.  
aliter voluerit. & ipse me Bartol. dicas quod de con-  
suetudine seruatur. eius dictum traditum estiam voluerit  
Feder. de Sen. consil. 25. & Bald. in tracta. in titu. de ci-  
ta. quæstio. 7. folio 12. Quo ad secundum Specul. in di-  
cto titu. de citat. S. 2. versic. item excipitur. nume. 13.  
& Ignocen. in cap. fina. num. 1. extra de fer. aliter con-  
cludunt. dicentes citationem valere, sed citatum de-  
bere die sequenti comparere. idem Bald. in d. tract. in  
titu. de citat. q. 8. & Mansuer. (qui id dicit de consuetu-  
dine seruari) in tit. de adorna. num. 6. sed communiter  
contraria est verius. per tex. in L. ex quacunque S. ff.  
in S. ff. si quis in ius vocat non ier. vt Bart. ibid. not nu.  
3. idem Innocen. in c. præterea de dilat. Mathesil. sing.  
29. in fi. Apostilla ad eum in ver. postremo. Lanfran. in  
dicto capte. quoniam contra in ver. citationes. num. 26.  
versicu. aut quis citatur. vt diximus etiam supra in Rit. 80.  
& Sebastia. Vant. in tracta. nullipa. de nullita. ex defi-  
nitione citationis. versic. diximus etiam numero 65.

¶ Secundo nota ex hoc Rit. quod cum tractatus an-  
dies citationis sit feriatus, vel non: attenditur locus vbi  
citatio est facienda: & non locus iudicij, in tantum  
quod si in loco iudicij esset festum, & in loco citationis  
non: citatio valeret, licet secus agnuerso: vt Rit. 80  
nostr. aperte. isti me dicit: & etiam Rit. sequens, licet  
etiam in hoc fuerit alteratio. iuxta Doctor. vt Cauens  
hic dicit. Hic non sunt alia: id solum scias quod in pro-  
dictis omnibus Ritibus nostris ubique seruatur. Salerni  
die 6. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X V I I .



Tem prælibata curia solet  
seruare hanc practicam,  
quod data commissionis  
cuiuslibet, vel data citatio-  
nis cuiuscunque, potest  
fieri sub quoconque dic-  
etiam feriato, die etiam  
paschali: & ea quæ occurruunt in dicta com-  
missione, vel citatione (si sit actus iuridicus:) debent fieri die non feriato: puta, debet quis  
citari die non feriato. Et attenditur utrum sit  
feriata, vel consuetudo loci in Regno, in quo  
loco fuit facta citatio, vel ille alius actus: qua-  
do tamen committuntur citationes aper-  
tas; sicut quando quis debet citari qui sit in  
loco vbi curia regitur, & eius loci pertinen-  
tia: tunc dies datæ talis citationis debet esse  
iuridicus, secundum conuentudinem dictæ  
curiæ in ipsa curia diutius obseruatam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Data commissionis, uel citationis num quolibet die  
feriata, etiam paschali fieri possit.*

**I**ste Ritus in eo, quod dicitur quod data commis-  
sionis, vel citationis potest fieri die feriata etiam  
paschali, est in viridi obseruancia: licet Bald. in l.  
cum clericis. C. de episcop. & cleric. & Affili. in  
rubrica constitu. regni si quem nostrorum aliter vo-  
luerint. & secundum hunc Ritum concludit Lanfran.  
in repet. capit. quoniam contra in versi. citationes. nu.  
27. de proba. per doctrinam Bart. in l. S. nunciatio. nu.  
30. versi. querit. ff. de noui oper. nuntia. quem Cauens,  
hic citat dicens per hunc Ritum confirmari. & idem  
quod hic firmat Rot. decisio. 367. si committatur cap-  
sa in noui Cassiod. decisio. 5. in fine, de dolo & co-  
tumac. & Sebastia Vant. in tracta. nullipa. de nullita. se-  
tten. ex defectu citationis. ver. diximus etiam. num. 46.  
considera tamen quia Bart. in d. S. nunciario. loquitur  
quando dies era feriata ob necessitates hominum: &  
quicquid sit: serua hunc Ritum in hoc Regno. de alijs  
contentis in hoc Rit. dixi supra in Rit. proximo ibi re-  
mitto, quia plura sunt. & non habent difficultatem. Ad  
uerte tamen ad id quod dicitur in S. istius Rit. de ci-  
tationibus aperiatis, que fieri occurruunt in loco iudicij: &  
eius pertinentiis, vt data earum fiat die iuridico, quo-  
niam non seruatur. & indistincte orationes prouisiones  
clausæ & aperiæ, in loco iudicij, & extra quoconque  
die expediuntur etiam feriato in honorem Dei. Salerni  
die 6. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X V I I I .



Tem not. quod si fit mandatum  
alicui extraordinarium (tamen  
non in aliqua causa, in qua sit  
inchoatus processus) ad aliquæ  
poenam, semper expectatur il-  
le cui est factum mandatum triduo, vt fit in  
citationib. ordinariis, & hoc semper seruavit,  
& seruat ipsa curia de consuetudine antiqua.

I Supra

# Domini Prosperi Carautae Episcopani

**S**Vp̄a in Rīt. 94. late dictum fuit quod in primis citationibus quæ ordinariē ip̄. causis, & l̄ib⁹ agitandis, & mouendis expedientur accusata prima contumacia semper expectatur triduum, & postmodum accusatur vltimā; verum qd̄ multoties expediuntur aliquæ citatioñes, sive mādata extraordinaria vbi non est inchoatus processus. ut sive citationes super tenore instrumentū quib⁹ dicitur extraordinarie procedi, vt dicit Rīt. 109. ac citationes ad dicendum causam, quare non debet accusari obligatio stipulata in alia curia, & similes, & in istis, & similibus citationibus dubitari poterat de modo procedendi, & accusandi vltimam contumiam, ideo iste Rīt. ad collendam hanc dubitationem, dicit quod etiam in istis expectatur triduum post accusatam primam contumiaciam; sicut sit in citationibus ordinariis: dicens quod ita semper fuit seruatum in ipsa curia, pro ut etiam hodie seruatur vbiq̄e. Salerni die 5. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X I X .



Bseruat ipsa curia, & omnes aliae curiae huius regni, quod vbi quis citatur vt quinto decimo die, vel alio quoconque post citationem compareat, in diua curia, non computatur in illis quindicim diebus illa dies qua fuit facta citatio, i.e. qua fuit citatus.

## S V M M A R I V M .

- 1 Dies termini an computetur in termino?
- 2 Statutum si dicat instantiam infra tres menses, a litis contestata die numerandos, finiri, diem litis cōtestationis computari.

**I**ste Rītū, tractat illam q. quam ponunt Doctor, tandem dies termini computetur in termino, & quia docto. varie super ea dixerunt, vt patet ex Bart. in l. prima, versic quarto rāmen. ff. si quis cautio, vbi ponit unam distinct, & ex Speciāl. de citatio. S. 3. num. 12. versic. Item nota. Bald. in l. fina, in p̄mīc. colom. 3. Cade temp. appell. & Fely. in cap. plactic. versic. & dum ista de prescrip. vbi ponunt alias, iste tex. tot distinctionibus omissis, dicit quod statuto termino in aliqua citatio, dies qua fuit intinata citatio, & sic non significatur terminus non computatur in termino, & idem infra Rītū. 123. & ita seruat vbiq̄ie etiam hodie, non solum in citationibus de quibus Rītū loquitur, sed etiam in quibuscumque decretis, & prouisionib⁹, quas per curiam assignando terminum exp̄diuntur ex quo sequitur secundum Bald. in l. scire. S. aliud. ff. de excus. tuto, & Fely. in d.c. quod si statutum. dicit quod finiatur instantia infra tres menses compu tandos à die litis contestata, illa dies qua fuit facta litis contestatio, non computatur in termino, eodem mō. Qd̄ nec dies impedimenti quibus quis fuit impeditus parere conditioni apposita. l. quibus diebus ibi etiam glo. not. & Bart. ff. de condit. & demōnist. Salerni die 6. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X X .

Item seruat ipsa Curia quod si quis inca-

tur de mandato dictæ curiæ, vt sanguam p̄m̄cipali, & legalior veniat responsutus super tenore articulorum, seu exceptionum, aut positionum: & non venit: tūhc curia habet eum pro confessō: & ita determinatur fuit in causa Artoni de celano. Est verū, quod in ultima ipsarum in citiorum deberet inseri tenor articulorum, seu exceptionum, & a dicto decretō nunquam appellatur.

## S V M M A R I V M .


- 1 Practica quando ad deponendum citatus responde, re non vult: non curans comparere, ter cōtetur, pro confessō declaretur.
- 2 Quod limita in principali examiningando; quando est præsens.
- 3 Vel si domi citatus ultima citatione cum insertione articulorum fuit.
- 4 Aut iustam recusandi causam habent.

**M**ateriam de positionalium p̄m̄cipaliū, p̄pet articulū tractauit supra Rītū. 9. & de ea etiam plene Albi in constitut. Regn. partes. per totum. ideo super h̄c. Rītū. p̄m̄cipia sunt dicenda, & Nota legitur ex eo pract. in iudiciis terganda quando p̄m̄cipalis citatus ad deponendum, non vult respondere: quia non curat comparere, nam debet tribus citationibus citati, & in ultima inseri tenor articulorum super quib⁹ examiningandus est: & adhuc tenente deponēre, mediante iudicis decreto, declaratur pro vbiq̄ie super eis (a quo decretō appellatio non admittitur, & licet non bene aperiatur Rītū) quod tribus citationibus est citatus, tamen ita vt detur colligi ex verbis ipsius ibi, in ultima ipsarum citationum, & est etiā de iure communali. se hatus. Si quod tribus, s. de iure fise. not. per Bald. in l. penul. in ff. C. de codicil. pec. Fely. in c ex communicationis. cōl. l. de h̄c. & Alex. confi. 13. est. & v. l. 1. l. l. in primo h̄c Rītū. & prac. in 80 positum non procedere quando p̄m̄cipalis examiningandus est præsens in curia, quoniam neq̄ potest sibi mandat quod depositat, & si absquerationabili causa recusaret, declarari pro confessō dato quod non esset facta triplex citatio posuita formam illius Rītū. & patet ex tex. cap. a. de confess. in 9. & ea quod est illius not. in l. 1. S. quod sp̄k. & id. & ibid. Paul. de Cast. C. de iura calym. quod bēnevol. in pract. vt sc̄us evitare circuitus tot citacionum, & se animaduertere quando p̄m̄cipalis, vel p̄m̄cūrator examiningandus est præsens in iudicio proposito faciunt que plene hot. Maria. Soci. in tract. etiā artic. 5. questio. 14. nūrie. 1. vbi quod præsens in iudicio not. est citandus. Secundo limita quando esset citatus dom. in illa vltima citatione in qua inservit est eis not articulorum, quia statutum disponit ips quod quicquid de contumacia habeatur pro confessō, iatellatur de vero contumacia, vt dicit Angel. confi. 91. Ad h̄c respond. in l. 3. ff. de negōḡ est. & Ovēns. dicit. & in pract. quinta die numero. 37. de sic de circulo personaliter & non comparente, vt dicit Glos. in l. prima, C. quod ram. appell. nota tēclpi. & in l. ex consensu in fine, ff. de appell. etiam si in primis duabus citationib⁹ suis se personaliter charus, vt not. Barto. in l. fina, ff. de se integrum refut. in l. properandum. S. in autem eius C. de iudi. & Fely. in cap. quod ad consultationem articulorum de re iudi. Tercio limita non procedere quod tunc cumque p̄m̄cipalis habet etiā iudicium pertinere recusandi ex his, quas diximus supra Rītū. 79. quia

tunc


Item si cum rationabili causa recusaret non posset pro confessio haberi. id est de confess. & not. Barto. in d. S. quod si actor. num. 4. Salerni die 6. Septemb. 1559. Pro sper Caravita.

## R I T V S CXXI.

 Tem si quis impetrat citationem a dicta curia: non potest eam tenere semper, & non facere citare eum contra quem impetravit. Sed debet curare dictus impetrans, quod citetur aduersarius suus, & in criminali banniatur, & condemnetur, & in ciuili vt condemnetur in sex menses, si est prope locum vbi curia regitur per unam dietam, si vero est infra duas dietas, tunc infra octo menses, si vero ultra duas dietas usque ad quatuor inclusive, tunc infra decem menses. si vero usque ad quatuor, infra annum. Aliqui dicunt infra sex menses in omnibus praedictis casibus ubique per Regnum: alias citatio evanescit, & sic determinatum fuit in causa domini Iacobi Baril.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatio circumducta intimata non inducit litis penditiam, immo pro non facta habetur.
- 2 Citatio circumducta non impedit prescriptionem.

 Ste Ritus coarctat tempus intimandi citationes expeditas, & habita consideratione ad loca, in quibus intimandæ sunt: statuit terminum. verum in fine dicit, quod secundum aliorum opinio. indistincte datur tempus sex mensium ad eas intimandum, alias ipsis elapsis, circunducuntur: dicens, ita fuisse determinatum in quadam causa. In Ritu. sequen dicitur idem, in fine, tamen ipsius videtur hunc corrigere, dum dicit quod concordant in illa opinione quod dentur tempora limitata, (vt dixi) attenta locorum distantia + Hodie tamen servatur quod in fin. praesentis Ritus. dicitur, & elapsis sex mensibus, citatio uti circumducta non valeret: quinimmo intimata non induceret litis penditiam: quia perinde habetur, ac si nunquam fuisset facta, vt dicit Innocent. & Abba. in capitulo consuluit. de offic. delega. Baldus in l. fina. versic. in eadem Glos. ff. de eo per quem factum erit, & in l. prima. in princip. ff. de in ius vocan. Felyn. in capit illud. colum. 3. de prescriptio. & Affl. & decisio. 366. numero 14. & in rubr. constitut. Regn. si quem nostrorum. nume. 4. \* & ideo ut nec etiam interrumperet prescriptionem, vt dicit Bald. in l. 1. & l. post editum. num. 2. versic. sed an. ff. de eo per quem fact. erit. Salerni die 6. Septemb. 1559. Prosper Caravita.

## R I T V S CXXII.

Item seruat ipsa Curia quod si aliquis impetrat citationem ciuilem vel criminalem

ab ipsa curia: non potest eam tenere a die dictæ citationis, nisi per sex menses, vnde infra tempus sex mensium debet facere citare reum, & assignare responsale in actis, & accusare primam contumaciam, & facere condemnare in ciuilibus ad tertiam, vel in criminalibus banniri, & condemnari: dico banniri, & condemnari secundum constitutionem Regni, & haec obseruantia facta fuit, quia quidam impetrabant citationes, & eas tenebant longo tempore antequam ficerent citari: & quandoque faciebant citare rerum & assignato responsali in actis curiae, & accusata prima contumacia, non curabant ad vteriora procedere. Vnde infra istos menses debent haec omnia facere, seu curare quod fiant, & computatur a die datæ dictæ citationis (vt dictu est) & hoc scilicet sex mensibus, concedunt omnes antiqui litterati, & procuratores, ac scriptores dictæ curiae, quorum aliqui dicunt, quod non prædicti sex menses, sed dantur alia tempora, secundum hoc modo tene quod vis, quandoque seruantur unum, quandoq; aliud prædictis duabus opinionibus: concordant tamen in prædicta ultima opinione, quod dentur illa tempora limitata.

 ¶ Dixi de hoc Rit. supra in proxime precedeti Rit. vbi idem tractatur, merito ibi videas.

## R I T V S CXXIII.



Tem seruat dicta Curia in citatione, dare terminum secundum distantiam locorum: vt de iure est, hoc modo. quatenus ex dicta Reginali nostraque parte citeris eundem, vt decima die post citationem in dicta curia se præsentet &c. & dies qui fit citatio non computatur in termino, vnde si die primo Augusti citatur quis, vt decimo post citationem, compareat die vndecima eiusdem mensis deber accusari prima contumacia: alias spirat citatio, & deinde potest, si non compareat ipse reus condemnari, potest tamen in ciuili ad tertiam partem, vel in criminali condemnari ad eandem tertiam partem, & banniri die quindecima eiusdem mensis, & ab inde in antea, & hoc fuit de facto in eadem curia die decimo quarto mensis Augusti 15. indictionis.

I . . SVM.

# Domini Prosperi Catauita Ebolitani

## S U M M A R I V M .

- 1 *Terminus in citationibus apponendus iuxta locorum distantiam.*
- 2 *Termini & dilationes in iudicis arbitrio relinquantur.*
- 3 *Citatio continens breuem, & impossibilem terminum ad comparendum: erit nulla.*
- 4 *Contumacia non comparentis si non accusatur: contumax non dicitur. Limita quando ex officio proceditur, & in causis fiscalibus.*
- 5 *Non comparens pro confesso habetur.*
- 6 *Citatione spirata, ex integro tamen iterum agi potest.*
- 7 *Citatus ad duo tenetur, comparere scilicet, & intermixto.*
- 8 *Practica super accusatione contumacia elapsa triduo.*
- 9 *Citatio certum terminum non statuens, an teneat.*

**N**ot. primo ex hoc Ritu, t quod iudices in citationibus debent apponere terminum secundum locorum distantiam, vt etiam est de iure l. nonnunquam. ff. de iud. l. si vero non remunerandi. S. fin. ff. manda. c. quoad consultationem de re. iudic. & ca. pastoralis. de appell. habita etiam consideratione temporum viarum & negotiorum, vt pulchre scribit Spec. de cit. S. nunc. versi. nam omnes. num. 4. iuxta ipsorum iudicium discretiones t cum eorum arbitrio omnem termini, & dilationes relinquuntur. c. cum sit Roma, de appella. c. quo ad consultationem, de re iudi. c. s. agrotans. in f. s. q. 3. cum simili. qua Specu. ibid. adducit. & Sebastian. Vani. in tracta. nullita. de nulli ex defectu cita. ver. debet itaq. num. 7. & licet in aliquibus casibus contrarium repetiatur, illud casuale & speciale est secundum Holt. in summa extra de dilatio. S. quis ipsa. & Abb. in d. capit. quo ad consultationem. Et que adeo verum quod hic dicitur t quod si citatio continet terminum adco breuem, quod impossibile sit citatio comparere in termino: citatio ipsa tanquam impossibilis, & temeraria erit nulla: & citatum non arctabit ad comparendum c. 1. & 2. & c. si primates. 1. q. 2. not. Spec. de cit. S. 1. versic. item excipitur, quod sancta est. num. 12. Bar. in l. aut qui aliter. ff. quod vi aut clam. & in extrauag. ad reprimē. in versi. per editum. Abb. in ca. cum dilecti. de dol. & contum. Affl. deci. 124. num. 1. & in constitu. Regn. causas. alias 4. nota. nu. 5. & Sebasta. Vant. in tract. nulli. de nulli. ex defect. citatio. ver. terminus. nu. 67. Secundo not. ibi & dies quo fit citatio, quod dies citationis non computatur in termino, ad idem supra Rit. 119. vbi dixi latius. Tertio no. ibi die vnde decima; quod prima contumacia debet accusari vltima die termini dati ad comparendum: vt dixi latius supra Rit. 94. talias si non accusaretur: non comparens non posset dici contumax. vt dicit Bart. in l. 2. col. fin. ff. si quis in ius voca. non ier. in l. consentaneum col. fin. C. quomodo & quan. iud. & in auth ei qui in f. C. de temp. appella. Bald. & Pau. de Catt. in l. properandum. S. & siquidē, C. de iudic. & Hipp. in l. de vnoquoque. num. 143. ff. de re iud. Et ex eo quod hic dicitur quod debet accusari prima contumacia: cessat, quod scribit Bart. in l. inter accusatorem. col. fina. ff. de publi. iudi Bal. in l. si tutor. C. de interdic. matri. Hipp. in l. de vnoquoque. nu. 126. versi. istud tamen. ff. de re iud Alex. consi. 20. nu. 8. vo. lu. 7. & post eū Petr. Foller. qui ipsum sequitur in prac. crimin. in versi. accusentur contumaciz. nu. 10. vbi qd contumacia accusatio non est necessaria, ybicumque


extra statutum quod status non comparens habet esse pro confessio, t nam in hoc Regno habemus constitutum. Regn. p̄enam eorum: per quam non comparens habetur pro confessio, & tamen per Bunc Ritu. dicitur qd contumacia accusari debet vltima die: & ita seruatur secundum hunc Rit. in pract. Limita istum Rit. non procedere ybicumq; ex officio proceditur; quoniam tunc sufficit reum non comparuisse in termino licet contumacia accusata non fuerit. vt dicunt Alex. & Petr. Foller. in proximis citat. loc. sed profecto licet ista limita. possit stare ad hunc Rit. quia nō aperit in causis ciuilib. & criminalib. nec si ex officio aut ad querelā procedatur. tamen in pract. non seruatur in hoc Regno in quo semper contumacia accusatur siue ex officio procedatur, siue ad querelam ad instantiam fisci, aut patris: inimico plus seruatur, quod vt plurimum contumacia tam prima, quam vltima accusantur instantie procuratore fiscali: quia omnes citationes quae expeditur ēt si adhuc accusator dicunt ad omnem instantiam regij procuratoris fiscalis & talis querelancis, in tantum quod licet accusator non compareat potest ad accusandum, fiscus prosequitur per c. Regn. ad cōsultationem, in casibus tamen in quib. potest ex officio procedi secundum Par in syndi. in ver. accusatio colli. 1. versi. quod est verum, & Nigrum. ibi nu. 20. Secundoli mita, non procedere in causis fiscalibus in quib. etiam contumacia non accusata, proceditur per iudicem, vt dicit Bar. in l. 2. S. senatus. per illum tex. ff. de iure ff. & Affl. in consti. p̄cenam nouem vnicatum. q. 7. nu. 12. Quarto not. ibi alias spirat citatio, quod si prima contumacia non fuerit suo capte accusata, i. vltima die termini (vt supra dixi) citatio spirat, quod bene seruatur in pract. Bene tamen verum, est, quod in magna curia, & Regia audiencia principatus citra, quia mittunt numeros per terras eiusdem subditas ad intimandum priuisiones qui vadunt cum nonnullis citationibus. ideo quod non revertitur iuxta proprium terminum accusandi primam contumaciā, obseruatur qd q̄ nuncij redeunt qd̄m citationib. prima contumacia scribitur; & annotatur & que, ac si suisset suo tempore scripta: licet reuera ita non fuerit. quia citatio reuera nō erat super quo vide latius regiam prag. 4. in titu. de cōfato nibus. Adverte tamen quia licet spirat citatio vt Rit. dicit tamen ex integro iterum agi potest. l. & post editum in f. ff. de iudi. & seruatur in pract. qd cum tādēmet citatione citari potest, quia semper valet infra sex menses vt diximus Rit. 12. 1. Limita satis not. si uidet. in citato ad unicum actum, & ad omnes, & singulos actus usque ad sententiam inclusi, qm tunc licet nō fuerit accusata: prima contumacia & sic nec actor, nec reus comparetur suo tempore tamen quandocumque voluerit actor, & ēt reus procedi potest in capsa in contumaciā alterius non comparentis usque ad sententiam, vt dicunt Domini de Rot. dec. 14 alias 345. licet impetrans. de dol. & contum. in nouis per ea que not. Inno. in c. consuluit. de offi. deleg. & in c. auditis de p̄cura, ratio est secundum Rot. ibid. t quia citatus ad duos tenetur, videlicet comparere, & in termino, vnde licet quo ad secundum, spirat citatio; nihilominus quo ad primum, firma manet, & si in non comparendo fuerit contumax: procedetur contra eum tanquam contra contumaciā: nisi iudex de benignitate velleret de nouo citare, & expectare vt in capitulo consuluit de offici. deleg. in fin. & capitulo cum dilecti de dolo & contumia, refert etiam Affl. decisi. 366. num. 14. licet istud in pract. non seruatur: quia ad hoc vt possit procedi in contumaciā cōtra citatum ad omnes, & singulos actus: est necessarium accusare primam contumaciā iuxta formam istiqs Rit. qui dicit quod accusari debet, & seruandus est. In hoc Regno: & in vltimo peremptorio termino die vltimæ contumaciæ scribitur interloquitoria iudicis: per quam dicitur qd procedatur ad omnes actus usque ad sententiam inclusi ut contuma-

# Com.super Ritibus Magnæ Curia. 67

contumaciam partis citat, & non comparentis.  
Quinto not.ibi decimoquinto, t quod ultima contumacia accusatur elapsō triduo post primam, vt hic patet, & dixi in Rit. 94. & est Rit. infra 223. hoc tamē est in potestate actoris, quia si non vult accusare statim elapsō triduo potest expectare, vt patet in fin. isti<sup>9</sup> Rit. ibi, & ab inde in ante2. Verum in magna curia seruatur, quod si citati sunt de ciuitate, expectatur per mensem: si extra ciuitatem, per duos, vt etiam scribit Afflīct. in constit. editiorum, q. 8. nū. 27. in fin. siveque etiā seruatur in Regia audience Princeps. citra.

¶ Quæto quid si citatio facta non statuit citato certum terminum? Bart. in l. liber homo, S. i. ff. de ver. ob ligat. & Bald. in l. consentaneum per illum tex. in ver. & not. primo. C. quomodo, & quando iudex dicunt quod tanquam incerta, & obscura non arsat citatum. Bald. vero sibi contrarius in l. vt perfectius. col 3. versi. secundo quod vbi. C. de anna. excep. & Specu. in titu. de citat. S. sequitur, tenent contrarium, quia tacite intelligitur tempus infra quod citatus possit comparere. vt late disputat Boer. qui hanc partem firmat decisio. n. 35. vbi late, & pulchre. Angel. vero in l. per interualla. ff. de iudi. & Paul. de Castr. in d. l. liber homo. distinguunt, quod aut tractatur quoad finem procedendi ad vteriora, tanquam contra contumacem, & procedit prima opin. aut quo ad eum puniendum, quia contumax non comparuit, & procedit ultima, quam distin. approbat Lanfran. in reper. c. quoniam contra. in ver. citationes. num. 20. ver. sed quiritur nunquid valeat de probatio. licet Alex. in d. l. liber homo talem distin. reprobet. vt etiam Boer. d. decis. refert. nū 3. Quid dicendum? mihi videtur, quod & si multa hinc inde dicisti possint, secunda opin. quæ sunt Specu. in d. S. lequier, est communior & verior vt Alexan. in d. l. liber homo. & Fely. in e. consuluit. colum. 3. in princip. versic. sed tenendo opin. de offic. deleg. attestantur, & idem Sebastia. Vant. in d. tract. loco proxime cit, & late colligitur ex Boer. in d. decis. vbi diffuse hoc tractat. cauitus tamen erit semper in citationibus terminum apponere, vt dicit Bald. addit. Spec. de citat. colum. 3. ver. sic. an designatio diei. & Vant. vbi supra num. 71. versi. quicquid tamen. & ita seruatur quia omnes citationes etiam per insciūm, & inexpertum scribam expedīt; continent terminum infra quem citatus habet compātēre. vt omnibus notum est. Salerni die 6. Septemb. 1559 Prosper Carauta.

## R I T V S C X X I I I .



Tem quod curiæ ipsæ, & quælibet ipsarum possint, si voluerint, committere causas pecuniarias ibi. mo uendas usque ad summam vnciarum sex de carlenis argenti (& non ultra) curiæ referat in forma consueta. Item quod causæ committendæ per curiam non exceedant ultra summam vnciarum sex, vt supra.

**M**ateriam ipsius Rit. tractauit supra Rit. 16. in 2. not. ibi te remitto. ne bis idem repeat. vnum tamen aduerte quod licet iste Rit. dicat quod magna curia potest istas causas committere, si vult: adeo quod eius potestari relinqueret videtur, tamen ille Rit. dicit quod debeat committere: sic que eius necessitatibus iudices, & ita practicatur, si tamen peratur ab aliqua partium. vt ibi dixi: non obstat quod iste Rit. dicat, quod potest si vult, & ille alio modo p. verbū debet, quoniam iste

debet intelligi nem̄ne perente. ille vero quando petitum fuit, & eo casu cogitur iudex, vt proxime dixi, & dicam infra in Rit. 138. De hoe Rit. facit mentionem Afflic. in constit. Regni cum circā. in fin. princip. ante. prim. not. Not. ibi referat in forma consueta. quod iudices pedanei quibus iste causa minima committuntur debent facere relationem in forma consueta, quā ponit Rit. infra 126. & ego posui in d. Rit. 16. Salerni die 6. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X X V .



Tem curia ipsa nec causas delegat, nec mandatum facit, quod habeat in se causæ cognitionem quo ad commissarium, sed bene committit, quod ad certam poenam mandetur alicui ne turber, spoliat, vel iniurietur.

## S V M M A R I V M .

- 1 Aliqua sunt, quæ planam, aliqua uero quæ plenam cause cognitionem requirunt.
- 2 Causæ ciuiles, nisi in diuobus casibus, non committuntur Secus de criminalibus in regno.
- 3 Causæ meri, & mixti imperij demandari probentur.

**N**ota. ex hoc Rit. quod Magna Curia non delegat causas: nec facit mandatum alicui, quod faciat aliquam rem quæ requiriat cause cognitionem, vt esset restituisse aliquem in integrum, mittere in possessionem ex se cundo decreto, expellere aliquem de possessione, interponere autoritatem alienationibus: & transactiōnibus alimentorum, & similia, t quorum aliqua planam, & aliqua plenam cause cognitionem requirunt. vt ponit Bartol. in l. Imperium. versic. 3. nū. 19. & 20. ff. de iurisdictione omnium iudicium sed committere alicui, quod ad certam poenam mandet taline talem turber, spoliat, vel iniurietur: bene solet hoc facere ipsa Magna Curia. Dispositio istius Rit. bene seruatur in causis ciuilibus t quas non video committere, exceptis duobus casibus, primus est: quando committetur infra summam vnciarum sex iudicibus pedaneis, & iuxta forniam præcedent. Rit. vbi dixi. secundus est (quædam practicatur quotidie) quando appellatur ad ipsam magnam curiam à duab. vncijs infra, nam tunc sepiissime consuevit committere eidem, c. à cuius curia est appellatum: quod cum confilio alterius iuris p. rit. partib. non suspecti in causa ipsa procedat: & iustitiam faciat nomine ipsius magnæ curie. in causis vero criminalib. non seruatur, q. a quotidie magna curia expedit suo cōmissariis per Regnum cum ampla potestate nedū in cognoscendo, sed ēt in sententiando. cōtra tex. in l. i. in principiis. de officiis eius & ea quæ ibi no. Bar. nū. 5. vers. oppono contrā vbi causæ meti, & mixti Imperij prohibentur demandari nisi in casu affinitatis vt ibi dicitur: sed credo ideo Magna curia hoc facit quia antequam suos cōmissarios expediāt, ab Illusterrimo Dho Vicerege licentiam obtinet, iuxta formam Regie nouellæ prag. olim edicte per inuicibilissimum Caro. V. Imp. quæ incip. & vt modetur, \* q. est prag. i. sub tit. de commissa. Et anno præterito renovata & confirmata fuit per Illustrem Don Ioannem Manrique \* eod. rit. de commissa. prag. 4. incip. is est regis. Salerni die 6. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

# Domini Prosperi Carauita Ebolitanii

R I T V S C X X V I .



**T**em obseruat dicta curia, cōmittere causas si vult quātuor vnciarum alicui literato qui rite procedat: deinde ipsi curiæ referat in scriptis id quod sibi videtur: & forma relationis est, quia facit mentionem de toto processu, & deinde dicit in fine relationis si est probata intentio actoris, quod sibi videtur mandandum per dictam curiam dicto reo ut petita per dictum actorem in causa prædicta infra terminum decem dierum assignet ipsi actori, & etiam datur maior terminus arbitrio ipsius curiæ.

Dixi de hoc Rit. & eius obseruantia supra Rit. 17 & Rit. 124. & ideo ad ibi dicta te remitto.

R I T V S C X X V I I .



**T**em curia ipsa non consuevit ad alicuius instantiam facere aliquem pignorari: nisi sententiam diffinitiuam, vel interloquitoriam exequendo, vel nisi fisco in aliquo teneatur.

S V M M A R I V M .

1. Non est ab exequitione incipiendum. Et ratio quare.
2. Quod limita in sententia diffinitiuam, vel interloquitoria, & in rebus fiscalibus, & numero 5. 6. 7. 8. & 9.
3. Pro fiscalibus functionibus non tantum res, sed persona etiam capitur. Et appellatio talis exequitionem non impedit.
4. Fiscus regulariter in exequitione, ac sequestro iure communi vtitur.
5. Obligationes personæ actæ, & liquidatae, exequitionem paratam habent.
6. Instrumenta liquida accusata exequitionem paratam habent.
7. Instrumenta censualia paratam exequitionem habent. Immo maiora priuilegia quam sententia.
8. Contumacia ciuilis, & criminalis paratam exequitionem habent.
9. Casus in quibus appellatio non admittitur remissiūd.

**N**ota ex hoc Rit. quod Magna curia non consuevit ad partis instantiam pignorari facere aliquem; id est exequi in eius bonis: & quia ab exequitione non est incipiendum. I. sc. cum nulla. vbi; Pau. de Cast. ita summar. s. de re iudic. ratio est quam ponit rex, in l. 1. C. de prohi. sequest. pecu. quia oportet primo debitorem conuici, & denum ad solutionem pulsati, ut etiam dicit rex in l. 1. C. de exequi. re iudic. Limitatur tamen hoc & dictu in duobus casibus in hoc Rit. enumeratis. & Primus casus est quoque sequitur exequiatio heret. Vt que-

te sententia diffinitiuæ, aut interloquitoria vrgitam dicit tex. cum glo. in versi. sententia. in d. l. si cum nul la. ratio est, quia sententia diffinitiuæ habet exequitionem paratam. l. minor. 25. annis cui fiduci commisum. ff. de minor. si tamen fecit transiit in rem iudicatam, vt probat tex. in l. 2. C. de exequi. re iudic. & cap. quo ad consultationem, de re iudic. & plene Maran. in pract. par. 6. c. fin. in princip. Et sententia interloquitoria similiter habet exequitionem, etiam si transiit non fecit in rem iudicatam, vt dicit Glo. & ibi Bald. in l. à procedente, C. de dilat. idem Bald. in l. ita demum. versi sed hic queritur, C. de procur. probat text. in cap. non solum, de appell. in 6. Bart. in l. eius quod, colum. 2. ff. de appellatio. recipit. & in l. intra. vtile. colum. 2. ff. de mino. & Maran. in loc. præalleg. num. 171. & 173. licet fallat multories secundum eum ibidem. num. 207. Secundus casus est quando aliquid debetur fisco quod tamen intelligi debet pro functionibus fiscalibus, & pro quibus nedium res, sed etiam persona capi potest. l. nomen. C. de exacto. tribu. & no. Maran. in d. pract. num. 12. versi. ligna tamen, adeo, q. appellatio non recipitur ad impedientium earum exequitionem. l. abstinentia, & l. h. C. quorum appellatio. non recipia. & no. Rebut. in commen. consti. Fran. in tracta. de 4. appell. art. 7. num. 14. vers. quartus. & alias si non est pro functionibus fiscalibus, secus est, quia fiscus iure communi vtitur in hoc, vt non incipiat ab exequitione, vel sequestro. l. facultas. vbi hoc nota. in specie Luc. de Penn. colum. 4. circa medium. C. de iur. fisci in uehens contra quendam Doctorem insignijs fallen tem quidicebat, quod fiscus cum litigat, habet priuilegium incipiendi a sequestro, & idem referendo tenet Niger. in cap. Regni dudum ex præsumptuose, num. 10. & Tertio limita in obligationibus iuratis penes acta, & liquidatis vt in sequenti Ritu disponitur, quia obligationes penes acta exequitionem paratam habent: sicut sententia, vt ad literam dicit, dictus Rit. & 6. Causa super eodem. & Quarto limita in instrumentis liquidis accusatis, & liquidatis iuxta formam Rit. Magnæ Curia 166. quia talia instrumenta similiter exequitionem paratissimam: adeo quod aduersus ea opponi nullatenus potest, nisi debitor dicat causam in vinculis, vt in eodem Ritu late dicemus.

7. Quinto limita, non procedere in instrumentis censualibus quæ in hac Regno per Regiam pragmæ Alfonsum, de censi. paratam, & priuilegiata habent exequitionem tanquam sententia: nullaque prouocatio ne suspidi possunt ad eorum exequitionem impiendi, vbi latius disponitur. Aduerte tamen qd licet instrumenta censualia tanquam sententia exequitionem habeant, non propriea iudicantur ad partia, immo in multis differunt, vt late scribit Pet. Foller. quem nouissime & post hac scripta habui, in sua pract. censua. in versic. tanquam res iudicatas, numero quarto, cum multis fequ. vbi satis pulchre ponit quæ maioribus priuilegijs gaudent instrumenta censualia, sententia a iudicibus protatis. & Sexto fallit in contumaciam tam pro causa ciuili quam criminali, quoniam contumax potest personaliter capi, & contra eum, etiam exequi pro pena contumaciz absque alia citatione secundum Bald. in cap. gratis, columna septima, de restitu. spoliat. & afflict. in consti. peccatum ho uem vnciarum, quæst. 3. nume. 6. vbi dicit ita semper fuisse seruatum, & etiam hodie seruatur, & præser tur. Irem fallit in aliis quatuor casibus, quos ponit Af flict. in constitut. Regn. editiorum, nume. 43. dum sequenti & generaliter dici potest, hunc Ritum non procedere in omnibus illis casibus in quibus appellatio non admittitur, quos late ponit Speciaria. in art. de appellatio. & in quibus autem casibus, & dicuntur in Rit. 25. 9. in f. in his enim pigroratio & exequitionis hestiscent in omnibus supradictis. Saloras. die 7. Se ptembre. 1539. Propter. Carauit.

RITVS

URITVS CXXVIII.



Tē seruat ipsa Curia, quod quandocunque aliqua poena est stipulata poenes acta Curia semper executio illius poenæ fit sine vocacione partis, si esset vna sententia, nec datur libellus, nec petitio, sicut etiam ipsa Curia facit exequitionem sententiarum parte, contra quam sit, nullo modo vocata, quamvis alteratio iurisperitorum diu circa hoc nondum fuerit terminata.

## S U M M A R I V M .

- 1 Non solum poena, sed obligatio poenes acta, liquida tamen; exequitionem paratam habet.
- 2 Fisco non acquiritur, parte non instantे.
- 3 Poena contraventionis causa in contractu apposita extra iudicium num exequi possit parte non citata?
- 4 Obligatio antiqua quæ, & quando dicatur.
- 5 Ratio quare in antiqua obligatione partis citatio requiriatur.
- 6 Sententiam paratam exequitionem habere, intellige se fecit transitum in rem iudicatam.
- 7 Fatuus esset qui peteret sententia exequitionem per actionem in factum.
- 8 Index qui sententiam tulit si mortuus est, per eius successorem necessario pars ad dicendum causam quare, citabitur. Idem mortua parte condemnata, seruabitur in eius heredibus.
- 9 Ritus nostri etiam decisionem limitabis, prout in nu. 9. 10. 11.
- 10 Obligationes ab actuario captæ domi, per ciuitatem vel in strata publica, an exequitionem paratam habeant.
- 11 Omnia nostra facimus, quibus nostra impartitur auctoritas.
- 12 Obligatio stipulata poenes acta die feriata in honorem Dei, an poterit dici nulla.

**N**ota ex hoc Rit. (qui in viridi est obseruantia:) quod pro poenis promissis, seu stipulatis poenes acta curia fit exequitio sine libello, & partis citatione, quemadmodum obseruatur in sententijs, que simili modo exequuntur, & licet loquatur solum de penis, idem dicas procedere in quantitate missa, & omni eo, quod in obligatione deductum est, tamen non solum poena est quæ habet exequitionem, sed ipsa obligatio poenes acta, si tamen liquida fuerit, vt dicit glos. in auth. generaliter C. de epis. & cleric. probatur ex tex. l. eum pro quo, vbi Bald Pau. de Cast. & Alexan. ff. de in ius vocan. Luc. de Penn. in l. 2. C. de iure fisci lib. 10. & Affl. in decisio 387. in princ. & in constitut. Regni clementie, in fina. versi. & hoc etiam quod in ipsa obligatione non ad esset iuramentum, vt nota. per Affl. decisio. 30. nu. 6. & 4. intellige tamen hunc Rit. procedere quotiescumque poena obligationis fuit accusata

per partem cuius aliquid forte fuerat promissum, ut dicitur. Affl. in constitut. Regn. edit. totum, num. 46. 4. Fallegit quia fisco nunquam acquiritur nisi pars inest, ut dicit Is. in constitut. Regni, in pecuniaris, in versi. in 3. parte, & Affl. in constitut. Regn. poenam nouem viaciarum, num. 10. quæst. 7. vel per Regium procuratorum fiscalēm quotiescumque fisco tantum fuisset facta de aliquo obligatio, ut late scribit Affl. decisio. 3. per totam. Ex prædictis sequitur, quod si poena quæ esset exigenda: non fuisset stipulata poenes acta, sed alius, in eam incidisset ratione alicuius banni, forte emanati, australi modo, exequitio ipsius non fiet ex abrupto, sed parte ipsa citata ad dicendum causam quare ad eam non tenetur, & idem si extra iudicium in aliquo contractu fuisset aliqua poena missa in casu contravenientis, vt not. pulchre Barto. vi. i. ponit hanc pract. in l. nu. 13. versi. led quæro. ff. si quis ius dicendum non obtinera, per tex. in l. 2. S. 1. ff. si quis in ius vocat. non ier. idem in l. mol. in l. quidam consulebat, col. fi. ff. de re iud. & Affl. in d. constit. edit. typi, nu. 42. versi. 12. querit, in fi. & ita practicatur, licet fallat in quinque casibus quos ibid. ponit Affl. nu. 43. cum sequenti Ad. vnuq. tamen aduerte, q. licet in poenis fisco acquirendis, & poenes acta non stipulatis, non detur exequitio parata, sed vocetur pars, ut supra diximus, tamen in eis proceditur in hoc Regno summarie per ca. Regn. ab olim, quod in specie ad hoc propositum allegat. Affl. in constitut. inter multas. 4. nota. cum alias si capi. prædictum non extaret, iuri ordine seruato procedideberet. l. extat. ff. de iur. ff. l. omnes. C. de celato. lib. 10. facit. c. de mili. Vassa. qui contumax. est nota. Luca. de Pen. late in l. 1. C. de condu. & procura. lib. 11. & Affl. in d. constitut. inter multas. Limit. hunc Rit. non procedere in duobus casibus. Primum casus est quando obligatio ipsa non esset stipulata poenes acta illius curie, vbi accusatio est facienda: quoniam tunc necesse erit partem ipsam citare ad dicendum causam quare obligatio ipsa accusari non debet, dicit Is. & post eum Affl. in consti. Regn. baiulus si fuerit. q. 2. nu. 3. & Cauens. hic quialia multa allegat, & ita seruatur in pract. Secundus casus est, quotiescumq. obligatio ipsa esset antiqua, quoniam etiam nunc partis citatio modo iam dicto esset necessaria, vt dicit Affl. in constitut. Reg. dilationes. nu. 22. versi an autem, vbi dicit ita seruari in Magna Curia, sicut in simili dicit Is. ibi circa fin. versi. posset distinguiri in sententia antiqua. † Dicitur autem esse obligatio antiqua, secundum pract. qua utimur quotiescumque transacti sunt decem annis die nativitatis actionis. Et aduerte quod si citatus debitor ad dicendum causam quare obligatio accusari non debet, opponit satisfactionem, non fit depositum, neque dicit causam in vinculis, sed auditur extra carceres, & ita in practica seruatur quotidie, quamvis Apostill. Affl. ad d. constitut. dilationes aliter teneat, & istud amplio procedere etiam si reperiatur obligatio accusata per partem, & illa accusatio fuisset de antiquo facta. † quoniam ratio quare citatio requiratur in obligatione antiqua (iudicio meo) est, quia præsumptione est quod si debitum non fuisset, solutum, obligatio fuisset iam exequuta, quæ quidem ratio militat etiam in obligatione accusata iam, præbet enim suspicionem videtur obligatio non tam de antiquo accusata, & quod post lapsum temporis petatur exequitio, & ita seruatur tam in Magna Curia, quæ in Regia audientia principatus citra, & Basilicæ, & non sunt multi dies, quod Nob. Ioan. Anto. Milonus terra Eboli, procurator pauperum ipsius Regiæ Audientiæ petitj sibi renouari quasdam literas exequitoriales virtute instrumenti accusati, expeditas annis decem & nouem antea, & non fuerunt sibi renouata: sed expedita citatio parti aduersa ad dicendum tam quare renouari non deberent, quod bene nota. Scias tñ ad materiam quod si facta exequitione virtute obligationis accu-

# Domini Prospere Caravita Eboliensis

sita, citatur debito ad reluendum: & allegat satisfacionem, debet declarare si ante accusacionem soluit, aut post: si ante, non auditur: nisi factio depositio, si postea auditur, verum interponitur decretum de vendendo, & quod supersedeatur in liberatione per tot dies infra quos possit docere de satisfactione, & ita servatur.

¶ Secundo not. ex hoc Rit. qd sententiae habent execuptionem parata sine citatione partis, vt etiam diximus supra Rit. praecedent. intelligendo de ea quae transiit fecit iam in rem iudicaram, & licet Bart. in hoc aliter dixisse videatur in l. item veniunt. S. item si recte ff. de peti. h. p. & in l. qui de inofficio, ff. de inoffic. testam. tamen serua ndus est iste Rit. in hoc Regno, vt Cauen. hic dicit in prin. mihi tamen videtur quile Rit. adhuc sit intelligendus in terminis iuris communis: & pro ut Doctores loquuntur, & sic quod procedat quotiescunq; exequitio sententiae per officium iudicis petitur, secus autem si peteretur per actionem in factum orientem ex sententia, iuxta tex. in l. miles. S. iudicati, vbi Docto. no. ff. de re iud. quoniam tunc processus ordinarius esset faciendus, vt dicit Iser. in d. constit. dilat. quod est vbi quod fatius esset ille qui exequi onem sententiae peteret per actionem in factum. idem Ale. consi. 50 col. 3. in prin. v. q. 2. Marant. in pract. parte 6. c. fi. versi. secundo principaliter, nu. 8. & Pet. Foller. in sua practi. censua. in ver tanquam res iudicatas. nu. 8. Intellige istud nota. dummodo ante quam iudex sententiam exequatur faciat praeciput cōdemnato, qd iuxta formam sententiae pareat. vt dicit Bart. in l. defendere. ff. de autho. tuto. & in l. a diu Pio. S. in venditione. nu. 3. ff. de re iud & lare Afflic. in const. dilat. num. 16. versic. secunda conclusio. & ita seruatur in pract. quia per iudices expeditur mandatum de parendo partibus condemnatis. vt etiam ibidem Afflic. dicit seruari in sacro consilio, t. Limita istud. not. non procedere mortuo illo iudice qui tulit sententia, tuc enim quia successori non potest liquere de causa, ciatio partis ad dicendum causam quare exequi non debet, est necessaria. vt dicit Glo. in l. quoties. S. fin. ff. de probatio. & Afflic. in d. const. dilat. versic. quarta conclusio. num. 18. Secundo limita quando is contra quem lata fuit. mortuus est & tractatur de exequendo contra successores vt dicit Inno. in c. quia. in fi. de iud. Alex. in l. a diu Pio. S. in venditione. col. antepen. ff. de re iud. Afflic. in dicta consti. nu. 16. & Marant in supra 9 citato loc. nu. 18. t Tertio limita quando a sententia fuisset appellatum, & peteretur exequitio ob no presentationem processus. vt dicit Barto. in l. 1. in fi. ff. nil noua. appet. pende. Dec. consi. 97. col. 2. Bal. in l. si contra. C. de appell. Afflic. vbi supra. ver. sexta conclusio. nu. 20. & Marant. in d. pract. parte 6. cap. fin. ver. an au. rem. nu. 16. t Quarto limita secundum Barto. in d. S. in venditione. nu. 2. ver. quarto tu eris. quotiesque exequitio esset facienda in alia re quam in contenta in sententia. puta. quando esset sententia condemnatoria ad quantitatem, & esset exequendum in bonis id est Bart. in l. mem. inerint. C. vnde vi. Bal. in l. C. de iur. & fact. ignoran. Ang. in l. habere licere. ff. de euictio. Afflic. late (qui eam limita defendit) in d. const. dilat. nu. 15. ver. demum, & Pet. Foller. in d. pract. censua. ver. tanquam res iudicatas. nu. 9. sed licet ista limita vera sit in iure, tamen vt satis no. & pulchre dicit Marant. in pract. loc. proxime cita nu. 19. ver. pro solutione: in pract. non seruatur, quia lata sententia expediuntur literas exequitoriales: quarum vigore absque partis citatione, sit exequitio in bonis iuris forma seruata & scripta in l. a diu. Pio. S. in venditione. ff. de re iudi. bene tamen verum est, quod citatio partis postea requiritur ante quam interponatur decretum de vendendo. vt ibi dicit post Alberi. in l. creditor. per illum tex. C. de distra pigno. & Afflic. decisi. 3. 8. & ita seruatur. quia citatur pars ad reluendum exequitionem.

vel ad dicendum causam quare vendi non debet, cum commissione & interponetur decretum, qd vendeta do (vt omnes curiales bene sciunt) sed ratio, illius obseruantur (licet Marant non dicat) dependet ab isto. Rit. dicens non requiri citatione partis, sed postea istius limita. non habebet locum nonquam seruatur. tamen stanchibus aliis limitis possit. vt etiam hinc infra in Rit. 26.2. q. 3. vbi etiam videre precis. t. Quarto limiti vbi sententia esset de antiquo iata. vt supra dicit & in d. Rit. 262. q. 3. t Quarto cum iste Rit. legatur de obligationibus penes acta, quid si obligaciones capitales fuerint p. actuariis in eius domo, vel per ciuitatem in strata publica? Luc. de Penn. in l. 2. C. de iur. fi. lib. 10. tangit istam, q. & lare examinat, tandem dicit, qd non valet per iura, & rationes quas allegat, & qd quae consuetudo est in contrarium, corruptela potius iudicari debet, idem Afflic. in consti. Regn. magistri ca merar. 1. 12. no. & Gramm. (quidicet Luc. reallum) consilio ciui. 63. nu. 12. ver. & qd huiusmodi. sed idem Afflic. sibi contrarius decis. 335. ver. nec obstat, tenet contrarium, quia licet non fuerint capite presente iudice, tales obligationes: tamen quia generaliter actuarii habent licentiam ipsas capiendi, tanquam capite eorum ordinatione, valebunt: que ac si eorum presentia fuisse receptorum & quia omnia nostra facimus quibus a nobis impartitur authoritas. l. 1. S. sed neq; cum con cord. per eum allegatis. C. de vere. iur. enuclea. & ita omissis dictis per Luc. & Gramm. seruatur in pract. indistincte in omni curia Reg. & vide quae dicitur in Rit. 16. t Seconde quoero t pone qd obligationes penes acta est stipulata die feriato in honorem Dei pnumquid poterit dici nulla Breuiter dicas. quod non, quia tex. in l. vt in die, & l. actus. vbi not. etiam per Bal. C. de fe rijs. dicunt, qd actus voluntarii iurisdictionis possunt die feriato fieri. idem Bal. in tub. de treug. & pac. nu. 5. & etiam probat Rit. in fr. 162. licet notarius, & contra hentes peccent secundum Euera. in locis lega. loco de tempore ad locum versi. hinc etiam. & Plotum. in l. si quando: nu. 55. C. vnde vi. in 2. impressione. sed obligationes penes acta, quae quotidie fiunt inter partes v. qd luncari sunt iurisdictionis vt clarum est, ergo sequitur quod non potest dici nulla ob diem feriatur, & si dicatur quod tales obligationes capiuntur penes acta Curie, & quod propterea dici posset esse actum Iudicarium, responderetur dupliciter, primo qd actus voluntarii iurisdictionis non dicitur, eo qd non satis acta, sed eo quod sicut voluntarie secundum Gll. 2. ff. de offici. proconsu. absque judiciali indagine & causa cognitione vt dicit Bal. in d. l. actus. nu. 3. & 4. si cuncti proprii sunt iste obligationes, immo actus voluntarii iurisdictionis etiam coram Iudice fieri possunt, vt in d. l. 2. Secundo qd emanicipationes fieri debent coram Iudice penes acta l. non nudo. iuncta Glo. & l. fi. C. de emancip. li. S. præterea. insti. quibus modis ius patt. pot. solvi. & dixi plene in prag. per excellenter. S. 12. velsuerint & mancipati. nu. 26. de sena. conf. macedo. & ramen per dd. ll. vt in die, & l. actus. inter alia quae specialiter die feriato fieri permittuntur sunt emanicipationes Vnum tamen adverte secundum Plotum in loco praæallega. quod si contractus, qui fit die feriato in honorem Dei, dato qd fieret die non feriato non est validus nisi ratione iuramenti: vt est contractus minorum. per auth. sacramenta puberum. C. si aduer vendi. contractus mulierum super reb. dotatib. vel propter nuptias donatis. per c. cum contingat. extra de iure. & alij similes. & stipulatus suis dicto die feriato non in casu necessitatis. vt dicit tex. in c. 1. extra de ferijs: non habebit vires iuramenti quod die feriato praestari non potest. d.c. 1. adeo qd contraueniens non poterit dici per iuris secundum Lanfrac. in c. quoniam contra in fin. prin. num. 50. & sequente de proba. & Tho. Ferra. caute. 3. incip. communiter. & consequenter co grahens non tenetur ad obseruantiam contractus.

qui de se non esset validus, cessante vincula iuramento, nequod nota. Salerni, die 8. Septemb. 1559. Prosper Carauta,

## R I T V S C X X I X .

**T**em seruat ipsa curia qd in causis in quibus ipsa curia committit literas, quod ipsi cōmissarij dēt vnum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta quindecim dierum, vel alium maiorem, vel minorem, & non astringuntur partes offerre infra biduum, generalia, & specjalia: iuxta constitutionem Regni, & aliam obseruantiam Curia.

**D**ispositio istius Rit, non est in obseruantia ex quo quando curia committit audienciam recipiendorum, terminus est datus iam p̄ ipam curiam: ad eo quod non videmus in pract. seruari quod commissarius ad recipiendum, seu examinandum testes det terminum in causa ipsa, de materia tamen dandi vnicum terminum ad ponendum, & probandum (vt iste Rit dicit) dixi supra Rit. 8.2.noc.ver. & not. & simili modo de materia ponere infra biduum generalia, vel specjalia iuxta formam constit. Regn. lice. & aliam obseruantiam curiae ut hic dicitur, dixi supra in Ritu. 8. ibi video. Salerni, die 8. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X X X .

**T**em qd causæ committantur in ordine solita per dictam curiam usque ad summam vnciarum ayri duodecim, vel infra personis idoneis & peritis pro qualibet ipsarum causarum, & commissarius earundem causarum in relatione sienda per eum, ponat terminum ad soluendum pro qualitate causæ & personarum: dum tamen non excedat terminum quadrimestris temporis.

**D**e materia causarum committendarum per Magnam curiam usque ad certam quantitatem, & de modo relationis postea facienda per commissarium cause dixi supra Rit. 16. 24. & 126. & ideo nō repeto: quia ibi videre poteris. Veretur tamen ne Rit. iste sit depravatus dum dicit de duodecim vncijs, quia nullus alijs Rit. dicit de tantâ summa: nisi de sex, aut quatuor, & si forte non est depravatus: non seruatur, sed solum d. Rit. 124. vt dixi in d. Ritu 16. Salerni die 8. Septem. 1559. Prosper Cara.

## R I T V S C X X I .

Item quod causæ modicæ infra vnciam unam, examinentur per commissarium depandum per curiam ipsam summarum,

usque ad dationem termini ad probandum & de plano audiātur testes utriusque partis, & statim fiat relatio.

**D**ispositio istius Ritus bene seruatur & tractat de materia Rit, precedent. & aliorum Rituum quos ibidem allegati, verum tamē est quod multoties ab vncia infra, Regens Magnæ Curie, & alij officiales expedient causas oretenus, & sine scriptis iuxta formam quam diximus super Rit. 115, & quando reperirentur homines validi litigantes, qui pro recuperando uno denario expendunt centum aureos (vt sunt homines ciuitatis Campanie, prope Ebolum), seruaretur iste Rit in Magnæ curia, & committeretur causa iudici pedaneo, & in alijs curijs procederetur dato termino sicut in alijs causis, immo cum maiori strepitu, quia cum sint causæ potius ad perfidiam, litigantes super eis diores efficiuntur. Vertitur nunc causa in hac Regia audiencia. Principatus citra, carlenorum viginti inter Paulum, de Alfonso actorem ex una, & nobilem Gasparem grillum ciuitatis Salerni regum ex altera, in qua per iudices primatum, & secundatum causarum dictam ciuitatis duas sententias latas sunt, & ad præsens in eadem Regia audiencia expectatur tertia sententia. Salerni, Die 8. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X X I I .

**N** primis, & quod dicti commissarij de literis executoriis libus criminalibus commissionis eorum, & qualibet ipsarum: & de qualibet criminale cuiuscunque, & quorumunque bannitorum, fieri faciant publicum instrumentum, seu publica instrumenta per iudicem notarium, testes, quod, & quæ continent inquisitionem factam per dictos commissarios, vel alterum ipsorum, de bonis omnibus tam mobilibus, quam stabilibus, quæ reperierint in dictorum contumaciam bannitorum per dictam curiam, pro causis quibuscumque, & captione, & venditionem tertiaris partis ipsorum bonorum mobilium reperiutorum legaliter, & sine fraude, per eos facien-

## A D D I T I O .

**a** In primis. Addo qd de huiusmodi commissariis & executoribus, leges male sentiunt Hinc est qd legitur, executorum pertinax & auara proteruitas. I. omnes, S. preterea C. de episcop. & cler. alibi, Apparitorum prauaditum venalisque perfidia. I. ne diu, C. de poen. alibi, illicita exactorum avaritia, I. illicitas, S. f. ff. de officiis, præsid. alibi, qd Cæsariani suis fraudibus omnia temere confuerunt, I. defensionis facultas, C. de iure sciendi, & cœsiando, commissarios executores, apparidores exactores & cœsarianos pro eisdem. Et vide S. ad excludendos auth. de litigiosos, auth. de executor. in primis, auth. de exhiben. reis, S. i. auth. vt hi qui oblig. se perhib. &c. S. i. auth. de nup. S. f. i. igitur, I. neminem, C. de susceptor. I. z. C. de discussoribus, & ibi Luc. de Penna, & eundem in I. mediterranei in si. C. de annon. & trib. C. P.

# Domini Prospici Catania Epitomae

facienda, & quæ bona mobilia fuerunt, & in quibus ipsa bona consistant. Item contineant in quolibet dictorum instrumentorum cuiuslibet literæ executoriae criminalis diuulgatio banniti in quilibet litera exequitaria denominati, seu denomi natori, & dies diuulgationis banniti, seu bannitorum ipsorum: & etiam dies annotationis reliquaorum bonorum omnium mobilium, & stabilium contumacis, vel contumacium, & banniti, seu bannitorum eorundem, per dictos commissarios ad opus dictæ curie faciendorum: & quæ per ipsos repertæ fuerint tempore inquisitionis præfatae, & instrumenta ipsa scripta, & subscripta, & omni solemnitate valata, & signata, & completa, continetia omnia supradicta ad dictam curiam infra terminum in dictis literis commissionis eorum descriptum, & distinctum, vna cū pecunia dictarum tertiarum mittere, seu ducere studeant, & procurent.

## S V M M A R I V M .

- 1 Instrunctiones & ordinationes obseruandæ à commissarijs mittendis pro exequitoribus pœnarum accusatarum, & pœnarum contumaciarum.
- 2 Fiscus ratione contumacia, quam partem habeat, in mobilibus: quam vero in immobilibus, & quando.
- 3 Contumax si extra territorium ubi contumax sit, bona habeat, an per iudicem ipsum contumacem facientem possint confiscari?
- 4 Mobilia nominaq; debitorum non circumscribuntur loco.
- 5 Bona stabilia contumacis alienari prohibita à restatore, vel à quocunque, num in confiscationem veniant?
- 6 Prohibitus alienare pro interesse terij, numquid etiam delinquendo, alienare prohibitus intelligatur?

**I**ste Rit. cum quinque sequent. tractat de instructionibus commissariorum, qui deputantur ad exigendum contumaces, & nihil aliud continet, sed quia hodie aliter seruatur, & alia extant instructiones quæ dantur quotidie commissarijs, qui p Magnam Curiam, & Audientias Regias expediuntur: visum est mihi tales instructiones hic inferre de verbo ad verbum, & prout habui ab ipsa Magna curia.

¶ Instrunctiones, & ordinationes dandæ commissarijs mittendis pro exequitoribus pœnarum accusatarum, & pœnarum contumaciarum quas habent iniurabili obseruare.

In primis quod perceptor non consignet listas pœnarum accusatarum, & bannitorum, & condemnatorum, nisi prius capta fideiussione de bene, & fideliter administrando, & se gerendo in dicta commissione signanda de exequendo, ac se obliget de obseruando omnia infra scripta ad vnguem, ac visa commissione facta commissario signata manu magnifici fisci patrini. Item quod dicti commissarij destinandi non au deant exequitionem facere contra aliquem nisi habita speciali commissione cum lista particulari poena

rum, & obiectorum, & condemnatorum predictorum exequendorum à dicto pereceptore & contra contentos in lista, & commissione tantum, & non alias ex ea quæatur. Item quod dicti commissarij habitis dictis commissione, & lista, teneantur & debent seruare omnes ordinationes editas diebus præsentis, & formam eius datam in exequendo sub poenis in eisdem ordinationibus contentis, & de quibus ordinationibus tangentibus dictum effectum quilibet ipsorum commissariorum debeat, priusquam accedat ad exequendum habore copiam poenes se. Item quod nemo dictorum commissariorum presumat sub quibus commissione lista, & cedula ac colore quocunque componeare aliquem contumacem, bannitum, sive condemnatum ad instantiam fisci pro causa criminalis, & tam tu m procedere debeant ad exequitionem tertie partis bonorum mobilium, & poenam ad quam appareat contumaces, & condemnati, sed quando occurrit componant pro redemptione tertie partis bonorum mobilium tantu m remanente contumacem, & sic faciant an notare in apodisis per eos faciendis. Item quod nemo dictorum commissariorum aliquo quæsito colore presumat componere pro redemptione tertie partis nisi habita informatione de qualitate, & facultate banniti, & condemnati, & tunc facere debeat compositionem iuxta oius facultates non pro minori summa a dictem ducatorum. Item quod quilibet ipsorum commissariorum statim quod applicauerit in locum in quo presider bannitus, habeat facere annotationem omnium bonorum dicti banniti, & de dicta annotatione beneficiare ac quum publicum fidem facientem & ad predicta reuirere capitaneum, & alios officiales dicti loci. Itē quod similiter statim in loco in quo degunt, & habitant dicti banniti, & condemnati, seu eorum solitæ habitationis, fieri faciant publicum proclama, & bannum quod quilibet habeat eos pro bannitis, & delinquentibus, & neis eis per victimam, auxilium, & consilium, nec cum eis vel altero ipsorum cœnuerit, & practicare presumat, predicta specie littera notificare Capitaneo actuario, ac alijs officiis loci, sub poena iuris, & regia pragmatica. Item quod quilibet ipsorum commissariorum debeat similiter cum diligentia exequi pro poenis cœnatum ciuilium, & componere iuxta qualitatem poenæ accusatae, & debiti pro quo est condemnatus, & iuxta qualitatem divitiarum, & pauperitatis debitoris: non tamen pro minori summa tā ēno untiū, vel duorum, ad minus vnius, pro qua habet vincia debiti. Et nouiter post huc scripta edita sunt pragmatis Illusterrimi Domini Ducis de Alcalá huius Regni Viceceregip, per quas \* in prædicta 31. sub titu. de offici magist. iusti. multo plura, & etiam prædictis similia ordinantur.

\* Not. in tex. huius Rit. 6. bonis omnibus tam mobilibus, quam stabilibus, quod commissarij contumacium debent facere inquisitionem, & annotationem bonorum mobilium, & stabilium, contumacium pro causis criminalibus, ratio est, t qd in mobilibus fiscus habet tertiam partem ratione contumacie, & alia due partes similiter sibi competant elapsio anno a die annotationis, vt dicitur in constit. Regn. grādis & etiam disponitur in iure commun. l. 1. in fl. & l. fl. ff. de requies, & l. 1. C. cod. tit. & in immobilibus succedit in totum filij non extantibus & extantibus, conceperit tam ante bannum, succedit pro rata, vt dicitur in constit. Regn. fori iudicatorum bona.

¶ Quero iuxta predicta quid si contumax haberet bona extra territorium loci, nunquid poterunt ea per iudicem, qui ipsum facit contumacem, confiscari? Bres uiter distinguendum est, quod aut sunt immobilia, aut mobilia, primo casu, quia ea dicuntur cohærente territorio, vbi extant, ad iudicem loci spectabunt: nō autem ad illum qui fecit contumacem, vt dicit Bald. in l. mercatores, C. de commercio & mercato. Alexander consilio

# Cōm. super Ritibus Magne Curiæ.

70

confilio 3 i. nu. 5. vol. 1. & Cor. in memoria in versicu. confisatio, & in hoc non est difficultas. Secundo casu Bald. in l. mercatores tenet contrarium, t̄ quia mobiliz. & nomina debitorum non circumscribuntur loco: sed concernunt personam tanquam eius ossibus affixa. l. 2. ff. pro socii. in tantum, quod non censemur esse extra sed infra territorium, vt etiam latius, & nota. cōcludit Salyc. in L cunctos populos. colum. 7 nume. 14. versic. fin autem essent iura. C. de summa Trinit. idem Bald. in l. 1. circa princip. ff. de stat. homin. Alexand. d. confil. Socyn. confi. 23. viso testamento. colum. fin. in princip. volum. 2. & Cotta in loco præalleg. licet Alexan. confi. 16. nu. 2. versi. ad hoc bene facit. vol. 1. videa curialiter tenere, dicens contrariam opinio. videri veriorem, allegando eundem Bald. sibi etiam contrariū in c. 1. in princip. de pace tenet. sed profecto quicquid dicant, opin. Bald. in d. l. mercatores, est magis approbata & rationes Saly. in d. l. cunctos populos, sunt innotitables, quod bene not. pro Baronibus ad quos spectat ex eorum privilegijs confisatio, vt late Alex. concludit d. confi. 3 i. quoniam cum faciunt aliquem vaſallum contumacem, & bannitum, mobilia alibi sita adipſos spectant per predicta.\* Aduerte tamen circa nomina debitorum existentium extra territorium iudicis confisancis, que supra dixi spectare ad iudicem confisancem sicut bona mobilia, quoniam id verum est quoiescunque nomina debitorum essent circa ali quid mobile, lecas si circa aliquid immobile, vt plene concludit Alex. in d. confi. 3 i. nu. 6. & Lacobi. in tract. send. in tit. de toidis. nu. 16. ver. præmissis.

¶ Secundo quero quod si bona stabilita contumacis essent prohibita alienari per testatorem, vel alium a quo ipsa habuit: nunquid etiam ea venient in confisacionem? Bart. in l. Imperator. per illum rex. ff. de fideicom. Liberta. dicit quod non. Alex. late, & pulchre. confil. 23. opportune, vol. 1. num. 3. & per torum. Arct. confil. 14. num. 7. Socyn. confi. 24. in causa col. 18. volu. 2. Ias qui hoc sing. dicit in l. fin. 5. sed quia nostra. in 1. no. C. commu. de lega. & in l. filius 5 diui in 6. not. ff. de legat. 1. & Cotta. in memoria in versic. testamentum in quo ver. solet etiam ad idem faciunt que no. Barto. in l. finita. 5. si de vestigalibus. questio. 6. ff. de damno infec. & in l. si quis in tantam versi. quero num. 1 i. C. vnde vi. ybi, t̄ quod prohibitus alienare pro interesse tertij, censetur prohibitus alienare etiam delinquendo, yr sic ob eius delictum, bona non veniant ad hiscū, quod Paul. de Cast. in d. l. finita num. 7. putat singulare & menti tenendum, vt etiam dixi alias in pragm. \* per excellenter. 5. 6. andeat. num. 29. de senatus consil. macedon. Salerni, die 10. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V-S. C XXX III.

**T**em de literis executo-rijs ciuilibus commissio-nis dictorum commissa-riorum commissarij ipsi non carent facere instru-mentum, seu instrumen-ta sed facta fideliter, & le-galiter inquisitione pereos de bonis omni-bus mobilibus tantum, condemnatorum quoewcunque in dictis literis contentorū, tertiam partem bonorum mobilium præ-dictorum capiant, & capita vendant, seu cap-tas, pretio, seu preuis quibus poterunt me-lioribus, seu de illis componant: condicione dictæ curie faciendo propriea melio-

rem, licet in dictis literis commissionis co-rum, non contineatur quod possint compa-nere de eisdem;

## S V M M A R I V M.

- 1 Pena contumacia in ciuilibus est tercia pars bono-rum mobilium.
- 2 Citari quis in iudicio tribus modis potest.
- 3 Præctica super citato alio de tribus superioribus mo-dis que obseruatur.

**D**ispositio istius Ritu. tractat solum de modo seruando per commissarios in contumacibus ciuilibus, vt ex eius litera pater. ¶ No. ibi tertiam partem bonorum mobilium, t̄ quod pena contumacia in causis ciuilibus est tercia pars mobilium, vt hic & in constit. Regn. poenam nouem vnicarum sicut etiam in criminalibus diximus in Ritu. præceden. in not. & est Ritu. infra. 218. vbi de ciuilibus, & criminalibus loquitur, & alius Ritu. s. pra. 123. licet hodie, (vt etiam dicit Marant. in pract. parte 6. 2. membro. num. 8.) talis poena in contumaciis ciuilibus, de stylocuriarum non seruat sed alibi vnuſ tarenus, & alibi vnuſ augustalis. Sed quia contumacia ciuilium causarum possunt esse ad diuersas citationes & hodie diuersimode poenæ exigentur à contumaciis ciuilibus, vt habeas notitiam omnium que in practi. de super seruantur, t̄ scire debet, quod tribus modis citari potest in iudicio, primo super re instrumenti liquidi in quo citatur quod personaliter compareat responsurus super tenore instrumenti contra eum liquidandi iuxta formam Ritu. magnæ Curiæ. 165. Item quod si qui debitores, alio modo qd legitime compareat ad dicendum cauillantque non teneatur soluere tali tantam pecunia quantitatem, vel frumenti, ordei, & similia, & hoc per viam mandati penalisi ad instantiam alicuius aliquid prætendens. Item, & tertio per viam prouisionis, seu citationis absque poenæ appositione, t̄ primo casu obseruatpr quod contumax ad talem citationem pro poena ipsius contumacia tenetur ad tarenos tres, vel duos ad minus pro vincia, attenta facultate debitoris pro. vt in instrunctionibus que dagtur commissariis qui ad contumacias exigendas quotidie expediuntur per Magna Curiam, & per regias Audientias. Secundo casu regulariter tenetur soluere certum quid in arbitrio curie minus tagen quam pro contumacia instrumento ex-eclusu, & id solet esse pro qualibet ducato graniū vnuſ; licet in Regia Audientia principatus cie. a hoc male seruatuerit, exigendo fere tantum quatum exigitur pro contumacia instrumenti accusati. Fallit tamen in multis casibus in quibus licet quis citetur ad aliquid per viam mandati penalisi cui non obedit: ai-hilominus non efficiet contumax, vt in predictis casibus sed obseruat, vt modo dicam. si enim mandatur alicui sub pena quod legitime compareat addicē dum causam quare aliquid fieri non debet contrā eū virtute pacti pereum facti in aliquo instrumento, vel exequi virtute sententie alias cōtra eum late, vel late di talium arbitrorum, aut quare non debet rescribi rati. Iudici quod suam sententiam exequatur, istis casibus, & similibus, si citatus non compareat in ultimo pe remptorio, dicitur in calce citationis viso pecto, vel visa sententia, aut laudo aut visis actis prouidebitur, & non ponitur in libro conrumagis, quantum resipienti sibi mandatum sub pena, & non obtemperavit, li-vo mandatur alicui similiiter sub pena quod exfractare habeat talem domum, aut fundum, aut quod compareat ad declarandum si est heros talis, vel h̄t̄d co-pareat ad producendum iudicium. Item quod citetur

# Domini Prospeli Carauta Eboltani

reat ad depositandum vel ad exhibendum exequitatem sibi signatam, aut alia bona poenes cum existentia, & familia, iustis casibus, in ultimo peremptorio, si citatus non comparet efficitur contumax, & dicitur in calce citationis cum appositione decreti, quod compellatur, & virtute dicti decreti compulsiu[m] sunt lites exequitoriales, etiam pro mulieribus nec etiam tales contumaciam ponuntur in libro: nec tenentur contumaces ad poenam aliquam prout in prefatis casib[us], verum si contingit vigore exequitionis faciend[e] quod dictis literis exequitorialibus procedi ad venditionem ipsius exequitionis, quia citatus adhuc manet in per fidia, & actor instat, tunc illa exequitio venditur pro pena ratione spreti mandati, & applicatur fisco, licet raro eleniatur. Tertio, & ultimo easu quando quis eiatur absque poenam appositione ad dicendum aduersus petitionem per aliquem oblatam, & contentam in ea, & quare fieri non debet processus in causa ipsa usq[ue] ad interpositionem sententia[rum] definitiarum, ut quotidie obseruantur, quando petitur concedi assistentia bonorum per aliquem, aut aliis lites intentantur in quibus citatur reus ad procedendum ad ultiora in causa, tunc si citatus non comparet, non condemnatur, ut contumax nec ponitur in libro, sed tantummodo accusatur ultima contumacia, & datur terminus in causa ipsa, & proceditur ad ultiora, quod etiam firmat Lue. de Penn. in l. locorum verbi. illud autem. C. de omn. agr. deser. lib. 11. dicens quod iustis casibus actus expeditur in absentia eiciati, sed non punitur ut contumax quia omnia bene not. quia sic diuturni mores (maxime in Magna Curia ubi recte proceditur) introduxere & ad praesens practicatur, quia pract. in his contumaciz multis attendi debet, ut dicit Iser. in cap. 1. S. hab. reditatem de pace tenenda. Salerni. Die 10. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## RITVS CXXXIII.

 Tem quod super exactiōnibus poenarum fiscalium ad quas nonnulli de Regno isto maxime de partibus & provinciis Aprutinis citra & ultra flumen pescaria sunt per decreta ipsius Curie diversimode condemnati (pro ut in alijs literis commissionis ipso summa commissariorum exactiōnis poenarum ipsiarum plenus continetur) dicti commissarij habeant facere unum, vel plura instrumenta publica, quibus sit insertus tenor dictae commissionis, & contineant bona omnia, tam mobilia, quam stabilia dictorum condemnatorum vendenda, seu quae vendantur per dictos commissarios, mobilia primo, si sufficientia fuerint, & si non sufficent ad dictam penam stabilia: & si mobilia bona, & stabilia non sufficient: capiant, & arrestent personas principaliū condemnatorum ipsorum: habito tamen respectu ad personas ipsas, secundum conditiones ipsarum: & si fuerint capiendi, & ipsos captos mittere captiuos ad Curiam supradictam, & alias super alijs debit[is] coheretionis modis tenendis per predictos commissarios, & dicta penas exinde habeantur, vel super compositionibus ipsius curiam faciendis per eos

cum condemnatis eisdem: commoda semper dictae Curie augmentando, prouideantur: prout melius & utilius pro indemnitate dictae Curiae videbitur prouidendum.

S V M M A R I V M.

i. Quis ordo in Regno hodie seruandus pro exequitione poenarum fiscalium. Et ratio quare, ibidem.

**S**upra in Rit. 152. & 133. dictum fuit qualiter debeant se habere commissarij circa exactiones contumacium criminalium, & ciuilium in tercia parte mobilium competente fisco, a contumacia; nunc autem in hoc Rit. tractatur de exactione aliarum poenarum fiscalium ad quas quotidie multi diversimode condemnantur ut Rit. dicit, proue sunt poena fideiussionum, quibus mukoties principales & fideiussores conueniuntur, poena mandatorum aliquibus factorum per curiam de non discedendo a palatio Curie, vel a ciuitate, que loco carceris assignari solet atque. Item alii nonnulli poenae ad quas varie ex variis causis homines incurunt, & condemnantur. ¶ No. ex hoc Rit. quod pro exequitione poenarum fiscalium seruandus est ordo traditus a iure consu. in l. a. diu Pio S. in venditione ff. de re iudi. ut primo mobilia, deinde immobilia, & postmodum persona capiatur. Sed hodie aliter seruatur, & si persona haberi poterit, absque obseruatione dicti ordinis capit, & carceratur, ratio est quia iste poena aut debetur ex copiuentione fideiussionis, vel obligationis stipulata poenes acta, & tunc nulli dubium quod potest exequi realiter & personaliter ad electionem, vigore clausularum, quae appontantur ordinarii in eis, aut ratione contumacia, quia in contumaciam fuit quis condemnatus ad penam: & tunc idem ut no. Affic. in constit. Regn. si quis post item 8. not. nu. 15. per illum textum licet illa constitut. solum loqui videatur in contumacie qui expresse dixerat nolle venire. bene tamen facit quod si ad aliquam poenam condemnaretur aliquis per se habet, quia fecisset postea transitum in rem iudicatam licet esset pena fiscalis, seruaretur iste Rit. quia in exequitione sententiārum seruatur ordo d. S. in venditione. ¶ Secundo no. in fine, ibi super compositionibus, quod commissarij possunt componere super poenis fiscalibus prout melius, & utilius fuerit pro commodis ipsius Curie, hodie ut dixi in Rit. 132. habent speciales instructiones, & aliquas penas eisdem non dantur in commissionibus, & aliqua sic, ideo seruantur eas, quia non est certa regula, & curia concedit exactiones predictas ad shi libertati. Salerni, die 11. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## RITVS CXXXV.

 Tem quod dictus commissarius ex potestate ei concessa per dictam curiam, & in alijs literis commissionis eius contenta, a quibuscunque & omnibus & singulis bannitis in literis alijs, & commissionis eius denominatis: & se sponte a bannis ipsorum extrahere volentibus: in testimonio publico, primo, & ante omnia recipiat iura banni, seu bannorum corundem ad rationem datenit sexdecim pro qualibet bannocniuti cunque

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 71

enique banniti insolidum: quam pecuniā legaliter ad opus curiæ prædictæ conseruet, per eum infra terminum ei ad mittendum pecuniām tertiarum, tam bannitorum quā etiam cōdemnatorum cūiliter iam fixum, ad eandem curiam destinandam, & deinde ad receptionem fideiussionum dicatorum bannitorum procedat (debito modo) prout in literis de recipiendis ipsis fideiussionibus bannitorum plenius continetur. Qui si deiuſſores recipiendi per eum sint idonei & ſufficientes, & non ſint clerici, nec filii fa mil. nec alias alijs obligationibus obligati.

S V M M A R I V M.

- 1 *Pena contumacis criminalis est tertia pars mobiliū.*
- 2 *Filijs familiæ, an & quando fideiuffores eſſe poſſint?*

**P**ro intelligentia contentorum in hoc Rit. ſciendum eſt, qualiter per diſpoſitionem cōſtitu. Regn. clementiæ bannitus poſt lapsū duorum mēſium, poterat coram quoque officiali Regio comparere, offerendo ſe paratum iuri ſtare, qui officialis ſcribebat iudicis qui eum bannierte, & faciebat ab eo concedi literas aſſecuratiōnis, & extractionis à banno, präſta tamen prius coram eo fideiellunge de ſe p̄fentando coram illo iudice qui banniuit ipsum; verum quia erat dubium an poſſet comparere coram aliquo deputato ad exigendum pecuniās fiſcales. vt Afflīct. ibi dicit s. not. num. 11. iſte Rit. dat poſteſtatem illis cōmiffariis, quod poſſint recipere fideiuffores ab illis bannitis: & ipsos extrahere a banno ſolus tamen pro iuribus banni tare

3 *sexdecim.* ¶ Nota. igitur ex hoc Rit. quod dicit pe na contumacis criminalis ſit tertia pars mobiliū; tamen quando contumax ſponte vult ſe extrahi facere a banno; tenetur ſoluere ſolum pro iure banni tare nos

4 *Secundo not. in fi. Rit. q̄ filijs fam. non ſunt idonei fideiuffores per hunc Rit. & de iure communi p̄tex. in L. filijs fam. vbi Bald. C. de fideiushodie in Regn. habemus Regiam Pragm. filiorum fam. incip. per excellē tem. in tit. de ſenat. consul. Macedon. ſuper qua ſcripti latius, vt in ea videre poteris, & ſecundum eius diſpoſitionem ſi filijs fam. fideiuberent cum conſenſu patris, vel viuerent ſeorsum ab eorū patribus, aut eſſent emancipati: valeret fideiuffo, immo recipideberent abſque diſſicultate non obſtante hoc Rit. cui per d. pragm. tanquam ius posterius eſt derogatum Salerni die 11. Septemb. 1559. Prosper Carauita.*

R I T V S C X X X V I L



Tem quod dictus commiſſarius ex dicta potestate ei confeſſa componat, & cōponere poſſit cum dictis bannitis, & quolibet ipſorum de tempore quo durauerint contumaciter in bānis eorum iam dictis, qui tantudem moratur eſſent in carcere curiæ ſupradictæ (pro ut melius eidem commiſſario cum utilitate, & augmento curiæ videbitur) componendum & pecuniā exinde percipiēda per eos vna cum alijs pecunijs tam bonorum, quam tertiarum, & pecuniārum ſupradictarum, fideliter ad opus curiæ obſeruent: & deinde ipsam ad eandem curiam mittere in terminis ſupradictis.

S V M M A R I V M.

- 1 *Contumax criminalis qui foriūdicari non poterat captus antiquitus tanto tempore in carceribus ſtare debebat: quanto in contumacia ſterit. Idē & de contumace ciuili.*
- 2 *Antichriſtus tanto tempore prædicabit: quanto & Christus ipſa prædicauit.*
- 3 *Iniſtitia denegabitur alicui, quandiu & ipſe denegauit alteri.*
- 4 *Spoliatus non ſolum reſtitui, verum in pacifica poſſeſſione, quantum spoliatus ſteti, permanere debet.*

**S**cire debes in hoc Rit. qualiter antiquitus contumax, & captus pro cauſa criminali pro qua non poterat foriūdicari, ſi veniat liberādus: in poenam ſuę contumacia debebat ſtare in carcere tanto tempore, quanto perduauerat in contumacia: vt dicitur in cap. Regn. ſiue quis iunctis his que ibi Sebaſt. de Neap. dicit & not. Afflīct. in conſtit. Reg. clementiæ. q. 12. nu. 23. & contumax pro cauſa ciuili ſimiliter debebat ſtare in carcere tanto tempore, quanto instantia coepti iudicij erat duratura, ſitamen fuerat verus contumax qui personaliter citatus expreſſe dixerat ſe nolle venire. vt dicitur in conſtit. Reg. ſi quis poſt item. ſ. eadem censura, vbi etiam Afflīct. nu. 15. 8. no. & pro hiſ ſacit quod ſcribit Bald. in l. vſuras. 2. C. de vſur. t. dum dicit quod Anichriſtus tanto tempo re prædicabit: quanto prædicauit Christus. facit glo. in dict. conſtitutio. ſi quis poſt item. in verſic. cuſtodiæ. que allegando legem longo. de offic. iudic. ſ. de vniuersali: dicit quod tamdiu iniſtitia denegatur alicui, quam diu alteri denegauit eam ministrare. Item faciunt que dicit Abb. in c. venerabili. col. 2. de offi. de leg. t vbi quod re ſpoliatus non ſolum debet ante omnia reſtitui; verum etiam debet ſtare tantotempore in pacifica poſſeſſione, quanto ſteti ſpoliatus: licet fallat in multis caſibus de quib. ibi per eum. & Spec. in tit. de dilatio. ſ. 1. verſic. reſtitutoria. His p̄missis, not. ex hoē Rit. q̄ vltra alias compositiones quas poſſunt facere commiſſarij dicitur cōtra contumaces: poſſunt etiam pro dicta mora carcereſ componere ad eorum arbitrium, & prout eiſdem pro augmento cu

# Domini Prospere Carauita Eboltani.

**S**ed videbitur expedire, verum loquitur solum de cōpositione facienda de mora carceris cum bannitiſ, & nō de cōtumacib⁹ criminalibus, credo tamen q̄ idē erat in ciuilibus in casu in quo supra diximus, quod debebant stare in carcere. Iste Rit. reſtrīngit⁹ per Rit. infra 213. vbi q̄ nullus bannitus pro dicta mora componatur, niſi fuerit capti⁹ in banno adeo q̄ si ſponte comparuifſet, & purgafſet contumaciam, & extra iſſet ſe à banno, iuxta formam conſtit⁹ Regn. clementi⁹. & Rit. p̄cedentis, non componeretur. vt etiam dicit Rit. 214 ſed hodie iſta recesserunt ab aula, quia nullus contumax detinetur in carcere tanto tempore, quanto durauit in contumacia, aut instantia ciuilis cauſe fuiffet duratura; & ideo non extant in rerum natura tales compositiones. Salerni, die 11. Septemb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CXXXVII.

**S**ecundum Tem quod ſe in p̄dictis omnibus legaliter, & ſideliter, ac ſollicite gerant nullamq; fraudem committant, & aut extortiones inuilitatas, & illicitas, & ſine dolo, ſicut personas eorum haberent aliorum merito cariores.

### A D D I T I O.

Committant. Adde q̄ hoc ſperare licet, credere au-rem, quod fieri poſſit, durum eſt per ea quæ ſupra di- ximus. C. P.

**S**eruatur iſte Rit vel (melius dixerim) feruari debet, & ideo commiſſarij antequām expediātur, p̄fiant cautionem de bene, & fideliter administrando, & ſe gerendo circa contēta in corum commiſſione ut dixi ſupra in Rit. 132. in princ. & per diſpoſitionem regi⁹ pragm. anno elapſo edita per Illuſtrissimum Do. Ioanneni Maniques hu- ius Regni Viceregem \* incip. is eſt regnum. in titu. de commiſſarij. in dicta fideiuſſione tenētur etiam pro- mittere poſt finitam commiſſionem, iñtra viginti dies personaliter compare in ipſo Tribunalī a quo fuerūt expediti, & dare computum, & rationem ſuā adminiſtrationis; ſtando iuri⁹ cum Regio fisco, & partibus, & ab inde non diſcedere, niſi habita licentia, & obtenta abſolutoria, & insuper poenes acta Tribunalis, ante- quam expiantur, tenentur iurare iuxta formam ca- pituli Regni, item recipiant. Salerni, die 12. Septemb. 1559. Prosper Carauita,

## RITVS CXXXVIII.

**S**ecundum Tem quando occurrit ali- quia cauſa in qua p̄ceſſit citatio criminalis de aliqua re, in qua veraretur com- modum pecuniarium viſq; ad ſumma vnciarum triū ſeu quatuor, q̄ ſit in arbitrio iudicium, vbi vi debitū eis expedire, cōmittere cām ipsā cui libet quantumcunque pars contradixerit,

**D**i xi de hoc Rit. ſupra in Rit. 16. vide ibilatum. Not. tamen q̄ ſecundum hunc Rit. videri- elle in arbitrio iudicium iſtas cauſas cōmit- tare, ſed vt dixi ſupra Rit. 124. intelligi dñe- bet quando à neutrā partium fuit hoc petiū, nam & tunc poſt iudex committere, eſtque in eius arb- itrio, & ſi ab aliqua parte peteretur, ſecus eſſet, & tunc committere cogeretur, vt in dd. Rit. 16. & 124. dixi. Sa- lerni, die 12. Septemb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CXXXIX.



Tem quod instrumenta ipſa de exactionibus poenarum p̄diſtarum debit⁹ ſolemnitatibus roboranda; ad di- Etiam curiam infra terminū in dictis commiſſionis ec- rum literis declaratum, ſimul cum pecunia dictarum poenarū mittere non poſtponant.

**P**rosequitur ad huc iſte Rit. conceruentia offi- cium commiſſariorum, qui per Magnam cu- riā expediunt contra contumaces, de qui- bus ſupra latius diximus in Rit. 131. cum alijs ſequentijs, & quia ibi dictum fuerat de instrumen- tis, quæ habent facere commiſſarij circa exactiones poenarum, ordinat modo quod iñtra certum terminū transmittantur ad ipsam Curiam cum pecunia, (ſed vt dixi ibidem,) hodie circa iſta aliter feruatur, & pecunia cū ſcripturis aſportantur per ipſosmet commiſſa- rios Salerni, die 12. Septemb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CXL.



Tem niſi a eſſent testes extra Regnum degentes quo ca- ſu prorogatio ipſa fiat ſecun- dum diſtantiam locorum vbi testes degunt, depoſita pecunia neceſſaria per pro- ducentem pro examinatione ipſorum, ipſiſ que testibus ſpecifice nominati, ac p̄feti- to iuramento per producentem p̄diſti, quod non fiat animo differendi, & calum- niandi, & iudices ipſi p̄diſtarum Curiarū & cuiuslibet earum ( eo caſu ) poſſint dictā diſtantiam prorogare attenta diſtantia loci p̄diſti. verum ſi pars, vel eius procurator, afferat habere testes abſentes extra Regnū exiſtentes, & per hoc peteret dilationem, & prorogationem, non faciendo iñtra tem- pus ſibi datum, & per hoc prorogatum, te- ſtes ipſos examinari, talis petens, ſiue fuerit procurator ſiue principalis, puniatur per di- Etias Curias, ſeu alteram ipſarum, tanquam calum-

### A D D I T I O.

Item niſi hic ritus transferri debet poſtritum 243. iñ ſa fol. 136. vt bene aduerſus commentator. C. P.

# Com. super Rituibus Magnæ Curia. 72

**Almoniator.** Nec non ipso factō incident in poenam florenorum auti quinq̄uaginta dicas Curia applicandam, & a transgressoribus prædictis inuolabiliter exigendam, & condemnetur nihilominus parti aduersus ad solutionem expensarum.

## S U M M A R I V M .

- 1 *Litigat̄ nominans testes examinando extra regnum, ad quod et quæ tenetur.*
- 2 *Testes examinandi ad alium instantiam, sumptibus suis producuntur.*
- 3 *Litigat̄ nominans testes examinando extra regnum, habita dilatione, si non fecit examinare, qua pena punietur, et n. 4, 5, 6.*
- 4 *Depositum expensarum pro testibus pro quanto tempore durabit. Et pro quibus expensis.*
- 5 *Producens testes, si dicat expensas per se, vel per alium dictim ei subministraturum, an debet etiam depositum facere.*

**T**estes sicut me dixi cogitare eo quia per illa ad uerbiū nō possum in principe videtur loqui limitatiue, & exceptiue ad Ritū, præcedentem, cum tamē bene, d. Rit, legendo, non possit sequens Ritū ad ipsum applicari, & ideo reuolvi do antiquum Codicem Rituum meorum, reperi, qđ iste Rit. est partīcula sequens immediate, & sub eo. Rit. post Rit. quenq̄. intrā habemus. 243, & hunc Rit. situando post illum, immo includendo cum eo, dicta verba nisi essent testes, bene manent, & suum habent intellectum, absque dubio aliquo, & quod iste Rit. sit vobis & iſem cum illo, notanda sunt verba existentia in isto, ibi dictam instantiam prorogare quoniam ad verba præcedentia dicti Rit. bene adaptantur, cum id de tempore instantiæ causarum cuiuslibet dictum sit. **N**on præsto et hoc Ritū quod litigat̄ qui admodum habere testes in causa examinando extra Regnum tenterat, ad tria, videlicet facere depositum in pecunia necessaria pro examinatione testium, nominare specifice testes examinando, & lurrare quod nō animo differendi, & calumnianti id facit, ut etiam ad literam dicit Afflīc. in constit. Regnū casas alias, ip. 6. doc. nume. 7. vbi hunc Rit. citat, qua omnia bene servantur in practicę prefertim circa specificam nominationem testium, & etiam loci vbi degunt. Concordat quod hic dicitur de deposito pro testibus, cum l. quo nō. Cate testi cap. si testes: Aventuris. 4. q. 3. & c. ita tutum S. pen. de re script. in 6. t. vbi quod testes ad instantiam pliegiū examinandi, debent suis sumptibus produci, vt etiam nos. Specul. de teste. 3. qualiter. nū. 12. verbi testes auctem, & de deposito ad hunc effectū faciendo dicitur, per glo. in d. c. statutum in verbis expensas, in fin. & Arno. caute. 93, & quo ad id quod dicitur de instantiā conceperat cum consilio Regi præaliqua causas alias, & faciat tex. in cap. 2. in fin. de iura. calum. quem glo. in d. c. statutum allegat, & adueste quia istud depositum fieri debet quod scilicet pars vult, quod testes veniant ad depositum coram iudice, secus tamē quando nominant eos habere in aliqua parte, verum peccatum eorum recipiendos compiri, officiali ibid. existenti, vel alteri commissario destinatio, do, quoniam tunc sit aliud depositum, vt intrā proximo sequenti mense dicimus. Et hoc modo nob̄ ibi verum si pars, qđ litigat̄, vel eius procurator, qui faciat nominationem extra Regnum, & habita dilatione, non fecit

examinare, potest ut calumniator, in poenam quia quaginac florenorum ipsi Curia applicandorum, nec non tenetur parti ad expensas, sed post hunc Rit. super generant non nullæ Regi prag. quæ circa poenam aliter prouident. Primo namq; disponitur per prag. post prædictas. 9. quod si forte de ordine iudic. quod imponatur poena quarum vincianum, nec aliam poenam de prædictis imponit, verum loquitur de nominatione facta de examinando intra Regnum. Secundo p pragm. si quis petierit, de dilatio. quod unius tantum vocis poena exigatur, & loquitur de nominatione ut trainari p. quod euā per quandam pragma, Regis Ferdinandi primi confirmatum fuerat mandando insuper quod si dilatio calumnioso petitā fuerit, depositum factum iuxta formam nostri Ritū regio fisco applicetur, vt patet ex ea noviter expressa inter pragm. Illustrissimi Domini Duci de Alcalā pragm. 31. incipien. quoniam cum SS. sequen. in t. de offic. sacri consilij, verum quia in eadem pragm. Regis Ferdinandi, ut tra poenam unius vincit, dicebatur quod etiam imponeretur alia poena arbitrio sacri consilij. hodie declarata est quod sicut erat unius vincit sit duarum, vt patet ex decreto eiusdem sacri consilij in d. pragm. impresa. 8. decreto in tanum quod eadem poena punitur qđ dilatione petitā ultramarina vñs. non fuit, qua ille qđ iusta Regnum, sed quo ad dilationem ultramarinam grauior pena imposta postmodum fuit, vt statim dicam. Tertio per prag. aliam similiter in d. tit. de dilatio. dicitur quod pro quolibet mente dilationis obiecta ultramarinam, vel extra Regnum, debent deponi realiter per patrem, vel procuratorem quindecim ducati, & si postmodum in ipso termino probationes facta non fuerint, amissionē d. etiā pecunia deposito multetur, cuius medietas alteri parti, vna cum expensis viatici factis applicetur, & alia medietas commodis illius tribunalis vbi lis tractatur, ita qđ per ipsorum aliquem talis pena remitti non possit, in tamē qđ de deposito pro dicta poena faciendo, non loquitur nisi d. pragm. Aliam quā de nominatione ultramarinā, & extra Reg. loquitur, vt patet ex ea quā circa hoc in practicę obseruamus omisitis dispositionibus, d. Regi prag. si quis petierit, pragm. Regis Ferdinandi quam proxime curauimus, & decreti sacri Regij consilij, quoniam grauior pena est ista quam dicta pragm. aliam similiter imponit, vt etiam afferit Illustrissimus Dominus Dux de Alcalā in d. pragm. 31. 9. quod hic de pena, quoniam si contigeret dilationem ultramarinam, apt extra Regnum minorem esse vñ mensē, adeo quod non fieret depositum duicatorum quindecim, bene seruarentur d. dispositiones quo ad poenam in eis statutam, vñrum si pars quā fecit nominationem extra Regnum, dicunt quod ea vñk vñ ac si esset infra Regnum, quo casu per d. pragm. post prædictas, dilatio non possit excedere terminum trium mensium, datur subdilatio per tres menses, & quicquid distat in depositum, sed licet non facias runc de poenam, faciant non probet punitur adhuc pena contenta in d. pragm. si quis, quā est posterior, vñrum tamē scias circa nominationem de qua supra loquuntur, quod in Magna Curia Vt curia seruatur, quod talis nominatione fieri debet infra terminum quinque dierum a dicta nominationis, in aliis curiis seruabitis idem, vel prout unaquaque iuria habet stylum. Quero in hoc Ritū in quo de expensis testibus mandatis tractatur: pro qua si temporis deponi debent expensas, prout respondeat ex in causa statutum, per de re script. in 6. digens t. provenientia depositando de redendo, & in istis expensis non debet deducere illes quas domini essent facturis, vt nor. glo. in d. c. statutum. S. in iper. in verbo. moderatas, & ibi scire qđ Erat, & Abi. in c. cum ab omni. col. 4. de via. & lege. qđ. clericorum ratione quando si in suis dominibus tenuerint apud eum expensas lucrativis, upditio locum. Ad. ad Specul. de teste. 3. qualiter in lineaq; cum verificu. quā diam.

# Domini Prosperi Carauii Ebolitan

niām per tex. in l. sed & si. S. i. verific. ego autem. ff ad exhib. immo si personæ testium hoc requirunt, etiam vectura equorum in istis expensis debent deponi: secundum Ioan. Andr. ibid. per l. idemq. S. idem Labeo. ff mand. l. si inter fratres. S. si quis ex socijs. ff. pro soc. & l. i. S. si pupillus. in fin. ff. de tute. & ratio. distra. etiā si proprios equos duxissent, quos tamen locare soliti essent per l. si vero non. S. si nihil. ff mand. & idem si nō fuissent soliti locare. si tamen producens suisser soluturus vecturas per l. & in contraria. ff. de vsuma.

8. ¶ Secundo quero quid si producens testes, dicat se paratum per se, vel suum ministrum exhiberi facere tales expensas dietim: nūquid adhuc teneretur deponere. Ioan. Andr. in proxime citat. loco dicit quid hoc sufficit, sed cum R. it. iste requirat depositum, credo absq; dubio seruandum esse in hoc Regno, prout iam in practica seruari v. deo tam in causis criminalibus quam civilibus ut dicitur. in præalleg. c. si testes, S. venturis, q. 3. Salerni, dio 13. Septemb 1559. Prosper Carauii.

## R I T V S . C X L I .

  
Tem quid curiae, & altera ipsarum non committant audientiam testium in causis criminalibus infra dictam vnam legalem, à dicta ciuitate Neapolis, nisi essent senes, & valetudinarij, & honeste mulieres, similesque personæ, & nisi de partii voluntate processerint.

## S Y M M A R I V M .

1. Audientia testium per dietam legalem, absentium non committitur. Et quare.
2. Audientia testium in criminalibus regulariter non committitur.
3. Audientia testium ultra dietam, quart committitur.

I Ste R. it. ponit limitationem ad regulam l. indices & auth. sequen. C. de si. instru. & const. Regn. in pecuniaris. item ponit falleorias ad limitationem. ¶ Limitatio est quod testium examinandorum audiencia non committitur: quocunque sunt absentes per vnam dietam legalem, quia comparsa vigintimaria. ut dicitur. & ibi communiter scribentes in l. p. ff si quis eauti. Ratio istius obseruancia (vt credo) est, quia cum testes reperiantur ita de propinquio; cestas dispositio texi l. 3. S. fin. ff. de testib. per quem expresse prohibetur testes per longum iter per iudicis euocari. fallentia ad hanc limitationem sunt: quando testes esent senes, valetudinarij honeste mulieres, aut similes personæ, vel quando partes inter se concordarēt: istis enim casibus & similibus teneretur audiencia committitur: non obstante quod absentes propinquos, & euocari possent (vt dictum est). Dece seruant iste Ritus. in practi. & cedit utilitati actuariorum, quia cum testes examinandi sint infra dietam & propriea eorum receptione committi non posse: officialibus locorū per hunc Ritus litigantes forte plus expendant duces de testes ad causam, vel ne aliqui recusent venire: probant habere actuarium, vel aliquom locibam pro eius recipiendis, cui solvitur salariū pro dictis ad rationem vnius scuti pro qualibet die suis expensis, vel carcerorum & expensis partibus petentis; in tantum q. iste Ritus prohibens committi audientiam, ex communi obseruancia interpretatur loqui de commissione ex-

cienda locorum officialibus non autem actuariis vel eorum scribis. & ita quotidie practicatur: scias tamē quod hoc Ritus non obstante multoties videlicet iam infra vnam dietam, audientiam testium examinandorum comitiet istis officialibus locorum ubi degebant testes. Vnum tamen aduerte ad hunc Ritus quia (vt credo) est depravatus, & dum dicit in causis criminalibus, & bitrō absque dublo, & vult dicere in causis civilibus, t ratio est quia in causis criminalibus regulariter non committitur, audientia testium nec infradictam, nec ultra vt paret ex d. auth. apud eloquentissimum. C. de fid. instr. consti. regn in pecuniaris, & etiam R. it. 152. fini in causis no. infra in R. it. 156. in causis vero ciuitibus secus est; vt in eisdem iuribus probatur. & video si iste Ritus intelligenterunt criminalibus sequeretur: contrario sensu, quod ultra dietam multo da esset audientia testium etiam non senum, nec valetudinarij, quod falsum esset: & contra iura præallega: cum tamen si ipsum intelligimus in ciuibibus, arguimētum a contrario sensu bene procedit: t quod ultra dietam comititur audientia vt testes euocētur de longinquo contra tex. d. l. 3. & 6. ff. de testi, confirmatur per vrbam existentia in fine istius Ritus ibi, nisi de partium voluntate, ex quib. clare apparet de ciuibibus (ubi inter partes tantum agitur) loqui, non autem de criminalibus, vbi etiam fiscus adest: & quotidie reluctat, quamvis partes consentiant: & ita hunc ritum legendō, concordat cum alio infra 151. quod bene nota, quia communiter iste Ritus legitur præfato modo, & male radicio mea. Salerni die 13. Septemb 1559. Prosper Carauii.

## R I T V S . C X L I I .



Tem quod non audiunt iudices testes productos in causis ipsis, seu alteri ipsarum extra curiam examinare: nisi fuerint mulieres, & personæ egregiae, aut grati infirmitate detentæ, aut alio modo impeditæ, quæ non possint propter hoc personaliter ad dictam curiam accedere, & in ipsis casib. pro ipsi mulieribus, & personis egregiis examinandis, accedant ad aliquam Ecclesiā, & pro infirmis ad loca honeste, vbi dicti infirmi morantur.

## S Y M M A R I V M .

1. Testes quibus in casibus extra curiam, et ubi examinantur.
2. Statuta opinione regulariter iuri committuntur: non confundantur.
3. Testes in ecclesia possunt examinari, iuramentum praefare.
4. Instrumenti receptib. est dictus pīus, & erga Deum religio.
5. Testes die seriatim non iurant: deponunt tamen.
6. Argumentum de tempore ad locum valet.
7. Personæ egregiae quæ dicantur.
8. Advocatus fiscalis clarissimus vocatur.
9. Licentiatus pro doctore habendus.
10. Privilégio l. ad egregias. s. de surciatura, nūquid renumerari possit.

Supra

**S**upradictum in præcedentibus Ritu dictum fuit quid facere deat iudex quando testes examinandi sunt extra territorium: nunc autem tractat iste Ritus quando sunt in territorio. ¶ Not. primo ex hoc Ritu. qd testes in territorio debent examinari in ipsa curia, non autem extra: præterquam in casibus in eo expressis, in quibus iudex potest eos examinare in dominibus ipsorum, vel in Ecclesia, referendo singula singularis, accedendo ipsemet iudex ad ipsos testes. Et si dicatur qd Bartol. l. cum ab inicio, p. 1. s. quemadmodum regista aper. videtur aliter dicere in testibus existentibus in territorio, dum firmat est casu posse ad eos mitti a securarium: respondeatur quod Bart. loquitur de iure comunitatis autem de iure Regni per hunc Ritum. Dispositio istius Ritus hodie aliter seruatur, nam aut sumus in criminalibus, aut in civilibus. Primo casu, siue testes sint personæ egregiæ, siue non seruantur qd non examinantur in eorum dominibus, sed vel in domo iudicis, aut aduocati fisci, vel in ipso tribunali per actuationem causæ, ut etiam dico infra in Rit. 157. in princ. Nec in hoc obstat, tex. l ad egregias. ff. de iure iuri. quoq; atque dicit Geminus in c. præsentium, n. 26. de re in 6. R. singu. 397. personæ egregiæ. Ias. in illa. l. n. 7. versic. secundo. & Lud. Gomes. in c. mulieres. n. 39. de iudice. in: 6. ille tex. non habet locum in criminalibus in quibus: testium examinatio notario committi non potest: sed requiritur quod ipse iudex examinet. ut dicit Glo. no. in c. constitutus, in glo. p. de fidei usq; & in d. c. mulieres, ut dicam latius infra in Rit. 157. Nec etiam obstat iste Ritus quoniam licet generaliter loquatur, tam in civilibus: horum autem in criminalibus: intelligi debet, ut si se conformet iuri communii. in d. l. ad egregias. quemadmodum statuta omnia conformari debent regulariter. vulg. l. seruū vestri. C. de nox. & Gl. in c. cum dilectus de consue. Extipio tamen à præfata obseruacione in firmos, vel mulieres circa quas seruantur Rit. infra 304. ubi dicam latius. Secundo casu si pars aduersa non relutat: actuari exanimantur etiam extra curiam ad eorum libitum, parte vero reluctantis, quia forte causa esset magni momenti, vel aliqua suspicio testium, aliter seruantur & testes in curia examinantur, & multoq; coram iudice, quia ut dicit Geminus. in d. c. Abb. & Fel. in c. si qui testi. extra de testibus. quando causa civilis est ardua, vel criminalis talis quod testis deberet deponere coram iudice: quilibet persona etiam egregia teneretur ite ad præsentiam iudicis: & eius priuilegium non seruiret, nisi iudex ex gratia velle: ad eam accedere, vel nisi persona examinanda esset mulier, & dignitas iudicis non repugnaret. Habuit in facto anno proximo in curia terra Eboli in causa magni fisci Barnabe de Rahone rei commenti ciuiliter pro quoddam incendio, & cum pars aduersa intenderet suos testes quos in territorio habebat, extra curiam recipi facere, dixi per hunc Rit. & Doctrinas præalleg. quod testes in curia, coram ipso iudice recipi debebant: quia causa erat non modici momenti, & ita decretum fuit.

¶ Secundo not. qd testes possunt in ecclesia examinari ad idem text. in c. mulieres. de iud. in 6. Bart. in l. nemmo apostolorum, n. 5. C. de sacr. san. eccles. & Gemi. qui allegat d. c. in c. de cetero §. s. in fi. de immu. eccl. in 6. atque istud Barto. in d. l. nedum quod examen, verum etiam quo ad iuramentum, quod etiam in ipsa ecclesia præstari potest per ipsos testes + per rationem quia iuramenti receptio ppter estatutus contentiousus: sed pius, & quædam religio erga Deum per l. i. ff. de iure iuri. Ludou. vero Gomes. in d. c. mulieres, n. 39. cum seq. teneat contrarium + eo quia die feriata de his iurare non possunt ut dicit Glo. in clem. 1. de officiis. & Abb. in c. col. fi. de fesi. licer deponere sic, si in die non feriata iurauerunt: ut etiam dicit Ritus in 6. l. 2. p. 3. ubi dico latius. + cum tamen validum si arguentur in secundum eum de tempore ad locum. l. vi. anni, si cetero ppter ibi l. in terminis arguer de tempore

referato ad ecclesiam. & in l. plerique. col. 4. ff. de in ius voca. ut latius scribit Nico. Eluerian locis lega, in loco a tempore ad locum fol. 170. & istam opin. videatur sentire Ritus noster ponderando illa verba, praep. sis examinandis, & ideo isto casu. ut dicit Gomes. in d. c. iuramentum præstari deberet in resectorio, aut alio loco extra Ecclesiam, depositio vero intra Ecclesiam quod not. ¶ Quarto primo in hoc Ritu. quæ nam suæ ille personæ que egregiæ dici possunt? Rom. sing. 172. tu audiuisti dicit Episcopu. n. Cardinalem & quemlibet in dignitate constitutum, cuius dictum verum est. Addit tamen Fely. in d. c. si qui testi. fat. in d. l. ad egredias num. ro. & Ludo. Gomes. in d. c. mulieres, n. 46. post Dominos de Rota. decisi. 8. 8. in nouis. Auditorem, sacri palacij, & idem Fel. ibi omnes personas illustris, & illusterrimas de quibus per Glo. & Ang. in l. ff. de offi eius. & Bald. in c. cum accessissent, colum. 2. de cōstitu. & insuper in eodem c. nume. 6. enumerat Doctorem post Glo. in eadem l. ad egredias, & sicut Alexan. ibi aliter tenere videatur: tamen primam opin. quæ comunitatis est, defendit Gomes. in præalleg. cap. 5. mulieres num. 45. vltimo addit Aduocatum secundum Bartam l. 1. C. de aduoc. diuer. iudicum. + & maiori ratione aduocatum sacerdotem ut dicit Joan. de Plate. in l. fin. C. de decurio. lib. 10. & Cassan. in consuet. Burgund. titu. des drioitz. S. 19. n. 9. eo quia ultra quod est doctor, quem supra diximus esse personam egregiam, dicitur esse constitutus in dignitate: adeo quod appellatur clarissimus a tex. in l. laudabile. C. de aduoca. diuensi. iudic. ut latius scribit idem Calla in sp. Catalogo. parte septima. confide. 39. & in eisdem consuetu. titu. des enfans. S. 4. num. 14. immo. quandoque inter spectabiles connumeratur ut probat idem text. in d. l. laudabile. ¶ Et secundum Ias. in dicta l. ad egredias. n. 11. in fin. a potes etiam adere licentiatum, & quia in materia fauorabili habetur pro doctore, per tex in l. penult. ff. de testame. milit. per quem ita firmat Bald. in l. colum. penult. ff. solut. matrimonio: & in authent. habita. col. 6. C. ne filius pater. Anch. & Geminia. in proem. 6. ¶ Secundo quarto nunc quid priuilegio dicta l. ad egredias, & ex consequenti huius Ritus renuntiari potest? Cythus in l. nec hororem. C. de episco p. & cleric. Roman. in præallegat. sing. 172. & Fely in d. cap. si qui testi. numero 3. dicunt quod non, per rationem quam allegant & quamvis Roman. in d. l. ad egredias. & Fely. in cap. si diligenti. de foro competen. sibi contrarij aliter dicant, tamen prima opin. est verior, tamque late defendit Gomes. in præalleg. capit. mulieres. num. 46. cum sequent. licer ista q. non nimium necessaria sit in hoc Regno: cuti ex his quæ diximus in princ. in causa ppter etiam criminalibus, priuilegium d. l. ad egredias parum seruat: quod no. Salerni die 14. mensis Septembris. 1559. Prosper Carauta.

## A D D I T I O N E

2. licentiatum. Addit quod licentiatus dicitur ille, qui fit a tqrto collegio licentiatus non tamen fuerunt habi data insignia doctoratus, ut fieri consuevit in Hispania cum his, qui non possunt expensas iis doctoratu facere, appellanturque licentiati. postquam in pleno collegio examinati & approbati fuerum, nec est verum, quod vulgo Neapolit. dicitur, licentiatos esse ebs qui ex delegatione prioris collegij, per duos collegios, examinati approbati fuerunt, ex recitatione (ut vulgo dicitur) in punctis tentatiis, ad prestatorem dignitatis doctoratus, quorum relatio vulgo licentia appellatur. C. P.

K R I T I C

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

## R I T V S C X L I I I .



Item quod si detur terminus ad probandum, & veniam ad Curiam, & ad procedendum in causa ultima die termini qui interpellat, testes qui producuntur per partem alteram, iurare possint, & deponere, vocata parte in Curia, & eius contumacia accusata, & si testes iurant die non feriata: in die feriata audiantur, & examinentur.

### A D D I T I O .

- 1 Examinentur. vide omnino Guidon. Papa quest. 125. & 542. C. P.

### S U M M A R I V M .

- 1 Testes de iure citari non debent, nisi parte presente, vel civata, & contumaciter absente.
- 2 In actu qui fit ultima die termini, vocatio absentis per tubitam saltim requiritur.

**N**ota ex hoc Rit. quod testes qui producuntur examinandi ultima die termini dati ad probandum in causa debent examinari vocata parte, & contumacia accusata contra eam, & intellige vocata parte per tubitam. ut supra dixi. in Rit. 138. & accusata contumacia per partem producentem testes. Dispositio istius Rituum videtur contra ius commune per quod secundum Bart. in l. 1. illa. nu. 5. versi. & hoc est. ff. de consti. pec. distinguuntur, quod aut testes examinantur infra terminum; & tunc quia pars non cogitur esse ibi semperante diem termini, non possunt de iure examinari nisi parte praesente, vel absente civata tamen, & contumaciter absente, vt dicit rex. in l. si quando. iuncta gl. in versi. noluerint. & auth. seq. C. de testi. quod etiam firmat Bart. in d. l. si quando. in 1. repe. nu. 1. aut yl. ma die termini, & tunc securus, quia ultima die debet esse in Curia in qua sicut est; dicitur contumax sine citatione, quam distin. firmat idem Bart. in l. 2. C. de temp. app. Bald in l. si quando. col. 2. in fi. C. de testi. & refert Marant. in pract. parte 6 in prin. nu. 18. in nouis. sed dici potest quod iste Ritus non est contra ius commune, eo quia non dicit quod quando testes examinantur ultima die, requiratur citatio partis, sed quod requiritur quod accusatetur contumacia, eo quia pars non adeat ultima die: prout adesse deberet ut supra dictum est, item q. vocetur per tubitam alta voce, & haec est ipsa veritas, vt etiam videtur sentire (licet non ita clare) Marant. vbi supra versi addit. tamen, vbi hunc Ritum allegat & cum isto concordat ad literam alius Rit. infra 145. Alium casum, in quo in actu qui fit ultima die termini requireretur saltem vocatio absentis per tubitam, posui supra Rit. 38. in fi. vbi hunc Rit. allegavi, sed quicquid iste Rit. dicat: non video seruari eius dispositionem, & ratio est, quia partes litigantes dato termino, semper faciunt citare partem aduersam ad videndum iuramenta testimoni (vt omnibus notum est) ex quod dico, quod si pars non saceret aduersarium citare ad videndum iuramenta testimoni, verum testes omnes examinaret ultima die termini: valerent

forum depositiones, dummodo accusata esset contra eum contumacia, & vocatus esset per tubitam seruata forma presentis Rit. q. Secundo Not. in fi. Rit. quod testes iurati die non feriata, possunt examinari die feriata: sed de hoc dicam latius infra Rit. 148. vbi dicam de ratione. Salerni, die 14. Septemb. 1559. Prosper Cara.

## R I T V S C X L I I I I .

**T**em quod si testes iurant die no feriata examinari possunt. Item quod clerici, b. tam in minoribus quam in maioribus ordinibus constituti producti ad testimonium, non admittantur in ciuilibus causis ad deponendum, & prohibendum eorum testimonium in ipsis Curiis & qualibet ipsarum, nisi prius iurauerint coram suo iudice, & licetiam obtinuerint iurandi, & deponendi in causis ipsissimis ciuilibus. In criminalibus vero ordinariis, vel extra ordinariis nullatenus ad testificandum admittantur, nisi pro defensione convenienti.

### A D D I T I O .

- 1 Clerici, vide omnino Goffred. in summa de testib. co- gen. Innocen. in c. dilectorum extra cod. titu. Guidon. Papa. q. 65. & 615. C. P.

### S U M M A R I V M .

- 1 Practica, quando est examinandus clericus in seculari iudicio.
- 2 Clericus secularis, vel regularis sine superioris licentia deponere non potest.
- 3 Contrarium erit si de facto sine licentia examinati reparentur, vel in clericis, aut religioso prelato: aut in religioso examinato simul cum priore suo.
- 4 Testes clericis extra iudicium ad solennizandum contractum, possunt adhiberi.
- 5 Clerici, in criminalibus cum superioris licentia et sine, contra aliquem nullatenus admittuntur. Et de facto examinati indicium non faciunt.
- 6 Testes non idonei quando sint admittendi. Et in defensum probationis recipi quando dicantur. ibidem.
- 7 Clerici in repulsa cum licentia superioris, vel sine, aut possint deponere?
- 8 Repulsa species defensionis dicitur.
- 9 Clericus si fuerit examinatus, & in suo examine reprehieritur illa verba, talis iuratus testis cum superioris licentia, nunquam propterea licetia presumenda erit?
- 10 Facta nisi probentur, non presumuntur.

**C**irca id quod dicit iste Ritus, in sui principiis, vide q. dicto infra in Rit. 148. vbi latius. q. Not. primo ex hoc Rit. regulam negatiuam q. clericis maioribus vel minoribus ordinibus non posse esse testes in iudicio (supple seculari) sine prestito priuato coram suo iudice, & obtentia licetia ab eo deponendi, & se examinandi, q. bene servatur in practica in ei Curia, licet non

nos serueretur illud quod hic dicitur, quod prester prius iuramentum coram suo iudice. Et quod clerici cum licentia superiorum possint testificari in cibilibus \* probat tex. in cap. super prudentiam. in fi. 14. quæstio. 2. Spec. i. in de teste. verbi, item excipitur, quod est monachus. num. 36. Alb. in auth. si testis. in fi. ver. C. de teste. Lanfran. in c. quoniam contra in. versi. testium deposiciones. num. 150. versi. ultra prædicta. de proba. Abb. & Fely. in c. cum nuncius, de teste. idem Abb. post glo. in ea. 3. extra de iur. calum. Areti. confi. 159. longa est ista confutatio. num. 20 \* & d. c. cum nuncius. in fi. & Gramma. confil. crimi. 3. num. 7. vbi hunc Rit. citat. ¶ Amplia hunc Rit. loquentem de clericis simpliciter, procedere ne dura in clericis secularibus, veram etiam regulas, & religiosis, qui etiam sine licentia suorum superiorum deponere non possunt coram iudice seculari secundum Spec. vbi supra. Areti. & Gramma. in d. locis. Bald. in Lquoniam liberi, in princip. C. de testi. Siluest. in sua summa. in ver. testis. nu. 1. & Fely. post Abb. ind. c. cum nuncius \* Alber. & Lanfran. in præalleg. locis. & Curt. in tract. de teste. conclu. 49. ¶ Limita hunc Rit. non procedere quotiescumque de facto reperirentur examinati sine licentia, quoniam tunc eorum depositiones valerent, ut plenè concludit Abb. in d. c. cum nuncius, & Fely. post eum num. 3. Ang. in auth. de teste. S. si libertus. Aret. & Gramma. in præalleg. locis. quod tamen sublimitant non procedere quo ad clericos religiosos contra opinionem Abb. in d. c. cum nuncius. ut late ibi dem scribit Fely. Ange. confi. 334. Aret. & Gramma. in d. locis. in istis enim secundum eos licentia omisita, depositio non valeret \* ut etiam scribit Io. de Amic. & fil. 77. num. 17. sed ut dicit Siluest. in d. summa. opinio Abba. per eius rationes, & dicta est verior, cum proposito ita requiratur licentia in clericis secularibus, sicut in religiosis, quod maximè patet ex hoc Rit. & tamen omnes concludunt in secularibus examinatis sine licentia, valere eorum dicta quod bene not. \* & adde ¶ idem firmat Crotus. in tract. de teste. parte. 4. num. 35. q. 22. fateor tamen quod ad fugiendum istas discussiones & dubietates melius est semper habere licentiam superioris istis religiosis, ut dicit pulchre Aret. in eodem confi. \* ita quod de talis licentia appareat ex actis, alias non sufficeret assertio notarij dicentis frater talis examineratus cum licentia sui superioris. ut scribit Io. de Amic. d. confi. 77. nu. 18 & Curtius. d. tracta. conclusio. 49. in fi. ver. oportet ergo. Secundo limita non procedere in clero, vel alio religioso quod esset prælatus, vel superior in loco, quia tunc ultra quod non esset opus petere licentiam, quia sibi ipsi videtur impartiri, in illo loco, non esset alius, qui posset sibi eam dare, ut scribat Areti. d. confi. nu. 18 in fi. quod ita seruatur quæstio, & istis diebus seruari examinando quedam priorrem Sanctæ Mariæ de la poëta de Salerno cum exercitatem officium aduocati fisci in Regia Audiètia. Tertio limita nos procedere vbi cunque clericus, vel alius religiosus esset examineratus insimul cum suo priore, quoniam tunc videtur tacite ab eo habuisse licentiam licet de ea non appareat secundum Areti. ibid. per nota. per Barto. in l. cum pater. S. libertis. ff. de leg. 2. & l. fi. C. Maled. vbi quod pater & filius simul agendo in iudicio, videretur data licentia per patrem filio. Et not. quia Rit. loquitur in iudicio, sed extra iudicium in testamentis morientium bene possunt adhiberi ut testes ad solemnizandum testamentum, ut not. expresse Bal. in authenti. ingressi col. 1. C. de sacro. san. eccl. Ange. in præalleg. confi. & Aret. in pluries cita. confi. 159. n. 11m. 20. \* & idem etiam in quibuscumque contractibus inter viros, saltem ratione generalis consuetudinis, que se habet ut plurimum istos clericos adhibere testes, ut ibid. Aret. dicit & hodie vbique seruatur in Regno, nec obstat secundum eum tex. in capit. quanquam. 14. q. 4. quia videtur esse potius de consilio quam de pte. sept. quod nota.

¶ Secundo noe. aliam regulam in causis criminalibus, & ea est quod clerici in eis nullatenus (id est neque cum licentia superioris, neque sine ea) admittuntur ad deponendum contra aliquem, licet pro defensione admitti possint, præcedente tamen licentia, ut supradictum est, & ita seruatur, cum quo concordat tex. in c. testimonium. 11. q. 1. Spec. in titu. de teste. in princ. verbi. item quod est clericus, num. 83. in fin. Innoç. in c. cum p. maneo. de accus. & Abb. in c. de cetero, de teste. & illud adeo verum est, quod si de facto examinarentur non facerent indicium, ut dicit Bar. tol. in l. 1. S. cum quis. ff. de quæstio. Bald. in l. Imperator. ff. de sta. homi. Ang. in l. inter stipulantem S. Stichu. ff. de verbo. oblig. Roma confi. 359. Glo. in cor. It. Reg. prosequentes. Isern. in proprijs terminis, in constit. & damna. & Alex. confi. 127. num. 27. vol. 4. & licet alij aliter voluerint, ut dicit Fely. in c. cum dilecti. ex accusa. tamen quia iste Rit. resistit actui dicens non admittantur, opin. contraria non subsistit, ut ipse met. Fel. dicit ibi. & Gramma. præalleg. confi. 3. num. 11. & 12. qui ponderando verba illius Ritus dicentis, nullatenus admittuntur, ita Respondeat ad contrariam opin. ¶ Limita hanc regulam non procedere in defectum probationis, quoniam tunc testes qui alias idonei non essent. admittuntur subisdium, ut scribit idem Abb. in d. c. Ange in tract. malefi. in ver. qui iudex statuit terminu. nu. 4. & Gramma. d. confi. 3. num. 11. tunc autem dicuntur recipi in defectum probationis quotiescumque alij testes verisimiliter & ex propria natura facti adefit, non potuerunt, non autem quando ex natura facti potuerint occurrere licet casu alterius non occurserint, ut dicit glo. & ibi. Anto. de Butri. in c. tortio loco. q. 2. probatio. Ale. in confi. 64. nu. 5. vol. 1. & confi. 103. col. 3. vol. 5. Socyn. confi. 17. vol. 1. Ias. in l. fi. C. de his quib. ut Indi. Hippo. plenè sing. 73. Ger. singu. 24. in prin. & Aleia. in tracta. præsumpt. reg. 1. præsum. 47. num. 5. & Gramma. d. confi. 3. num. 9. ¶ Quæro necessario in hoc Rit. nunquid ad repulsum clerici poterunt in crimina li, vel ciuilii deponere cum licentia, & an tunc bene faciet superior dando licentiam? Breuiter primo videtur quod sic: arguendo à sufficienti partium enumeratione, nam aut sumus in ciuibibus, & in eis non est duobium quotiescumque extar licentia, ut iste Ritus dicit, aut sumus in criminalibus, & tunc idem t quia repulsa dicitur species defensionis, & pro defensione similiter iste Rit. hoc permittit, quid dicendum. Do. Augus. Carauita frater meus cum de hoc sermonem mecum haberet: dicens quod ipse super hac q. distingueret, q. aut testes sunt repulandi repulsa infamatoria, & tunc non possint clerici super talibus articulis depolare, nec superior bene faceret dando licentiam, ratio est quia & si repulsa sit species defensionis, tamen negari non potest, quia quoad testes sit infamatoria ut patet ex nota per Barto. in l. testium, S. lege iuria. ff. de teste. Bald. in authen. si dicatur. in fi. C. de teste. & Marant. in tract. parte 6. actu. 13. nume. 3. & ideo odiosa, ut dicit ibidem Marant. numero 7. & proinde licet quo ad producentem dicuntur deponere ad defensionem, tamen quo ad testes dicuntur examinari contra eos quia ex hoc infamiam incurunt, & a testimonio repuluntur, & ex consequenti contra hunc Ritum est d. capit. testimonium. 11. quæst. 1. vbi contra laicos deponere in criminalibus prohibetur. Aut sunt repulandi alia repulsa non infamatoria, puta quia sunt amici alterius partis, vel consanguinei, aut inimici.

## A D D I T I O N E S.

- a. Numero 20. Vide Guidon. Papa. q. 5. 17. C. P.  
b. Verisimiliter, idque argum. l. confensu. S. virum, C. 44. segnd. C. F.

# Domini Prosperi Carauta Eboltani

Inimici illius contra quem deposituerant, & simil, & tunc secus esset, & sine dubio possent deponere, quia contraria cessare, quam distinctionem ego alias feceram in quadam causa consultus, & nunc eam firmo, cogitabis tamen quia non redere vslque tactum. Secundo quarto quid si clericus, vel monachus reperitur examinatus, & in princisi examinis dictum sit per actuarium, talis frater &c, testis citatus iuratus, & de licentia sui superioris examinatus, nunquid per haec verba licentia presumetur? Io, de Amic, in proprijs terminis consi, 77, nu, 18, dicit quod non, pereca que scribit Inn, in c, cum in iure de offi, de legge, & ideo cum talis licentia sit facta, & facta non presumuntur, nisi probetur, l, 1, & l, cum res, C, de probatio, & l, afflueratio. S, si, C, de non num, pecun, & nisi appareat de ea ex actis, non creditur adfuisse, & proinde aliter recepti non valebunt per predicta, & ea que Ioan, concludit in preallegato consi. Salerni die 14 Septemb, 1559, Prosper Carauta.

## A D P I T I O.

Non num, pecun, Addo hoc melius probari, in l, in finibus, & finium regundor. C, P.

## R I T V S C X L V.



Item si detur terminus in causis ad probandum, & veniendum ad curiam, & procedendum in causa, in ultima die termini quae interpellat: testes qui producuntur per partem alteram iurant, & deponunt vocata parte in curia, & eius contumacia accusata.

Dixi de hoc Rit, supra iu Rit, 143, & ideo ibi vide la-  
tius, ne hic repetam illud idem.

## R I T V S C X L VI.

Item curia ipsa non committit extra Curiam audientiam testium reprobandorum, etiam, tenuum, & valitudiniorum.

## S U M M A R I V M.

Audiencia testium ad repulsam, nullibi committitur,  
Et ratio est, quia repulsa est odiosa,  
2. Judices tenentur iuriibus & expensis parcere.

**R**ite iste est facilis, & bene seruat in omni curia Regni, & audientia testium ad repulsam nullibi committitur; etiam si examinandi essent testes senes, & valetudinarij, ut eriam scribit glo. consti. Reg. in pecuniariis in ver. quo quidem, vbi dicitur ita seruare iudices magnę Curie, rario istius obseruantur & Rit non est scripta: credo tamen quod ea sit, quia repulsa est odiosa, ut dixi supra in Rit, 144, circa fin. limita hunc Rit, secundū Affl. in consti. Regn. animalia in lno, ver. bene tamen, vt non procedat quotiescumque causa non esset multū ardua: & facilis examinaretur in loco, vbi sunt testes quam in curia: quoniamque bene posset come-  
2. mīti, ut paratur sumptribus, & expensis, quibus iudi-

cestenentur quantum possunt obuiare, l, cum post sentiam, C, de appell. ca, finem litibus, de dolo & con-  
tu, est bonus text. in d, const. animatiā, vbi Affl. not.  
in l, not, & dixi Iacutus in pragm. dispensia litium in l,  
no, de ord. iud. sed quicquid dicat Affl. videtur istam  
limpia, non subsistere, eo quia ratio, quam supra posuit  
ad hunc Rit, ita militat in causa ardua, sicut in mini-  
ma, & testis repulsa aliquia repulsa (presentum que-  
infamant) ita repulsa, notatur, & repellitur in causa  
magna sicut in minima, nec valet dicere, quod sumptu-  
bus & expensis est obviandum; quia ratione sumptuū  
non est permittendum id quod alias non permittitur  
in materia repulsa est maioris preiudicij, quam si ex  
sumptu pecuniarij, immo quanto minoris momenti  
est causa pecuniaria, tanto minus repulsa est commis-  
tenda; quia cum ista cause minima sint, potius ut plu-  
rimum ad perfidiam, ut dixi supra Rit, 131, maiori dilige-  
tientia litigant homines, & propterea peiores sunt re-  
pulsa, credentes per eas vincere: & ego testis sum non  
nullarum causarum vilium, in quibus vidi fieri adeo  
infames repulsa: ut ne quidem pro vno Regio factae  
fuissent, cogitabis tamen, & credere pro certo, q, non vi-  
di hucusque practicatum Affl. limitationem sed sem  
per testes venisse ad curiam. Secundo limita ut per Ca-  
pens, hic quando committeretur alicui ex curialibus  
ipsius Curie, mouetur per verba istius Rit, ibi extra Cu-  
riam, sed profecto nescio quid sibi vellet Cauens, per il-  
la verba, nec video quomodo probent suam intentio-  
nem; credo tamen quod eius limitatio proceret quo-  
niescumq, committeretur alicui curiali curia qui ha-  
bet ipsos testes repulsa examinare, in ipsam Curiam  
per Rit, expressum inita 157, & ratio est, quoniam tunc  
non videtur commissa audientia extra curiam, immo  
potius videtur ipsam curiam ipsos recepisse, ut dicitur  
in eo, met. Rit, sed si Cauens, yellet absolute intellige-  
re, q, repulsa possit committi curialibus, ita quod pos-  
sint accedere ad locum vbi degunt testes, non procer-  
ter, nec ipse aliquo probaretur prout nec etiam in pra-  
etica videmus illud obsequari. Adhuc tamen ad ea  
qua, Cauens hic dicit, q, Affl. in const. Regn. in pecu-  
niariis, nu, 4, ver. tertio quarto, tenet contra hunc Rit,  
immemor forte ipsius (vt ipse dicit) nam si recte lega-  
tur Affl. ibi loquitur de iure communii allegando In-  
noc. in c, licet, de probat, non autem de iure Regni se-  
cundum quod bene sciebat ipse non committi audi-  
entiam testium in repulsa, ut patet ex eo ibid, num. 45, in  
glo, & clarius in d, consti, animalia vbi expresse dicit  
in hac materia repulsa committenda quod aliud est  
de iure communii, quam de iure Regni, & si ibi Cau-  
ens dicas, non dixisset hic quae dicit. Salerni, die 14  
Septemb, 1559, Prosper Carauta.

## R I T V S C X L V I I .

**R**ite si rubrica testium non di-  
catur testes producti &c, & iu-  
rati parte præsente, vel absente  
per contumaciam, ita quod  
de contumacia ipsa constet,  
depositiones testium non valent: & idem  
in iuramento calumpniae.

**I**ste Rit, non seruat, quia actuarij curiarum, lice-  
faciant rubricam in testibus quos examinant ad  
defensionem inquisitorum, tamen non faciunt  
eam modo quo dicitur in hoc Rit, sed solum di-  
cunt testes examinati ad instantiam talis in eius defen-  
sionibus in causa quam habet cum Regio fisco super ta-  
li, & tali delicto, & ista verba tantum sufficiunt, & scri-  
buntur communiter, & ita seruat. Salerni, die 15 Se-  
ptemb 1559, Prosper Carauta.

RITVS

# Com. super Ritibus Magne Curiae. 75

## R I T V S CXLVIII.

Item si testes iurant die non feriata, etiam  
die feriata examinantur.

## S V M M A R I V M.

Item testes iurant die non feriata, examinantur etiam  
die feriata.

**B**ene seruatur iste Rit. & quotidie in omni curia Regni; & concordat aliis Rit. supra 143. vbi dixi in fi. & infra Rit. 159. vbi est idem tex- ad literam. & ante hunc Rit. idem volui glo- in l. 1. circa mediu[m]. C. de feri. Spec. in tit. de feri. S. se[ntentia] quatuor num. 6. ver. quid si Baro. in l. si quando in t. re- pet. nu. 2. de testi Pract. Papien. in forma opp. contra re- fles post publi. in vers. suntque num. 16. in fi. & Afflic. post Iser. ibid. in constitu. Regnilit. 13. not. vbi allegat. d. Rit. 143. Ratio est illa quam ponit Bart. in d. l. si quan- da & communiter scribentes. quia depositio testis re- feretur ad tempus iuramenti, & ideo licet deponat die feriato, videtur deposuisse eo die quo iuravit. Salerno die 15. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X L I X .

**N**on tem quod in quibusconq; causis ciuilibus, quæ in di- ceta curia agitantur, si testes qui producuntur in causis ipsis tam per actores, quam per conuentos, citati fue- rint infra terminum datum ipsis partibus ad probandum, infra ipsum terminum non iurauerint in causis eisdem, conceditur ipsis partibus, quod per dies tres, post eundem terminum, immediate sequentes; dicitur. Et testes iurare possint, & subsequenter deponere eorum testimonium veritatis in cau- sis eisdem.

## S V M M A R I V M.

- Dilatio ad probandum data, peremptoria dicitur: si dictum non fuerit.
- Probatio facta post terminum, vel paucos dies in cor- timente, in termino facta esse teneatur.
- Practica hodie est: quod testes in termino citati, seci- piantur etiam post terminum.
- Et si elapsio termino examinati non fuerint: fit tam- publicatio cum termino tot dierum.
- Confessio aduersarij non est probatio: sed ab onere pro- bandi releuatio? Et quandomunque facta admittitur.

**N**on ot. ex hoc Ritu. quod testes citari infra termi- num datum ad probandum, licet etiam in- fra ipsum non iurauerint, possunt elapsio ter- mino, infra tres dies sequentes iurare, & de- ponere. Ratio dubitandi ad hunc Rit. esse poterat q[uod] omnis dilatio data ad probandum obtinet peremptoria-

- etiam si dictum non fuerit l. i. vbi Baro. C. de dilatio. Spec. in tit. de dilat. S. videndum. pu. 2. vers. quid si data est. c. i. vbi no. per gl. extra eod. tit. Bar. Ang. & Laf. in l. fi. col. 2. ff. de feri. Abb. & Fely. in c. licet causam, col. 2. de probat. & Capi. decisi 89 in psalm. Ratio vero de eidem.
- di est t[em]p[or]is quia de iure, probatio facta i[n]g[ra]m[en]tum post terminum, vel post paucos dies videtur facta in terms no, vt dicit Bal. in d. l. fi. col. 3. ff. de feri. Laf. in ead. l. col. 6. & Capi. in psalm. decisi. quia facta incontinenti di- cuntur in esse. i[n]urisgentium. S. quinimo. ff. de pact. l. hereditate palam, ff. de testa. l. quod ait lex. S. ff. de adul. & l. continuus, in prin. ff. de ver. obli. Ante hunc Rit. gl. in constit. Reg. in pecuniaris in ver. ex iusta causa, ver- sic. sed querro. late disputatur hanc q. & tandem firma- uit idem quod hic, verum quod hic exprimitur de ter- mino trium dierum post lapsum termini per gl. ibi di- cebatur relinquentum arbitrio iudicis per l. si quis ira- promiserit. S. Seia ff. de verb. obli. & S. si vero, in authē.
- de testi. Hodie autem secundum practicam, testes citati taquim, recipiuntur post terminum, infra tempus statutum per Regiam, prag. 1. i. incip. cursu dilationum de ordine iud. ad recipientum copiam processus ut dicit Capy. decisi. 90. nu. 3. vbi dicit ita seruari in sacro co- filio, qui terminus ad recipientum copiam cum alio termino etiam per prag. statuto ad eam percutandū est. dierum sexdecim ut patet ex ea no. per Afflic. in co- stit. Reg. lice. 13. no. nu. 20. in fi. & dixi supra Rit. 69. 3. not. sed quia post d. prag. terminus qui statuitur ad- recipientum copiam, quando fit publicatio est iudicari burarius, & ex communis obliterantia omniū curiarum Regni practicatur, q[uod] lapsi termino remanent exami- nandi aliqui testes citati infra terminum, fit publicatio cum termino tot dierum, vt iudici melius placuerit. & cum reservatione infra eundem terminum examinari testes citati. vnde etiam dixi in d. Rit. 69. 3. not. Limite primo hunc Rit. non procedere in termino dato non folium ad probandum: sed etiam ad probatum habendū, quoniam tunc eo elapsi, etiam iurati, infra terminum non admitterentur. vt dicam infra in Rit. 152. Secundo limite non procedere in probatione facienda per con- fessionem partis super articulis vel positionibus: quia ea ne dum post triduum elapsi termino, sed etiam ul- tra, & usque ad conclusionem admittitur. vt diximus late supra in Rit. 93. t[em]p[or]is Ratio est, quia confessio aduersarij non est probatio, sed releuatio ab onere probandi, vt dicit Bal. in auth. sed nouo. nu. 12. ver. tamē. C. si cer. per. l. i. ff. de inter. actio. in fi. l. i. C. de iur. cal. & a- lia iura quæ allegat idem Bal. post Inno. in ea. vtraterrā- tiam extra de testi. Alex. in l. publia. S. i. ff. depoi. & co- fil. 179. nu. 2. & italis confessio fieret alibi quam in ar- ticulis & positionibus etiam post conclusionem, immo etiam post sententiam admitteretur. secundum eundem Bal. in d. c. ultra tertiam, per Gl. i. in l. Julianus ff. de cod. indeb. & idem firmat. Apostol. ad eundem Bal. in d. ap- then. sed notio in litera B, in verific. sed est releuatio, Salerni die 15. Septemb. 1559. Prosper Carauta.
- Item si testes producti in dista Curia, iura- ti die non feriata, die feriata volunt deponere examinationem, examinari possunt.
- Iste Rit. ad literam dicit idem quod alias Rit. sup. 143. vnde quia ipsius materia ibi dixi ibid. me remitto.

## R I T V S C L I .

Item Curia non committit audientiam te- stium in causis ciuilibus, infra dictam vnam.

X 3 DIXI

# Domini Prosperi Carauta Eboli tan

<sup>¶</sup> Dixi de hoc Rit. supra in Rit. 140. vide ibi.

RITVS CL II.



**T**em si aliqui litigant in dicta Curia clausiter, si infra terminum ad probandum datum, non fecerūt examinari testes per ipsam curiam, deinde terminus ad examinari faciē dum datus fuerit, si testes ipsi infra eundem terminum ad examinari faciendum datum, non fuerint examinati, de cætero non audiā tur, nisi fuerint mulier, vel pupillus, vel vi-  
dua, & ecclesia, vel filius, qui per beneficium restitutio-  
nis in integrum ad pinguius probandum de novo admittantur.

## S U M M A R I V M.

- Terminus ad examinari faciendum, bōdie ad probandum habendum datur, quo elapsō ulcerius testes non recipiuntur.
  - Datio termini ad probatum habendum habet vim conclusionis.
  - Quibus personis primum, & secundum beneficium ad pinguius probandum compesat.
  - Impossibilitas in dispositione non comprehenditur in dubio.

**N**ota ex hoc Rit. quod si post lapsum terminum datum ad probandum fuerit datum alias terminus ad examinari facieundum, infra quem testes non fuerunt aliter examinari, de cetero non admittuntur per hunc Rit. & ante ipsum firmavit Specu. de teste. S. qualiter, nu. 13. ver. is quoque, sed ut Apostil. ibi dicit in litera D. t. hodie istum terminum ad examinari facieundum, damus ad probatum habendum, in tantum quod iste Rit. qui italoquitur debet intelligi de termino quem hodierna practica appellat ad probatum habendum. & quod lapsus termino ad probatum habendum testes veterius non recipiantur, firmant etiam Bald. & Ang. in I. Antistius, in princ. s. de aequ. hæc Barb. ad Bal. in l. si quando, in litera B. C. de testi pract. Papien. in forma Opp. contra testes post publ. in ver. suntque nu. 16. circa f. & I. de Amic. consil. 108. nu. 5. t ratio est secundum omnes, quia ista datio termini ad probatum habendum, habet vim conclusionis quantum ad hoc ut post ipsum, testes veterius non admittantur, ut dicit Ant. de Bur. & Abb. in E. licet, col. 3. de prob. Alex. consil. 101. vol. 2. & Afflict. in const. Reg. lite. 8. no. nu. 13. \* & dixi supra in Rit. 149. l. mita. L. Ampsia hæc Rit pro codere etiam si fuissent citati, & iurati infra terminus, verdict Spec. in d. S. qualiter, nu. 13. Ioan. de Amic. in d. consil. nu. 8. Practica Papiensis in proxime citata. loco per rationem quam supra allegauit. Limita primo non procedere in muliere & pueris, vidua, & ecclesia, vel filio legemittibus, quoniam competitas primum & secundum beneficium ad pinguis probandum, ut laius dixi supra in Rit. 71. etiam post conelusum in causa (ut ibi dixi) post Iler. & Afflict. in const. Reg. obscuritatem. q. 9. nu. 13. ratio p. me supra tradita ad hunc Rit. efficit. Secundo limita non procedere in testibus, q. sunt de longinquo, quia terminus ad probatum habendum

4 non extenditur ad eos ratione impossibilitatis † quae  
non dicuntur in dubio in dispositione comprehendendi. l.  
fi. C.ad exhibit. filiis fam. ver. absurdum. ff. de leg. i. euna  
sim. quae allegat Pract Pap. (quae hoc latius firmat) in  
forma productionis instrumentorum in ver. in termino,  
nu. 3. & ideo si fuerint saltē citati etiam, q̄ terminus  
esset lapsus. admitti deberent, quod not. Salern.  
die 16. Septemb. 1559. Prosper Carauta.

# R I T V S CLIII.



**T**em si Episcopus, vel superior, vel alius platus, & quemvis alia egregia persona litigat in ipsa Curia, & citetur de mandato ipsius Curiae, quod veniat responsus super positionibus aduersarij sui in causa factis, debet venire prælatus, & respondere, nisi petatur pro patre ipsis, & ad eius expensas mittatur aliquis de Curia ad interrogandum ipsum super dictis positionibus in scriptis redactis, & sigillo ipius Curiae sigillatis, & nisi respondeat, conclusio in causa ipsa differtur, donec respondeat super positionibus ipsis.

S V M M A R I V M.

- 1 *An expensis principalis absentis, & melius reitatem scientis, vel per centis, commissarius ad ipsum examinandum, mitendus sit.*
  - 2 *Absentia voluntaria aliquis, aliterius deterior condicio fieri non debet.*

**V**ulgaris est questio inter Docto. an expensis absentis, vel petentis mitti debeat commissarius ad examinandum absensem tanquam principalem. melius scientiam certatem: iuxta ea quae supra diximus in Rit. 80. & 1130. & cum de ea hæsitatum esset in fac. confi. Neapo. decisum fuit qd expensis absentis, per Doctr. Anch. in c. statutum. S. insuper. de rescri. in 6. Bar. & Bal. in l. si actor. ff. de proc. Gl. & Bar. in l. 2. S. defendi. ff. ex quib. caus. in poss. ea. vt latius scribit Afflct. Decisio. 177. & in const. Regn. partes. q. 3. Spec. verò in tit. de iuram. ca lu. S. restat. n. 1. 8. in q. aliter dicit: distingendo, quod aut principalis absens voluntariè litigat per procuratorem. † & tunc quia eius absentia voluntaria non debet alterius conditio fieri deterior. l. 2. ff. ex quib. caus. in poss. eat. ipsius expensis mitti debet, iuxta ea quae supra dicta sunt, aut non voluntariè litigat per procuratorem, sed quia est mulier, monasterium, prælatus, vel alia persona egregia quæ de iure personaliter venire non tenetur per l. ad egregias, ff. de iure iur. & tunc expensis communib. mitreector. quia talis actus cōmūnem voluntatem concēnit, & idem sequitur Gemin. in c. præsentium. col. 8. de test. in 6. Alexâ. & Ias. in d. l. ad egregias. decis. Thalo 273. & latè Boer. decis. 303. n. 5. vbi dicit ita vidisse ordinatum in parlamento Rotho magen. & Bætach: in vñ. expensa. qui dicit in iudicando tenuisse opinionem Spec. idque ego etiam optimæ ratione confirmo; quia si secus diceretur: priuilegium decum per d. l. ad egregias personas, personis prefatis egregijs & alijs similib. qd non teneantur personaliter venire ad iurandum, per indirectum infringerebatur, dicendo, veniant personaliter ad deponendum, vel si nolunt venire eorum expensis mittatur commissarius, qd laus esse absurdum, & contra mentem legislatoris, in d. l.

in d. l. non obster. rem. in c. 2. de iudi. in 6. vbi aliter decisum videtur in muliere ut expensis per etis minatur; quoniam ut dicit Ioh. And. ad Spec. in d. S. restat & Boe. in præallega. decisi. loquitur quando fauore producen- tis tantum id fieri debebat, quod non est ita in casu. q. nostre. & ita cum prædicta opinione Spec. ego etiam zeno de iure communi. In hoc ramen Regno aliæ concludo, non quidem authoritate. d. decisionis Affl. sed præsentis Ritu. in quo expressum disponitur in personis prærogatis vt egregijs, q. si sunt absentes, eorum expensis minitur commissarius ad examinandū Quod no. & miror, quod Affl. ibid. non alleget hunc Rit. in terminis. ¶ Not. in f. Rit. ibi. & nisi, quod con- clusio in causa petita ab una partium potest supersede- ti per alteram prætextu, q. illa pars que instat pro con- clusione, non deposituit super articulis tanquam prin- cipalis, & ita videmus quotidie seruari, verum si pars ipsa quæ alteram petit examinari; vellet causam expe- diri ut poterit pract. supra tradita in Rit. 120. & citari facere principalem ad deponendum per trias citatio- nes, qui si in ultima fuerit contumax. declarari poterit pro confessio, & procedetur ad ulteriora, ut ibi latius diximus. In hoc electio erit partis quæ examinatione querit ut supersedere faciat iuxta hunc Rit. u. vel ad ul- teriora procedere iuxta illum. Salerni die 16. Septemb. 1559. Prosper Caranita.

## R I T V S C L I I I .

 Tem fuit quæsitus, ecce datus est terminus ad probandum in ciuili, vel criminali, una partium facit alia citare ad videndum iuramenta testium ad poenam solitam per Curiam: non comparuit citata, an detut excusatori terminus ad denunciandum, & comparere facien- dum post litem contestatam? determinauit Consilium quod fuit heti. 14. Septemb. pri- mæ indictionis, quod sic.

## S. V. M. M. A. R I V. M.

- 1 Cato principali domi ad videndum iuramenta te- stium, an eius allegabitur absentia, cum termino ad comparere facendum.
- 2 Citationes ad videndum iuramenta testium, sine pe- na hodie sunt.
- 3 Contumax non dicitur citatus non comparens in a- du qui potest eo absente explicari.

**N**ota. ex hoc Rit. q. principali litigante, & absente citato domi ad videndum iuramenta testium examinandorum, potest pro eius parte allegari absentia & per terminus ad comparere facendum, ut ipse sit pra- sens iuramento prestante per testes iuxta dispositio- nem iuri communis. in l. si quando. C. de testi. quod non, quando casus evenient: quia ego hucusque non habui in facto. ¶ Secundo not. ibi ad poenam solitam, quod principales citantur ad videndum iuramenti testium sub pena; sed hoo in practica non servatur, & sunt citationes simpliciter sine pena, quod compareant ad videndum iuramenta testium examinando- dum, & ita practicatur in omnibus Curijs: \* Ratio tertijs. pract. colligitur ex Luc. de Penn. in l. locoru. Col. 2. circa fin. veru. hinc est. C. de omni agro defit. vbi

dicit quod cum quis citatur ad aliquid actum, qui potest explicari in eius absentia, si non comparet non reputatur contrumax, sed explicatur actus ut etiam di- xi supra in Rit. 133. in fin. Salerni die 16. Septemb. 1559. Prosper Caranita.

## R I T V S C L V I .



Tem seruat ipsa curia, quod si feci citare testes, ad mei petitionem, potest meus aduersarius, cum facio eos iura- re, facere eos etiam iurare pro se sine alia citatione de nouo, & ita vidi plures practicari, & ideo iu- rabunt, & etiam præsente ipso aduersario meo super suis exceptionibus, & articulis, quod nota. Et nota quod testes citantur semper ad poenam quatuor vnciarum, seu tertia partis bonorum mobilium si dicta tertia maior dicta poena existat: & ita sit condemnatio.

## A D D I T I O .

- 2 Existat. Nota casum in quo poena tertia partis bonorum mobilium, non potest excedere valorem quatuor vnciarum. C. P.

## S. V. M. M. A. R I V. M.

- 1 Testes si ab una parte citati, & ab alia produc- rint: quando unica citatio sufficit.
- 2 Testes recusantes comparere, qua pena punientur:

**N**ota ex hoc Rit. duo, Primum q. testes pro- ducti ad instantiam vnius partis, possunt e- tiam produci, & examinari ad instantiam alterius. ¶ Secundum, quod si testes fuerint citati ad instantiam vnius partis, & producantur ab alia, sufficit illa citatio, & ideo quando iurant pro una par- te poterunt iurare pro alia de veritate dicenda super articulis vtriusq; dummodo quando iurant sit presens ille aduersarius q. vult eos pro se reproducere, & ex- minare: supple tu, vel saltem contumaciter absit, quia citatus ad videndum iuramenta, non comparuit ut dici- tur in l. si q. C. de testi. & no. quia requiritur præsens aduersarij tantum, vel citatio. vt dixi, non aut requiri- tur præsens illius qui eos primo producit, q. quidē si Rit. iste non dixisset, forte fecis est: nam postquam iurat de veritate dicenda super articulis aduersarij, de- beret esse præsens, vel citatus ille q. eos primo produ- cit: sed postq. hic dicitur solum de præsens aduersarij, & hoc in modis sufficit. & ratio est, quia cum sint produ- citi ab eo vñ quodammodo superfluum citare ipsum. ¶ Secundo no. ex hoc Rit. quod testes, q. citantur ad deponendum, semper iniungitur eis pena quatuor vni- ciarum & si non coparent, condemnantur ad penam inci- tatione contumaciam dictarum quatuor vnciarum, hoc tñ verū est in testib. qui ante lit. cont. citantur: alij autē testes q. post lit. contest. euocantur, citantur sub pena quatuor vnc. leu tertia partis bonorum mobilium, si tercia pars bonorum est maior, & ita sit cōdēnatio. Aduerte tñ ne hunc Rit. intelligas q. in citatione alternatiue appo- titur pena quatuor vnciarum, vel tertia partis bonorum mobilium, q. hoc est falsum, sed intellige q. in citatio- ne apponat pena fixata, & postmodum si testes nō copa- rent

# De mūl Prosperi Cārāwīta Ebolitāni

- recomendantur ad pignora citationis, vel tertie partis bonorum mobilium ad electioem curia, quæ eligeat maiorem poenam. vs istem et Rit. dicit. & etiam Cost.
- 2 Reg. in pecuniarijs s. eadēm poena. † Hodie tamen in practica poena prædictæ tertie partis mobilium quo ad testes, recessit ab aula: sed solum condemnantur ad poenam in citatione cogentiam, quando recusant comparere, & dicitur quod capti pignoribus compellantur: iuxta iuris dispositionem in l. 3. S. exigere. ff. de tab. exhib. vt not. Iser. in d. S. pena. in versic. in crimina libis. & expedientur literæ exequitoriales pro mulctæ iuxta practi. quam dico tibi latius infra in Rit. 296. in 3. not. & poena quæ contra eos imponitur in citatione ad minus est vñciarum vigintiquinque. tam si citetur ante item contumaciam, quæ post. Iudex tamē potest maiorem vel minorem penam iniungi facere in citatione (prout ego plures vidi sub maiori & minori pœna citatos.) Salerni die 16. Septemb. 1559. Prosper Cara.

## R. I. T. V. S. C. L. VI.



Item seruat ipsa curia aliqui committere examinationem testimoniū in criminali, senuim & valetudinariorum iuxta textū, illum notabilem constitutio-  
nis Regn. in pecuniarijs, & ita fuit de facto  
in curia prædicto vbi fuit commissa examina-  
tio contra statutum Salerni in dicta ciuitate  
Salerni.

## S V M M A R I Y M.

- 1 Audientia testimoniū in criminalibus, senuim, & vale-  
tudinariorum quibus sit committenda. Et in qui-  
bus casibus.
- 2 Quod amplia in testimoniis impeditis ad iudicem veni-  
te. Et iudici vel fisco suspectis.
 Tem quilibet fideiussio potest accipi omni die, licet illo die curia non regatur dummodo posset regi, si voluisset licet esset dies feriata, & qualibet hora potest recipi de manu de se, & quacunque hora diei, presente, vel absente Regente, & judicibus, sufficit enim, quod eam recipiat magister actorum, & notarius, quia in actu dictæ receptionis dicitur magistro. N. dictæ Curia actorum notario praedicta omnia & singula solemniter, & legitime stipulante nomine, & pro parte dictæ Curia. Quandoque etiam subactarii dictæ Curia praedicto modo recipiunt fideiussores, quamvis magister actorum non esset ibi presentes in Curia, dummodo esset in Curia, & dicatur nihilominus presente dicto. N.

## S V M M A R I V M .

- 2 Fideiussiones qua die, & hora, & in quo loco capi possint.
- 2 Fideiussio capta per actuarium nomine curie, an valet.
- 3 Fideiussiones qualiter accipi possint diebus feriatis.
- 4 Fideiussiones per quos accipi possint.

**N**ot ex hoc R. s. t. quod fideiussiones omni die, & hora diei capi possunt: licet illo die curia non regatur, si tamen regi poruisset, & tam presente quam absente Regente, & judicibus, ratio est, quia in ipsa fideiussione ipse actuarius stipulant nomine, & pro parte Curia & ita servatur. Et ext hoc Rit. secundu Pet. Folle. in frag. post præc. ritu. de fideiussio. nū. 171. sequitur quod cessat disputatio Corne. confi. 211. vol. & vbi queritur valeat fideiussio capta per actuarium nomine Curie. Item sequitur

quod male dixit Affli. in constitu. magistri camerarij 13. nota. nū. 14. dum dicit q. fideiussio capta per actuarium absente iudice, non valet, postquam, iste Rit. in terminis dicit contrarium; quo ad primum, bene dicit, sed quo ad secundum, dum reprehendit Affli. iudicio meo, non merentur reprobationem, quia licet iste Rit. permitat capi fideiussiones absente iudice, tamen loquitur quando capiuntur in ipsa curia, non autem quando per stratas, vel domos (vt hodie fit) de quo Rit. iste non tractat. ideo de eo dic ut supra diximus in Rit. 12. 8. in fine. Aduerte tamen ad illud quod in Rit. dicitur quod fideiussiones capi possunt, licet dies sit feriata, quia ne contrarietur prestatis intelligi habet eo modo quo accipiuntur fideiussiones diebus feriatis: hoc est per instrumentum publicum facta consignatio ne per clamidem, ut diximus supra in Rit. 44. & dicitur in Rit. proxime seq. licet Petr. Folle. in frag. post præc. titu. de fideiussio. nū. 26. videatur intelligere aliter hec verba Rit. dum dicit quod corrigitur per Ritum proxime sequens. cogitabis tamen, quia (ut dixi) non est opus, quod corrigitur cum intelligendo modo prefato, se conformet cum Rit. sequens.

4 Secundo t. no. ibi quandoque, q. fideiussiones nedsi per actuarios principales capi possunt, verum etiam per subactarios eorum, licet ipsi actuarij non sint ibi presentes in curia dummodo sint in curia: sufficit enim quod sint in curia licet non sint presentes receptionis & stipulationi fideiussionis, intellige tamen, dummodo ex licentia ipsorum actuariorum eas capiant: & non alias ut dicitur expresse in Rit. 35. vbi dixi & ita servatur multoties, licet plurimum actuarij principales hoc faciant. Aduerto tamen ad id quod dicitur in fin. istius Rit. dum dicitur quod licet fuerit ab sensu actuarii dicitur nihilominus quod capta fuit presente eo quia istud practicatur hoc modo: nam in stipulatione fideiussionis dicitur, me actuario ipsius curie nomine & pro parte ipsius recipiente & stipulante, in tantum quod licet eam scripsit subactarius: appetet scripta & que, ac si eam scripsisset actuarius principalis per dicta verba. Salerni die 20. Septemb. 1559. Prosper Cara.

## R I T V S C L X I I .



Tesi esset dies feriata: & ita qd curia regi illo die non potest; tunc ipsis fideiussoribus, assignatur captiuus pro captivo: non ut fideiussoribus, sed ut recipientibus eum tanquam captivum, & non sit mentio quod sint fideiussores: & Reges, vel Locumtenes suum capit captivum per clamidem: & assignat tunc aliquibus de ipsis praedictis: & promittunt ad certam praeditam

## A D D I T I O .

2 Feriata. Adde: quod regulariter cognites dies sunt iuridici: præter eos quos feriatos esse leges voluerunt de quibus in l. omnes dies. & in l. dies festos. & in toto titu. C. de ferijs. & in toto tit. ff. eod. Diesque iuridici facti propriæ appellantur, quemadmodum e contra, nefasti, iuxta illud Ouidij lib. 1. de fastis.

Ille nefastus erit, per quem tria verba fissentur.  
Fastus erit, per quem, lege licebit agi.  
Lege agere est, quaus actione exerciri ut per Bud. in adnot. ad l. 4. ff. de adop.  
Sunt autem verba partoris, Do, Dico, Abdico. C.P.

# Domini Prosperi Carauita Eboltani.

- Nam poenam praesentare primo die iuridico: quando curia ipsa regitur: & de hoc inter Regentem praedicta stipulantem nomine curie solemniter, & legitimè, & per illos qui recipiunt eum pro captivo: sit publicum instrumentum: & primo die iuridico veniente, siue regatur curia, siue non: obligant se de praesentando eum & penesacta in forma curie consueta: quo facto in continent, Regens rumpit instrumentum praedictum dictis accipientibus se obligantibus modo praedicto.

S V M M A R I V M.

- Regens & locumtenens magna curie an sint idem vel diversi.

**D**uplicatur iste Ritus ad literam supra in Rit. 44. vbi dixi: & ad confirmationem eorum, quæ ibi dixi de configuratione quæ fieret absente officiali, per actuarium curie stipulanten nomine officialis vel curie. Adde qd hodie practicata per hunc Ritum de configuratione facienda p Regentem: non seruatur in magna curia, nec in Regia. Audientia Principatus citra vbi actuarij faciunt istas consignationes absentibus Regente, & officialibus: & procedunt absque difficultate: & contrauenientes puniunt poena promissa in instrumento consignacionis.

Nota. ex hoc t Ritu, ibi Regens vel locum tenens, quia per hæc verba videundici posse quod tempore illorum Rituum, in Magna Curia Regens ipsius tenebat locumtenentem, sed id minime verum est, & nullibi reperitur, quia Regens & locumtenens supradem reputat ex Rit. 9. & 10. & ex nota per Friz. in tracta de subfeud. lib. 1. de offi. magistri iusti. num. 18. & ideo sic dictus est quia regit & locum tenet magistri iustitiarij ut proprie ipsa verborum significatio demonstrat. Confirmatur quia Ritus iste inferius postea non nominat amplius locumtenentem, sed solum Regentem & Rit. 44. qui duplicatur cu isto nullam de locumtenente, sed solum de regente mentionem facit. Non obstat verba illius Ritus quodnam illa dictio, vel ponitur pro id est, vt scribit Alber. in suo dictionario, in versi. vel ali quando. & dixi alias in pragm. per excellente. S. 8. vel contractus. num. 44. de senatus consilio Macedonian. Salerni, die 20. Septembri, 1559. Prosper Carauita.

R I T U S CLXIII.

**T**empro. quolibet denunciatio debent esse duo fideiussores, qui non sint filii familiæ: nec clericæ, & tarent quantum va- lenti bona ipsorum extractis de bitis, & dotibus ipsorum: & quamuis iurent vsque ad certam summiam: tamen quilibet tenetur in solidu: verum quando essent tres denunciati, si essent quatuor diuites fideiussores: curia recipit eos quatuor, vel quinque arbitrio dicta curie: & sic deinceps: & quando essent quatuor denunciati: sufficerent, si darentur sex, vel septem diuites, & quando essent, multi denunciati: curia recipit pro me dilectos fideiussores: quos deberet recipere

secundum dictum ordinem, & pro alia me dietat ipsi denunciati inter se unus pro alio fideiubet: & vocatur vicaria fideiussio, quando unus pro alio fideiubet, & hoc seruatur.

Item non possunt purgare moram fideiussores intra dies septem, vt dictant iusta communia, & capitulum Regni, quia curia ipsa non vritur dictis iuribus, & capitulo de hoc loquentibus, licet in alijs Regni partibus obserueretur dicta iura per capitulum illud, id est legem veterem.

Item quando requiritur principalis & fideiussores, licet sit in loco vbi curia regitur, sit litera clausa cum signo iustitiae, quo ipsa curia vritur.

Item quod si condemnatus est fideiussor, quia non praesentauit principalem, licet ipse fideiussor compareat, eodem die non purgat contumaciam, nisi dicto die veniat cum principali quem presentet, & ita seruatur in curia,

S V M M A R I V M.

- 1 Fideiussio vicaria quæ dicatur.
- 2 Fideiussor de presentando aliquem, si non presentetur an incidat in panam, et posset purgare in primam.
- 3 Forma citandi principalem, & suum fideiussorem.
- 4 Fideiussor de presentando aliquem qualiter liberetur vel non.

**F**orma tradita per hunc Rit. quod pro eo inquisitis interueniat tot fideiussores: non seruatur hodie: nam pro uno inquisito quandoque fideiubet vhus, duo vel tres: prout sunt idonei facultatibus: & quantumloque pro tribus inquisitis sufficit unus fideiussor: & ideo est istud in arbitrio curie vel potius actuariorum, quorum periculo capiuntur fideiussiones, catena contenta in Ritu, quod si fideiussores non sint filii, nec clericæ: & quod obligantur in solidum, & quod obligent eorum bona omnia extractis debitis, bene seruantur: & sunt in vnu vedi in sua in R. 160.

Nota. ibi & pro alia medietate, quod inquisiti aliquid fideiubent inter se unus pro alio: & vocatur Vicaria fideiussio. Adde quod ista vicaria fideiussiones etiam hodie sunt in vnu quod non reperiuntur inquisiti extraneum fideiussorem: alias si possent habere aliquem qui pro eis fideiubet, non admittentur ad vicariam fideiussionem: & ideo videmus, q. quando ad talem vicariam admittuntur inquisiti: facta est omnis diligentia pro habendo fideiussores, adeo q. curia ipsa certa est quod veritas iura se habet, & ita seruatur.

Secundo Nota. ibi item non possunt quod fideiussores, qui promiserunt aliquem praesentare in iudicio & postea non praesentauerunt incidente in poenam, si hoc fuerit in magna curia, non possunt purgare moram praesentando inquisitum, infra paucos dies, infra formam: & si post tres dies, quis curio & capitulo Regi. legem veterem, quia dicta iura non habent locum in magna curia licet in alijs curijs Regi, seruatur quod nota cum causis euenerit extra civitatem Neapo. in Alienis Regijs, aut alijs curijs quia tenentur d.: & observantur. Et ideo si res est liberarius sub fideiussoribus de se presentando finit serij, vel alio certe tempore, & termino aduenientem se presentatio vel est habilitatus

# Com super Ritibus Magnæ Curiæ. 81

habilitatus sub cautione de non discedendo a camere vel palatio, & postmodum discessit, adeo quod utroque casu inculata est pena contraiplum & fideiussores, licet postmodum idem reus se presentet, vel presentetur a fideiussoribus, cum de exactione poenae agitur, distinguendum est si sumus in Magna Curia Vicaria, ve in alijs tribunalibus & Curijs Regni, primo casu omni dubio cessante poena debetur quia per hunc Rit. disponitur purgationem moræ permisso. in l. & si post tres ff. si quis cautio. & in cap. Regni legem veterem, non habere locum in Magna Curia & ita seruatur. Secundo casu secus est, & per decis. Iacof. consil. vt per Gramma. decisio. 95. super sedendum est usque ad exitum causæ principalis contra reum, vt si venier absoluendus, ipse & fideiussores à poena sint exempti: ratio est iudicio meo licet Gram. non dicat, quia satis videretur iniquum poenam exigere à reo qui iustum causam tenebat, si vero veniet condemnandus in causa principali ad poenam etiam tenebitur cum fideiussoribus ut in decisi. præfata. Et si dices ad quid proderit Cap. Regni legem veterem: quod iudicialis moræ purgationem admittit in quacunque parte Iudicij? respondetur quod dicta purgatio moræ fundata est super equitate: vt dicit Ias. in d. l. & si post res. num. 2 per l. si feruum. S. sequitur ff. de verborum obligatione, quæ æquitas consistit ut iniquum: videatur hominem habere & poenam exigere. l. apud celum. S. labeo, ff. de doli except. & l. scriptum. S. si pacto. ff. de pact. sed quia ista iura procedunt & intelliguntur, vbi poena est apposita loco rei, non autem vbi loco inobedientia. vt dicit Glos. not. in S. quia vero, in versic. per multam inauthenticam iudi. & Angel. in d. S. labeo. num. 6. versic. vel dic melius & clarius: vt etiam tangit Gramat. in d. decis. num. 2. sequitur quod etiam d. capitul regni debet intelligi vbi poena est apposita loco rei non inobedientia, & sic ut non videatur iniquum, poenam exigere, quæ ratione inobedientia fuit apposita, etiam quod habeatur in fortis reus qui fuit condemnatus in causa principali: & hanc opinio. videtur fuisse sequutum sacram consil. in d. decisi dum voluit expectandum esse exitum causæ, alias sequeretur quod iudicis auctoritas quotidie contemneretur, & carcerari, vel habilitati recederent aut se presentarent ad sui libitum pretextu, quod omni tempore in oram purgare possent: quod quidem permitti non debet ne iudicialis auctoritas vilescat Auduertere tamen quod si reus habeatur in fortis post poenam incusatam, quia fuit captus per familiam Curiae, siue simus in Magna Curia, siue in alijs Tribunalibus, semper pena debetur, quia non poterit tractari de purgatione moræ, vbi opera fideiussorum non intercessit ad presentandum reum; nec ipse reus sponte se presentauit.

3. ¶ Tertio not. ibi item quando, quod principalis & fideiussor quando citantur ad presentandum licet sint in loco vbi curia reperitur; expeditur litera clausa cum figillo solito curiae, sed hodie non citantur per literam clausam, sed per citationem apertam cum inserta forma fideiussionis. vt etiam tetrigi supra, in Rit. 159. in primo nota.

4. ¶ Quarto ¶ not. ibi, item quod si condemnatus, quod quando citatur fideiussor ad se presentandum non sufficit sola comparitio fideiussorum: etiam quod compareat eodem die postquam fuit condemnatus, sed requiritur, quod veniat cum principali, alias non purgatur contumacia. principali vero presentato, purgatur contumacia, si fiat eodem die in magna curia: & in alijs post paucos dies post condemnationem. vt in 2. nota. diximus, quia alias iniquum est hominem habere, & poenam exigere. l. apud celum. S. labeo ait ff. de dol. exceptio. Salerni, die 20. Septembris. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S CLXIII.



Tem eodem sero, seu die faciant cōdemnari fideiussores suos simul cum eo ad poenam fideiussionis, sine noua requisitione fideiussorum. Et si tu dices quomodo possunt condemnari fideiussores sine requisitione? respondetur quod hoc est propter formam fideiussionis, quæ est quod præsentabunt eum si & quoties ipse fuerit per curiam requisitus, qui reus etiam tunc cum datur terminus, requiritur, si quis attendat formam dati termini, quæ hodie vñtatur in Regno.

## S V M M A R I V M.

- 1 Condemnatio lata contra principalem afficit eius fideiussorem etiam non requisitum.
- 2 Forma procedendi contra Reum principalem, ut se presentet.

**N**ota. ex hoc Ritu, ¶ quod eo die quo condemnatur principalis ad poenam fideiussionis, quia non se presentavit, condemnatur etiam fideiussores sine aliqua eorum requisitione: & ratio est, quia forma fideiussionis, continet quod ipsum præsentabunt quoties fuerit principalis requisitus: & nihil dicit quod habeant requiri fideiussores, vel si diceretur esset alternative: videlicet, quando principalis, aut ipsi essent requisiti: vt dictum fuit supra in Ritu. 159. in 1. nota. & dicitur etiam infra in Ritu. 166. sed quia ut dixi: formæ fideiussionum hodie aliter concipiuntur etiam fideiussores sunt requiriendi prout in pract. requiruntur, alias non essent in poena, & sic iste Ritu. propterea non seruatur quo ad id quod dicit de requisitione fideiussorum, quo ad aliud quod eodem die condemnantur fideiussores, & principales bene seruatur: vt dixi in d. Ritu in 2. nota.

2. ¶ Not. in fi. Ritu. ibi qui reus, ¶ quod quando datur terminus reo principalis, supple, ad se presentandum sit etiam sibi requisitus, si attenditur forma termini quæ hodie practicatur in Regno: & est ipsa veritas: quia in eadem citatione vbi dicitur quod infra terminum tot dierum habeat se presentare: eidem mandatur sub poena, quod se presentet: quia eius persona est valde necessaria ipsi curia: quæ verba dicuntur ipsum requirere, & ita seruatur. Salerni die 21. Septembris. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S CLXV.



Tem quod à bannitis, seu pro dictis bannitis, & quolibet ipsorum, si pro homicidio, & de homicidio bāniti fuerint: fideiussionem ad penam vñciarum centum recipient: si vero de raptu cuiuscunq; mulieris, ac etiā de priuato carcere, vel et quacunq; falsitate, fideiussionem ad penam vñciarū quinquaginta, & alijs qñbancunq; causis, & negotijs criminaliter qñ fuerint

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

suerint ad poenam vnciarum auri. 25. dictæ curiæ applicandæ similiter recipiat eosdem: qui se, & bona eorum omnia mobilia, & stabilia solemniter obligent notario publico pro parte ipsius curiæ stipulant, quod dictus bannitus, seu banniti extrahentes se ab anno, seu bannis prædictis, stabant super causis de quibus banniti sint, iuri in ista curia, & præsentabunt se in dicta curia, & fideiussores ipsi præsentabunt eosdem, si & quoties, quod ipsi banniti se præsentent, vel dicti fideiussores quod præsentent eosdem, fuerint per dictam curiam requisiti, &c. Nota quod hæc dictio, vel, est dictio disiunctiva, ex qua sufficit, ut condemnentur fideiussores, quando est requisitus principalis, absque tamen requisitione ipsorum fideiussorum: propter hanc formam fideiussionis, quæ visitatur per ipsam curiam, excepto quod in civilibus fideiussores non iurant, in criminalibus autem iurant fideiussores, & principales, in civilibus non iurant principales, nec fideiussores.

## S U M M A R I U M.

- 1 Forma que tenebatur in stipulandis fideiussionibus.
- 2 Principales & fideiussores iurant in criminalibus, secus in civilibus.

**I**ste Ritu. in codice antiquo meorum Rituum est positus post Ritu. 135. vbi tractatur de commissariis qui destinantur ad exigendum contumaciam, & de potestate quam habent recipiendi fideiussores a voletibus se extrahere a banno, & secundum illam situationem, bene conuenit iste Ritu. post dictum Rit. Et quod debeat stare post illum, patet ex princ. istius ibi pro dictis bannitis, cum tamen Ritu. hic præcedens de bannitis non loquatur, sed solum ille quem dixi. Ex quibus alias dixi, quod iste Ritu. dum taxat quantitatem poenæ stipulandæ in fideiussoribus inquisitorum, factus fuit solummodo pro commissariis, qui cum non habeat processus causarum, ex quibus valeant dijudicare sub quâta summa sit capienda fideiussio: habeant summam taxatam ab hoc Rit. & ideo quod aliter sit dicendum in officiis, qui viso processu, etiam minorem summam capere possunt, hoc tamen inspecto tenore istius Rit. qui (vt dixi) pro commissariis factus fuit: sed quia ultra hunc Ritum extat alius supra. 159 vbi similis taxatur quantitas poenæ fideiussionum, qui ad officiales ipsos, & iudices spectare videtur: per illum Ritum, aliter dicendum est, & propterea quod etiam officiales ipsi non possint diminuere dictas summas ibi taxatas, & ordinatas, & ita seruat: vbique: quandoque tamè capiuntur fideiussores pro minori summa quam ibi dicitur, quia certum est ipsi curiæ, quod pro quantitate statuta à Ritu. non potest inquisitus inuenire fideiussores, ne ad impossibile homines obligentur contra iuris formam. Limpossibilium. ff. de regulis iuris. Et postquam supra conclusimus quod iste Ritus in commissariis contumaciam loquatur: aduerte, quia hodie non habent potestatem capiendi fideiussores ab inquisitis contumacibus de se presentando in curia, nisi in delictis vbi venit imponenda poena à relega-

tione inf. & ita expedientur eis cōmissiones in Magistris Curia Vica & Regia Audientia principatus citra.

¶ Nota. † primo ibi, & fideiussores ipsi. formam quæ tenebatur in stipulandis fideiussionibus, secundum quam (vt Ritu. met dicit) si requirebantur principales tantum, & non fideiussores, poterant condemnari etiam fideiussores ut diximus supra in Ritu. 164. sed quia vt ibi (dictum fuit) stipulationes fideiussionum aliter concipiuntur; fideiussores nunquam condemnantur ad poenam, nisi fuerint requisiti, vt etiam dixi supra in Ritu. 159.

¶ Secundo † nota. ibi excepto, quod in criminalibus iurant fideiussores, & principales, & in civilibus, nec principalis nec fideiussores, idem dicitur supra in Rit. 159. sed quia ibi dixi de hoc, ad ibi dicta me remitto. Salerni die 21. Septemb. 1559. Prosper Carau.

## R I T U S C L X V I .

**T**em a quod si quidebitores, aut debitrices quarumcumque personarum, seu corum fideiussores (ex quibus debitis publica instrumenta apparent, & in dictis Curijs, seu altera ipsarum præsentantur: ) de mandato ipsarum Curiarum, seu alterius ipsarum citentur, ut in certo termino peremptorio eis dato, in ipsa Curia personaliter compareant responsuri super tenoribus instrumentorum ipsorum: simili modo comparere debeant personaliter creditores debitorum ipsorum, responsuri super his quæ versa vice de iure competenti ad relevamen debitorum eorundem, ipsisque partibus in iudicio comparētibus interrogētur principales debitores, seu eorum fideiussores super tenoribus instrumentorum, quæ præsentabūtur in ipsis curijs, seu altera ipsarum per creditores eorum (præstito prius per eos de veritate dicenda corporali ad sancta Dei Euāgelia, iuramento) & facta respōsione per ipsos principales debitores, seu eorum fideiussores, per quā confi-

**A D D I T I O.**

2 Item q̄ si qui. Adde ad materiam liquidationis instrumentorum, q̄ scripturæ pro impedienda liquidatione instrumenti, debent præsentari in ipsa magna Curia, vbi si non fuerint præsentatae non debent recipi in aula Sacri Consilij in relatione facienda. vt ex prag. edita per Comitem Mirandæ anno 1587. Et q̄ non expediuntur citations super tenore instrumenti, nisi instrumento præsentato, & viso per vnum ex iudicibus, s̄ est liquidū. Quod in præsentatione adnotetur dies, nec restituantur, nisi ex ordine, & notata die Qd detur notitia fisco de instrumentis præsentatis, q̄ liquidatio fiat curia sedente, & si est necessaria discussio die sequenti. Et q̄ per sacrum consilium non admittatur appellatio, nisi comparente citato personaliter, & præstata cautione de parendo mandatis sacri consilij, vide i prag magnæ cur. Vicar. in reformat. one facta per Duxem de Alcala sub tit. de præsentationibus instrumentorum. C. P.

# Com. super Ritibus Magne Curiae 82

confiteantur quod instrumenta ipsa, & contenta in eis vera sint quantumcunque assentant se satisfecisse dictis eorum creditoribus, de debitibus contentis in instrumentis iam dictis: nisi in promptu, & in ipso instanti doceant de satisfactione ipsa si in instrumentis continéantur poenæ pecuniariæ, vel iuramenta. vel alterum eorundem, statim incarcerantur, & datur ipsis debitoribus, seu eorum fiduciis debitoribus terminus, ad probandum solutionem prædictam, & similiter detinatur terminus dictis creditoribus ad probandum, si qua eis competunt ad præmissa, & interim donec probent legitime solutionem prædictam: debeant in vinculis causam dicere, quam solutionem si infra dictum terminum non probauerint, teneantur ad poenas pecuniarias, & iuramentorum contentas iu-instrumentis iam dictis. & nihilominus satis facere debeant eorum creditoribus de debitibus memoratis, & si forte dicti principales, seu ex eorum fideiussores, assentant dicta instrumenta forte falso modo confessa: vel aliter voluntarie dicere, & allegare, quod instrumenta ipsa non valeant, detur etiam eis terminus ad probandum falsitatem prædictam, qui si falsitatem ipsam, vel defectus alias huiusmodi, infra ipsum terminum, non probauerint, teneantur propterea ad poenam debitam, præter dictas poenas in dictis instrumentis contentas, prout haec tenus in curia ipsi, & qualibet ipsarum extitit laudabiliter obseruatum. Et si debitores in continent, vel in vinculis existentes, probauerint solutionem, falsitatem, vel defectus prædictos, tunc & eo casu, creditores ipsi puniuntur pro qualibet vincia in uno augsustali, quæ poena pro medietate applicetur si cico, & reliqua medietas parti læz persoluantur, & eo facto debitores ipsi de facto liberantur.

S V M M A R I V M.

1. *Mulieres pro ciuili debito, carcerari an possint.*
2. *Privilium specialiter concessum, à statuto sublatum non intelligitur.*
3. *Vna determinatio plura respiciens determinabilita debet omnia parviter determinare.*
4. *Practica que Neapolitana pro carcere munierit in causa tamen ciuili.*
5. *Instrumenta guarentigia quare ita appellantur.*  
Et ubi,
6. *Instrumenta publica que. Et quot modis dicantur.*
7. *Exequacio publicis instrumentis data, guarentigia, vel confessionatis eidem intelligitur.*
8. *Nocar Apostolici instrumenta circat temporalia sa-*

- cere non possunt in regno. Et quomodo bene ipsa contrahere poterunt. ibide m.
9. *Instrumentum liquidandum in Magna Curia. Usca subscriptum per illiteratos, factio ab eis signo cruce, in partibus vbi adsunt literas non valebit.*
10. *Instrumenta guarentigia exequacionem paratam habere in regno. Intelligentur est pars titulatio precedente.*
11. *Citatus super tenore instrumenti liquidandi, persona liter comparere debet.*
12. *Minor contrahens, de persona non tenetur.*
13. *Instrumentum si cū tutoris auctoritate stipulatur, allegari minor etas non poterit.*
14. *Minor dolis capax an carcerari possit?*
15. *Casus in quibus citatus etiam personaliter non comparendo, non condemnabitur, & num. 16. 17. 18. 19. 20. 21.*
22. *Creditor quando aliquem citari fecisset & infirmatur, quomodo circa liquidationem procederetur.*
23. *Practica circa liquidationem faciendam & carcerato.*
24. *Practica super liquidationem à misere facienda.*
25. *Pena que solvatur pro contumacia liquidati instrumentis hodie.*
26. *Debitor debiti priuati an, & in quibus casibus incarcerari possit.*
27. *Carceratus dicitur, qui non potest ire quan vult.*
28. *Palatium, & ciuitas loco carceris aliquando dantur cum fideiussoriis.*
29. *Esse in vinculis, quando & quomodo dicatur.*
30. *Doctores carcerari an possint?*
31. *Instrumenta ex iuris communis dispositione exequacionem paratam non habent.*
32. *Nullum probationis genus exequacionem paratam habet.*
33. *Preceptum iudicis factum in confessum, habet exequacionem paratam. Et equiparatur precepto factum a notario sponte se obliganti cum iuramento.*
34. *Clerici creditores, an in liquidatione instrumenti comparere in curia debeant.*
35. *Vtens iure aliquo, eo cū suis adminiculis vi debet.*
36. *Clericus succumbens coram iudice laico, in expensis condemnatur ab eodem iudice.*
37. *Statutum specialiter contra ecclesiam non loquens, & honestum, clericos an comprehendat. & infra num. 44.*
38. *Leges imperiales canonici sanctionibus non obviates, in foro canonico etiam obseruandæ.*
39. *Baldus quantum potuit, doctrinæ Bartoli derivavit.*
40. *Omnia nostra facimus, quibus nostra imparitius authoritas.*
41. *Citatus super tenore instrumenti cui renunciatum fuerat cum iuramento exceptioni non numerata pecunie si comparens, infra biennium pecuniam in instrumento promissam dicat non numeratam, num audiendus, & in vinculis causam dicat.*
42. *Exceptioni non numerata pecunie propter debitum, querentium pecuniam, fragilitatem, non renunciandum.*

Quis

# Domini Prosperi Carauita Eboltani

- 43 Quis contra proprium iuramentum venire non potest.
- 44 Renuntiatio de iure ciuii, vel canonico an renuntiari etiam cum iuramento obstat, cum rationibus.
- 45 Iuramentum ad tollendam exceptionem, aliquid operari non debet.
- 46 Confessio de recepto tacitam conditionem, si numeratio sequetur, habet.
- 47 Exceptio non numerat pecunie infra biennium opposita, probata eo ipso dicitur.
- 48 Data rei negatione, verus actus numerationis non probatur.
- 49 Instrumentum probationem requirens, illiquidum efficitur.
- 50 Exceptio rei non tradit, vel precij non soluti in promptu probata, carcerationem impedit.
- 51 Notarius si presentialiter pecuniam numeratam testatur: exceptio tali locum non habet.
- 52 Citatus super tenore instrumenti, si comparens petat in integrum restitutionem ex causa aliqua, nunquid carceratio impeditur.
- 53 Carceratio grauamen irretractabile dicitur.
- 54 Debitor citatus in ultimo peremptorio comparens dicit soluere non posse, quia non habet, offerens bona sua creditori, ut vendat & sibi satisfaciat: nunquid carcerem evitabit.
- 55 Qui pecuniam non habet habet tamen cessionis beneficium.
- 56 In obligationibus facti succedit obligatio ad interesse.
- 57 Quanam exceptiones in promptu opposita, & probata impediant instrumenti liquidationem, ac de optionis carcerationem.
- 58 Exceptio simulationis, ac nullitatis in promptu probata, carcerationem impedit, & num. 59.
- 60 Exceptiones carcerationem impidentes, quomodo in promptu probari possunt.
- 61 Instrumentum confessum extra regnum, liquidandum iuxta formam Ritus nostri. 16. nunquid executioni demandabitur.
- 62 Locus iudicii attenditur in respicientibus litis ordinationem, & n. seq.
- 63 Debitor si contra instrumentum extra Regnum factum aliquam opponat exceptionem, qua probari non possit, in promptu, nunquid sit carcerandus, & in vinculis audiendus, vel extra?
- 64 Instrumentum factum intra regnum nunquid extra Regnum ubi Ritus iste nec simile statutum riget: executioni demandabitur?
- 65 Index suam, non alterius jurisdictionem sequi debet.
- 66 Debitor mens, contra quem liquidari, habet aliqua debitorum nomina, virtute talis liquidati instrumenti an exequi contra ea possim?
- 67 Quod fallit in quatuor casibus in num. 68. 69. 70.
- 71 Debitoris debitum mei contra quos feci exequi factentur debitum, opponentes tamen vel me non creditorem, vel mihi solutum, admittendi ansint?
- 72 Quilibet pro suo interesse exceptiones omnes oppone potest.
- 73 Citatus super tenore instrumenti, comparens allegat iudicis incompetentię, petit, se ad competentem
- indicem remitti: nunquid audiatur supercessa liquidatione, & carceratione.
- 74 Statuto remouente omnes exceptiones, exceptio jurisdictionis incompetentię remota non censetur.
- 75 Quilibet in eius praedictum favori, ac beneficio suo renunciaribit. Vafallus autem non in domini praedictum ibidem.
- 76 Debitor citatus comparet, dicens se filium familiare quid propterea carcerabitur? Instrumenta garantigata contra filium fam. exequitionem non habent. ibidem.
- 77 Allegans patriam potestatem, probare debet.
- 78 Instrumenta garantigata ad hoc ut habeant executionem qua requirantur.
- 79 Executio vigore instrumenti garantigata consetti cum patre & filio, an locum babeat contra filium allegantem solutionem a patria potestate mortuo patre.
- 80 Citationis petitio vigore instrumenti qualiter impediri possit.

**I**ste Rit. propter eius materiam practicabilem quotidie versatur in tribunalibus: & licet superficie multa dici possint, quia potius curiositas est, quis utilitatem concernunt: nihilominus ego successione procedam, ea tantummodo ponendo, quae in pract. necessaria videbuntur. ¶ Not. igitur. 1. ibi aut debitrices, quod iste Rit. de presentationibus instrumentorum habet etiam locum contra mulieres: adeo quod ipsius vigore, carcerari poterunt: ex quo sequitur secundum Marant. in pract. parte 6. actu. 8. num. 20. in nouis quod licet de iure communi, mulieres pro debito carcerari non possint per authent. sed novo iure. C. de custo. reo. & authent. sed hodie. C. de offic. diverso. iudic. ve etiam no. Alexand. & Ias. in l. plerique. ff. de ius vœ. & Boer. in confuet. bitur. titu. 1. S. 4. Glos. 3. fol. 5. hodie in Regno per hunc Ritu. dicta dispositio est correcta. & pro instrumento ad formam presentis Rit. liquidato, carcerari possunt: & quamvis Modern. Grauine. in hoc Rit. par. prima, declarat. 1. num. 82. aliter in hoc passu concludant, dicentes quod licet mulieres includantur, tamen intelligitur quo ad reliqua, citra earum carcerationem: tum quia priuilegium & specialiter concessum non intelligitur a statuto sublatum per l. de curiobus. C. de silentia. cum etiam per not. per Bald. (qui presupposito praesenti Rit. loquitur) in l. in multis. ff. de adopt. voluit allegare. ff. de stat. homin. nihilominus videtur intrepide concludendum contrarium, 3 t quia una determinatio respiciens plura determinabilia, debet ea parvioriter determinare vulgar. iam hoc iure. ff. de vulgar. & pupila. Non obstat text. in dictal. decurionibus. cum simil. quoniam procedit in dicto, non autem quando certum est: prout in hoc Ritu. in quo etiam mulieres exprimuntur. Nec etiam obstat doctrin. Bald. quia in etiam loquitur quando statutum generaliter diceret, quod nullus admittatur contra instrumentum, cum tamen in hoc nostro Ritu. (fore ad tollendum istud dubium) nominatum mulieres exprimantur, & ita seruat in pract. & seruari videamus in magna Curia. verum tamen est quod se est mulier honesta, & Neapolitana: non tenetur comparere in tribunali: sed in Ecclesia propinquiori, & tunc curia cum seder, mandat quod accedat aquarius: & ea ibidem reperta, iniungit, quod non recodat, & postmodum recta curia, iudex accedit ad Ecclesiam praefatam; & ibidem fit liquidatio, qua facta, siue negat, siue affirmet: datur sibi domus propria loco ceteris donec alter fuerit prouisum & portum datur.

• dum alia dœmus, vel monasterium monialium cum  
fideiſſoribus, vel ponitur in carceribus mulierum,  
secundum qualitatem personaꝝ vt plurimum tamen  
seruatur ꝑ facta liquidatione fit mandatum mulieri  
vt eligat ſibi domum vbi intendit ſtarre carcerata do-  
nec tatiſſe cerit de debito, & ea non eligente electio  
fit per curiam, & sub poena mandatur ipſi mulieri ꝑ  
accedat ad locum electum qui ſibi pro carcere aſſi-  
gnatur. Si vero eſt mulier Neapoli inhoneſta, aut ex-  
tera, tenetur compare in ipſo tribunali: vbi fieri lig-  
atio, & postmodum carceratur: & locus carceris ad  
arbitrium iudicis de putatur. vt late & pulchre tradit  
Gramat. decif. 33. nu. 12. vi que ad finem. & Pir. in con-  
ſuet Aurelia. de exequit. instru. ca. 19. fol. 161.  
¶ Secundo not. ibi instrumenta publica, quod Ritu.  
noſter, qui dat exequitionem pararam instrumentis;  
procedit in publicis, † quæ in Tufcia appellatur gua-  
rentigia, proper preceptum de ſoluendo, quod facit in eis notarius authoritate ſui priuilegij, ſecundū Bart. in l. f. num. 8. C. vbi & apud quem, vel authorita-  
te statutorum ſecundum eundem Bartol. in l. a diuo  
Pio. S. ſententiam, in fina. versicu. ff. de re iud. & Peru-  
ſij appellantur eōfēſſionata, ut dicit Bart. in l. i. in prim  
cip. num. 3. C. de confiſſ. Bald. in l. etiam, versi. & not.  
num. 4. C. de exeq. re iudic. & Boer. in conſuet. Bi-  
turi. tit. deſt. conſt. u. 5. 27. Glos. l. fol. 3. t. Dicuntur ta-  
men instrumenta publica, quo ad hunc Rit. omnia ea  
quæ ſolemniter, & ritè ordinata ſunt authenticæ, ſeu  
publicæ per ſonam manu, publice cauſa memorie fa-  
cta, ut inquit Spec. de instrum. editio. in princ. & in S.  
nunc dicendum, in princ. in publicam tamen formâ  
redacta ſecundum eum per tex. in cap. illud, extra de-  
prauat. pt. c. 2. & c. interdilectos, ſi rurſus de fide in-  
ſtrum. concurrentibus, quæ late ponit Affl. in con-  
ſti. Reg. Baiulos & omnes verbi. quarto pro declaratio-  
ne, nu. 19. cum seq. & in cōt. instrumentorum robur.  
l. 3. & 4. nota. ideo autem dixi quo ad hunc Ritum,  
qui extra hanc Ritu instrumenta publica alijs quinque  
modis dicuntur, ut no. Spec. in d. S. nunc dicendum,  
& Pir. in conſuet. Aurelia. tit. de exequit. c. 18. Et iō  
aduertendum, ſecundum Lup. in rub. c. per veſtras. 11.  
fol. verbi. ex quo infeſtur, de don. Rode. ſuares. il. poſt  
rem, in prin. nu. 5. & 19. ff. de re iud. & Dida. Couar. in  
lib. 2. varia. resolu. c. 11 nu. 3. verbi. illud ſane. † quod  
quando exequitio datur instrumentis publicis; intel-  
ligitur de guarentigia, vel confiſſionatis quæ idem  
impor tant, prout hodie ſupr omnia instrumenta quæ  
ſunt ſecundum eund. Did. ibidem poſt Bar. in l. cum  
vnus, in fi. princ. ff. de bon. autho. iudic. poſſid. & Pir.  
ia d. coſue. de exequit. instru. ca. 1. & prout ſunt om-  
nia instrumenta quæ ſunt in hoc Regno. non autem  
de instrumentis publicis, alijs quinque modis captis  
per Spec. in d. S. nunc dicendum, niſi a ſtatuto hoc ſpe-  
cialiter caueretur. ut ipſe idem Dida. dicit cauſū Ma-  
dritia. conſt. etiam in ſcripturis priuatis ſeu chirogra-  
phis. item de illis quæ ſunt à notariis laicis non au-  
tem ſpiritualibus ſecundum eund. Pir. d. c. 1. & c. 18.  
quia ut inquit Bar. in d. S. ſententiam, in fi. verbi. & Pau-  
de Caſt. confiſſ. 63. in nouis à ſtatutis ſecularibus notarij  
habent potetatem faciendi preceptum de ſoluendo  
de debitoru volenti, & ſponde obliganti, ac conſen-  
tienti, non autem à ſpiritualibus, † item quia. iſti no-  
tarij. A poſtolici non poſſunt facere instrumenta circa  
temporalia in hoc Regno. ut dicit Iſer. in conſt. Regn.  
instrumentorum, & Affl. poſt eum q. 11. nu. 12. vbi di-  
cūt ſuſſe pluries in pleno confiſſ. deciſum contra op. i.  
Luc. de pena. in l. fi. q. 4. C. de loca. præd. ciui. lib. 10. &  
ſi facerent ea, nulla fides adhiberetur niſi cum iudi-  
ce Regio, & reſtib. contraherent: ut inquit Affl. ibidem  
fi. verbi. & decif. 245. nu. 2. verbi. ad prium dubium, &  
pulchro Pet. Rebuff. in conſti. Fran. de lit. oblig. tit. a.  
9 gl. 1. num. 37. vol. 1. t. Vnum tamen aduerte circa ma-  
giuam instrumentorum publicorum de quibus diximus;

¶ cum testes ſubſcribendi ipſis instrumentis debet  
eſſe literati (ſupra librā zuri,) tres, & inſra librā. duο-  
vr dicitur in d. conſtit. instrumentorum, ſi inſtrumentum,  
quod preeſtentur liquidandum in magna curia  
eſſet ſubſcriptum per teſte illiteratos, facto per eos ſi  
gno crucis in partib. in quibus adſunt alij literati: no  
valeret, nec preeſtentari poſſet, ut dicit ibi Affl. in 4.  
not. ſeruatur tamen in praet. hoc modo. quia aut hoc  
eſt certum, quod ibi adſunt alij literati: & tunc non li-  
quidatur: aut certum quod non adſunt, & tunc liqui-  
datur. aut eſt dubium, & tunc ſuperſedetur in liqui-  
datione: donec auditio partibus alter prouidebitur.  
10 ¶ Tertiò no. ibi citentur, quod licet instrumenta pu-  
blica in hoc Regno habeant exequitionem paratam  
tamen iſtud intelligitur preeſtente citatione partis  
quod etiam in terminis instrumenti guarentigiatfir  
mant Bal. & Sal. in lab. exequitore, ille. col. 2. ver. ſed  
quid dices. nu. 6. & iſte. col. 4. verbi. circa iſtius partis  
expeditionem. C. quorum appella. non recipi. \* &  
Marianus Soci in tracta. citat. art. 7. ver. 18. procedit,  
nu. 2. ratio eſt quia nulla ſententia preeſtit, vnde ex  
quo nunquam fuit cognitum de cauſa, neceſſe eſt ci-  
tationem interuenire per S. fi. iſtit. de poen. teme. li-  
tiga. in Hispania vero ut reſtaratur Roder. ſuares in l.  
poſt rem. l. mita. 12. f. 624. ff. de re iudi. nulla requiriſſit  
a citatio. ſed iudex viſo instrumento, dat preeceptū  
alguero de exequendo, verum ſi inſra decem dies  
probabitur aliqua exceptio aduersus exequitionē,  
retractatur, ſin autem non, procedit ad venditionē.  
11 ¶ Quattuor not. ibi personaliter, quod citatus ſuper  
tenore instrumenti iuxta formam preeſtentis Ritu.  
li-  
quidandi, debet personaliter compare: & ideo ſu-  
pra in Rit. 109. dictum fuit, quod incauſis instrumen-  
torum etiam ad media, procurator non admittitur,  
quod bene ſeruatur quotidie in praet. Aduerte tamen  
quod aut compare curia ſedente, aut de ſero recta cu-  
ria: primo cauſa, ſi preeſtent ſupplicationem ſacri con-  
ſi. quæ dicit quod magna curia prouideat, aut re ferate  
curia ipſa poſt, ſi vult procedere ad liquidationem,  
vel ad relationem: & in liquidatione ſuperſedetur. Si  
vero dicit ſimpliſiter, quod fir verbū: ſimiſter ſu-  
perſedetur preeſtitia cautione per debitorem de per-  
ſonaliter comparendo tempore relationis, & parendo  
mandatis ſacri confiſſi ut patet etiam ex nouiſſimis  
prag. nuper editis per Illuſtrissimum Dominum Du-  
cem de Alcala huius Regni Viceregem in reformatio-  
nibus Magnæ curiæ prag. 9. S. item vogliamo lo. 2. de  
offic. magiſt. iuſt. h̄ tam en ſupplicationes, vel aliae  
ſcripturæ preeſtentandæ per eum, non recipiuntur, niſi  
curia ſedente: & fi non preeſtentur eadem die quæ  
expedita fuerunt, vel ſequenti: de eis poſtmodum nul-  
la ratio habetur ſed procedit ad liquidationem. Se-  
cundo cauſa tenetur poſtmodum compare sequenti  
curia, & iuſtare, & iuſtare actore, fit liquidatio: acto  
re vero non comparente, licentiatur: ut dicam inſra  
in Rit. 204. 2. not. Amplia iſtud not. etiam allegata mi-  
nor iuſtate citati, quia cōdēnat: verum dicitur quod  
ipſo personaliter compare, & viſa ſua per ſona, pro-  
12 uidebitur. † quia reperio quod eſt minor qui cōtraxi-  
non

## A D D I T I O.

- 2 Non requiriſſit citatio. Addo ꝑ id ſeruatur in Regno  
Siciliæ, & in Iſula Lipara, in cuius curia ſeruatur Iſ-  
lus Regni Siciliæ. Nam preeſtentato in curia per credi-  
torem instrumento liquido, abſque vlla partis cita-  
tione, prouidebitur his verbis: Die. &c. cauſata fuit,  
& eſt executio vigore preeſtentis instrumenti contra  
& ec. pro vniſijs. &c. & prouidum, quod exequatur rea-  
liter, & personaliter ad electionem creditoris etiam  
pro expenſis ad rationem tarenorum &c. pro logu-  
lis vniſijs. C. P.

# Domini Prospere Carauita Ebolitani

non detinetur de persona, ut scribit Ang. in l. nemo carcerem. C. de exacto tribu. lib. 10. & pulchre comprobatur Rom. consi. 220. quem vide omnino. Barba. cō fil. 6. col. 1. vol. 4. & Roc. de Cur. in repetit. c. fi. q. 14. in fine de consuet. † Intellige tamen istud procedere qn talis minor contraxisset sine autoritate tutoris, vel curatoris: alias si cum præfatorum autoritate stipulatum esset instrumentum, allegatio minoris statim non prodest: quoniam in hoc Ritu, includeretur, ut scribit Barz. in tractat. de instrum. guarentigia. par. 1. q. 3. & Grauine. hic 2. parte declara. 16. & eo casu vendicaret sibi locum opim Bart. in tractat. de carcere. q. 4. † volentis minorem dolit capacem posse carcere: quam etiam sequutus est Ial. in l. neq; impuberes, nū. 2. ff. de in ius voca. & nouissime Roland. à Valle, in suis quæst. editis super statuto de lucro dotis. q. 44. quod nota pro concordia inter Barto. & Roma. Item Amplia etiam si essent mille citati super tenore instrumenti, quoniam adhuc tenerentur omnes personaliter venire: & ita practicatur Nec obſt. c. Reg. studio. per quod citati ultra decem possunt constitui procuratorem: & non tenentur personaliter comparent, quoniam d.c. limitatur in causis instrumentorum per hunc Rit. generaliter loquentem, \* quia cū oporteat fieri liquidationem de facie ad faciem necesse est personaliter comparent, & nō per procuratorem. Cautele tamen erit ad euitadum discussiones qd hoc casu citentur in pluribus citationibus, ita qd quilibet citatio non excedat nouem homines & ita video servari. † Sunt tamen multicasus in quibus licet personaliter citatus non compareat, non condemnatur. Primus casus est quando allegatur absentia, infirmitas, aut carcero. citati tum quia, tales exceptiones admittuntur etiam in causa capitali: vt dicitur. infra in Ritu. 269. cum etiam, quia per alium Rit. infra 266. in civilibus, & criminalibus ordinatur admissi: vt patet ex eo. Verum tamen est, qd si actor, aut fiscus, velle conuincere citatum qd fuit visus in loco tempore citationis, aut qd bene se habebat, vel quod fuit visus excarceratus, datur dilatio competens citato & vno decreto dicitur. Verum si fuerit conuictus de contraria non gaudeat: sed sit, & remaneat ex nunc condennatus. \* scias tñ quod vbi pro parte citari super tenore instri vel de periorio allegatur absentia vel infirmitas non condennatur, sed datur competens dilatio ad comparendum, qua finita si non compareat iterū vocatur Curia pro tribunali sedente abfq; noua requisitione & condemnatur, & postea alia practica dandi dilationem absenti, vel infirmo, & dicendi qd ea elapsa remaneat condemnatus seruatur in citationib. criminalibus per quas quis citatur ad informandum cuiusdam super tali delicto vt dicam infra in Rit. 266. in prīm. † Secundus casus est: qn allegatur nullitas citationis ex defectu peremptorij quod debet continere citatio. vt in hoc Rit. dī, vel relationis, aut quod fuit intimata die dominico, aut alio festo solemnip quod celebratur a populo, aut clero, vel qd relatio est sine testibus, aut deest nomen nuncij citantis, & referentis, vel qd contumacia non est accusata suo die: seu die festi ubi, aut die vigilia, aut quatuor temporum, vel qd citatio est errucunducta a die accusata prima contumacia. isto n. casu quo aliqua ex dictis nullitatibus allegatur ex parte citati, inspicitur citatio; & apparente statim qd aliqua ex eis, non proceditur contra eū. † Tertius casus est: quotiescunq; df instri non liquidum, nam lecto instro, & constro de illiquiditate nō proceditur, ex quo iste Rit. in instrumentis liquidis intellegitur vt dñ in Rit. seq. vbi dicam latius. † Quartus casus est: qd allegatur instri non esse subscriptum testibus requisitis ad constit. instrumentorum robur. † qd hoc lecto, & reperio similem nō procedit. † Quin tuus casus est: quotiescunq; allegatur qd instri nō fuit stipulatum de facie ad faciem: puta, quia debitor qui se obligavit: stipulatus fuit procuratorio nomine alterius, ut scribit Affl. decis. 64. quidā, vel quia ille cui fuit facta promissio de soluendo, stipulatus fuit procuratorio nomine alterius, Viso, n. instro, & altero ex præfatis reperto, instri non recipitur. seruatur tamen in pract. hoc ultimo casu ad euitandum istam oppositionem, qd compareat ipse & principalis qm tunc ip si duo facient vnam personam: & instri poterit presentari. Item qd si ille qui stipulatus fuit solutionem fieri sibi vti procuratori, stipulatus ēt fuit proprio, & principali nomine: similiter recipitur instri, & fit li quidatio debitore comparent, vel condemnatur, si non comparet. † Sextus casus est qn esset venditio alia cuius feudi sine assensu Regio: nam tunc si de assensu ipso non constat, et qd debitor ipse nō compareat sed alius pro eo, non condemnatur: licet secus si apareat de assensu. † Septimus casus est: qn allegatur qd instrumentum excedit 20. annos a die nativitatis obligationis iuxta dispositionem Ritus seq. Quinto not. ibi personaliter creditores, quod nedum debitores citati tenentur personaliter venire: verum ēt ip si creditores, alias eis non comparentibus, si reus in termino compareat cum copia citationis sibi intimata, vel in eius defectu, cum aliqua petitione: & facit perquisitionem in actis: adeo qd non seperatur citationis actoris, accusat sibi contumaciam: deinde elapsa tri-duo, vocatur curia sedente, & eo instante condemnatur ad sextam partem mobilium, & expensas vt docet Rit. infra 218. & ipselicitatur: & quandoq; acto re vocato, prouidetur qd reus licentetur: & de expensis habeatur ea ratio, quæ de iure habenda erit: & ita seruatur in pract. quod nota. † Amplia primo istud nō ta. etiā si creditore esset infirmus, quia infirmitas ipsa circa hoc in aliquo sibi non prodest: quia vfa faciat liquidationem cum debitore comparent, vel vt faciat eum non comparentem condemnare, est necesse qd ita infirmus in al qua sedia, vel alio commodiori modo asporteretur in palatio, & coram ipsa curia sedente, in tantum qd sibi non sufficeret qd equitando venisset in suppedito Magna Curia, nisi etiam ascenderet sursum ipsum palatum, vt dixi, qd si propter infirmitatem nullo modo ad curiam posset venire, non mittitur ad eum actuarius, vt liquidationem recipiat, vt dicit Petr. Foller. post Marant. in pract. par. 6. actu. 8. no. 6. vbi dicit ita quotidie practicari. sed supersedet in liquidatione, vel condemnatione donec conualuerit, & si citatio, vel accusatio contumaciz esset antequa: atdeo qd dubium esset, ne expiraret instante parte, prouidetur per judicem vniuersitatis prouisione qd super sedate donec conualuerit & qd interim non spirer, & eo postmodum conualecentem, & ad curiam veniente pot vocari debitor, & si non compareat, condemnari abique alia requisitione prius facienda, nisi compariuisset tempore ultimi peremptorij, qn fuit superlessum vsq; ad conualecentiam, qn tunc priusquam vocetur, esset necessaria requisitio, cum scire nō potuerit qd debitor conualescendo voluerit procedere, & compareat in curia, & ita practicatur quod not. † Secundo amplia etiā in creditore carcero. inter carcera ipsius curia, & ideo practicatur, qd tempore liquidationis iudex curia sedente, ordinat, qd carcera fuit postmodum liquidatione, reverterit ad carcera, vt videlicet pluries, in Magna curia, nec mittitur actuarius ad eum, vt Petrus Fol. in proxime cita. loco etiam in carcero dicebat. † Tertio amplia procedere etiam si creditore esset minor: distinguuntur tñ hoc modo, quia aut est maior septenno, & tunc debet venire vna cum tutori ad cuius instantiam constito de preambulo, & solemnibus expedita fuit citatio, aut est minor septenno, ita qd est infans: & tñ si in ipsa citatione fuit factio, qualiter pupillus est infans, & debitor nō instat qd vetus pupillus, recipitur instrumentū tutori. solū compa-

comparante, si vero instat qd veniat etiam popillus, tunc quod tamcunque sit infans, debet a portari in curia, et si opus esset portari in brachijs, & ita practicatur. Limita praefata, quando creditor esset mulier honesta Neapolitana, quoniam tuneratione honestatis, non te-  
netur venire ad curiam, sed ad Ecclesiam propinquio-  
tem ad quam postmodum accedit iudex, & ibidem  
se liquidatio, non autem accedit actuarius, vt diez  
Petr. Foller. in loc. præalleg. num. 5. Extore vero mulie-  
res tenentur in tribunali comparere, & ibidem instru-  
mentum liquidare, quemadmodum quando citantur  
super tenore instrumenti, vt diximus supra circa pri-  
q Sexto nota. ibi, ipfisque partibus comparentibus, q  
liquidatio instrumenti iuxta formam istius Rit. videli-  
cer, dato prius iuramento creditoris de veritate dicen-  
da pro quanta summa liquidat instrumentum, & habita  
suspensione per debitorem tunc fieri debet, & fieri di-  
cunt quādō creditor & debitor sunt præsentes. Et ideo  
si debitor est contumax & in ultimo peregrinatio ter-  
mino, non comparet, non est opus seruare formam  
præsentis Rit. & facere liquidationem habitu iuramen-  
to a creditore pro quanta summa præsentat instrumen-  
tu, sed solū tanq contumax cōdemnatur pro summa  
debiti declarati in citatione iuxta formam alterius Ri-  
tus infra 183. item quod vbi, quod bene nota: quia in  
Regia audience principatus citra, & Basilicata, aliter  
seruatum fuit tempore præterito; & vsiquequo ibidem  
creatus fuit Auditor Dominus Cæsar de Luciano, qui  
de hoc valde exclamauit, adeo quod actuarios reduxit  
in hoc & alijs, ad bonum, & verum stylum. Et ex hoc  
etiam sequitur, quod si citatio fuit expedita, puta, pro  
centum aureis & debitor non comparet, condemnatur,  
& contumax reputatur pro illa summa, etiam q  
non esset debitor, nisi in quinquaginta, nec tenebitur  
de hoc postea creditor, quia dicere poterit quod si ip-  
se comparuisset, & opus fuisset liquidare prædicto iu-  
ramento secundum formam Rit. non liquidasset, nisi  
pro vera summa, & ita practicatur: quod tene menti,  
quia quotidie euenit.

Septimo Not. ibi quantumcunque afferant satisfecis-  
fe, quod exceptio solutionis, falsitatis, nullitatis, & vel  
alterius defectus allegata aduersus instrumentum, nō  
impedit carcerationem debitoris, sed datur sibi termi-  
nus competens ad docendum, ipso prius posito in via  
caelis, qui terminus erit communis tam iphi, quam cre-  
ditori, vt Ritus. dicit: & si examinatis testibus, non con-  
stat de exceptione opposita, non liberatur, nisi soluto  
debito, & poena debita vltra poenas contentas in in-  
strumento, vt hic dicitur, t̄ quamvis hodie non solu-  
tur pro poena nisi ad rationem tarenorum trium pro  
vicia, vel duorum ad mias, attenta iphius debitoris  
facultate, vt iupra diximus in Rit. 133. si vero constat  
de satisfactione, aut alia exceptione allegata, libera-  
tur, & creditor punitur pena vnius augustalis pro qua-  
libet vicia summarum petitorum, quamvis etiam istud hodie  
non serueretur: quia a creditore solum exigitur poena  
quam debitor esset soluturus, si debitum sufficeret verū,  
de insuper condemnatur in expensis; & ita seruatur.  
Limita istud non procedere vt Ritus metu dicit quod  
riescantque solutorum, aut alia exceptio allegata, in pro-  
mptu probaretur per testes: quoniam tunc carceratio im-  
podiretur, vt quotidie practicatur, & aduerte, qd eo ē  
casu constituta in promptu de exceptione allegata, cre-  
ditor tenetur ad dictam poenam, & expensas, vt Rit.  
dicit in fina. ver. ibi, & si debitores incontinenti.

Octavo no. ibi incarerantur, q debitor ex causa in  
strumenti potest incarerari, ut hic dicitur, & ita quo-  
tidie seruatur t̄ De iure vero communis debitor debi-  
ti priuati non potest in carceribus ponii, nisi esset con-  
demnatus, ut promisisset sistere in iudicio & non ste-  
sisset, vel nisi per pactum ad id se obligasset vt dicit  
Bar. in l. cum eo, ff. ad l. Iul. pecu. prac. Papien. pulchre  
in form a exequi senten diff. gloss. l. iu. 22. Ioa. F. 20.

& Ial. in S. fina. Inst. de actio. & Boer. in consueto. Bi-  
tur. rit. de costumes. S. 13. circa. fin. Et aduerte. quia Ri-  
tus noster nedam vtitur verbo incarcerantur, verum,  
etiam dicit quod debitores debent in vinculis causam  
dicere. t̄ Ex quo sequitur quod licet carceratus dici  
possit ille qui non potest ire quo vult, vt dicit Bar. in  
l. qui in carcere. ff. quod metus cau. & Glos. in l. qui  
neque, in ver. custoditur. ff. de verb. sign. Ang. in d. l. qui  
in carcere, & Capic. decisi. 154. nume. 4. & ex con-  
quenti vt statuat huic Ritu. dari possit secundum Ca-  
pic. in d. decisi. t̄ totum palatum curiz, aut ciuitas cu-  
fideiussibus tamen, quia per hinc Ritum dispo-  
nitur (vt dixi) quod debitor dicat causam in vinculis, se-  
cūs erit, & palatum, vel ciuitas hoc casu dari non po-  
test, t̄ quia nō potest dici esse in vinculis, nisi eius cor-  
pori vincula sint adhibita, vt dicit tex. in l. verum. ff. de  
verborum signific. & in l. aut damnum. S. solent. ff. de  
poen. vel saltim custodia adhibeatur per tex. in l. suc-  
cūratur. ff. ox quibus cauf. maior, vt not. Angel. in d. l.  
qui in carcere, & August. ad Angel. in tract. malefic.  
in ver. fama publica. 24. colum. Verum tamen est, qd  
ex consuetudine omnium curiarum Regni, non vide-  
mus debitores ex causa instrumenti liquidati ad for-  
mam huius Ritus. ponimus compedibus, aut alijs vin-  
culis, vt forte per dictas leges fieri deberet, sed me-  
diā viam seruari, quia neque in vinculis detinentur,  
neque palatum, aut ciuitas assignatur, sed in carcere-  
bus includuntur, & ibidem sub clavi detinentur, qd  
not. t̄ Limita istud not. secundum Petr. Foller. ad Ma-  
rant. in tract. paree. 6. actu. 8. nume. 4. non procedere in  
Doctoribus, qui carcerari de iure non possunt per tex.  
eum glos. in l. medicos. C. de profess. & Medi. libro de-  
cimo, not. per Bald. in l. prima, C. quiboni cede. poss. &  
Hippo. in l. editum. num. 8. ff. de querstio, sed de con-  
suetudine omnium curiarum Regni seruatur contra-  
rium: quia derogatum est per consuetudinem genera-  
lem dicto priuilegio Doctoribus concessio per dicta l.  
sicut etiam derogatum est alio per ea l. concessio, qd  
hospitari non teneantur, quia multitudo Doctorum  
(vel melius dolorum legum) produxit corum statum  
ad vilipendium.

Quarto 1. in hoc Rit. nunquid eius dispositio diei po-  
test contra ius commune, an vero conformis iuri com-  
muni? Breuiter si ipsum intelligeremus de omniaibus in  
instrumentis publicis, esset contra ius commune t̄ ex  
eius dispositione instrumenta non habent exequi-  
tionem parata, vt dicit tex. not. & menti tenendus,  
in l. minor 25. annis cui fideicommissum. ff. de mino-  
vbi not. Bar. Bal. Alber. Ang. & exteri Doct. Pau. de Ca.  
& Alex. in l. iud. prætor. S. si iudex. ff. de re iud. Ioa. da  
Ana conf. 16. nu. 5. & conf. 50. num. 8. ad idem tex. in l.  
2. C. de exequu. rei iud. & in l. 4. S. si ex conventione. ff.  
de re iudic. Ange. in l. cum antea. C. de arbit. Bald. in l.  
vbi adhuc. C. de iure dot. idem Bald. in l. 1. C. de ex-  
equu. rei iudic. t̄ vbi quod nullum genus probationis  
habet exequitionem parata Ange. in l. tale pactum,  
S. qui prouocavit. 2 colum. ff. de pact. vbi quod omnia  
iura mundi fatentur quod nulla conuentio extrajudi-  
cialis meretur exequitionem, quantumcunque reda-  
cta

## A D D I T I O.

a Nullitatis, vide omnino Ioa. Andr. in addit. ad Specu-  
lator. sub ritu. de senten. S. vt autem, in versic proce-  
dendum. & addit. ad Bar. in l. prima, S. & parvi versic.  
debet intelligi, ff. quod vi aut clam. Vide etiam Bald.  
in l. secunda, C. de execut. rei iudic. & in l. cum testa-  
mento, C. de testament. manumiss. Alexand. in l. item  
quia numero quinto, ff. de pact. Capic. decisi. 49. &  
205. C. P.

# Domini Prosperi Carauta Ebolitani

Quia in publica documenta, & idem pulchre Rode. Suarum in l. post rem, in versi. sequutus, nume. 6. fol. 540. ff. dicitur iud. sed quia ut supra diximus, in 2. not. Rit. nos. est intelligi debet in illis instrumentis publicis quae habent clausulam guarentigie, vel sunt confessionata, vel sunt omnia instrumenta quae sunt in hoc Regno, dici debet quod iste Rit. est conformis iuri communali, quia inter alias limitationes quae dantur ad regulam supra dictam, quod instrumenta, non habent exequutionem paratam, quas omnes posuit nota. Ias. in l. 3.5. nota. num. 6. C. de odi. & diu. Adrian. tollen. Boer. decif. 205. num. 6. Cor. in memoria. in versi. instrumenta publica, & Petr. Rebuff. in comment. constit. Francia tracta. de lite obliga. artic. 6. gl. 3. num. 8. vol. prima est ista: quod non procedit in instrumentis guarentigiatibus, seu confessionatis quae idem sunt, ratio est: tamen sicut praeceptum iudicis facit in confessum habet exequutionem paratam per l. si debitor. ff. de iudicis eodem modo, & illud quod facit notarius dum parti consenserit, & sponte se obliganti facit praeceptum de soluendo, deferendo eidem iuramentum, quod seruabit contentia in instrumento, ut dicit Ang. in l. ait prætor. S. si iudex. ff. de re iudic. Aza. d. confi. o. Boer. in præalleg. de c. & Suarez. in ead. l. post rem, in versi. sequutus numeri. Bene tamen fateor, quod quo ad quædam in tex. disposita Ritus nostra dicuntur esse contra ius commune: prout est illud quod quilibet exceptio opposita non audiatur nisi in carcere. Et Secundo quæro in hoc Rit. qui generaliter loquitur in creditoribus, & debitoribus, nuncquid clericos includit? in qua breviter dicitur, quod aut loquimur in clero, agente vigore Ritus aut conuento primo casu, Bal. in l. cunctos populos, col. 7. versi. sed hic. num. 10. C. de sum. Trinit. & ibidem Aret. colum. 5. & idem Bald. in h. de quibus. q. 5. & ibid. Ias. nu. 12. ff. de legi concludunt, quod sic: quia statutum laicorum etiam clericos includit quo ad eorum fauorem, ut etiam Moder. Graui. hic dicunt. 2. parte 14. declar. nu. 22. allegando etiam pro hoc Rit. inf. 286. qui secundum meam computationem est. 190. & in hoc nemo vaquam, quem viderim, dubitauit, neque dubitat: siccus quotidie seruat in omnibus curiis Regni, in quibus clerici ad formam istius Rit. liquidantur, atque contra eorum debitores. Et addo quod in tantum vera est ista conclusio, quod si clericus male accusauerit instrumentum: tenetur ad pœnam quam supra in 6. not. diximus exigendam ab indebet accusantibus: quia postquam virutur hoc Rit, debet eodem viri cum suis administriculis, ut dicit Bald. in l. de quibus. q. 6. ff. de legi. in l. contra. S. si. ff. de pac. & in l. 1. q. 6. num. 9. C. de contrah. empt. argum. l. in venditione. ff. de act. empt. idem Bal. conf. 227. honestus nu. 4. vol. 1. Abb. colum. 6. casus vol. 1. Dec. in c. nouit. nu. 16. in gl. quicunq. de iudic. Petr. Rebuff. in cōmēn. confi. Fran. in proem. glo. j. versi 7. nu. 78. vol. 1. & Petr. Foller. ad Marant. part. 6. actu. 8. nu. 15. vbi in specie de hoc Rit. licet prædicta. Quia omnia non allegent, & pro hoc etiam facit: quia clericus succubens coram iudice laico, condemnatur in expensis ab eodem iudice laico: ut dicunt Imo. & Fely. in ca. at si clerici, col. 6. in fi. de iudic. Secundo. casu in quo maior est difficultas, ut patebit. Bar. in d. l. cunctos populos, q. 5. nu. 49. idem concludit, q. in pri. mort. quia statutum quod instrumenta habeant exequutionem paratam, ut est Rit. nostra: cum specificem non loquatur contra Ecclesiastam, vel Ecclesiasticas personas, vel disponat contra eorum libertatem: nec contra concessa ipsa in privilegium, & sic in se honestum comprehendit etiam clericos dummodo conuentantur in eorum foro: allegat tex. in ca. cum venissent de eo qui mittit in posses. & in c. cum causam. de re iudic. & idem quod Bar firmat Host. & Ioan. And. in c. fini de fidelio. Ias. in l. quories. nu. 24. C. de rei vendica. Lap. al legat. S. Gallo. confi. 7. Roder. Suarez. in l. post rem. amplia. 9. ff. de re iudic. vbi quod hac opin. est communis

inter Canonistas & Didac. Contra in lib. præct. q. capo 8. nu. 5. intelligit tamen Didac. ibid. hanc Bar. opin. procedere vbiunque ex lege Regia instrumenta habent exequutionem paratam: non autem vbi ex statuto: ratio est secundum eum, quia leges Regie que contra libertatem Ecclesiastica non emanant: nec contra eos Ecclesiastis aut Ecclesiasticis personis, in priuilegium: & sunt ex his honestis: approbant per summum pontificis vt patet ex c. 1. de nou. oper. nunciata. c. inquisitionis, de heret. in 6. c. 1. de iuram. calum. & c. venientias, de iur. iuram cum alijs quae ipse metal allegavit Epistola de sponsa. 2. parte. c. 6. in prop. nu. 20. vbi amplia. etiam si de clericis mentionem facerent. Bald vero in ead. l. cunctos populos tenet contra Bar. \* & idem And. in constit. si quis in posterum 1. no. q. 7. nu. 6. quia quis usus statutum haberet conditiones præfatas, non propter ea statuentes habent iurisdictionem in clericos. vbi clarum est per c. Ecclesia. de constit. & cap. bene quædem. 96 dicit ex qua ratione frequentiori consensu Doctores improbavit Bart. op. vt patet ex lmo. in c. quod clericis. nu. 3. versi. sed adiutori de foro competenter. Feli. in c. Ecclesia. nu. 81. de consti. & ibid. Dec. nu. 50. Rocca de Curt. in c. s. q. 1. prior. de consu. & Moder. sequuntur in hoc Rit. in opere Bar. de cap. num. 15. Non obstat secundum lmo. n. c. cum venissent quod Bart. allegat quoniam ibi erat consuetudo mixta clericorum, & laicorum: propter quod seruari debebat etiam in foro Ecclesiastico: & sic etiam debet intelligi cap. c. cui causa ab eodem Bart. allegatum. Ego autem Bart. & sequitur opin. lequor: non tantum per iura allegata per eundem Bart. quibus lmo. modo prefato respondit: verum etiam per iura supra allegata per Di. la. in d. c. 8. & per ex. in 3. 8. c. 1. & 2. 10. dist. tvbi a pertissime probatur leges Imperatorum etiam in foro canonico militare; si tamè canonicationibus non obulantur: vt etiam not. gl. per illu tex. in ver. adiuantur, in d. c. 1. de nou. oper. nunciata. Bald. in consi. 30. vol. 1. consi. 135. articulus. in fi. & 397. colum. 2. vol. 3. Alex. consi. 122. nu. 7. vol. 5. Petr. Rebuff. in proem. constit. Fran. glo. 2. versi. quarto limita. nu. 72. volum. 1. & Marant. in disputa. 8. nu. 47. versi ad decimul. licet ibid. nu. 14. versi. o. in terminis illius Ritus altera dixerit argumentariue & disputatiue. Nec obstat ratio Bal. quæ mouit totum mundum ad ita tenendum: quæ in persona statuentium non fundatur authoritas in persona clericorum per iura supra allegata: quoniam illa iura procedunt in statutis inferiorum a principe, quæ per iura can. non reperiuntur approbata: non autem in legibus imperialib. quæ etiam quoad Ecclesiastas, & clericos valent: per iura proxime citata, vt in specie ita respondent Host. & Ioan. And. in d. c. fi. de solu. lmo. in cap. continet batur circa fin de his quæ sunt a præla: si ne consen. cap. & Alex. in d. confi. 122. & vere dicitur protest quod scribit Suarez. i. d. amplia. 8. quod Bal moritur fuit ad ita dicendum: tamen semper in quantum potuisse, detraxit doctrinæ Bar. sui preceptoris. Nec dicitur protest, quod Rit. nostra sit inferioris a Principe: videlicet magna curia: quoniam tam iste Rit. quam alij postquam fuerunt conditi, emanauerunt per viam prag. & generalis constit. editæ per Reginam Ioannam ut patet in primo Rit propter quod videntur emanati ab ipsa Regina: & tamen quia omnia nostra facimus quibus a nobis impatriatur authoritas. l. 1. S. omnia. C. de vet. iur enucleat. & capit. si apostolicæ fedis. de præben. in 6. & ideo seruari videmus: & etiam in foro Ecclesiastico in hoc Regno instrumenta publica contra clericos liquidantur, & exequutionem habent paratam iuxta formam nostræ Rit. tam ad instantiam aliorum clericorum, quam Italorum: quoniam dicitur possit quod in curiis Ecclesiasticæ Regni ita serueretur: non authoritate istius Rit. sed quia in eis etiam extat Ritus præbens exequutionem instrumentis, sicut Ritus nostra. Sicut in Archepiscopatu Salerni extat Ritus inter alios qui incipi, item capitulo ipsa seruerat sub titu. de liquidatione instrumenti pœcum

quem mandatur Ritum nostrum seruari: non tamen quoad poenam nisi iuxta solitum.  
 ¶ Tertio quarto de vna q. quam habui in facto in causa retra Eboli: & quæ quoedie potest euenire: ponere, & citatus super tempore instrumenti, in quo cum iuramento renunciarum est exceptioni non numeratae pecunie compareret, & infra biennium dicit pecuniam in instrumento promissam, non fuisse sibi numerata: nunquid audiiri debet: & si audiri meretur: nunquid in vinculis causam dicere? Breuibus expediendo, circa primū omissis superfluis communis Doct. opin. se habet qd. licet exceptioni non num. pecunie renunciari non possit propter fragilitatem debitorum queritum pecunias, ut dicit Bart. in l. si exequitione. nu. 4. & 7. Bal. num. 6. versi. secundo querit. & ibid. Ang. C. de non num. pec. Hod. & Ioan. And. in c. fi. de solut. Abb. in c. si cautio. de fide instr. & Alex. consi. 179. nu. 3. vol. 2. Port. institu. de literarum obliga. in si. versi. Rode Suarez. in l. postrem. S. sed pro euidentia. nu. 12. fol. 633. ff. de re iud. & Petr. Reb. in comment. constit. Franc. tracta. de chirogra. pho. art. 93. ver. 6. extende. nu. 27. vol. 1. tamen ubique que ultra renunciationem, adest etiam iuramentū maxime cum clausula de non contraeniēdo, secus erit, & amplius opponi non potest. ne renunciāt veniat contra propriū iuramentū. ut dicit Cyn. in d. l. si ex cautione Bart. in l. fi. in 1. repe. C. de non num. pecu. Saly. in ea. l. si ex cautione. q. 4. nu. 25. Decis. thol. os. 374. & Rode Suarez. vbi supra nu. 26. versi. vnum tamē te de menti, hoc tamē inspecto iure can. ut dicunt Cyn. & Saly. ibid. per capitulum cum contingat. extra de iure, quia secus esset de iure ciuilis per l. iurisgentiū S. & generaliter. ff. de pac. Solus tamē Ang. instit. de exceptio. S. idem iuris. versi. quid si renuntiatur ibi, tu vero dicas num. 37. latis nota. concludit qd. nedū de iure ciuilis, verum etiam cano, renunciatio etiam cū iuramento, renunciāt non obſt, primo, quia si talis ex exceptio per renunciationem iuratum tolleretur in iurare tur creditores ad non numerandum: & sic ad decipidum, & delinquendum contra, l. conuepire. ff. de pac. doce. propter, quod tale iuramentum etiam in foro canonico debet esse obligatorium: cum & ipsum ius canonum approbet ius ciuile in his in quib. contrarium de iure canon. non repertitur decisum qd. 1. & 2. 10. dist. ut supra diximus in q. præced. versi. ego autem, secundo. quia si simplex renunciatio nō tollit exceptionem ex communi omnium opin. quam super retulimus, iuramentum ad ipsam colleqdam, minime debet ali quid operari, per tex. in terminis in d. l. fi. C. de non numera. pec. vbi textu. dicit indubitate iuris esse, non esse differentiam quo ad illam exceptionem opponēdam, quod iuramentum sit appositorum in contractu, vel nō, & sic in omni casu quo daretur, ex exceptio si iuramentum pon interuenit, dari debet etiam iuramento interuenientem per illum tex. qua hanc confessio de recepto habet tacitam conditionem, si numeratio sequatur d. l. si ex cautione. eodem modo, & iuramentum interpositum. hoc opin. reperio etiam tenere Petr. Reb. in loc. præ alleg. versi. quia sicut. nu. 24. licet Aret. non alleget. Ad dictam granum salis, dummodo renunciantes antequam exceptionem opponat, absoluuntur iuramentum, quia alias non audiretur: & ita dicit seruari in practi. quod quidem ego alias tenui: & etiam nunc teneo: g. a habita absolutione praefata iuramento cessant, quæ in contrarium adducuntur quod bene norabis. Circa secundum Grauinę. hic in quinta parte declara. 15; num. 31. videtur tenere, quod tamē exceptionem oppositum, in vinculis debet audiiri quia statutum rei cœles omnes exceptiones, videtur etiam istam rei cœlere: alleget. Bart. in tracta. de instru. guarentigia. 3. parte q. 4. ego autem indubitanter teneo contrarium, quia Ric. post. omnes exceptiones admittit, quæ tamē in pto. & in ipso instanti probantur, adeo quod si in pto. qd. ex apparet, debitoris carceratio impeditur, ut

47 infra dicemus in s. q. sed exceptio non num. pac. est talis, quod eo ipso, quod opponitur in frabiennium dicitur probata, ut dicit tex. iuncta gl. in l. 1. C. de non num. pecu. & in l. 1. iuncta gl. C. de conditio. ob turpem caus. & Roderi. Suarez. pulchre in loc. præalleg. versi. 1. m. 13. ergo multo fortius, quam alia exceptiones quæ aliquam probationem requirunt in promptu, debet carcerationem impeditur. Comprobatur, quia opposita exceptione non num. pecunia, quæ per solam allegationem probatur in frabiennium (ut supra diximus) onus probandi numerationem incumbit creditorū iuribus. 48 prox. circa. in tantum, quod data rei negatione, non probatur verus actus numerationis, ut dicit Bah. in l. si ita stipulatus. S. Chrysogonus, ff. de verb. obli. t. & propterēa instrumentum ipsum cum ex parte creditoris probationem requirat: efficitur illiquidum. ut ex iusta probat Bald. in l. rebus. C. de iure dot. & Affict. in const. Regn. causas per versi. & ideo opidie. num. vbi op statutum super executione literarum cambiij procedit vbi non negatur numeratio: alias ipsa negata in frabiēpora, secus erit: quia ciuilis actus, ut est confessio de recepto, non potest absorbere naturalem veritatem; ut est numeratio quo existente illiquid, succedit alius Ritus noster in frabiē immediate seq. & etiā alij duo postmodum sequent, in quib. clarissime disponitur, qd iste Ritus super execu. iunctione instrumentorum procedit in instrumentis liquidis de per se, sine alia probatione. Ex consequenti data illiquiditate, nec debitor carcera tur, nec instrumentum liquidatur, ut ibi latius dicamus Confirmatur ex his quæ idem Graui, hic quinta parte declara. 16. scribit: t. dum dicit, quod exceptio rei non tradite, vel pretij non soluti in promptu probata impedit carcerationem: ut etiam firmat Canar. in tracta. de exequiu. instru. quæst. 27. Bart. in tracta. de instru. guarens. part. 3. q. 5. & 16. Boer. decis. 43. in fi. & alij quos ipsi semper citat: quæ videntur contariari his quæ in d. declara. 15. firmavit super exceptione non num. pecu. nisi eundem concordando, dixerimus ibi loqui: quando exceptio non numerata pecunia altiorum indaginem requirit, limita tamē praefata quotiescunq; ex eodem instrumento appareret de vero actu numerationis, t. quia notarius in instrumento attestaretur pecuniam praesentialiter fuisse numeratam: tunc enim nedium creditor non habet necesse probare numerationem; sed nec etiam exceptio ipsa opponi potest. ut dicunt glo. & Doct. in l. si ex cautione. C. de non num. pecu. Bald. in l. fin. in fin. versi. 2. quero: & ibidem Saly. in princ. & Paul. de Cast. C. eodem tit. Alex. in l. Sebas. & Augerius col. fi. ff. ad l. Fal. Dec. in lege qui pecunia. num. 4. ff. si cert. pet. Roma. singu. 642. Icis. Petr. Reb. in comm. constit. tract. chirogr. art. 93. ver. 7. modera. num. 59. vol. 1. & Dida. Coqat. in cap. quamuis. parte 2. S. 3. versi. secundo ex hac. nu. 11. de pac. in 6. vbi valde invenit contra illos qui d. l. fi. intelligunt in iuramento praestito super numeratione, cum solum in promissione de solvendo, aut confessione de recepto locum habeat: & ideo sis cautes, quod quando contrahis cum debitor, facias praesentialiter pecuniam apparere per praefata. Item limita alij decem modis quos pulchre posuit Reb. in loc. præalle. in quibus exceptiones non numeratae pecuniae latissime scribit non comparere. 52. ¶ Quarto quarto quid si debitor citatus super tenore instrumenti compareat & aduersus instrumentum ipsum petat restitucionem in integrum, ex tali, aut tali causa: nunquid ex hoc ipsi impedietur ipsius carceratio. Bald. in proprijs terminis in l. 1. C. de in integr. restitu. postu, dicit quod pendente restituzione praefata, non potest debitor propter instrumentum debiti ponit in cat. 53. Cerè, t. quia carceratio dicitur granum, irretractabile idem Pau. de Cast in l. 4. S. condemnatum, ff. de re iud. Alex. consi. 17. nu. 6. vol. 1. Pet. Reb. in comm. constit. Fran. tract. de sen. exeq. art. 7. gl. 12. nu. 8. & Rod. Suarez. in l. 1. illius Regn. tit. delos gouernos q. 4. nu. 3. sed qd. Ric.

# Domini Prospere Carautae Ebolitani

Ritu. noster illas tantum exceptiones admittit, quæ in continenti, & ipso instanti probantur, ut pater ex his q̄ dicemus intra in q. 6. aliter puro dicendum in hoc regno: & propterea distinguendum, quod aut de ipsa exceptione restitutionis potest statim & in ipso instanti constare: & procedit opin. dictorum Docto. quam eriam Grauine. hic parte 5. declara. 15. videtur sequi al legando Canar. in tract. de execu. instru. q. 1. Imol. cōf. 37. & Barz. in tract. de instr. guarentia. parte. 3. q. 21. aut non potest constare in promptu, quia requirit al viorem indaginem & tunc secus. Nec obstant quæ Bal. & alij allegant: quoniam stante huiusmodi Rit. disposi tione, cessant eorum decis. in hoc Regno. & hinc est: quod non audiuntur huiusmodi exceptiones opponi aduersus carcerationem, quia cum nulla adeo sit clara, quæ non largam probationem requirat; nunquam admitteretur: quod nota.

¶ Quinto quero quid si debitor in ultimo peremptio nio termino citationis comparet, & dicit se non posse soluere pecuniam debitam, quia non habet: & propte rea quod offert omnia eius bona mobilia forte, vel immobilia ipsi creditori ut vendati: & sibi satisfaciat, nun quid per hoc evitare carcerem? Barz. in l. 2. § mutui da. o. in ff. ff. cert. petr. dicit, quod hoc casu tenetur creditor etiam in iuitus, dicta bona acceptare per aucthe. hoc nisi. C. de soluti & idem Sogy. post Bart. in d. 3. nu. 11. dicens ita fecisse pluries in prac. seruari ad evitandum carcerem. tu autem breuiter tene contrarium, quia iu samentum, quod adest in istis instrumentis obligat p̄cise ad obseruantiam promissionis: & sic ad solutionē pecuniarū, & interim ad manendum in careere, cum se obligauerit realiter, & personaliter: & si non habet pecuniam, remaner sibi beneficium cessionis. ita Abb. cōf. 42. vol. 2. & Paris. in apostol. ad Bart. in d. 3. misitui;

55 pro hoc facit, & quia tunc in obligationibus facti succedat obligatio ad interesse. I. stipulationes non diuiduntur. ff. de verb. tamen secus quando ad factum obligatus est aliquis cum iuramento, quia præcise tene tur: vt no. gl. in l. si pecuniam. in princ. & ver. neceesse. ff. de condi. causa dat. quam ibi sequitur Alex. num. 16. & in l. si conuenierit. in princ. nu. 11. ff. de iuris. omn. iud. Bald. in l. 1. col. 8. ver. modo quarto. C. de sent. quæ pro eo quod inter. in noe. in cap. veniens. de iure. & alij quos idem Alex. citat conf. 37. nu. 25. & conf. 91. nu. 6. vol. 2. per tex. in e. s. ne praef. vic. suas, & Firma. in re perto. in versi. debitor ad factum. Item quia ad hoc ut locum habeat. d. authen. muka copulatiū concurrere debent. ut not. pulchre Rom. conf. 163. quæ omnia pro bationem ex parte debitoris requirunt, ut ipse scribit, propter quod non esset conueniens ad solam ipsius debitoris assertionem, dicentes non posse soluere, velle carcerem evitare.

¶ Sexto satis necessario quero in hoc Rit. quæ nam sunt illæ exceptiones quæ in promptu opponi, & probari possunt ad impedientiam instrumenti liquidationem & ipsius debitoris carcerationem? Grauine. hic in 5. parte declarat. 1. in fi. videtur ponere regulam genera lem, quod nulla exceptio etiam in promptu probata, impedit carcerationem, idque dicit probari ex hoc Rit. sorte in illis verbis, quæ dicunt, nisi in ipso instanti doceant de satisfactione, quasi velut dicere Rit. quod solum exceptio solutionis in promptu probata impedit carcerationem, & non alia. Ego autem (vt alias plures supra dixi) indubitanter teneo quod omnes exceptiones, quæ in promptu probari possunt, si opponuntur, liquidationem, & debitoris carcerationem impediunt, tum quia, Ritus noster nullas reiicit exceptiones (vt patet ex eius litera,) tum etiam quia dato quod reiiceret, vel difficeret, non extenderentur ad eas quæ in promptu probari possunt ut dicit text. quem ad hoe ita punctualiter summāt Bart. in l. fi. is 2 quo. in princ. ff. ut in posse. lega. Rom. confil. 244. pro euidentia. nu. 6. Dec. & Fely. in ex parte. lo 2. Falle. 7. 15. & 19. de offi.

deleg. & idem Dec. conf. 424. proponitur, & conf. 467. bene vol. 3. & pro hac mea op. faciunt que scribit Bal. conf. 118. premittendum vol. 4. A lex. conf. 3. super vol. 4. Abb. conf. 37. circa vol. 2. Fely. & Dec. in d. c. ex parte 13. Fall. Canar. in tract. de execu. instru. q. 13. Barz. in tracta. de instru. guarenti. par. 3. q. 2. & Tiraqu. de re tracta. consanguin. S. glo. 2. nu. 12. vbi communi omnium 8 consensu concluditur. † quod exceptio simulationis in promptu probata, impedit carcerationem, faciunt etiam quæ nota. idem Barz. in d. tracta. parte 3. q. 9. De ci. in d. c. ex parte 19. Fallen. Cagn. in l. in testamentis num. 11. ff. de regu. iur. Tiraquel. in præal. tract. S 1. glo. 20. nu. 12. & Gramma. confi. ciui. 66. col. 2. vbi quod exceptio falsitatis in promptu ostensa, impedit carcerationem, item faciunt quæ scribunt Alexan. Ias. & Rip. in l. 4. S. condemnatur, ff. de re iudic. Fely. & Dec. in scipius allegato cap. ex parte 20. fallen. Canar. in tract. præ alleg. q. 19. & Barz. parte 3. q. 19. & Gramma. consilio ci 59 uili. 95. & vbi quod exceptio nullitatis si in promptu p̄teat impedit carcerationem, quæ omnia sequitur idem Grauine. hic in 5. parte declara. 19. 20. & 21. inquiens, quod dum Ritu. noster dicit quod excipiens de falsitate, vel alio quocunque defectu, contra instrumentum, in vinculis deber audiri, intelligi debet, quando non in promptu pateret exceptio allegata, prout frequentius contingere videmus, quod tales exceptiones altiorem indaginem requirunt. Nec obstat ponderatio supra facta quod Ritu. noster videatur solum exceptionem solutionis in promptu probatam admittere, ad impedientiam carcerationem per illa verba dum dicit, nisi in promptu doceant de satisfactione, quia illa exceptio facta per dictiōnēni si de exceptione solutionis in promptu probata, porrigitur ad alias exceptiones, & casus similes, ut not. per glo. in l. 1. C. de condit. inde. Bal. per illum rex in c. post translationem. S. quanquā. de renunc. & Abb. in cap. cum dilecta. de cōfirma. vtil. vel ihut. tum, quia in hoc Ritu. non excipitur exceptio solutionis tantum, per dictiōnē taxatiū, tum etiā, quia dato quod esset dictiō taxatiū prout non est, adhuc porrigeretur ad similes exceptiones, quæ per alia iura sunt comprehensa, & est dispositum de eis quod in promptu probata admittantur, ut scribit not. Deci. in l. 1. num. 32. cum seq. ff. de regu. iur. ne alias sequatur quod iura super dictiō exceptionibus disponuntur, corrigantur, quo dicit non debet, ut not. per Bart. in l. 3. 5. cum Titio, ff. de adi men. lega. in l. ob es. post glo. ibi C. de prædi. min. & in l. seru. nomine. ff. de vſu cap. cum simil. quæ ipse allegat.

¶ Septimi quero in hoc Rit. que nam modopoterrunt in promptu probari exceptiones oppositæ ad impedientiam carcerationem? & hoc breuiter responderi potest, quod dicitur fieri probatio in promptu, si fieri per instrumentum publicum, item si per aliam scripturam authenticam, & insuper si per testes, ut dicit ad litteram Ritus infra 174. & 175. vbi dico latius.

¶ Octavo quarto, pono quod instrumentum liquidandum iuxta formam presentis Rit. est confectum extra Regnum, nunquid exequutioni mandabitur, ut hic dicitur? Breuiter Doct. omnes concludunt, quod sic; quia istud quod mandetur exequutioni absque libello, & litis contestatione, respicit litis ordinationem, † & in resipientibus litis ordinationem attenditur locus iudicii per text. in l. 3. in f. ff. de testib. l. cum clericis iuncta glo. C. de episc. & cler. l. 1. C. de emancip. libero. & s. f. instit. de satista. ita dicit Bart. in l. eunctos populos. q. 1 nu. 14. & ibid. l. s. in 1. lect. nu. 20. & in 2. lect. nu. 57. Bald. in l. 1. q. 4. C. ne fil. pro patre, & in c. f. col. pen. de confes. Rom. cōf. 263. ad prædictorum, & Rod. Suarez. in l. post rom. S. circa judicem. num. 24. ff. de re iudic.

63 ¶ Sed magnum est dubium in hac q̄ si debitor opponeat aliquam exceptionem contra instrumentum quæ non posset in promptu probari (ut hic dicitur) nunquid carcerandus erit, & in vinculis audiendus: an extra & in

in hoc etiam breuiter resoluenda. dico quod si Ritu. iste penitus tolleret omnes exceptions aduerius instrumentum ,tunc cum factum sit extra Regnum , vbi iste Rit.non extat, & istud respiciat litis decisionem: audiretur Rit.non obstante, & seruaretur ius cōmune:quia in respondentibus litis decisionem , attenduntur locus celebrati contractus, ut dicit Barto. in dicta.cunctos populos, & alij Doct. quos proximè reguli, sed quia non tollit penitus exceptions, sed differt tantum, volens quod in omnibus audiatur, verū eo existente in vinculis,dicendum est,quod licet cōfectum sit extra Regnum instrumentum:debitor aduersus ipsum opponens, & in promptu non probans, Carterari debet, & postmodum audiri, quia istud p̄ prius carceretur, & postmodum audiatur, vere dicetur respicere litis ordinationem, ut patet ad sensum , & firmat Felyn.in c. fin.nu. 10. de constit. vbi in terminis proprijs loquens de statuto volente, & debitor ex instrumento capiatur: dicit quod tale statutum dicitur respicere litis ordinationem, non decisionem.

64. ¶ † Nonò iuxta præfata quarto econuerso quid si instrumentum est factum intra Regnum nunquid exequationi mandabitur extra Regnum , vbi non viget iste Rit. nec statutum sibi simile? Bald. in l.vni.in fin.vers. C.de confest.l. i.q. 4.C. ne fl. pro patre, dicit quod aut istud mandare exequitioni instrumentum est de iure communi, & tunc vbi cunque factum fuerit, exequetur:aut est de iure statutario, & tūc secus : sed seruabitur ius loci vbi est exequendum:† quia index suam non alterius iurisdictionem sequi debet. l. missi opinatores.C.de exactio.tributo.lib. 10. idem Bald. in d.l.cunctos populos. 15. colum. versi. viso de iure personæ.C.de sum.Trini.Alex. in l. diuino pio.S. sententiam. colum. 6. versi. 1. limita. ff. de re iudica. & confil. 37 viso colum. 2. in fin. volum. 2. Decei. consi. 97. in casu proposto. 1. dubio. colum. 2. Hipo. sing. 138. in dex. Corr. in memoria. in versicu. instrumentum factum, & Roderi. Suarez. in l. post rem. 9. circa iudicem num. 22. ff. de re iudica. sed quia, vt supratenui in l. q. iste Rit. est conformis iuri communi quo ad istud statutorum, quod instrumenta confessionata mandentur exequitioni: & quod ad alium, videlicet quod opponens exceptionem , quæ in promptu non probatur: carceretur, & demum audiatur, est contra ius commune: dico quod instrumentum factum in hoc Regno mandabitur exequitioni etiam extra Regnum , quia non requiritur libellus nec litis cōtestatio: quia hoc est etiam de iure communi. Sed si opponeretur aliqua exceptio, quæ non posse statim probari, nō est serdebitur carcerandus iuxta hūc Rit. qui extra Regnum non seruaretur: sed audiretur iuxta iuris communis dispositionem, & not. quando euenerit in pract. 65. ¶ Decimò quarto quid si debitor meus contra quæ liquidauit instrumentum iuxta formam prefatis Rodo. habet aliqua nomina debitorum nunquid potest cōtra ea exequi virtute dicti instrumenti liquidatib⁹ Breuiter Docto. omnes in l. diuino pio. S. sic quoque. per illum text. ff. de re iud c. concl. dñe, quod sic: si debere confiteantur, & idem Bald & alij in l. etiam. Ca de execut. rei iudica. si vero negent se debere, & rem ipsam ponant in dubio: tecū erit, ut text. d. S. sic quoque expressim decidit.

66. † Fallit primo secundum Bald. in d.l. etiam. versic. modo restat nu. 13. Alexan in d. S. sic quoque num. 4. & Roderi. Suarez in l. post rem. q. 2. fol. 673. ff. dere in dicta. quotiescumq; illi debitores essent perpetuo obligati ad aliquam annuam pēsionem: quoniam tunc erat quod negent exequitur contra eos.

67. † Fallit secundo vbi cunque negarent per euidērem calumniam, ut dicit C yn. in l. secunda. C. quādo: sic. vel priua. Speculac. intit. de j. decret. S. restat. versicu. quid ergo. Ang. I. mol. & Alexand. in d. S. sic quoque.

68. † Fallit tertio, quando licet non appareat de cōfide-

ti calūnia, etamen creditor se offert in cōtinenti probaturum eorum malitiam , ut inquit Alexand. in d. S. sic quoque. nu. 3. versic. it. m addaris.

70. † Quarto fallit, quando contra tales debitores aderit instrumentum publicum guarentigiatum, vel cōfessionatum habens exequitionem paratam: quoniam tunc etiam si negent, exequetur contra eos, ut dicit Bald. in d.l. etiam num. 3. quod etiam sequitur Alexand. in præallega. S. sic quoque .vbi id ampliat etiam si conuincerentur per instrumentum non habens exequitionem paratam, pereat quæ not. idem Bald. in dicta l. secunda, C quando fīc. vbi Bald. dicit quod quotiescumque contra negantē adducitur probatio probata non obstante negatione, fit exequitio: ergo idem in hoc casu , quia probatio quæ fit per instrumentum, dicitur probatio probata , sed contra talēm Alexand. ampliat. obstat fortiter quod dicit Ange. in d. S. sic quoque, quod ego creditor non possum plus iuris habere contra illos debitores, quam habet meus debitor, qui est eorum creditor, & ideo si nō sunt obligati eorum creditori per instrumentum habens exequitionem paratam: non est conueniens. quod ego possim exequi contra eos via exequitua, quia non posset vti eorū creditor: & si dices quod istud operabatur eorum negatio, quæ evidenter apparet malitiosè facta postquam adebat instrumentum publicum: potest responderi , quod ista malitia non potest concedere ius exequitium, quod non habet instrumentum: sed quia hoc casu effemus in terminis secunda limitationis secundum quam cōclusum est posse exequi etiam data negatione, si evidenter apparat malitiosè opponi: dici potest ampliatio. Alexand. posse procedere. quotiescumque debitores negantes conuincuntur per instrumentum etiam non habens exequitionem paratam , forte quia non effet liquidum: dum etamen evidenter appareat malitiosè negare, alijs secus effet per rationem Angel. & pulchre firmitat Roderi. Suarez. in præall. loc. num. 5.

71. ¶ † Undecimo iuxta præceden. q. quarto pose quod debitores mei debitoris, contra quos exequi feci, satentur se debere, tamen dicunt menon esse creditorem, vel esse solutum aut aliquid opponunt, nunquid admittentur? Breuiter hanc. q. ponit Bald. in l. etiam. num. 12. versic. quarto nunquid. C. de exequi. 72. rei iudica. † & terminat quod ex eorum persona pro eorum interesse possunt omnes exceptions oppone-re. argument. l. si cui. C. de nō num. pecu. l. idemque. S. generaliter. ff. manda. & l. si fidei. S. quidam. eodē titu. ratio est, quia isti nō sunt propriæ debitores mei, nec ad eos trahitur instrumentum: cum in eo non sint nominati, ut in sequen. Rit. dicam. in 4. limita. si tamē mihi soluunt, & nullam exceptionem opponunt: liberantur ab eorum creditore. l. si liber. & l. soluend. fidei. nego. gest. cum alijs quæ Bald. ibidem allegat.

73. ¶ † Duodecimo quarto, pone quod citatus super tenore instrumenti comparet in Magna Curia, vel Regia Audientia petendo se remitti ad eius iudicem competentem ; ac dicendo de incompetencia ipsius iudicis citantis, nunquid in ea audiendus erit superflua liquidatione, & carceratione ? Moderni Graui. 74. in hoc Rit. parte. 5. declara. 13. dicunt quod sic, † quia licet per statutum remoueantur omnes exceptions, non intelligitur remora exceptio ista incompetentiæ iurisdictionis, ut dicit glo. in clemen. prima. de sequē stia posse. & fruct. Bald. in l. exceptionem. circa si. C. de probatio. & in l. si quis filios. S. quod si quid. ff. de iniust. testamento. Dec. & Fely. in capitul. ex parte. 18. fallit. de officiis delega. & alij nonnulli quos ipsi alle-gant. Tu autēm dicas aliter, nam aut ista remissio petitur per ipsum citatum, & non potest, quia in omnibus instrumentis adebat renuntiatio fori, & ideo ea non obstante, procedetur ad liquidationem, & in hoc 75. nulla prorsus est difficultas, † quia in eorum præiu-dicium

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

¶ Item poterunt renunciare, si quis in conscriben-  
do. C. de pæc. aut per eius Baronem, & runc de iure  
prætendi posset contrarium, quia vassallus in domi-  
ni præiudicium non potest renunciare, vt nota. per  
gloss. in capitu imperiale. S. præterea. in verba. duos,  
de prohi. aliena per Fede. Barto. in l. 1. s. & post operis  
in f. ff. de nou. oper. aus. Bal. in c. vni. de feud. marchi.  
Affl. in consili. iustitiarij nomen. 3. nota. num. 30. &  
Mill. in pract. S. propothes. num. 83. fol. 49. sed de ge-  
nerali confuetudine in hoc Regno seruatur contra-  
rium, quia etiam ad Baronum peitionem nemo ro-  
mittitur pro causa instrumenti pro quo habes regia  
pragma. vnicam in titu. de instrumen. liquido non ro-  
mittendo. ¶ † Decimo tertio quero quid si debitor ci-  
tatus comparet, & dicit se filium fam. & sine præsen-  
tia ac expresso consensu sui patris contraxisse, nun-  
quid hoc allegato carcerabitur? Breuiter si per instru-  
mentum publicum apparat quod patrem habeat, no  
detinetur: tunc quia, de iure communii instrumenta  
guarentigia non habent exequitionem contra fi-  
lios fam. vt dicunt Bald. & Paul. de Castr. in l. fina. S.  
necessitate. nu. 8. C. de bon. quæ liber. Canar. in tract.  
exequ. instrum. q. 18. Barz. in tractat. de instru. gua-  
rentigia. parte 3. q. 6. Deci. in ca. ea parte. loc. 2. 2. 7. f. 3.  
le. de offic. delega. & Moder. Grauine. in hoc Rit. par-  
te 2. declara. 1. 7. nu. 32. tum etiam quia in hoc Regno  
adest prag. in qua scripti, quod contractus omnes fi-  
liorū fam. sine expressio consensu patris, non valeant,  
vt in pragma. per excellentem de senat. conf. mace-  
do. Sed si non constat de exceptione per instrumen-  
tum tunc, tunc quia allegans patriam potestatem debet  
probate vrdicit glo. in l. Titia. in f. ff. solut. matrimo.  
Corne. confi. 208. nu. 6. vol. 4 & dixi latius in d. prag-  
ma. S. 12. vel emanca. nume. 5. in tali exceptione in  
vinculis debet audiri: & interim instrumentum liqui-  
dari. vt hic dicitur: licet autem non constet per in-  
strumentum publicum quem esse filium fam. si tamē  
constat per restes in promptu idem erit, vt carcerari  
non debet, arquia creditor posset multa prætende-  
re circa validitatem contractus facti per eum, quise  
dicit filium fam. Index tempore ultimi peremptorio cō-  
sito sibi in promptu, quod citatus sit filius, decernet  
procedendum esse ad liquidationem, verum pro de-  
bito, & poena supersedendum in exequitione perso-  
nali donec aliter fuerit de iustitia prouisum super præ-  
tensa nullitate contractus vigore Regiae pragmatice.  
super qua exceptione postea dabit terminum, & pro-  
cedet in causa.

78 ¶ Decimo quarto † quero pone quod Titius habet  
instrumentum debiti liquidum contra Seium, & cu  
vierque esset in iudicio, Titius præsentat dictum in-  
strumentum iudici, dicens vigore ipsius Seium sibi  
teneri in tanta summa, & cum sit præsens petet ipsius  
interrogari super tenore dicti instrumenti iuxta for-  
mam Ritus nostri, & demū carcerari, Seius vero præ-  
sens dicit quod ejetur per citationem quemadmodum  
dictat Ritus, quoniam suo tempore respōdebit,  
nūquid poterit iudex procedere ad interrogationem,  
& instrumenti liquidationem quemadmodum Ritus  
noster disponit? pro Seio facit quod diximus, supra  
in 3. not. & dicemus infra in Ritu. seque. in 7. limita.  
quod ad hoc vt instrumenta guarentigia habeant  
exequitionem paratam requiruntur itatio debitoris,  
contrarium tamen veram est, & iudex poterit ad in-  
terrogationem procedere seruando formam nostri Ri-  
tus, quia secundum magis veram, & communem opī-  
citatio non requiritur vbi pars reperitur præsens in iu-  
dicio, vt dicit Spec. de libell. concept. S. sequitur. ver  
huc. item dicunt quidam. num. 6. Ioan. And. in capit.  
fi. num. 4. de elect. in 6. Bald. in rubr. C. de in ius vo. q.  
2. au. 2. in l. nam ita diuus. num. 4. ff. de adop. & in au-  
ghen. si omnes. num. 8. & 9. C. si vt se ab heredi. abst. &  
plenius scribis Maria. Soci. in tract. cita. arti. 5. q. 16. nu. 2.

21. & ideo Bal. in d. auth. si omnes infert ad statutum  
volens, quod iudex a die citationis vique ad certum  
terminum debeat sic facere, quod si nō interuenit ci-  
tatio, sed præsenta partis habet locum statutum, quia  
idem operatur præsenta quod citatio cum debita ex-  
pectatione citati: quod propriæ facit ad calum nostrū  
cum iste Ritus dicat quod si debitores carent, vt p-  
sonaliter compareant responsori super tenoribus in-  
strumentorum debet etiam comparere personaliter  
creditoris & ipsis partibus comparentibus dat formam  
procedendi. quæ forma absque dubio seruari poterit  
per iudicem si vterque est præsens in iudicio absque  
alia citatione postquam præsenta idem operatur, p  
quo etiam faciunt quæ dixi supra in Ritu. 120. limita.  
1. Non obstant, quæ supra dicta sunt. in 3. not. & dice-  
mus inf. Ritu seq. in 7. limita. quia procedunt qñ debi-  
tor non est in iudicio licet sit in Civitate vt citari de-  
beat, vt etiam Bal. dicit in d. auth. si omnes vers. tu di-  
ces ibi ite tex. intelligitur. Sed dicit quis, aduerte qæ  
præsens in iudicio qui non fuit citatus, potest petere  
terminum ad deliberandum, & exceptions dilatorias  
proponendum vt dicit Spec. in locis allegatis, & Ma-  
ria. Socin. nu. 22. & consequenter iste talis poterit sic  
euitare interrogationem, siue liquidationem instru-  
menti tunc faciendam, ad quod responderet quod p  
fati Do&Co. loquuntur in causis ordinarijs in quibus  
pars conuenta pōt. dicere omnia ea quæ posset si cira-  
rus huius, quia præsenta supplet solum citationem,  
non autem afferit alia legum auxilia. vt per Soci. lo-  
co præall. nu. 23. ver. quod ego arbitrör, nos vero log-  
mur in materia instrumentalis, in qua sicuti citatus in  
ultimo peremptorio termino comparrens non potest  
allegare nisi quæ sibi per hunc Ritum permittuntur,  
eodem modo non citatus, sed præsens in iudicio in-  
terrogatus super tenore instrumenti cogetur respon-  
dere, & non admittetur ad allegandum nisi quæ Rit.  
noster admittit. ¶ Decimo quinto † quero: Quid si cira-  
rus super tenore instrumenti comparet dico dabo instru-  
mentum esse verum, gestum in suis insimul cū patre,  
dū esset in eius potestate, vt ex lectura instrumenti di-  
citur apparere, nunc vero reperiri sui iuri, per eman-  
cipationem vel mortem patris de qua in promptu do-  
cet, nullaque bona paterna possidere, & p. ea nō de-  
beret ad liquidationem instrumenti procedit, neque ad  
eius carcerationem, ex quo iure per l. 2. ff. quod cum  
eo. non tenetur nisi in quantum facere pōt, nunquid  
procedi poterit ad liquidationem, & ea facta carcer-  
bitur? Breuiter dicas quod non, quia filius familias sui  
iuris effectus de contractibus gestis insimul cum pa-  
tre tempore quo in eius potestate erat, si bona pater-  
na non habet non tenetur, nisi in quantum facere pōt,  
per d. l. 2. vt etiam pulchre scripti in pragm. per ex cel-  
lentem. S. vel fuerint emancipati. num. 6. 4. de senatus  
conf. Macedon. Et iudeo iudex in ultimo peremptorio  
et p. liquidationis facienda debet decernere qđ sup-  
pedeatur in liquidatione donec aliter fuerit prouisus  
super beneficio petito, vigore dispositionis d. l. 2. vel  
melius quod procedatur ad liquidationem, verū pro  
debito & poena supersedeatur in executione perso-  
nali donec aliter fuerit pronuntiatum super dicto pe-  
rito beneficio, & vbi in promptu nō appareret de ema-  
cipatione vel morte, iudex procedet ad liquidationem  
& carcerationem. Prædicta tñ vera si beneficio d. l. 2. nō  
fuerit in instrumento renuntiatum cum iuramento,  
vel in calu renuntiationis fuerit saltim abolutio a iu-  
ramento impetrata. vt dixi in d. pragmat. nu. 70. in si-  
zone. Decimosexto † quarto de vna quæstione quæ de  
facili poterit sepius interuenire, Titius habens annuū  
censum super bonis Seij cum pacto de retrouenden-  
do, illum vendidit Sempronio, pacto apposito, quod  
in casu nullitatis, inualitatis relictionis, vel evictio-  
nis contractus liceret ipsi Sépronio petere ab ipso Ti-  
tio preciuſ pro dicto anno censi Polmودū  
eue-

enarr quod Seius vigore pacti de retrouendendo re-  
mata p̄fato Titio dictum annum censum, qua f̄re  
penitentia ad noctitiam dicti Sempronij, comparuit co-  
tam iudice cum instrumento venditionis dicti census  
facte per Titium, vna cum fide retrouendacionis per  
eandem Titum facta Seio, petens exp̄diri citationē  
super tenore instrumenti cōtra Titum pro precio per  
cum recepero, dicens factum esse easum rescissionis &  
cautionis contractus: postquam census sibi venditus  
per retrouenditionem facta per ipsum Titum Seio e-  
rat resolutus. Nunquid poterit dictus Titius citari su-  
per tenore instrumenti procedendo contra ipsum ex-  
ecutive via p̄sentis Ritus. Videtur dicendum quod  
non, ex quo per venditionem census factam per Titum  
Sempronio dominium census transiit in ipsum Sem-  
pronium adeo quod postmodum Titius non potuit il-  
lum retrouendere Seio, ex quo non erat suus, & culpa  
fuit ipsius Seij retroemere a Titio tunc non domino, q̄  
culpa sibi tantum obesse debet, & non alteri, & ita cē-  
suit magna curia vicaria cum casus occurisset in cau-  
sa Aurelia Vitaliane cum Marino mastro iudice. & Ma-  
gna Curia fundavit se, quia habuit pro constati quod  
Sempronius ceperat iam exigere censum a Seio. adeo  
q̄ interuenit unum de requisitis in l. 3. C. de nouat &  
Seius non recte fecit retroemere a Titio. De quo cum  
appellatum esset ad sacrum consilium quarto Novem-  
bris 68. fuit decretum posse expediti citationem super  
tenore instrumenti, & procedi via Ritus. vt in bancha  
Iohannis Vincentij de angelis actuarij, & fundavit se sa-  
crum consilium, quod non esset verum quod Aurelia  
cepisset exigere censum a debitore adeo, quod nihil  
posset imputari debitori quod rem emisset a D. Mari-  
no. Igo vero teneo, quod siue Sempronius cepit exige-  
re censum a Seio siue non, Titius citari poterit super te-  
nore instrumenti, & contra eum executiue procedi via  
Ritus, quia dum Titius allegat Seium fuisse in culpa  
retroemere ab ipso allegatam turpitudinem, contra  
alias ff. de iure utrum immo detegit suam fraudem  
retrouendendo, quod non est suum, & recipiendo de  
eo pretium: Et id quod dicitur de dicto requisito in d.  
l. 3. procedit ubi non est facta delegatio, adeo quod re-  
manent actiones poenes primū creditorem, at in ca-  
sū nō et poenes Titum primum creditorem facta per  
eum absolute venditione census dicto Sempronio ni-  
hil penitus remanet, intarum quod dato quod Sem-  
pronius non cepisset exigere, ipse non poterat in ex-  
actione amplius se intromittere, & consequenter nec  
in retrouenditione, & cum aliter fecerit retrouendendo,  
precium quod est poenes cum dicitur eis alienum  
competens Sempronio qui nanc via Ritu. vult. agere.  
Salerni, die 29 Septemb. 55. Prosper Carauta.

## R I T V S . C L X V I I .



Ora quod iste Ritus hoc mo-  
do practicatur: videlicet, qđ  
fit interrogatio super tenore  
instrumenti: nisi fuerint trā-  
facti anni, viginti a die natui-  
tatis actionis contentæ in di-  
cto instrumento, que casu quando transacti  
sunt non fit interrogatio. Sed proceditur via  
ordinaria vt de iure communi conceditur,  
ista sunt determinatio facta die quinto men-  
sis Augusti quintodecim indictionis: quam  
determinationem de mandato curiae respo-  
dit, & fecit iudex Henricus Aconzaicous  
pro parte totius Curiæ tunc sedentis, & nunc  
era adnoscatus, partis praesentantis dictum.

instrumentum Iudex Blasius latius. Item in-  
telligitur iste Ritus quando instrumentum  
est liquidum per se sine alia probatione, vel  
petitione danda ad probandum liquiditatē  
ipsius instrumenti. Potest etiam fieri interrogatio  
quando essent plura instrumenta, quo-  
rum vnum esset liquidum per respectum ad  
aliud: vt si esset haeres qui de hereditate ap-  
prehensa ex testimonio in promptu, consta-  
ret per instrumentum debitum liquidum: quæ  
prædicta omnia fuerunt terminata per cu-  
riam die prædicto.

## S V M M A R I V M .

- 1 Elapsis 20. annis à die natuitatis actionis in instru-  
mento contentæ: via ordinaria, non iure municipa-  
li proceditur.
- 2 Clericus ritibus nostris vti volens, et sum forma, suis  
que vinculis attensis, vti debet.
- 3 Mala fides nocet præscriptioni.
- 4 Statutum cum præbeat instrumentis exequitionem  
intelligendum est de liquidis.
- 5 Instrumentum restitutioonis dotis non liquidabitur  
nisi probato casu restitutioonis: nec instrumentum  
de promissa dote pro contrahendo matrimonio: ni-  
si sequito matrimonio, nec instrumentum, quia de-  
perditum: nisi per testes probetur.
- 6 Statutum instrumento exequitionem tribuens, con-  
tra principalem tantum, non contra tertium pos-  
sessorem locum habet.
- 7 Obligatio personalis non sequitur fundum, nec etiam  
realis.
- 8 Instrumentum ante diem solutionis venientem, an  
exequatur ex iusta causa?
- 9 Instrumentum non citato debitore, exequitionem  
paratam non habet.
- 10 A citatione incipere, quando sit necesse.
- 11 In quibus locis à captura incipit executio.
- 12 Defensio de iure naturali est: & ad certum tempus  
reservari potest.
- 13 Instrumentum clausulam garantigie, & exequi-  
tionem paratam habere quid sit.
- 14 Instrumentum liquidum quando dicatur.
- 15 Instrumentum non liquidum per aliud instrumen-  
tum liquidatur. An alijs etiam modis liquidari  
possit: & quibus?
- 16 Exempla non restringunt regulam.
- 17 Instrumentum de proximo liquidandum reputatur  
liquidum.
- 18 Decreto interposito instrumentum fore liquidum:  
statutum dictans instrumentum habere exequi-  
tionem: vires habere incipit.
- 19 In obligationibus facti succedit obligatio ad inte-  
resse.
- 20 Pratum venditum ad ius pasculandi: si renunciatio  
patientis in instrumento non appareat, en sit li-  
quidum.
- 21 De natura contractus venit euictio.
- 22 Instrumentum debiti de per se non liquidum, sed re-  
latione

# Dominii Prosperei Carauta Ebolitani.

- latione ad apocam testibus subscriptum, ant tanquam liquidum in mag. accusabitur.*
- 23 *Scriptura priuata tribus testibus subscripta, publicum instrumentum dicitur.*
- 24 *Scriptura quandoque instrumentum, quandoque documentum appellatur.*
- 25 *Dictio, quasi, improposita est, ac similitudinem denotat. Et aliquando veritatem infra. nu. seq.*
- 26 *Nullum simile est idem.*
- 27 *Instrumentum publicum, & apocha que dicantur inspecto communi vnu loquendi.*
- 28 *Instrumentum si sit in parte liquidum in parte non: num ipsius presentatio impeditur?*
- 29 *Vtile per inutile non vitiatur. Et haec regula inseparabilibus, non autem in inseparabilibus, locum habet:*
- 30 *Debitor creditori in alio loco quam creditoris domicilio, in instrumento debitum soluere promisit: catus super tenore instrumenti non comparat: an condemnabitur: vel si comparens instrumentum non liquidum ex prafata causa dicit: nunquid liquidabitur? & qualis erit forma actus publici, vi de num. 31.*
- 32 *Instrumentum censuale confessum ultra an. 20. nū paratam habebit exequitionem.*
- 33 *Citatio an interruptat prescriptionem. & nu. 34.*
- 35 *Prescriptioni an possit renuntiari.*
- 36 *Prescriptioni an cum iuramento possit renunciarci.*
- 37 *Verbum, quandocunque, & verbum, perpetuo an impedit currere prescriptionem statutariam, vel legalem.*

**I**ste Rit. venit ad limitandom Rit. precedentem in quo posita fuit obseruantia, & practi instrumentorum liquidandorum in hoc Regno. Limita igitur primo d. Rit. precedentem non procedere (vt hic dicitur) & quoruscunq; à die nativitatis actionis in instrumento contenta sunt elapsi viginti anni, quoniam tunc contra debitorum procedi debet via ordinaria: non autem via Rit. & ita leuatur in pract. & est conforme his quæ scribit Bald. in proprijs terminis in l. planis. quod fals. rit. auth. item legibus hispanorum. 1.3. rit. de las prescriptiones licet ibi de degeneris tantum ordinetur: vt refest Roderi, suarez. in l. post rem. limita. 6. fol. 608.<sup>4</sup> Ratio istius Ritus esse potest, quia tē pore istorum Rituum debitor ex causa instrumenti liquidati puniebatur p̄dē manus adeo quod accusatio nis criminali subditus erat, vt per Ritū. infra 171. & 179. & ascalulationes criminales regulariter 20. tantum annis viuunt & non ultra per tex. in l. querela. C. de fals.

2. **A**mplia istam limita. etiam si clericis esset creditor qui veller elapsis 20. annis, procedere contra debitorum via dicti Ritū. quoniam vel debet his Ritibus attēta eorum forma, & cum suis vinculis, vt diximus supra in Rit. preced. q. 2. & firmat Ias. in proprijs terminis de statuto volente quod si sunt lapsi decem annos in instrumenta non mandentur exequitioni in l. de quibus de leg. col. 2. nu. 12. vers. sed pulchrum dubium. Secundum amplia etiam accedente malā fide debitoris nō solventis infra spatium dictorum annorum 20. & quia di cemazala fides. noceat prescripti oni. c. b. de prescr. & c. potest, de reg. iur. in 6. tamē non nocet in casu isto quo ad perdendum beneficium exequitionis, concessum ab ipso Rit. quod per ipsum tolli potuit, vt in spe cie pulcherrime consiluit Alex. confi. 11. vol. XI<sup>4</sup> & in proprijs terminis Balbus in tract. pref. 2. pars 3. partis

prin. q. 14. ver. 3. limita. nu. 76. Secundo limita (vt Ritū met dicit) non procedere quando instrumentum non est liquidum de per se absque aliqua probatione, vel petitione danda ad probandum liquiditatem: ratio est, 4. t̄ quia statutum præbens exequitionem instrumentis intelligitur de liquidis, vt probat tex. nota. in l. hoc. ff. de verb. oblig. quem ad hoc citat Bal. in l. cum testa me to. in fi. C. de manu. testam. Bar. in l. proinde. S. nocandum. ff. ad l. Aquil. idem Bald. in l. siquidem, per illum tex. C. de excep. & in l. si causam, ver. pone. nume. 9. C. de exeq. rei iudic. vbi allegat tex. in l. fi. C. de compensat. Alex. confi. 90. col. 3. vol. 3. confi. 25. col. 3. vol. 1. R. confi. 211. Pau. de Cast. confi. 31. & 277. & Doct. vbiq;. Ex quo sequitur secundum Bal. in d.l. si causam, nu. 13. t̄ q; si vigore instrumenti matrimonialis peritur restitutio dotis soluto matrimonio, tale instrumentum nō poterit vigore istius Rit. liquidari, quia eget probatio ne qualiter factus est casus restitutiois per mortem: & idem si peratur a viro dos sibi promissa pro matrimonio contrahendo: quia eget probatio, qualiter matrimonium est contractum, vt probat tex. in l. itali. ff. de iu. dot. & firmat, idem Bal. in l. ab exequatore, col. 4. & 5. C. quorum appell. non recipia gl. quam ibi Alb. dicit sing. in l. item quia ff. de pac. in l. 2. S. creditum quām ibi ponderat l. a. ff. si cer. peta. & Rip. in l. in illa. nu. 9 ff. de verb. obli. Tertio limita non procedere vbi cunque ipsum instrumentū quod pro debito confessū fuit (quia deperditum est) probaretur per testes, vt firmant in proprijs terminis Bar. & Bal. in l. 1. S. & cū hereditatis, in fi. de his quæ in testa. delen. in l. idem, Bal. in l. fi. col. 3. ver. sed quis si scriptura. C. de fideicom. in l. 1. in princ. C. y. in posse lega. & in l. general. C. de sacrosan. eccl. Pau. de Cast. in d.l. nostram. nu. 5. ver. ex predictis C. de testa. & Roder. Suarez. in d.l. post rem. limit. 3. sed dicit aliquis contra istam limita. facit glos. in l. fi. in ver. depositionibus. C. de edi. diui Adria. tol. l. vbi q; beneficium illius l. datum heredi. ostendendit instrumentum non cancellatum, neque abolitum: aut ali qua parte vitiatum, vt mitteatur in possessionem hereditatis, habet locum etiam in herede instituto in testamento. punctatio cuius nulla est scriptura conferta, sed da quo constat per testes, eorum attestacionibus, per iudicē parte citata, & audita recepitis: & postmodum in scriptis redactis. quam gl. sequitur ibi Bar. Bal. Saly. & Ale. & idem Alex. confi. 93. col. fi. volu. 6. Folyn. late. in c. sicut. col. 3. declar. 1. de re iud. Hippol. singu. 484. si veraloqui, & Tiraquel. in tracta. reprobata. consanguine. S. 2. gl. 1. nu. 14. ver. & huic sententia. om̄ius gl. auth. titate Ang. ibid. inferens ad nostram q. dicit idem etiam si per statutum instrumenta publica habeant exequitionem paratam, quia creditor poterit per testes probare fuisse factum instrumentum, vel contractum: & talis probatio in scriptis solenniter redacta exequetur. sicut instrumentum. Item faciunt contra istam limit. quæ scribit Ange. in l. pen. C. depo. & Matthesi. singu. 5. not. q; contractus, vbi q; id quod dicitur depositum habere exequitionem paratam, per tex. in d.l. pen. vbi etiam Bart. intelligitur, si de eo apparent publicum instrumentum, vel publica scriptura attestatio ne testium qui per iudicem fuerint recepti parte non citata in casibus tamē permisiss: puta, ad futuram rei memoriam vel citata, & demum tali scriptura publica, iuxta l. publicari. C. de testa. vt proprie no. Bart. in d. l. fi. nu. 27. ver. procedo viterius. C. de edi. diui Adr. tol. Responsio tamen ad predicta, est clara secundū Rod. Suarez d. l. nr. 3. nu. 4. q; predicta contraria procedit vbi canq; non. solūm per testes probabatur debitam, aut instrumentum: verum tamen super talibus depositionibus testium celebrauit fuit scriptura, & demum iudicis autoritate publicata iuxta formā d.l. publica tē, & not. ibid. per gl. & Pau. de Cast. in princ. post Spec. in ita editio. S. ostēno. nam: & sic proprie lo quippe Bart. in d.l. fi. vix proxime dixi, & tunc illa scri pta

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. 88

per publica testium depositionem exequetur sicut instrumentum. Bart. vero & ipsum sequentes, loquuntur vbi solummodo probabatur per testes, & eo probato, quarebatur exequi instrumentum deperditum, aut cancellatum. Aduerte tamen ne erres in hoc Regno, quia licet super depositionibus testium fieret scriptura, & publicaretur: non propterea merebitur exequitionem vigore praecedentem. Ritu. ratio est, quia in d. Ritu. in prin. aperte dicitur quod in illis debitis locum habet, de quibus publica apparent instrumenta, quo casu, cum priuilegium exequitionis censeatur datum ipsi scripture instrumenti, dato quod per testes deponatur, & inde fiat scripture, non erit satisfactum Ritui, vt Bald. in terminis dicit in dicta l. prima, in ff. verific. ff. de his quæ in testam. delen tanto magis, quia vt ibi dixi in secundo nota. multa debent concurrere in instrumento publico, ad hoc ut locum habeat ille Ritu. Quarto litem ita contra tertium possesso re, aut alium in instrumento non nominatum, t̄ quia statutum tribuens exequitionem instrumento, locū habet contra ipsum principalem debitorem tantum, non autem contra tertium possessorem, vt inquit Baldus. in l. i. in princip. 2. col. C. commu. dele. Imo. in l. fin. verific. aduerte. ff. quibus appella. non licet Ange. in l. i. vnu. S. ante omnia. ff. de pact. & in l. i. S. si hæres, vbi etiam Alexan. ff. ad Trebell. & idem Alexan.

7 consil. 83. nu. 11. & consil. 84. nu. 8. vol. 3. t̄ & ratio est, quia obligatio personalis non sequitur fundum. l. ea lege. C. de cōdītio. ob cauf. l. vt pomum. ff. de seruitu. l. venditor, in princ. ff. commu. præd. & l. 4. S. opus. ff. de alie. iudi. muta. cau. fac. & non solum non haber locum contra tertium possessorem exequio personalis perd. proximam rationem, sed nec etiam realis. l. spē, in ff. de re iudic. l. i. & 2. C. quibus res iudica. non nocet, & no. per Bart. in l. repeti. l. creditores, nu. 23. verfi. hoc præmisso ibi si vero tale pactum. C. de pigno. licet istud de reali fallat in casibus quos ibid. Bart. ponit, nu. 25. latius Afflīct. in constit. Regn pacis cultus, nu. 23. cum seq. & Roderi. Suarez. in d. l. post rē, limita. prima, num. 5. ff. de re iud. fol. 577. Quinto limita ad instantiam creditoris tantum, non autem tertii, etiam si illius interfit. vt dicit Bald. in l. i. pro te, per illum tex. C. de dot. promis. Alexan. in l. prima. S. si hæres. ff. ad Trebell. Areti. consil. 86. diligenter, col. fina. Deci. consil. 198. col. antepenul. & consil. 410. col. 3. &

8 Iaf. in l. iuris gentium. S. prætorait. ff. de pact. t̄ Sexto limita die solutionis nondum veniente. l. i. C. de cōd. ex lege. l. si mandauero, in prin. ff. miā da l. eum qui ca lendis. ff. de verbo. obliga. per quæ iura ita not. Ang. in d. l. i. & Alex. consil. 95. nu. j. vol. 1. & istud adeo verum est, q̄ etiam si a debitore non opponeretur: posset index actorem ex officio repellere. per glossa. in l. vbi pactum C. de trāfāct. vt tenet. pulchri Bar. in l. iecta. col. 4. ff. cert. pet. & in l. ita stipulatus. ff. de verbis. oblig. & Ang. in l. j. C. vt actio. ab heredi. licet tamen nō debetur exequio instrumento ante diem solutionis per præfata, tamen ex iusta causa conceditur creditori psequi pignora. & agere hypothecaria per l. quæsum, iuncta glossa. ff. de pigno. item capere debitorem fugitivum. l. j. ad finem vbi hoc not. Bar. Bal. Ang. & Alex. C. de conditione ex lege, item agere vt sibi idonee caueat. l. omnibus. ff. de iudi. l. si creditores. ff. de priuilegi. credi. Bal. in l. 3. in fi. C. commoda. cum simili, quæ ponit Roderi. Suarez. in d. l. post rem. limita. 7. nu. 2. & 3. ff. de re iudic. & Afflīct. decisio. 279. nu. 4. & quandoque agere vt condemnetur ad solendum adueniente die, quando dies solutionis est staturus per dilationem legalem, vt est in dote. l. vni. S. exactio. C. de rei vxori. actio. vt nota. Afflīct. in d. decis. in fi & Rip. in l. in illa. nu. 10. ff. de verbis. oblig. t̄ Septimo limita vbi cuncte debitoris citatio non interuenerit, tunc enim instrumentum eo non citato, non habet exequitionem paratā, vt in proprijs terminis firmat Bal. in l. ab exc-

- quatore. col. 2. verific. sed quid dices. C. quorū appellion recipia. ratio est secundum eum t̄ quia cum nulla sententia præcesserit, nec aliter de causa cognitum fuerit; necesse est a citatione incipere. S. fin. institut. depoena temer. litigā. quod etiam voluit Saly. in d. 1. ab exequitore. 2. col. ver. circa istius partis expeditio nem. per eandem rationem, licet Bald. non alleget. & confirmatur ex nostro præcedenti Ritu. vbi de citatione debitoris fit mentio, & ita seruatur in prædicto aeo quod nullus iudex ex sola inspectione instrumenti fa*11* cit illud exequi; nisi prius debitores citet t̄ Florentiæ tamen, vt dicit Ang. in l. si sic S. ff. de lega. j. seruatur contrarium, & a captura incipitur, nulla citatione. *12* præcedente, & ita etiam seruatur in Hispania, vt dicit Roderi. Suarez. in dicta l. post rem. 12. limit. num. 2. *13* Et si dicatur quod istud est tollere defensionē, quæ cum sit de iure naturæ tolli nō potest. clemen. pastoralis. de re iud. responderet Ang. ibid. quod non tollitur defensio, sed variatur defendendi modus, qui post exequitionem auditur debitor in defensionibus suis, quæ de iure possunt ad certum tempus, & terminum reseruari. l. fi. C. de compensa. l. ille a quo. S. si de testamento. ff. ad Trebell. & l. 2. C. de edict. diui Adrian. toll. & profecto, nisi R. it. noſter. Præcedens expressissiter de citatione absque ea instrumentum exequeretur per prædicta. t̄ & etiam quia vt dicit Rom. in consil. 133. io præsupposito. num. j. instrumentum habere clausulā guarentigia, & paratam habere exequitionem nihil aliud est, quam ipsius vigore cogere sine strepitu, & figura iudicij, a captura persone defacto incipientio, vt patet ex his que nota. Bartol. in l. si quis. C. deposit. Sublimata tamen hanc limita. secundū ea quæ diximus in Rit. præceden. q. 14.
- 14* ¶ Quero primo in hoc Rit. quando instrumentū poterit dici liquidum, & ad hoc responderet Rit. met in vers. item intelligitur, dicens quod erit liquidū quoque cuncte nulla eger probatione extrinsecus facienda ad eius liquiditatē, ut etiam diximus supra in 2. limit. subdit tamen Rit. in verific. potest. quod quotiescunque instrumentum de per se solum non esset liquidum, sed iunctū cum alio, sic potest procedi ad eius liquidationem, & interrogationem, quæ fit seruata forma præceden. Ritus. & ponderanda sunt verba Ritus, quia non dicit quod hoc casu instrumentum est liquidum, quia liquidum est quod alio extrinseco non egeri (vt dictum est) sed solum dicit, q̄ hoc casu procedi potest ad interrogationem: quasi velit dicere Ritus. quod licet aliquando instrumentum verū non sit liquidum, tamē iunctū cum alio, potest liquidari, dicetur autem tunc instrumentum liquidatum, nō autem liquidum, quod nota.
- 15* ¶ Secundo iuxta præfata quaro, postquam instrumentum non liquidum liquidari potest per aliud instrumentum, & ita ad interrogationem procedi: nūquid etiam alijs modis talis liquidatio fieri poterit? Ritus noster non ponit, nisi de liquidatione facienda per alij instrumentum, Ritus vero infra. 181. qui incipit item seruat ipsa curia, quod si. & alius int. 286. incipit item seruat ipsa curia, quod quando, qui melius, & clarius loquitur, apertissime decidunt posse, etiam fieri per testes, & per quascunque alias probationes, & licet loquantur solum quo ad probandum quem esse heredem, & non in alijs casibus: tamen vt ex eorum text. liquet: gratia exempli, ponunt illum casum tantum, vt patet per illa verba, puta, quæ sunt exemplificatiua, & exempla non restringunt regulam. S. haec tenus instit. de gradi. affinita. & l. damni. ff. de damn. infect. cum similibus. quæ Cauens. in d. Rit. 286.

A D D I T I O.

a In Hispania, adde, & in Regno Siciliæ, & Insula Lipara, vt in præcedent. ritu diximus C. P.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

286. late adducit, hanc opinio. tenes. Moder vero Gravine. in Ritu. præcedenti. parte 4. declar. fr. nume. 78. his relatis, aliter tenent. distinguendo, quod aut instrumentum non liquidum potest in promptu liquidari, & tunc procedit. d. opinio. quod Ritus præcedens habet locum etiam in instrumento non liquido quod tam etiam statim potest liquidari, quomodo cumque liquidetur, quia instrumentum de proximo liquidandus reputatur liquidum, ut dicit Corn. consil. 223 2. vol. Alex. consil. 101. super vol. 4. & apici. decis. 48. aut non potest in promptu liquidari, & tunc tecus tenet: quia postquam non est liquidum, licet liquidari possit: Ritus non habet locum, nisi in liquido, non autem in liquidando: que distin. ante ipsum, fuit Ioannis de Imol. quem non allegat. in l. j. in fin. ff. de legat. 2. sed profecto talis distinctio. mihi non placet, tum quia. Alexand. in ead. l. j. num. 13. ipsam optimis rationibus reprobatur, cum etiam, quia velle quod Ritus præcedens non habeat locum in instrumento illiquidato, tamen liquidando, est contra dispositionem dictorum duorum Rituum qui id decidunt expresse (ut supra dixi) item quia, posita pro vera sua opin. quod Rit. præcedens non procedit in instrumento liquidando, talis opin. erit vera etiam si instrumentum esset de proximo liquidandu, licet ipsi aliter dicant, quia ut Capic. met. dicit in alleg. decisio. id quod dicitur de instrumento de proximo liquidando, procedit quo ad alios effectus, quam exequitionis facienda vigore. Ritu. puta, quo ad exclusionem compromissi virtute Regis pragma. ut ipse ibidem exemplum ponit. Et ideo Cauens. opinio. sequendo, iuris communis inspecta dispositione, indubitanter teneo, quod instrumentum per aliud instrumentum per testes, & alias quaseunque probationes qua tractant Felyn. & Dec. in rub. de probatio. liquidari potest, ut etiam firmat Bal. in l. si causam. num. 9. versi. pone dicit statutum. d. c. de exequ. rei iudic. Ex his sequitur, quod siue instrumentum sit illiquidum ratione debiti, puta quia continet interesse, aut extimationem, siue ratione personæ, ut quando est haeres creditoris: siue ratione contractus: prius, quia est conditionalis, aut ultra citroq; obligatorius, siue ratione ipsius instrumenti, quod se referat ad aliud, semper poterit preambula petitione oblata, peti quod liquidetur, & productis producendis, interponi decretum, illud instrumentum esse liquidum: & posse procedi ad liquidationem ipsius iuxta formam Ritu. t. quia ut dicit Bal. in d. l. si causam. numero 11. in fin. interposito decreto quod instrumentum sit liquidum: statutum quod instrumentum habet exequitionem incipit vires habere: licet in practic. in hoc Regno istæ probationes illiquidatorum instrumentorum non feruentur, nisi quo ad probandum aliquem esse haeredem de quo dicit Ritu. 181. & 286 expressum loquuntur & exemplificant, aut quo ad producendum aliud instrumentum pro liquidatione alterius instrumenti, prout Ritu noster dicit. Ex qua pract. & obseruantia datur nobis intelligi, quod vera est regula r. o stri Ritu. quod illud instrumentum exequitur, quod per se est liquidum absque aliqua probatione: præterquam, quando per aliud instrumentum liquidaretur, aut quando esset probandum quem esse haeredem creditoris, & sic quod dicit Ritu. qui exemplificare solum in probando quem esse haeredem, locum habeat solum in casu exemplificato, & ideo videmus, quod præambula de quibus dicti Ritus loquuntur, non sunt ad probandum, & liquidandum alias illiquiditates, quam ad probandum quem esse haeredem creditoris quæ bene nota. Redeundo tamen ad quatuor illiquiditates quas supra dixi, scilicet quod de prima illiquiditate loquitur Bart. in l. proinde in S. notandum ff. ad l. Aquil. & in l. j. verific. querendo in fideiussorem, num. 3. si iudica. sol. Roma. consil. 211. num. 5. Aret. consil. 32. num. 4. in fin. & Alex. in dicta l. j. num. 13. ff. de legat.

2. in quibus locis præallega. Doctor. dicunt, quod quod instrumentum non est liquidum: qui fuit promissum interesse, non potest peti ipsius exequitio, nisi prius declaretur illud interesse incertum, & contentum in instrumento, quæ declaratio fieri debet per probationes summarias, non autem opus erit iudicis decretum per quod taxetur certa quantitas, ut dicit Alexan. ibidem motus per tex. l. j. cum ibi not. per gl. & Docto. C. de ordin. cogni. vbi quod iudex debet se summarie informare de incidenti ad finem ut possit determinare principale, non autem opus est quod super tali incidenti pronunciet, & ipsum sequitur Roder. Suarez. in l. post rem. limita 4. num. 4. circa fin. ff. de iudic. cuius contrarium voluit Bald. in d. l. si causam. Dicuntamen multi Docto. q. Bart. sibi contrarius, in l. prim. in fin. ff. de legat. 2. & in l. prima. ff. de eden. tenuit contrarium, & q. instrumeti illiquidum, qui accinctum interesse incertum, potest peti exequitio, & postmodum in iudicio exequitionis declarabitur quantitas. & cum hac Bart. ultima opin. pertransirent communiter scribentes, ut late scribit Apostill. ad Barto. in d. S. notandum. sed omissa concordia satis pulchra, quam tradit Roma. in dicto consil. vbi primam opin. Bart. sequitur: item alia concordia quam tradit Socin. consil. 8. volum. 4. viderur dicendum prout etiā Roder. Suarez. dicit in præalleg. loc. num. 6. quod Barto. nullo modo sibi contrarietur, sed quod utroque dicit idem, quia dum dicit in dicta l. prima. ff. de leg. 2. q. potest peti exequitio, & tunc in iudicio declarabitur quantitas, debet intelligi eo modo, quo dicit in d. S. notandum, scilicet q. prius declarabitur quantitas, & postmodum petitur exequitio: & prout ipsemer Bart se ipsum manu. teste declarat. in dicta l. prima. num. 13. ff. iudica. solu. vbi dicit quod instrumentum illiquidum meretur exequitionem declarata prius, & limitata quantitate, & vere iudicio meo, Bart. non habuit diuersam intentionem quod no. limitat tamen præfata Alexan. in dicta l. prima. num. 13. verific. predicta. vbiunque interesse incertum esset expresse promissum in instrumento, tecum si intellectu alter, ut quando est promissum fabricare domum, & post medium non adimplatum, & quia in obligationibus facti lucidus est obligatio ad interesse. l. si quis ab alio. ff. de re iud. & l. stipulationes non dividuntur verific. Celsus. ff. de verbo. allegat pro hoc Ant. de Butr. in capit. translat. de constit. & ipsum sequitur Roderi vbi supra num. 9. De secunda illiquiditate loquitur Ritu. intra 181. item, seruat ipsa curia, & Ritu. 286. vbi Iulianus dicens. & Areti. consil. 21. num. 4 & d. consil. 32. num. 2. De tercia loquitur Bald. in l. cum testamento, circa t. C. de testa. manu. Socin. consil. 1. præstantissime, & consil. 4. volum. 1. Aretin. d. cito consil. 32. colum. 1. numero 1. Alexan. consil. 90. colum. 3. volum. 3. Corn. consil. 112. volum. 1. Deci. consil. 4. colum. 3. in princ. & 107. volum. primo & hoc procedit. siue sit conditio expressa, siue tacita, ut dicit Angel. & Paul. de Cast. & Alexan. in l. item quia, in princip. numero 5. ff. de pact. t. & ideo si fuerit venditum aliquod pratum quo ad ius pasculandi, & in instrumento non appareret renunciatio patientia: instrumentum non est liquidum, quia habet tacitam conditionem patientia præstandæ ut inquietus. nota. in l. ex conducto. in princ. ff. loca. Item si instrumentum esset de venditione aliquius fundi, & in eo esset promissum pretium per emptorem, & euictio per venditorem, non esset liquidum, quia ratione promissionis, idcirco contractus velatio citroque obligatorius, per l. Julianus. S. offerri. vbi Barto. ff. de action. empti. & ibidem si non esset expresse promissa euictio, t. quia cum de natura contractus veniat euictio. l. ex emplo. in princip. ff. de action. empti. inest tacita conditio euictionis præstade. De quaqua illiquiditate loquitur tex. cum his, quæ ibi. n. i. scribentes in auth. si quis in aliquo. C. de eden.

Ter-

¶ Tertio satis necessario quero, pone quod instrumentum debiti non est liquidum de per se, sed per relationem ad epocham testibus subscriptam sicutum quid tale instrumentum tanquam liquidum poterit in Magna Curia iuxta formam precedere Rit. accusatio prima facie videtur dicendum, quod sic, t'qua scripura etiam priuata manu confecta, si haberet trium testimoniis subscriptionem, dicitur instrumentum publicum. ut scribit Specula. in tit. de instrum. editio. S. nunc dicendum, art. 2. vers. 5 dicitur allegat. rex. in c. 2. de fide instrum. vbi appellat istas scripturas scripta authentica, in scripturas. C. qui potio. in pignor. habeat. ibi, quasi publice conscriptas, in auth. de fid. instrum. S. si quis agitur. vers. 4. sed & si quis, cum quo concordat auchen. si quis vult. C. qui potio. in pigno. habeat. t' vbi iste scripture quandoque instrumentum, & quandoque documentum appellantur; & text. in c. placuit, lo se quando verificis autem iuncta glo. in verbi. subscript. 16. quest. 3. cum quo concordat tex. in l. vi perfectius. C. de annal. exceptio. Nec obstat si diceretur quod a pocha improprie dicitur instrumentum publicum: ponderando verba dicta. I. scripturas, ibi, quasi publice, & cum dictio quasi improprietatem denotet, & similitudinem. l. ad tempus, in fin. ff. de vñscap. l. si non quasi heres. ff. de acq. hered. l. postmodum. in princip. ff. de iniust. restam. glo. in l. in personam. S. qui pecuniam. ff. de pactis, & in cap. parochianis, de decimis. Dyn. cons. 4. nu. 4. & 5. & Ang. de Areti. in l. qui libera, nu. 6. ff. de vulgar. las. in S. fed iste, nume. 26. & 68. institutio. de action. & Fely. in cap. gratum, nume. 12. de officio delegar cum simili. quæ allegat Alberic. in suo dictio. & I. oan. Baptiſt. castellio, post ipsum, t' & nullum simile sit idem. l. quod Neratius. ff. deposit. quoniam responderi potest, quod dictio quasi etiam veritatem potest denotare, & proprietatem, ut patet in Euangel. I. oan. ibi, quasi vñgenititia parte. in l. mulier. S. fin. ff. ad Trebellia. l. prima. ff. ad legem Iulia. de vi public. & l. nec is. S. primo. ff. de acquiran. heredit. & alij quam pluriibus locis, quæ Alber. ibidem allegat, quod maxime dici potest in terminis dictæ l. scripturas. vbi quod si producitur a pocha in iudicio actio nis personalis, obtinet suum robur quasi publice cōfecta: & si in iud. realis similiter, & preponitur instrumento posteriori habet tres testes fidei dignos. in tantum quod postquam in casibus ibi expressis ita valeat instrumentum publicum: illa dictio, quasi, ibi, denotat veritatem: & non similitudinem, bene t' m' fateor qd' in pract. non seruaretur: t' quia inspectio communii vñloquendi secundum quem Rit. noster loquitur: instrumentum publicum appellamus illud quod per manus publici notarij est confectum: epochas vero appellamus scripturas. ut omnibus clarum est, & patet ex Bald. in summario. dictæ l. scripturas, quod not.

¶ Quarto quero si instrumentum in parte est liquidum: & in parte non, nunquid impeditur ipsius presentatio iuxta formam precedentem Rit. propter partem non liquidam: regula iuris se habet: t' quod vtile per inutile non vitiat, ut in reg. vtile. de regu. iuris. in 6. L. 1. S. penu. vbi B. 2. 10. & Docto. in 1. oppo. ff. de verbis. obligation. l. h. c. consultissima. S. ex imperfecto. 2. respo. C. de res. l. fin. C. fami. hercif. & in l. certi. S. quoniam. in. no. ff. si cert. pera. vbi Bald. ponit decem fallentias, sed quia dicta regula locum habet in separabilibus: non autem in inseparabilibus: ut dicit Bart. & si sponsus. S. generaliter. per illum tex. ff. de doza. inter virum, & vxorem Bartol. in l. fina. nu. 3. in fin. ff. de iuris. omni. iudi. Cardin. in clem. 1. S eadem. de supple. negli. præla, & in clem. 1. de decimis. & Alex. in l. stipulatio hoc modo. ff. de verborum obligacione: distinguendum viderit hoc pacto: aut pars illiquid a impedit solutionem: & sic partem liquidam, & tunc non potest presentari, quia cum una pars te-

dat ad impedimentum alterius, videntur inseparabili. & sic vtile vitiatur per inutile. l. in hoc iudic. io. ff. fami. herc. quam Bar. allegat in d. l. fi. aut non impedit solutionem: quia forte dicit instrumentum quod facta solutione, creditur teneatur facere hoc, vel illud: & tunc quia videntur capita separata: vtile non vitiat per inutile: & potest instrumentum presentari, & accusari. Verum si instrumentum diceret quod tempore solutionis, teneatur creditor facere aliquid, non impedit liquidatio instrumenti & exequitio, sed dicatur quod exequatur, & fiat depositum: & illud non liberetur nisi adimplenta promissione per creditorem: & ita seruatur in pract.

¶ Vnum tamen aduerte in pract. quod quotiescumque instrumentum debiti non est liquidum de per se: sed liquidatur per aliud: quod citatur debtor super tenore ipsius: dici debet in citatione, quod veniat responsurus super tenore instrumenti nō "quidi liquidat" tamen per aliud instrumentum, ad finem ut circuitus veniat instrutus, & certus. Et adde quod tale instrumentum, quod inducit ad liquidandum aliud quod est illiquidum: debet esse sumptum in forma probante, & si non est sumptum in forma probante, sufficit quod sit alia scriptura publica dummodo etiā de ea fiat mentio in citatione (vt dixi.)

¶ Quinto quero, pone quod debtor promisit in instrumento soluere debitum creditoris: & citatus super tenore instrumenti non comparet: nunquid poterit condemnari? vel comparet, & dicit instrumentum non liquidum ex causa prefata: nunquid poterit liquidari? Breuiter dicas quod non: quia in talia causa tenetur creditor probare qualiter die solutione destinata fuit in illo loco paratus recipere solutionem: ut dicit Bartol. in l. item illa. numero vñdecimo vers. quero pone. ff. de constitut. pecu. Alexan. consil. 171. nume. 4. volum. 2. & Affl. decis. 316. Vnde cum ex parte creditoris sit aliquid probandum: non potest instrumentum dici liquidum & ex consequenti procedi non potest. Et ideo cautela est ad hoc ut instrumentum possit dici liquidum: quod creditor protestetur per actum publicum, qualiter illo die fuit in illo loco paratus recipere solutionem: alias secus erit ut dictum est: quod adeo verum est, quod debtor eo casu etiam depone in illo loco non tenetur ut late firmat Alex. consil. 92. nume. 10. cum sequen. volum. 1. & ita seruatur \* Forma vero factus publici erit, quod creditor aeat officialem loci solutioni destinati eique offerat

¶ Petitionem narrando tales mediante instrumento sibi debere ibi pro illa die ducatos tot, pro quibus recipiendis accessit illuc, & quia ignorat si debtor venit, rogat ipsam Curiam quatenus dignetur per eius nuntium per proclama perquiri facere per totam terram ipsum debitorem contra quem non repertum protestatur, quod per ipsum non stetit recipere debitum statuta die in loco destinato, & facta dicta perquisitione de ordine officialis more solito, fieri faciat publicum instrumentum a notar. Curie vel alio publ. not. tam de petitione predicta quam de perquisitione, quod instrumentum poterit postmodum tempore ultimi peremptorijs praetentare. Vel poterit creditor ante tempus solutionis constitutre suum procuratorem aliquem ciuem loci solutioni destinati, qui in eo loco statuta die exigat tale debitum, & elemum faciat notificare dicto debitori mediante prouisione Curie quatenus die destinata soluat tali eiusdemmet loci quod sibi tenetur mediante instrumento. ex quo eum ad hoc constituit procuratorem, nam si non soluerit poterit creditor ad demonstrandum quod per eum non stetit statuta die recipere debitum, exhibere in Curia authenticam copiam procriptionis factæ in personam talis, ac mandat facti debitori cum notificatione dictæ procriptionis, & talis copia sufficiet.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

31. ¶ Sexto quæro. quid in instrumento cœsuali. quod supra annos 20. confitum futurum quid paratam nō habebit exequationem? iuxta formam Regie pragm. Alfonsi de censibus. pp dispositione istius R. et. Petr. Foller. in sua practi. cœsuali. quā nuper edidit in ver. tanquam res iudicatas. nu. 37. mouet istam q. & dicit q. sic. non obstante Ritu nostro cui ipse respondet. qd loquitur quando instrumentum producitur per viam liquidationis. instantum q. si debitor per instrumentum cœsuale pro censibus decursis citetur super tenore instrumenti liquidandi iuxta formam præcedent. Rit. (sicuti citari & liquidari consueuisse pro tertii. firmat Domi. Mari. Friz. de subfeud. lib. 2. limita. 12. ad cœstum. diuia memorie. nu. 37. in fol. 113.) & si illud instrumentum excedit. 20. annos. non poterit liquidari: si vero non producitur hoc modo: sed citetur debitor ad dicendum causam quare non debet exequi cōtra eum vig. et instrumenti census iuxta pract. quæ in istis cœsualibus seruat: vt etiam ipse dicit ibidem. nu. 50. versi. hodie autem: tunc secus erit: & nihil obstat q. à die nativitatis actionis sint elapsi 20. anni. & ita seruatur quotidie: quod bene not. quia ipse ibi non bene se declarat.

32. ¶ Septimo t. quæro. pone q. debitor citatus super re nore instrumenti comparet in ultimo peremptorio termino. & dicit non posse procedi ad interrogationem ex quo elapsi sunt 20. anni. computando a die nativitatis actionis usque in illum die interrogationis. creditor vero replicat q. computando usque ad diem intimationis citationis non sunt elapsi 20. anni. & quod propterea procedi debet. quid dicendum? pro parte creditoris vñ q. per dictam citationem sit interrupta præscriptio. per l. sicut. & l. cum notissimi. C. de præscript. 30. vel 40. ann. pro parte vero debitoris vñ respōderi posse nō esse interruptam. quia vt dicit Bart. in l. naturaliter nu. 31. ff. de vñscap. & in l. mariti. S. quinquennium. ff. de adul. præscript. 20. annorum. quæ currit contra accusationes criminales per l. quærela. C. de falso. interruptitur per libelli oblationem non per citationem. & vt dicit idem Bart. in l. accusaturus. ver. circa hunc. ff. de adul. & in auth. offeratur. C. de litis conte. differentia est an præscriptio interrupatur p. oblationem libelli. per citationem. vel per litis contest. quia primo casu attenditur libellus. secundo casu citatio. tertio vero casu litis contest. Milii tamen vñ in hoc casu interruptam est præscriptionem per citationem. & consequenter procedi posse ad interrogationem: ratio est quia quando agitur. contra debitorem via Ritus nō datur libellus. sed proceditur per viam citationis vt in præcedens. Rit. apparet. quæ citatio sustinet locum libelli vt practica nos docet. Non obstat al legata in contrarium per Doctr. Bar. in d.l. naturaliter quoniam præscriptionem interruptri per solam libelli oblationem absque citatione est contra præscriben tem. interruptri vero per citationem est in eius fauorem. vt patet ex dictis Bart. in d.S. quinquennium. & d.l. naturaliter. & aperte colligitur ex d.l. sicut. in illis verbis. ibi. nec sufficiat nam primo casu oblato libello dato quod non veniat in notitiam partis præscribentis est interrupta præscriptio. secundo casu non. quia cōp. est ipsam citari facere. in tantu q. si præscriptio quæ currat contra accusationes criminales interrupitur sola oblatione libelli quod est minus. multo fortius interrupitur per citationem quod est magis in fauorem præscribentis vt proxime dixi. Minime etiam obstat alia Doctr. Bar. in d.l. accusaturus. quia dato q. sic differentia quod præscriptio interrupatur per oblationem libelli. vel per citationem. tamē vt dixi interruptri per oblationem libelli potius quam per citationem. non respicit fauorem præscribentis. sed interruptris præscriptionem qui potest suo fauori renunciare. & interrumptere per citationem non per libellum.

33. Ex quibus t. sequitur una limitatio ad hunc Rit. vt nō

procedat si inf. 20. ann. citatus est debitor & sic interrupta præscriptio. dato quod tempore interrogationis esset completi 20. ann. Sublimita tā d. limita. nō procedere si citatio intima est circumducta. vel nulla. quia vt dixi in Rit. 121. citatio circumducta nō accedit. citatum nec interrumpit præscriptionem. Sicut nec etiam citatio nulla. vt dicit Bart. in l. accusaturus. n. j. ff. de adul. & Sebas. Vant. in trac. nulli. tit. de null. senten. ex defec̄tu cito. nu. 24. nisi ad citationem nullam vel circumductam fuerit comparitum. quoniam tunc citatio reconuasceret. & præscriptionem interrumperet. vt not. Alex. ad Barto in d.l. accusaturus. in ver. an citatio. super litera. b. & dixi latius in pragm. 2. 10. not. de ordi. iudi. & ideo ille qui cum citatione circumducta vel nulla citatus est. super tenore instrumenti in quo lapsi sunt anni 20. a die nativitatis actionis. sit cautus vt non compareat. quia licet reputetur contumax poterit postea de nullitate dicere. vel mittat alium eius nomine qui de nullitate citationis dicat. vel de lapsi 20. ann. quod potest facere. vt dixi in Rit. præced. 4. not. vers. iunt tamē. ver. secundus casus. & ver. septimus casus. Secundo limitatur iste Ritu. vt non procedat quotiescumque per citatum. non fuerit oppositum quod sunt elapsi 20. anni. quia inter alias limita. quæ dantur ad d.l. quærela. C. de falso ea est. vt non procedat parte non opponente secundum Bart. in l. S. accusationem. nu. 3. ff. ad turp. & l. absentem. nu. 4. in ff. de poen. adeo q. si citatus faciat se reputari contumacem. vel compareat & procedat ad interrogationem instrumenti. valet contumacia. vel instrumenti liquidatio. non obstante. q. erant lapsi 20. anni. 35. Et t. si diceretur quod præscriptioni etiam inducta sa uore priuato principaliter. & secundario sa uore publico odio negligentis renunciari non potest secundum yeriorem & magis com. opin. Bart. in l. nemo. ff. de leg. quam ibid. sequitur Alex. num. 25. qui & alios allegat & Ias. nu. 8. in 1. lect. & in 2. lect. nu. 114. Felyn. in rubr. de præscriptio. nu. 11. cum seq. & plene Balbus. in tract. præscript. 5. par. 5. par. prin. q. 6. nu. 83. cū se q. respondetur quod multa possimus tacite. ad quæ expresse nos obligare non valemus. vt dicit Gla. in c. si diligenti. in ver. manifeste. extra de foro compet. & in l. filius fam. S. veterani. in ver. prætermisso. ff. de procu. quæ conclusio probatur manifeste. in d. s. vere rani. in l. nonnunquam. ff. de condit. & demonstr. in l. actus & l. expressa. ff. de reg. iur. & alijs quam pluribus. ll. vt etiam per Cagnol. in dd. ll. Nec obstat. quod Socin. consil. 86 num 16. volum. j. & consil. 66. num. 11. volum. 2. dicit. quod nec etiam tacite renunciari potest præscriptioni quoniam in eo nō firmat pedes. sed transitorie & remissive loquitur. nec aliqua legi id probat & all. 8. Bart. & alio in d.l. nemo. vbi de expessa

## A D D I T I O.

a Sexto quæro. Adde quod nos in hac questione aliter distinguendum opinamur vñ elicet. quod aut creditor vult liquidare pro censibus decursis ab annis vigineti retro. & non potest aut pro decursis ab annis vigineti infra. & potest. licet sint elapsi anni vigineti a die confessi instrumenti. quoniam spatiu. vigineti annorum fuit per hunc ritum consideratum. nō quoad confectionem instrumenti. sed quoad natu. em. actionis. constat autē ex huiusmodi instrumento. singulis annis nasci actiones maturatis censibus leuitatis vt vulgo dicitur. & propterea inquit ritus a die nativitatis actionis. non dixit a die confessi instrumenti. id q. procedere existimamus etiam quod exactio nem sortis principalis si infra vigineti annos nata fuit actio petendi etiam forte in principalem. licet longe ante vigineti annos instrumentum confectum fuerit attentus verbis ritus. C. P.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 90

per ea renunciatione omnes loquuntur ut est videre.  
 Tertio limita Ritum nostrum non procedere vbi cū que cū iuramento specialiter renunciatum esset præscriptioni istius Ritus in instrumento, puta dicendo, *o debitor possit conueniri secundum formam Ritus Magnæ Curiae quandoconque etiam post lapsus 20. annor. non obstante Rit. aliter disponente cui ex parte cum iuramento renunciat ita voluit nos Alex. in d.l nemo.nu. 25. circa finem Fely. in dicta rubr. de præscriptio. 4. fall. nu. 15. & Balb. in d. tract. præscript. 5. par. 5. par. prin. q. 6. nu. 39. vers. 1. prædicta. & licet Ias. in d. Lne. nu. 83. in 1. lect. & nu. 115. in 2. lec. teneat *o nec etiam cum iuramento præscriptioni renunciari possit. motus ex consi.* Ang. 55. incip. Gulielmus. & consi. Cuman. 91. incipien. visa copia. in fi. artamē nō zeceras a d. limita. & ad consi. Ange. responde ut per Felyn. in d. 4. fall. *o locum haberet qm debitor simili-* citer dixisset quod conueniri posset quandoconque, & in fine instrumenti iurasset super obseruantia cōtractus, nā tunc quia illa promissio conueniendi qn- cunque habet tacitam conditionem ab isto Ritu dūmodo non sint lapsi 20. anni ne inducatur renuncia- ria præscriptionis cui vt sup. dictum est renunciari nō pōt, etiam iuramentum in contractu appositum reci- piet illam tacitam conditionem. iuxta dispositionem. l. fi. C. de non numer. pecu. quod in terminis. d.l. lim- za. dici non poterit. ad consi. Cuma. esponde quod ip- se fundat<sup>e</sup> le in cap. fi. diligenti. extra de foro comp. vbi est casus lati dissimilis a nostro, ibi enim fauore pu- blico, & totius Ecclesie intuitu concessum est ut cleri- cici coram iudice laico conueniri non valeant, merito tali privilegio per clericum etiam cum iuramento renunciari non potest, in casu vero nostro principaliter fauore priuato inducta est præscriptio 20. annorū, & fauor publicus secundario consideratur, quo casu cum iuramento renunciari potest vt per Alexan. loco præalleg. per c. cano. que allegat. Et si dicatur *o Bal.* in l. quod si nolit. S. si quid ita. ff. de adil. edict. in sum- mario illius. S. dicie, quod vbi in instrumento adest verbum quandoconque, vel verbum perpetuo, nunquā currit præscriptio statutaria vel legalis, & per hoc in- ferset ad instrumentum quod mereatur exequitionem non obstante lapsu decennij si debitor in eo promisit quod posset quandoconque compelli, motus per il- sum tex. per quem & per alias causas dicit ita fuisse determinatum, respondetur quod ille tex. nō facit ad propositum, vt ipsemet ibi dicit. & Ang. ibi, & Cepol. in 3. no. & me Ius Fel. in rubrica de præscrip. 5. fall. nu- me. 15. vbi quamplures responsiones ponit ad dict. S. & conclusio firmata in d. summario per Bald. proce- deri secundum Cepol. in d. 3. not. in præscriptione cui renunciari posse. vt est in easu illius. S. in præscriptio- ne. inducta in defectu prouisione. L. minic. & ad au- thoritatem Bal. respondetur *o obstat que supra dicta sunt, q præscriptioni renunciari non potest, alias cau- sa per quas Bal. dicit fuisse taliter determinatum, nō ponuntur per eum ideo de eis non est facienda vis:* taaro magis, quia illa v. ba dicentia *o possit debitor* perpetuo vel quandoconque conueniri possunt intel- ligi de conuentione per viam ordinariæ cognitionis cui per hunc Ritum non est præjudicatum, vt dixi in prin. ipsius, ora autem de conuentione via exequitionis cui per statutum esset præfixus tex. sicut per hunc Ritum. Aponitur, & etiam statutum a Bal. relatum.*

## R I T V S CL XVIII.



Tem nota, quod assignans instru- mentum in dicta Curia, & pe- tens interrogacionem fieri: ob- ligat se, & bona sua, non con-

cordare, cum parte altera sine licentia Cu- triæ immo de prosequendo dictam causam extraordinariam super tenore dicti instru- menti vsque ad finem: ad poenam tareno- rum sex, pro qualibet vicia contenta in di- cto instrumento, & non minus: tamen quā do esset vna summa multum excessiva: pu- ta duarum vel trium milium vnciarum: tūc committitur arbitrio curiae. Nota quod ille Ritus isto modo practicatur per ipsam cu- riā: videlicet licet instrumentum sit liqui- dum, & omnia concurrant quæ in eo conti- nentur: tamen si ille, qui petit aduersarium, suum interrogati sit præuentus per citatio- nem a dicto aduersario suo, vt rumpat ei in strumentum illud super quo petit interrogati- onem fieri: tunc non potest fieri interro- gatio, nisi sit finita dicta causa ruptionis dicti instrumenti: qua finita, videbitur si est locus interrogationi, vel nō. Et si interro- gatio hoc modo: videlicet unus Aduocatus fisci legit in cōspectu Curiae alta voce dictum instrumentum: quo lecto, audiuntur Ad- uocati fisci ad fundandum intentionem cu- riæ quod procedat interrogatio. Secundario audiūtur Aduocati eius qui presentauit in- strumentum. Tertio, audiuntur Aduocati illius contra quem petitur interrogatio fie- ri: quibus auditis: si procedit interrogatio, unus ex iudicibus Curiae facit iurare illum contra quem est presentatum instrumentum: si illud instrumentum habet pro vero: & siue dicat sic, siue non, detinetur in carceri- bus: & deinde facit iurare facientem interro- gari, si aliquid recepit de summa in in- strumento contenta: & deinde datur vti- que parti terminus ad probandum (quo ter- mino dato) proceditur in dicta causa. hoc modo videlicet: quia dato termino ad pro- bandum, & elapsio, vel non elapsio, renunci- ato tamen ipsi termino, (sicut etiam fit in alijs causis) publicatio, & deinde alij actus, & conclusio fit, & datur sententia ciuilis quo ad tortem, non autem ad poenam pecunia- riā, vel ciuilem. Ille autem qui præsentat instrumentum, obligat se ad poenam tare- norum sex, pro qualibet vicia infra duos menses prosequi (quod intelligitur pro- qui causam ipsam per citationem, vel alios actus) & non pacisci cum parte aduersa si- ne licentia curiae. Et tunc causa ipsa potest finiri quandoconque etiam post duos men- ses, prout de iure est.

## S U M M A R I U M.

*Quilibet citatus comparere tenetur, suaque al- legare exceptiones, & nunquid iuramenti ex- cludat debitorem à beneficio præventionis.*

M 2 Credj

o e Domini Prosperi Sudini Episcopi

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 91

¶ Tertio quæro quid si debitor meus tempore quo cum eo contraxi: incepérat iam dilapidare: tamen nō modo tali, quod esset timor suspicionis fugæ. nunc autem post contractum, incipit fortius dilapidare: nunquid poterit eius suspicionem probare: vt capiatur: & iudicium afflécetur? iste Rit. facit, quod non. dū dicit quod suspicio debitoris debet post contractum superuenire quemadmodum est etiam de iure secundum Bart. in l. si is à quo. S. 1. per illum textu. ff. vt in posse. lega. in l. fin. C. de sponsa. & in l. si creditor. ff. de priuile. credito. Bald. vero. in l. si pro ea. in princip. C. mand. quem sequitur Alex. ad Bart. in d. l. si is à quo. in terminis q. nostra determinat contrarium, quia ille dicitur dilapidare, vel dissipare, quæ taliter dissipat, quod timeri potest. & idem Rodericus Suarez in repet. legum Hispania l. 2. tit. de los emplazamientos. nu. 39. fol. 810. Non obstant Rit. & allegata in contrariis: quia dilapidatio propter quam timeri debet de fugæ, dicitur orta post contractum, & non ante. vt Bal. met. ibid. responderet: & Roderi. in d. loco. Et ex hoc sequitur alia limitatio ad primum nota. nostri Rit. vt non procedat, quando causa suspicionis, quæ erat tempore contractus erat adeo modica: quod non inferret suspicione fugæ. ¶ Quarto quæro quid si creditor aliter non habet instrumentum de debito: sed forte apocain, aut testes, vel habet: & super eo lis pendet: nunquid poterit ob suspicionem fugæ post contractum ortam, peri captura? iste Rit. videtur sentire quod non, dū dicit de creditore habente instrumentum publicum & liquidum; Anch. vero consl. 85. nu. 4. in propriis terminis firmat contrarium per tex. nor. in l. postquam circa princip. ver. Imperator. ff. vt lega. nomi. caue. idem Ang. in l. si ab arbitrio. S. fi. ff. qui fastida. cogan. & in l. nemo. C. de exacto. tributo. & Cel sus ad Lanfran. in d. c. quoniam contra. in ver. recusationes. in litera l. ver. quia forensis. immo plus dicit Anch. ib. quod etiam lite pendente super reductio ne ad arbitrium boni viri, potest impetrari, & concedi captura ob suspicionem fugæ; quamvis pendente reductio, nihil sit innouandum: quemadmodum nec appellazione pendente, l. 1. ff. nihil noua. appella. pena. t̄ cum appellazione reductio assimiletur. l. non distinguemus. S. cum quidam. ff. de arbit. Nō obstat iste Rit. quia loquitur quando creditor intendebat citare debitorem super tenore instrumenti: & procedere post modum ad liquidationem, verum propter suspicionem fugæ volebat etiam quod in citatione diceretur de capiendo; tunc enim propter citationem, creditor debet constare de debito per instrumentum publicum & liqui-

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

& liquidum: ad hoc, vt possit postea procedi ad liquidationem: ut alias dictum fuit supra in Rit. 167.

39. **¶** Quinto quero quid si creditor non comparet: sed eius procurator generalis, vel alius tanquam affinis & coniuncta persona quæ potest sine mandato agere, s. sed hæ. ff. de proc. l. exigendi. C. eod. ut late per Ias. in l. maritus. in princ. eo. tit. C. & talis comparens vult probare per testes debitorem talem esse effectū fugitiuum: & propterea expedire citationem de citando, & capiendo iuxta formam presentis Kit. nunquid admitti debet? Rom. in proprijs terminis q. nostræ consil. 241. nu. 11. tenet quod non: dicens ad istud requiri speciale mandatum pere a quæ not. Barto. in l. filius fam. nu. 11. ver. quandoque. ff. de donat. Ego auté arbitror contrarium de iure verum: postquam comparet procurator, vel alia persona quæ ad agendum admittitur absque mandato. Confirmatur, quia authoritas quam habet creditor capiendi debitorem fugitiuum iuxta l. ait prætor, S. si debitorem, ff. quæ in frau. credito. competit etiam procuratori suo. vt probat gl. in l. 1. in ver. ab ijs. C. vbi quis de curiali. Salic. ibid. & melius Ang. And. Barb. in cap. cum non ab homine. colum. 15. de iud. & Roder. Suarez. in repet. legum Hispaniæ. l. 2. tit. de los emplazamientos, nume. 24. fol. 805. Non obstant quæ dicit Rom. in d. con. quoniam in casu q. suæ erat statutum puniens certa pena creditorem impetrantem capturam iniustum, quo cæ su vt dicit Bar. in d. l. filios fam. & interest debitoris qd ille qui comparet pro creditore habeat speciale mandatum, ne postea dicere possit non fuisse suam intentionem: ut poenam evitet. per tex. not. in simil. in cap. procurator. de ele&t. in 6. item interest creditoris ne in poenam incidat ex facto alterius: & immo procurator sine speciali mandato non potest admitti ad faciendū ea per quæ dominus posset incidere in penam. l. j. S. si procurator. ff. si quis ius dicea. l. si procurator. ff. quod quisque iur. & in l. si procurator. ff. de condic. indebi. sed statuto de quo Roma. loquitur deficiente, non vi deo quare procurator, vel alia persona de præfatis non sit admittenda: quod not. pro 4. ampliatione. huius Rit. & adde alijs quas posui supra in princ. Eboli die 15. Octob. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C L X X I .

**T**em nota. quod ille qui carceratur vigore instrumenti, si non probat legitime infra terminum sibi datū ad probandum: curia ipsa procedit etiama ad truncationē, siue ad mutilationem manus: vt vidi seruari tempore Regis Ladislai: scilicet contra notorium Andream Burranam de Neapo. contra quem præsentauerat quoddam instrumentum dominus Gualterius Galioza de Neapoli. verum non fuit facta executio dictæ mutilationis manus: quia habuit concordiam cum parte: licet in quadam obseruantia in hoc libro contenta, dicatur quod non proceditur ad mutilationem manus: nisi via ordinaria: & non via extraordinaria agatur, quod nota.

## S U M M A R I U M .

¶ **P**ena per iuriū per regni consti. est mutilatio manus: alia vero est de iure communi.

2. **P**ena mutilationis manus pro periurio in pecuniam bodie euasit.

**N**ota primo ex hoc Ritu. quod debitor q. habuit terminum super exceptionibus per eum oppositis aduerlus instrumentum contra ipsum liquidatum, & non probauit: condemnatur ad poenam truncationem manus: & tandem detinetur carceratus donec creditor satisfaciat: ut dictur in alio Rit. infra 39. vbi similis Rit. ratio istius poenæ est: quia postquam habitu termino, nihil probat: clare constat ipsum fruole exceptiones opposuisse: & ex consequenti scienter contravenisse iuramento præstite in instrumento de soluedo: & in periurum incidisse: cuius poena est mutilationis manus per constituta. Regn. cum iuxta prouidum. versic. aut per fraudem: & constit. eos qui scienter. cu quibus vt dicit ibi Glo. concordat. l. de eo. & l. de his. de periurijs in Longobar. licet de iure communali super periurio prouisum esset. vt plene colligi potest ex not. per Bald. Ang. & Saly. in l. 2. C. de rebu. cedit. Boer. decisiō. 303. Corn. consi. 214. nu. 16. volum. 2. Rom. & Ias. in l. si duo. S. si. ff. de iur. iur. & plenissime ex Petr. Foller. in sua pract. censua. quam nuper edidit (& posthæc scripta habui) in ver. Nicolaus. nu. 83. cu sequen. Secundo no. ibi licet limitationem ad dd. constit. cum iuxta, & constit. eos qui scienter. vt non procedant quotiescunque extraordinarie actum sit ad periurium: sed solum quando via ordinaria. & de hac limita. fuit memor Affic. in constit. Reg. statuimus ut magna. 17. no. nu. 14. sed per hunc Rit. sublimitate non procedere dictam limita. in periurio commisso in instrumento liquidato iuxta formam Rit. magnæ curiæ, quia licet causæ instrumentorum sint extraordinariæ, vt patet ex Rit. supra 109. & sic extraordinarie agatur ad periurium: (tamen vt vides) per hunc & alium Rit. supra allegatum imponitur talis poena, & vediatur in hoc Rit. ita seruatum fuit in quadam causa. & Hodie vero ex consuetudine generali omnium curiarum Regni huius, hæc pena manus pro periurio in instrumento liquidato commisso non seruatur, sed solum certa poena pecuniaria ad rationem unius carleni pro ducato debiti contenti in instrumento, vt latius dixi supra in Rit. 133. & firmat etiam Affic. in d. constitut. statuimus. 17. nota. & Petr. Foller in loco præallega num. 89. immo plus dico circa istud, quod etiam si ageretur pro periurio via ordinaria, prout multiores agi video, & debitores citati responsuros super libello de periurio (vt dicam infra in Rit. 182.) adhuc talis poena manus non imponeretur, sed forte alia arbitria ex crimine stellionatus per l. ff. de crimin. stellio. & ego in tot causis quas vidi ordinariæ agi de periurio, nunquam audiui poenam manus impositam: immo nec siles percutiisse: ad hunc terminum sententiandi, quia vt plurimum sunt ad terendum debitores, item quia facilis est defensio ad excusandum debitorem à poena istius periurij extra iudicialis, ob multa quæ probari possunt, vt not. Affic. in d. constitut. eos qui scienter. q. 8. num. 16. & not. Eboli die 26. Octob. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C L X X I I .

**T**em quod si debitores citati super tenoribus instrumentorum in dictis curijs, vel altera ipsarū fuerint cōtumaces, & nō comparuerint in termino statuto: statim tanquam suspecti possint capi de persona.

S V M -

R I T V S . CLXXIII.

A decorative floral border in the top right corner, featuring intricate patterns of flowers and leaves.

Tem quod si aliquis, vel si  
aliqua citatus, vel citata fuit  
rit de mandato dictarum  
curiarum, seu alterius eas-  
tum ad respondendum super  
tempore instrumentum al-  
quo contineatur pena pecu-  
nientum, si de perjurio, vel pe-  
nit aliter quam modolibet con-  
us, vel citata compareat in ter-  
rorio termino sibi praefixo est  
is, seu parata satisfacere de de-  
ad quod teneatur, etiam si lap-  
ponit in quo solvere teneba-  
ti debutum in dictis curiis; &  
non ex quadam equitate qui-  
datur contra dictum debito-  
rum super pena predictam.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

## S U M M A R I U M.

- 1 *Mora an de iure purgari possit, cum aderit in contractu dics, iuramentum, & pena?*
- 2 *Iuramentum, & pena habent exequitionem paratam.*
- 3 *Per equitatem, omnia qua de mora purgatione dici possent, limitantur.*
- 4 *Purgationi mora renunciari potest.*
- 5 *Purgatio moræ in conditionibus, an locum habeat? & ibi habes quid bodie seruet sacram consilium in boë.*
- 6 *Debitor super tenore instrumenti citatus si comparens sine pecunia, se non teneri ad soluendum dicit: quia imminet euictio in re sibi vendita, in limine contractus, demonstrat, per authenticam fidem item sibi motam: quid iuris.*
- 7 *Fideiussor quo casu non sufficiat dari pro lite tunc mota, sed dari debet pro quacunque in futurum mouenda.*
- 8 *Fideiussorem dare quando quis non teneatur. vel sic & nu. 10.*
- 9 *Fideiussor a iure vel statuto requisitus dari debet etiam ab idoneo facultatibus.*
- 10 *Decisiones sacri consilij faciunt ius in Regno.*

**I**ste Ritu. conformis est cum alio supra 269. vbi idem disponitur, sed quia ibi omissum fuerat tractare quid iuris esset de poena contenta in instrumento ad quam debitor si non soluisset, se obligauerat, ac etiam de poena per iurij Ritu. noster in fi. versi. decidit. Not. igitur in fi. Ritu. ibi ex quadam sequitate, quod licet lapsus sit terminus datus in instrumento ad soluendum & etiam citatus debitor super tenore instrumenti, nihilominus si comparet in curia cum sacco paratus de sequitate poenarum euitat, & bene dicit de sequitate, & quia de iure mora purgari non potest vbi adest dies, iuramentum, & poena per nota. in l. traeclitiz. S. de illo. ff. de actio & obligat. & in l. fi. insulam. vbi Bart. & ceteri Docto. ff. de verb. obligat. not. per Bald. in l. magnam. C. de contrah. & committ. stipulat. in l. & si post tres. ff. si quis cautio. in l. i. S. edit. ff. de eden. & in l. si pacto quo poenam. nu. 6. C. de pact. Alex. consi. 1. 30. nu. 11. volu. 4. Imol. in d.l. si insulam. s. nota. num. 3. vbi post Ange. in specie loquitur de mora commissa in instrumento guarentigato, & Par. de reintegra. feudo. S. sequitur amodo quotidiana quæstio fol. 6. 1. t ratio est secundum Parid. ibi quia iuramentum & etiam poena habent exequitionem paratam, vt not. per Ias. in l. 2. ff. de iure iuri. in l. nulli. C. de iud. & in l. fi. colum. 4. C. de editio diui. Adria. tollen. Hippo singu. 356 iuramentum. & Boer. decis. 295. vol. 2. licet secundum Baltio. l. cum allegas. num. 12. versi 6. oppono. C. de usur. quem sequitur Alex. d. consil. & simpliciter refert Pau. de Cal. in d.l. & si post tres. præfata procedant in contractibus stricti iuris non autem in contractibus bonæ fidei, & secundum l. mo. in d.l. si insulam. nu. 23. versi. item posset dici. procedat in verisque contractibus. Fundatus est iste Ritu. secundum Paridem. in d.S. sequitur. num. 28. (vbi de eo fuit memor) super equitate cano. in c. apud misericor. dem vbi gl. 32. q. 1. t per quam sequitatem limitantur omnia præallega. & simil. quia dicuntur de purgatione moræ, vt etiam dicit Bal. in l. qui Crimen. C. qui ac cusat. non possunt, & Lanfran. in c. quoniam contra. in ver. testium depositiones. nu. 136. versi. not. ramen. vnum. t Limit primo hunc Ritu. non procedere quoque scilicet in instrumento purgationi moræ effector.

nunciatum, cum renunciari possit, vt dicit Bal. in l. fan- cimus. per illum tex. num. 4. C. de fideiussio. Bal. & S2- ly, in d.l. magnam Par. in d.S. sequitur. nu. 32. & Petr. Folle. qui hunc etiam Ritum citat in Apostill. ad Ma- riant. in pract. parte 6. membro. 9. nume. 38. t Secundo limita non procedere in conditionibus: quia in his: purgatio more locum non habet. vt dicit Bal. in l. si su- per possessione. in fin. versi. C. de transa per l. Thais. S. intra. ff. de fideicom. libert. & Par in d.S. sequitur. nu. 35. exemplum secundum eundem Par. ibi est: quan- do aliquis promittit soluere affictum in tribus tertiijs: videlicet, Paschate, Augusto, & Ianuario cum condi- tione quod si in prima tercia non soluerit: possit peti totum debitum: & pro hoc ultra præfata allegar que not. Bal. in d.l. cum allegas. nu. 12. versi. deinde quero. & in c. i. n. 5. ver. ex hoc infero. qualiter dominus pro prius. feud. priu. vbi fere in terminis determinat Bald. totum debitum peti posse absque purgatione moræ. & licet Petr. Foller in loco præallega. dicat alias se co- trarium respondisse: & q nonnulli Docto. Neapo. ma- qui practici ita etiam consuluerunt: & quod non ob- stante dicto pacto, esset locus purgationi moræ: ni si esset renunciatum: nullam de Bal. & Parid. in loc. pç alle. faciendo mentionem: attamen ego in dubitante teneo contrarium, & quod si vidisset Paridem & Bal. forte aliter dixisset. & fateor quod pluries ita vidipra- & cari, ac totum debitum peti, quod nota. eum causu eveniet. Nec obstat dispositio istius Ritu. volen- tis admitti purgationem moræ de sequitate: quo- niam vt Pari. ibidem dicit Ritu. noster loquitur quo ad evitandam poenam conventionalem forte duplia instrumento appositam: & poenam per iurij, & non alias. vt ad literam dicit subiungens Par. quod ita plu- ries in consil. fuit iudicatum. \* Hæc licet de iure vera essent, & etiam de consuetudine, attento tempore Pa- sid. Hodie tamen sacram Consil. aliter seruat & nisi re- nunciatum sit purgationi moræ purgatio semper ad- mittitur vt scribit Dom. Friz. in l. de sub feud. libr. 2. de differentijs feud. quater. nu. 24. fol. 24.

\* Quæro de vna q. quæ bis hoc anno evenit in Re- gia Audientia Principatus circa debitor citatus super tenore instrumenti comparens sine pecunia in sacculo (vt hic dicitur) verum dicit se non teneri ad soluendum, eo quia super te sibi vendita imminet euictio in limine contractus: demonstrando per fidem authenti- cam fidem motam, quid fieri. tex. in l. si post perfecta. C. de euict. facit pro eo, dicens quod non tenetur sol- uere, & ideo hoc casu i liquidatione super sede birur. vt firmat in propriis terminis Ang. consi. 12. Nicolaus & Graui. in Ritu. 164. qui secundum meam compara- tionem 166. parte 6. declara. 26. verum, quia text. præ- alleg. dicit quod si per venditorem daretur fideiussor de restituendo in casu euictionis: emptor teneretur soluere, & idem Bart. in l. i. S. stipulatio duplex. ff. de præto. stipu. & Areti. pulchre in S. penul. initit. de su- spec. turo. cautela est: quod creditor statim cum effec- tu præstet fideiussorem de generali euictione. vt A- ret. ibid. dicit: quia præstata, debitore non habente tunc pecuniam procedetur ad liquidationem. quia satisfac- tum est sibi de fideiussione prout ita exequutum tunc in dictis causis: ex quo statim fuit præstata fideiussio. discant ergo debitores hoc casu portare pecuniam ad maiorem cautelam, quoniam si eis præstatur fideiussio, poterunt evitare liquidationem alias fecus. vt dicendum est \* Ideo t autem dixi de fideiussore degene- rali euictione: quia non sufficeret dari fideiussorem solum pro lite tunc mota, sed dari debet pro quacun- que lite in futurum mouenda. vt dicit Bar. & ibi com- muniter scribentes in l. post perfectam. C. de euictio. & firmat Aret. in d.S. penul. Anto. Burgos. in capitul. si venditori. vltimo not. num. 16. versi. quid autem, lo- extra de empti. & vendi. Gratius consi. 13. nu. 18. vol. apud Barto. & Pau. de Cast. in l. i. S. stipulatio. ff. de præto.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae.

96

proto.stipu.& Gram. consil. ciuili. 106. in causa Ar-melline.nu.3 post Ale.in cons.65.vol.5. Et hoc etiam si lis mota esset per transactionem sòpita. vt scribit Gram.in d.cons. in fi. verbis.mouetur per l. fin. & ibi dicta per Alber. ff. de rescln.vendi.Predicata t quæ dixi de fideiussore dando per creditorem de generali euictione, quando imminet euictio, limita secundum aliquos, vbi cunque creditor esset evidenter idoneus facultatibus, quia tunc onus dandi fideiussorem a iure vel statuto requisitum propter evidentes facultates habi remittitur, vt plene scribit Iaso. in l.1.nu.18. qui sa-tilda.cogan.motus per doctri.Bar.in l.priuatæ. C. de marie. & l. quicunque.la 2.C.de fund.patri.libro 11. ite perl. l.S.ù magistratus. ff. de magistr. conue. & l. conuen. & l. legitimos.in princ. ff. de legi. rato. idem voluit Paul.de Cast.in l.diuortio.S.interdum.nu.4 ff. solu.matri.per rex.cum Glosl.in l.de creationibus. in verf.sufficientem.C. de episco.aud.& per Doct. Bart. in d.l. quicunque idem Roma.cons.67.nu.4.ver.ter-tio.motus per d.l.de creationibus. & d.l. quicunque. Alexan.cons.37.nu.15.vol.2. motus per predicata. & Hippo. in rubr.de fideiuss.nu.180. motus per rex.cum Glosl.in l.1.ff.de ripa munim. Sed istam t limita. ego non sequor, quia contrariam op. vti veriore teneo quod immo fideiussor a iure vel statuto requisitus da-n debet etiam ab idoneo facultatibus quam opin. re-nuit Alexand. in d.S.interdum.nu.11.vers.ultimo. & in d.l.1.nu.12. ff. qui satisd. cogan. & Addentes ad d. consil. Alexand. in ver. idoneus permulta quæ Alexæ. allegat in dd.locis. & Iason. in d.l.1.dum ponit ratio-nes pro ista opin. Non obstant allegata in contrarium pro alia opin. videlicet rex. in d. l. quicunque in d. l. legitimos. & in l.1.ff. de Ripa munie quoniam vna-riponfione tollentur, videlicet q. rex. præfati ultra-procedunt expesse dicendo in illis casibus quod idoneus facultatibus non tenetur satisfactio, & ita respõ-det Alex. in d.S.interdum.versicu.vlti ibi.nec obstat adeo quod secundum Alexan. in d.l.1.nu.12. ff. qui satisd. cogan. fideiussio in illis casibus in casu inopizat-um est requisita, non autem indistincte. Non obstat rex. d.l.de creationibus quoniam secundum Alex. in d.l..nu.12.loquitur in casu speciali, videlicet in cura-tore furiosi. vt dicit Gl. insti. de satisd.tuto. in princ. in verf.idonei. & posset etiam responderi prout respon-sua fuit alijs præfatis iuribus, quod etiam ille textu. procedit ultra. Minime etiam obstat d.l.secunda. S. si magistratus. quoniam ille textu. non dicit quod tutor excusetur a fideiussione si est idoneus facultatib. sed quod excusatur magistratus qui fideiussionem non recepit à tutori si is idoneus sit tempore quo conueniendus est. Inimo t plus dico quod dato & non con-cessio, quod prima opinio esset verior, adhuc fideiussio præstari deberet per creditorem (licet diuitem) quado euictio imminet, quia fideiussio in talis casu est requisita per ista verba. in l.penult. ff. de pericu. & com-mo.rei vend. videlicet ante premium solutum, domi-nij quæstione mota, premium solvere emptor non co-gitur, nisi fideiussores idonei a venditore eius euictio-nis offerantur. & vt alias in simi. q. scripti in Rit. 189. q.2. vbi cunque fideiussio est requisita cum illa dictio ne nisi, & post ponitur dictio negativa prout in ca-su nostro per d. verba fideiussio dicitur requisita pro forma. & nisi præstetur actus manet in suspenso, quia non dicitur nata actio obligatio ad premium conse-quendum. vt in d.Ritu. plenius dixi. Secundo limita vbi cunque debitor cui lis mota fuit super re vendita, laudasset in suum authorem ipsum creditorem vti venditorem, & per eundem creditorem suisset suscep-tum iudicium, & ab eo similiter laudatus suus au-thor qui esset notorie diues in bonis stabilibus, & si-militer iudicium suscepisset, eo enim casu ille author laudatus per creditorem cum sit diues facultatibus habebitur vti fideiussor, & ad aliam fideiussionem non

tenetur. vt scribit Afflic. decil. 171. dicens ita fuisse decisum in Magna Curia Vicaria, & sacro Consil. sed pro fredo ego valde dubito de ista limita. in puncto iu-ris, quia cum fideiussio in casu imminet euictionis sit requisita pro forma vt proxime dixidebet specifica-ce adimpleri & non per æquipollens. vt not. Bald. & Ang. in l.1. & ibid. Alex. num.8.ver. ex prædictis ff. de liber. & posthu. Bald. in cap.1.num.2. versi. sed nunq.d de milite vassa qui contum. est. & in auth. qui se mel nu.33. C. quomodo & quando index pulchre Socin. consil. 24.nu.21.vol.1. plene & pulcherrime Foly. in c.cum dilecta.num 1. versic. amplio undecimo. de re 11 scrip. & quia t decisiones facili consili faciuntius in Regno vt inquit Afflic. decil. 169. in fi. propter autho-ritatem facili consili non audeo contradicere prædi-cta limita. sed translocum ea. Tertio limita vbi cunque apparetur item motam esse calumniosam sine affe-ctatam aut fraudulentam. per ea quæ dicunt Bartol. & Pau. de Castr. in l. S. stipulatio. ff. de proto.stipula. idem Bart. in d.l. si post perfectam. C. de euict. Alexæ. d. consil. 65. vol.5. Socin. consil. 208. nu.5. versic. secun-da defensio. volum.2. & Gramm. d. consil. ciuili. 106. Salerni die 29. Octob. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C L X X I I I .



Tē seruat ipsa curia quod si aliquis, vel aliqua interrogat-ut, vol interrogata per ipsam curiam super tenore ali-cuius instrumenti depositi, com modati, vel alterius de-bit, sive confiteatur instrumentum ipsum esse verum asserens se latifecisse: siue ne-get instrumentum esse verum, statim deti-netur & competens terminus datur ad probandum defensiones suas, nisi in promptu doceat per publicum instrumentum quie-tationis, vel per aliam scripturam authenti-cam: quo casu non detinetur.

## S V M M A R I V M .

- 1 Probatio per publicum instrumentum, aut authen-ticam scripturam: in promptu probatio dimitur.
- 2 Probatio per instrumentum, realis probatio dicitur pluribusque modis etiam.
- 3 Scriptura authenticæ que dicitur. Et quot modis.

**I** Ste Rit. venit ad supplendum Rit. 166. vbi dictum fuerat q. debitor in promptu dicas satisfecisse, non carceratur: cum ibi dictum non fuerat per Rit. quando dicetur demonstratum de solu-tione in promptu. vt ibi tetrigi 6. quæst.

- 1 ¶ Nota igitur ex hoc Rit. ibi in promptu, q. proba-tio quæ sit per instrumentum publicum vel aliam scri-ptrum authenticam: dicitur esse probatio in prom-ptru idem Bal. in l.2. C. de edic. diu Adr. tollen. dicens quod qui habet instrumentum in manibus, illudque ostendit sine alia dilatione dicitur incontinenti pro-barare. sequitur Dec. conf. 424. proponitur col.2. & secu-dum Socio. consil. 59. in causa. col.2. vers. p.imum cla-re volum.3. t probatio per instrumentum dicitur realis probatio, & secundum Bald. in l. quoties, in fi. C. de iudic. in l.2. col.1. vers. sed iuxta hoc quæsto. C. quæ-do fisc. vel priu. dicitur probatio probata, & vt dicit Bar. in l.1. in prin. vers. venio ad quæstiones. ff. de no-u.oper.

# Domini Prosperi Caraulti Ebolitani

uper.nunciat.Bald.in l.interest.C.de solviro,& Hippo l si quis.nu.162.ff.de questio.dicitur probatio.cer-  
ta quandoque appellatur probatio evidens c. eam di-  
gessi libi ex tenore instrumenti evidenter appareat.vbi  
etiam not.Abb.in l.not.de donar.quandoque eviden-  
tissima.e.licer causam.ibi ex priuilegijs evidētissime  
colligatur.de probatio aliquando manifesta proba-  
tio dicitur secundum gloss.in l.f. in vers.manifestum.  
C.de reb.cred.Paul.de Cast.conf.157.volum.2.& A-  
lexan.conf.37.viso col.4.in f.verbi.attento vol.2.&  
aliquando manifestissima vt dicit Aret.in l.si duo.co-  
lum.2.verbi.primum etiam ff.de acquir.heredit,& est  
bonus text.quem non allegat,in l.f pluribus.ibi ex  
scriptura manifestissimus esset.ff.de legat.j. quandoq;  
appellatur liquida.vt dicit Alex.conf.137.vol.6.alibi  
appellatur potens.vt dicit Abb.in c.causa.olim per il-  
lum tex.vt nota.de censi.secundum Bald.in l.gene-  
rali.colum.1.vltim.not.C.de sacrofan.eccl.Angel.49.  
de dictis.post medium & Dec.conf.423.negari col.z.  
vers quibus tamen.dicitur in dubitata probatio.adeo  
quod secundum eund.Bald. conf.233. si per instru-  
menta.circa princ.volum.1.dicitur habere vim dif-  
initionis.& vbi extat instrumentum , non videtur du-  
bitandum.sicut nec de casu legis secundum eundem  
Bald.conf.215.proponitur quod in uestituta.col.1.vo-  
lum.2.& finaliter.vt dicit idem Bald. conf.249.super  
libris.in si vol.1.& Tiraquel.in tract.retract.consan-  
guine S.2.gl.1.nu.22.vique ad fin.de instrumento di-  
cipotest quod alibi dicitur noli me tangere.

¶ Quero quid si scriptura authentica producta per  
debitorem non cancat de satisfactione: sed forte de  
prorogatione sibi data ad soluendum? Rit. notis vi-  
detur solum loqui de satisfactione: tu autem dicas,  
quod postquam ex his, que supra cōclusimus in Rit.  
166.q.6. quilibet exceptio in promptu opponi potest  
aduersus instrumentum, iste R.it.nihil obstat,quia no  
nō venit ad determinandum; si exceptio solutionis tan-  
cum potest opponi: sed quando datur exceptio solu-  
tionis in promptu probari:& ideo sicut per instru-  
mentum, vel aliam scripturam exceptio solutionis proba-  
ta dicitur in promptu verificata: & impedit execra-  
tionem; eodem modo & dicta exceptio prorogatio-  
nis termini & quilibet alia.

¶ Secundo quero quae est illa scriptura qua authentica dici potest? Breuiter omnis scriptura facta  
manu publici notarii dicuntur authentica. e. 2. vbi etiā  
no.Inno.in prin. & Imo.nu.3. vers. tu potes.extra defi-  
de instrum.& idem Host.in summa eiusdem tie vers.  
quibus.num.2. secundo dicitur authentica scriptura  
illa qua sit per quoscunque autoritate iudicis, ve-  
lunt acta iudiciorum:vt scribit Innoc.in c.j.in prin.de  
fide instrum.Tertio illa qua habet sigillum authenti-  
cum:puta, alicuius Episcopi capituli vel domini so-  
cularis,d.c.2.iuncta glo.in ver.figillum. Quarto illa  
qua manu priuata scripta est cum subscriptione triū  
testium.vt dicit Innoc.in d.c.2,in prin.Imo, ibidem.  
Hostien loc.prælegg.per l scripturas. C. qui potio,in  
pigno.hab.& Abb.in d.eap.1.& quamvis Innocē.sibi  
contrarius in d.ca.1.num.2.in f.aliter tenere videa-  
tur:tamen tex.d.ca.2.hoc expresse dicit vt videri po-  
test.& Imol.ibi dicit Salerni.die 29.Octobr.1559.Pro  
sper Carauta.

## R I T V S CLXXV.



Tem in casu premesso si interro-  
gatus per ipsam curiam super  
tenore instrumenti alicuius ad-  
uersarij, doceat in promptu per  
publicum instrumentum quietationis, vel  
aliam scripturam authenticam; vel per te-

stes se satisfecisse suo aduersario de debitō  
in ipso instrumento contento; non detine-  
tur: sed detinetur suus aduersarius prædi-  
ctus tanquam calumniator,& perius.

## S U M M A R I U M.

- 1 Argumentum de instrumentis ad testes valet.
- 2 Instrumenta & testes pares vires obtinent.
- Appellatione instrumentorum veniunt testes  
ibid.num.seq.
- 3 Communis vsus loquendi in statutis attenditur.
- 4 Calumniator quando similitudine supplicij pa-  
niendus.
- 5 Calumnia in ciuitib[us] qualiter punicitur.

**S**Vpplet iste Ritu.præcedentem Rit.vt probatio  
in promptu ad euirandum liquidationem &  
carcerem: dicitur etiam fieri per testes . nam  
vt dicunt gloss. & Doctor.in l.i.C.de vslur.glos.  
in cap.Abbate.S.ti.in ver.censeretur.de re indic. in 6.  
& laton.conf.137.viso & accurate.colum.1.volum:  
1. 4. j de instrumentis ad testes valet argumentum, im-  
mo vt patet ex l.in exercendis. C. de fide instrumen.  
2. &c. cum Ioannes.eod.tit.extra + testes & instrumen-  
ta pares vires obtinent: immo instrumentorum appella-  
tione testes veniunt.l.1.ff.de fide instrumen. c. per-  
uenit.lo 1.de testi.cogen.Speculat.in tit.de dilatio.S.  
si.versie item not,quod cum datur. & Bartol. & Alc.  
in l.notionem.S.instrumentorum.ff.de verborum si-  
gnificatio.& pro hoc facit glo nota in l.fin. in versie.  
depositionibus.C.de edict.diu Adrian.tollen. quam  
ibi Bartol.Bald.Salycet.& omnes communiter sequuntur:  
vbi quod beneficium illius legis quod datur ha-  
redi ostendit testamenti non cancellatum, neq;  
abolitum,&c.vt mittatur in possessionem heredira-  
tis;locum habet etiam in herede instituto ex testame-  
to nuncupatio cuius nulla appetit scriptura: sed ta-  
tum depositio testium a iudice receptorum, & in scri-  
ptis redactorum.Sed dicit aliquis quid ergo opus fuit  
facere hunc R.it.& de testibus exprimere & cui breuiter  
respondendo, dico id factum ad tollendam omnem  
dubitatem:quia & si præfata omnia vera sint  
3 de iure & tamen attento communi vnu loquendi , qui  
in statutis attendi debet. l. liborum, S. quod tamen  
cassius,ff.de legat.3.l.Labeo.vbi nota per Bartol.ff.de  
supelle.lega. & Bartol. in l. in princip.ff.de suis & le-  
gi.hæredi.& nedum in statutis verum etiam in diuin-  
a scriptura,in priuilegijs,scriptis,contractibus,vl-  
timis voluntaribus,in omni constitutione,& in qua-  
cunque materia vt late pulchreque scribit Tiraquel.  
de retract.consanguine.S.2.glo.1.num.5.eum sequen-  
tes non veniunt appellatione instrumentorum : &  
econuerio,vt dicit Bar & Alciat,in d. S.instrumento-  
rum.Aret.conf.5.1.si deretur.post medium.Imol.Fely.  
& Dec.in rubr.de fide instrumen.& Tiraquel.in loc.  
præleggat.num.15. & supra allegat. non procedunt  
vere,& propriis:sed interpretationis. vt dicit glo. in d.  
S.instrumentorum.Specul.de instru.edictio. S. instru-  
mentum in fin. & Ioan. Andr. ad ipsum in litera 2.  
Lanfran.plene in repet.e quoniam contra. in ver. in-  
strumentorum productiones in prin.num.3.de probat.  
Alber.in d.l.in exercendis.Raph. Cuman. confil.  
97.stante dicto statuto.colum.3.vers.item licet. Affili.  
in constit.Regn.iuris peritorum,colum.5.vers.querit  
hic,And.& Tiraq.in d.gl.1.nu.12.

¶ Nota in si.Rit.ibi tanquam calumniator & periu-  
rus,quod quotiescumque debitor citatus super teno-  
re instrumenti,in promptu docet de satisfactione  
non

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 97

non carceratur ipse, sed suus aduersarius, tanquam calumniator: quia fecit se creditorem cum vere non effigitem tanquam periurus, quia quando recipitur presentatio instrumenti: datur sibi iuramentum pro quâ summa illud liquidat iuxta formam Rit. 168. verific. & deinde facit iurare, & reperto postea quod debitum fuerat solutum: remanet periurus in eo, & surauit. Sed dicet aliquis postquam tanquam calumniator, & periurus detinetur creditor in calu præmisso: quia poena punietur? & breuiter respondendo dico, quod inspecto stricto iure Ritu, puniri debet poena manus, quia punitus esset debitior nisi probasset, per Rit. 171. vbi diximus t̄ quia calumniator semper punitur similitudine supplicij, si criminis quod inveniatur erat ordinarium, & poena ipsius certa. l. fin. vbi gloss. in verific. similitudo. C. de accusat. & habetur in constitut. Regn. poenam calumniz. vbi Afflict. nota. n. qm. 8. in 4. nota. & idem Afflict. in constitut. pecuniam num. 8. 9. & si erat extraordinarium, & poena incerta: poena quam verisimiliter iudex esset impositurus, ut dicit gloss. in dicta l. fin. & gloss. quam ibi sequitur Bart. in f. in l. athletas. S. calumniator. in ver. ex veroque circa f. s. de his, qui nota. infam. itē quia poena periurij: est etiam poena manus per constitut. Regn. eos qui scierter, ut latius diximus, in d. Rit. 171. sed quia ut ibi etiam dictum fuit, in 2. nota pena manus contra debitorem pro instrumento liquidato nō est in usu: sed solum certa poena pecuniaria: t̄ sequitur quod tanquam calumniator punietur ad illam poenam tantum, nec non ad expensas litis, & alia dispensia prout punitur calumnia in cibilibus. l. nota ignorat. vbi etiam Bald. & Salyçet. C. de fruct. & liti. expensi. & pro periurio ad arbitrium iudicis, quia possunt manus pro periurio secundum terminos. d. const. locum haber cum ordinariè actum fuit, ut in d. Rit. diximus, non autem cum extraordinariè tractatur prout esset in hoc casu, licet etiam si ordinarie ageretur adhuc talis poena locum non haberet ex communi obseruantia, prout in d. Rit. dictum fuit. Salerni, die 30. Octob. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CLXXVI.



Tem seruat ipsa curia, quod quamvis secundum practicam, immo per capitulum quoniam contra extra de proba. poenes acta debent remanere originalia documenta, tamen ipsa curia facta collatione, restituit partibus.

S V M M A R I V M.

1 Originalia instrumenta presentata, an & quo casu restituantur producenti, vel remanent in aliis Notarij.

**N**ota. ex hoc Rit. quod t̄ licet originalia documenta, seu instrumenta debeant de iure remanere penes acta: tamē in hoc Regno, ex obseruantia & præsenti Rit. Magnæ Curia facta collatione, restituuntur partibus: quod quidem bene seruat in præct. in omnib[us] iuria, quia pars non cogitur de iure originalia dimittere, ut dicit Spec. de instru. edi. S. videndum, post principi. sed ut dicit Abb. in c. contingit. in 1. nota per illum tex. de fide in stru. satis est originale præsente parte producere: & copia in actis relinquere, vel si sit pars absens. dictu-

instrumentum sibi intimare, & postmodū copiam ipsius dimittere, ut seruat in præct. & dixi supra in Rit. 96. Intellige tamen hunc Ritu. & præfata: qñ pars producens protestatur, qñ ipsum instrumentum præsentat salvo iure relaxandi copiam, & recuperandi originale, (vt in d. Rit. diximus, & quotidie seruat) alias si absque dicta protestatione esset præsentatum, curia non teneretur restituere, nec restitueret, quia esset effectum de actis, & acta debent in curia remanere. caput. quoniam contra. extra de probatio. Salerni die 30. Octobris 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CLXXIL



Tem quod quacunque citationes in processibus factis, nunquam ponuntur in processibus, sed in fascio citationi, & hæc duo semper fuerunt, & ad præsens seruantur per dictam Curiam.

**T**empore istorum Ritu, omnes citationes, etiam que processus respiciebant: conservabant simul in uno fasciculo, & ideo ut iste Ritu dicit, non ponebantur in processibus, sed istud hodie non seruat, quia citationes processus, & causas respicientes curi ipsius processibus conservantur, & ligantur: citationes vero super tenoribus instrumentorum conservantur simul in uno fasciculo. & quo ad eas, seruat p[ro]p[ter]e Rit. In text. ibi & h[oc] duo, adde quod in ritibus antiquis iste Rit. est coniunctus cum præcedent. & ideo dicit, & h[oc] duo semper fuerunt &c. ut intelligatur de eo quod dictum est in Rit. præcedens, & quod dicitur in isto.

## RITVS CLXXVII.



Tem seruat ipsa curia, qd si debitor alicuius venit, & ipse creditor sit defunctus, & habeatur de debito ipso publicum instrumentum, & præsentetur in curia ad petitionem filii, & h[oc]redis dicti creditoris defuncti, dictus debitor viuens interrogatur super tenore instrumenti, si constat eum esse h[oc]redem, secus autē si debitor ipse sit mortuus, creditor autem viuat, nam h[oc]redem debitoris ipsius quomodolibet interrogare nō potest super tenore instrumenti, cum præsumatur iustā ignorantia causam habere.

S V M M A R I V M.

- 1 Citatus debitor, si veniat, defunctusque sit creditor, an interrogatio ad h[oc]redem instantiā procedat, dum constet eum b[ea]redem, compareatque liquidationis tempore.
- 2 H[oc]res debitoris, & creditoris ad paria non indicantur.
- 3 H[oc]res habet iustam ignorantia causam.

**N** 4 In.

# Domini Prospere Carautae Ebolitani

- 4 Instrumentum habens exequitionem paratam, non solum contra debitorem, sed hæredes etiam exequitur.
- 5 Hæredis persona cum defuncto eadem censetur.
- 6 Hæres hæreditis creditoris an liquidare, & comparere contra debitorem possit?
- 7 Hæres hæreditis testatoris est hæres.
- 8 Creditor nomen sui debitoris Titio in suo testamento legavit, legatarius, ostendo prius delegato, an tale instrumentum contra debitorem liquidabit?
- 9 Ille cui utilis competit actio, exequitionem petere potest. & in nu. 1 L.
- 10 Hæreditis appellatio ad legatarios etiam trahitur.
- 11 Legatarium hæredem esse, defunditumque representare, improprissime dicitur.

**O**VNIAM IN RIT. 166. dictum fuerat creditores tempore liquidationis faciéde de instrumento, debere personaliter comparere, ut ibi latius diximus in 5. nota. & erat dubium, quid si creditor esset mortuus, & ideo iste Rit. ad de cendum istud dicit, qd ito casu si debitor venit, licet creditor sit defunctus, procedit interrogatio ad instantiam hæreditis creditoris, si constat ipsum esse hæredem, supple & si compareat ipse hæres tempore liquidationis, & interrogationis; & ita seruat in pract. idq; ante hunc Rit. voluerunt Pau. de Castr. & Alex. in l. postulante col. 4. ff. ad trebell. post lo. And. ad Spec de cesso. actio. Bald. in l. voi. S videamus, in fin. C. de re iuxto. actio. & in l. per illum tex. C. quor. lega. & Roderi. Suarez. in l. post rem. amplia. j. nu. 10. ff. de re iud. Quo tñ modo debet apparere illum esse hæredem: vide infra in Rit. 181. vbi ponitur practica.

¶ Nota. ibi, secus autem, qd hæres debitoris, & hæres creditoris non iudicantur ad pária: quia licet ad instantiam hæreditis creditoris possit citari luper tenore instrumenti, & procedat liquidatio, & interrogatio (vt proxime dictum fuit) tñ hæres debitoris non potest citari pro instrumento nec contra ipsum procedit liquidatio, & interrogatio; & ita seruat, vt etiā scribit Maran. in pract. parte 6. actio 8. limita. 4. nu. 24.

3 in nouis vbi huc Rit. allegat, & ratio est (vt dicit Rit.) quia hæres habet iustam causam ignorantia. & idéo cogi non potest, qd compareat responsurus super tenore instrumenti, quo i præsumitur ignorare, nec etiā interrogari potest si illud haber pro vero iuxta formâ traditam per Rit. 166. cum ab ipso non fuerit stipulatum & conjectum, sed ista ratio non placet Moder. Grauine. in Rit. 164. parte 2. declara. 3. quia hac ratione atenta: hæres creditoris non debet posse liquidare cù etiam ipse teneatur iurare, si aliquid recepit de summa cōtentia in instrumento, vt dicit Rit. 168. & ignorantia causam prætendere possit, nisi defendendo ratione Ritus, dicamus, qd ita ignorantia que præsumitur in hærede debitoris, non præsumitur in hærede creditoris, qui tanquā actor præsumitur certus suorum iurium, & ista est veritas, potest tamē ultra præfata rationem, assignari alia ratio, quā Grauine. ibidem dicunt, quia per Rit. 166. tempore liquidationis, requiritur responso facienda per principales debitores, & propterea contra hæredes liquidari non potest, at ex parte creditoris non requiritur responsio principalis creditoris, sed solum dicitur de creditore, vt patet ex d. Rit 168 & merito etiam eius hæres admittitur, qui creditor est, de iure vero communi contrariū dispoitit: & instrumentum habés exequitionem paratā exequitur nedum contra debitorem, sed etiam contra hæredes, vt dicunt Barto.

Ange. & Pau. de Cast. in d. l. postulante in princ. pec illum tex. Bal. in l. per diuersas C. manda. Ange. in l. creditores. C. de pigno. Imol. in l. j. col. pen. in fi. ff. do his, que in telta. delen. & Alex. confi. 18. attentis narratis. col. fin. versi. per hoc etiam. vol. 7. & est pulcher tex. in l. ex cōtractu. ff. de re iudic. quem citat ad hoc Roderi. Suarez. in d. l. post rem. amplia. 1. col. 4. fol. 553. ratio est, tñ quia persona hæreditis dicitur eadem cum defuncto, vt dicit tex. in authen. de iur. iuram. à moriē. præst. Bar. in l. 2. S. i. col. 2. ff. de prætor. stipula. & vt dicit Bal. in l. j. C. quorum lega. Socy. confi. 141. col. 1. in fin. volum. 2. Deci. confi. 262. col. 2. versi. 6. & laf. confi. 217. per torum. vol. 2. nominato. Titio in instrumento videtur etiā nominatus hæres, propter qd nō potest allegari illa exceptio, tu non es nominatus in instrumēto: attenta maxime, hodierna præc. notario-rū: qui semper in stipulationibus ponunt expresse ipsos hæredes, vt etiam dicit Pau. de Cast. in d. l. postulante in prin. addunt tñ præfati Doct. dūmodo prius quam exequatur contra hæredem: præcedat prius ciatio, & discutiat an sit hæres, vt dicit Bal. in d. l. per diuersas quæst. 10. Innoc. quem ibi sequitur Fel. in c. quia s. col. pen. de iudi. Pau. & Alex. in d. l. postulante Ang. in d. l. creditores. col. s. in l. ratione. ff. de ser. in l. 4. S. si ex conuentione. ff. de re iudic. & in l. ex contra cōstu. ff. co. tit. Aret. confi. 21. si diligenter col. pen. circa medium & confi. 32. diligenter cōsideratis. in primo dubio. Alex. confi. 188. viiso processu. colum. j. in fin. vol. 2. Cott. in memora. in versi. hæres grauatus circa fin. & Roderi. Suarez. in loco præalleg. num. 2. col. 1.

6. ¶ Quæro in hoc Rit. loquente de hærede creditoris, quid in hærede hæreditis creditoris? Cott. in memo ra. præalleg. circa fina. versi. quid autē, dicit idem qd in primo hærede, & idem Cauens. infr. in Rit. 286. 7 circa fin. num. 13. tñ quia hæres hæreditis testatoris est hæres. l. fi. C. de hæred. initi. & l. hæreditis appellatio cū simil. quæ gloss. ibidem alleg. ff. de verbo. signifi. declarat Bal. in l. qui liberis. S. hac verba. ff. de vulga. & pupil. & consuluit latè Anc. confi. 130. pro & contra. idque verē & proprie procedit, vt dicit Bal. in d. l. fina. q. 21. num. 41. Calderi. qui ipsum allegat confi. 14. titu. de loca. Iaso. in l. si quis filium. S. sua. ff. de acqui. hæredi. & Alcia. in d. l. hæreditis appellatio. circa prin.

8. ¶ Secundo quæro satis necessario in hoc Ritu. po ne quod creditor in suo testamento legavit nomen debitoris Titio: nunquid Titius legatarius poterit contra debitorem instrumentum ipsum liquidare ostendo prius de legato per petitionem præambulā? Roderi. Suarez. in l. post rem. amplia prima num. 12. ff. de re iudic. in proprijs terminis q. nostrę decidit qd sic. per doct. Bal. in l. ex legato. in fina. verb. C. de lega. item per tex. in d. l. ex legato. vbi dicit tex. quid legato nomine debitoris, licet legatario non competat actio directa. non mandatis sibi actionibus ab hæ rede, tamen competit utilis, & ille cui cōpetit utilis actio, potest petere exequitionem. l. 4. S. j. & 2. ff. de re iudic. l. nam & poltea. S. usurandum. ff. de iur. iuram. & not. Bart. in l. 1. col. 4. ff. de acti. & obliga. cō-10 firmatur, tñ quia hæreditis appellatio etiam ad legatarios trahitur l. in conuentionebus. ff. de ver. signifi. & l. hæreditis appellatione vbi Alcia. nota. ff. e. dē titu. & Roman. in l. in tempus. ff. de vñucapio. Cott. vero in memora. in versi. hæres grauatus in fina. versic. in spe 11 cie tenet contrarium, tñ quia qd legatarius sit hæres, & re-

## A D D I T I O .

- a In primo hærede. Adde qd contra hanc opinionem videntur dicta per Alex. confi. 37 nu. 5. 1. vol. nobis tamen magis placet hec opinio, declarando tamen, qd adhuc virtusque hæreditis præambulum. C. P.

& reppresenter personam defuncti est improprissime d. in tempus. S. 1, ibi quodammodo quasi heres per quem tex. ita firmat Bald. in l. si abducta, ver. secundo queritur. num. 5. C. de fur. & ista op. ego sequor, & video in pract. seruari. Non obstat qd supra dicebatur, qd cum legatarius habeat utilem actionem, potest petere exequitionem: quia in ista materia nō aliud attenditur, nisi si iste qui vult liquidare, sit heres, vt hic patet, & infr. in Ritu 181. & 286. vnde cum vere, & proprie non sit heres: cessat dispositio istius Rit. alia tali ratione attenta, multi essent, qui posset instrumentum liquidare, & tñ non liquidant, prout in cessionario dicimus latè infra, in Rit. 286. Salerni, die 31. Octobr. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C L X X I X .



Tem seruat ipsa curia, & si aliquis, vel aliqua interrogatus per ipsam curiam super tenore alicuius instrumenti, fuerit incarcerated: & infra terminum ad probandum sibi datum, nō probauerit defensiones: facta conclusione, curia ipsa procedit contra eum ad sententiam mutilationis manus: & tamdiu tenet ipsum captiuum: donec contentabit aduersarium suum qui fecit eum carcerari.

## S U M M A R I V M .

- 1 Beneficium cessionis bonorum in Regno, an sublatum esse videatur per Ritum nostrum 179?
- 2 Carceratio impeditur per cessionem.
- 3 Ritus noster interpretationem à iure communire cipere debet.
- 4 Renunciatio cessionis bonorum facta, an & quando valeat?
- 5 Necesitas, & inopia excusat à periurio.
- 6 Necesitas regulis iuris non subiaceat: immo illicitum facit.
- 7 Debitor si carceratur vigore liquidationis alias facta & dicit soluisse, & hoc ex presumptione, quia alias fuerat de hoc carceratus: nunc quid probata tali carceratione, sit liberandus? Debitor fuit carceratus: ergo soluit: non se quisur. ibid.
- 8 Exactum non dicitur: quod adhuc debetur.
- 9 Alleganti incumbit onus probandi.

**D**E hoc Rit. dixi supra in Rit. 171. & vt ibi dixi in 2. not. ex coniuetudine generali, iste Rit. non seruatur quo ad id quod dicit de mutilatione manus quo ad aliud bene servatur: quia debitor non liberatur donec creditorum non satislecit de debito vsque ad vnum obolum † Et ex hoc Rit. infertur qd cum ultra carcerationem debitoris processerit ultra dicendo quod non liberetur debitor donec non soluerit: videtur sublatum in Regno beneficium cessionis bonorum a per ea quæ not. Socin. Angel. Paul & Arer. in l. si alia, S. eleganter. ff. solu. matrimon. vbi per hoc fundamentum ita firmat idem Abb. consil. 42. volum. 2. Corn. 212. volum. 2. &

- Vinc. Maxil. in consue. Bari. de cesso. bonor. in princ. 2 nu. 25. † Sed vt dicunt Modern. Grauine. in Rit. 164. parte 5. declarat 19. per cessionem impeditur carceratio. ita namque firmat Bald. in l. C. qui bon. cede. pos. Alexan consil. 62. num. 2. vol. 2. Canar. de exequ. instr. quæst. 28. Barz. de instru. guaren. 2. part. 16. quæfio. & Dec. in cap. ex parte, lo 2. 13. fallen. de offi. de leg. † Nec obstat quod iste Rit. procedat ultra; dicendo, qd non liberetur, nisi soluat; quia debet recipere interpretationem a iure commun. l. fin. S. in computatione. C. de iure deliber. & sic intelligi, nisi cesserit bonis prout de iure communi potest vt Bald. in quid d. l. j. † Et si stud amplio procedere etiam si cessionis fuisse in instrumento renunciatum cum iuramento, quia talis renunciatio non valet. vt dicunt Bartol. & Imol. in d. S. eleganter. Cyn. & Salycket. in d. l. j. Imol. in cap. lator. de pigno. Socyn. in regula 279. pactum. & Anton. de Butr. in cap. cum contingat. ¶ tamen inopia ipsius debitoris notoria sit, secundum Ant. & Imol. in d. cap. cum contingat. Feder. de Sen. consil. 60. Alexand. in dict. S eleganter. & Maxilla. in loco præallego. num. 19. † nec hoc casu obesset iuramentum, quia necessitas, & inopia excusat à periurio capit. quærelam. & capit breui de iure iuran. vt dicunt Domini de Rot. de cesso. bono. decis. 566. in antiquis & in vltimis decis. decis. 27. de iure iuran. † euni necessitas non subiaceat regulis iuris. cap. 2. circa fin. de obser. iei. & l. illicitas. S. veritas. ff. de offic. presi. & illicitum faciat licitum. vt per Ias. in l. prima, ff. de offic. eius Felyn. in cap. cum accessissent. de iure iuran. & latius Maxill. vbi supra num. 21. & ita seruatur quotidie in praet.
- 7 ¶ Quæro poneqd debitor vigore liquidationis alio tpe facte carceretur qd debitör replicat se soluisse & qd ita præsumi debet, cu aliás steterit carceratus: ex quo per hūc Rit. liberari nō poterat, nifl solueret; nūqd probata aliás carceratione, liberabitur: iste Rit. facit

## A D D I T I O N E S .

- 2 Cessionis bonorum. Ad materiam cessionis bonorum, vide Francisc. Hercul. in tract. de cessione bonorum, & adde quod ei qui cessit bonis, non debet adimi quod misericordie causa ipsi relictum fuit, vt puta menstruum vel annum alimentorum causa, cùm non sit fraudandus alimentis quotidianis, l. qui bona. ff. de cession. bonor. Qualiter fieri debeat super lapide, vide pragm. Priscarum legum &c. quod non admittatur cesso pro debitis cōtractis infra annum, vide pragm. Magnifici Regente, & Giudici &c. Vide omnino multa quædiximus infra ad Ritum 287. in fine quæhuc transferri possunt. Et quod, qui cesserunt bonis, portare debeat in birretis velum viridiſ coloris, vt dignoscatur. vide prag. editam per Ducem Ofſuni, l'occasiōne che succedeno, &c. C. P.
- b Necesitas. Adde qd alibi appellatur necesitas iuriorum magistr. l. omnes S. fin. C. de Episc. & Cler. Nam (vt dicitur) Necesitas omnia experiri cogit, cumque primas spes fortuna destituit, futura præsentibus esse potiora suadet & ad facinus plerosque impellit: Vnde illud Ciceronis, Quo non adigit miseris mortales, verè durissimum telum necesitas? Non tamen inficiabimur quin paupertati quandoq; faueatur. l. i. ff. de colleg. ill. c. l. cum hi. S. si in annos. ff. de transac. S. licet instit. ex quib. caus. man. &c. vbi inquit gloss. quod pauperas prodest. distinguens, vt ibi per Ang. qui post Cyn. in l. si quis ad declinandā. S. fin. C. de Episc. & Cler. inquit, a tali prodest pauperis, liberet nos Dominus. & vide hunc commentator. infra ad ritum 233. ex num. 4. C. P.

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

facit pro eo: sed quia non sequitur fuit carceratus: ergo creditor exigit. vt dicit Bald. cons. 229. primū du-  
bium. num. 4. vol. 1. t & quia non dicitur exactum. &  
ad huc debetur l. hi. 3. si rem. ff. de legat. 3. debitor pro-  
bauit solutionem t cum alleganti incumbat enus. l.  
& tūc cum similibus. C. de probat. maxime quia alio  
modo. potuit debitō ipse liberari: puta per proroga-  
tionem temporis ad soluendum. quod nota: quia  
vidi plures evenire. Salerni die 31. Octobris. 1559.  
Prospere Carauta.

## R I T V S CLXXX.

**T**em seruat dicta curia quod postquam ille qui fecit citare aliquem, super tenore instrumenti & fecit condēnari eum, quia non comparuit: (& forte fuit ipse accusatus alias accusatōr missus in possessionē ex primo decreto, & transierunt duo menses à die factae obligationis) tunc ad huc ipso reo condemnato scilicet ad tertiam partem honorum mobilium, statim post lapsum dictorum duorum mēsium reddit instrumentum a ipsi actori, qđ in dicta curia assignauit, & fecerat obligationem, quae obligatio scribitur supradicto instrumento a tergo, cuius obligationis tenor statim ponetur: quo instrumento reddito, nō exigatur obligatio ab illo qui obligauit se; licet se concordet extra iudicium sine licentia curiae tenor obligationis quae fit in ipsa curia per eum qui assignat instrumentum ipsam, (qui actus assignationis est primus in dicto extraordinario processu: & citatio est secundus) talis est: videlicet a tergo hoc modo. instrumentum pro &c.

## A D D I T I O.

Instrumentum. Quando restitui debet presentan-  
ti, vide Guidon. papa q. 471. C. P.

## S V M M A R I V M.

- 1 Executio instrumenti qualiter olim concedebatur contra debitorem contumacem.
- 2 Creditor quo casu possit se concordare cum debitore sine licentia curiae absque metu pena.

**N**ota primo t ex hoc Rit. ibi ex prima decreto, & antiquitus contra debitorem citati: super tenore instrumenti, & contumacem procedebatur posendo creditorem in possessionem suorum honorum ex primo decreto iuxta dispositionem iuris communis, in l. f. iuncta glof. C. vbi in rem actio. authen. ei qui iurat, iuncta glof. C. de honor. author. iudic. posider cum similibus, & idem dicitur supra in Rit. 70. sed vt ibi dixi. in 5. not hodie aliter seruat: & facta exequitione cum literis exequitorialibus, proceditur ad mandatum ad relendum & demum expectatis terminis debitis, & factis subhastationibus, ad venditionem, non aliter expectato termino trium mensium, vt requiritur quando exequitio sit ex primo decreto. vt dictat Regia. prag.

relatione de ordine iudic. vbi dixi latius: & dicta pra& ponendi in possessionem ex primo decreto seruat solum contra contumaces citatos super citatione cū clausula iustitiae: non aut super tenore instrumenti liquidi: quod bene nota.

¶ Secundo t nota. ibi statim post lapsum, qđ post lapsum duorum mensium a die obligationis quae se obligauit creditor prosequi causam, & non se concordare sine licentia curiae iuxta formam Rit. 168. vbi dixi in 8. nota. curia reddit instrumentum quod presentatum fuit ipsi creditori: vt etiam dictat aliis Rit. infra 185. relicta tamen copia poenes ipsam curiam: vt dixi supra, in Rit. 96. in 2. limita, & ita seruantur vbi que quo instrumento reddito, potest creditor se concordare cum debitore sine licentia curiae absque metu poene obligationis (vt hic dicitur) & ratio est, qđ illa obligatio erat tantum pro duobus mensibus, infra quos sufficiebat expedire citationem, vel aliquem alium actum facere, vt in d. Rit. 168. dictum fuit clavis illis duobus mensibus, obligatio quae scribatur a tergo instrumenti: erat finita, & propterea poterat se concordare sine licentia: & instrumentum vbi erat scripta obligatio restituī creditori, licet non ante lapsum ipsorum duorum mensium. Sed cum hodie cesset dicta obligatio vt in d. Ritu dixi latius, teneri potest, quod etiam infra duos menses instrumentum reddi potest creditori.

¶ Tertio not. ibi tenor obligationis quae fit, qđ hic ponebatur forma qua crediteores debebant se obligare: licet postmodum in his Ritibus non sit extensā. Credo procedit quia tempore ultimae compilationis nostrorum Rituum, recesserat ab aula talis obligatio: & fuisset potius superfluum, quam necessarium. Salerni die 1. Novemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S CLXXXI.

**I**tem seruat ipsa curia, quod si fit presentatio instrumenti debiti in ipsa curia: quod non est liquidum: puta, quia dico hæredem Titij, cui fecisti instrumentum tale &c. licet non constet per publicum instrumentum quomodo sum hæres: tamen possum dare petitionem: & probare per qualcunque probationes me esse hæredem: & interposito decreto, qđ sum hæres: procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt contrarium: dicentes, quod debeo probare in promptu per publicum instrumentum: me esse hæredem: prout in quadam alia obseruantia, &c. quarum quandoque fuit obseruata una, quandoque alia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Practica ad probandum quem esse hæredem.
- 2 Forma petitionis curiae offerenda, antequam hæres ad citandum debitorem super tenore instrumenti procedat.
- 3 Forma decreti declarantis quem esse hæredem talis &c.
- 4 Praeambulum ad probandum quem esse hæredem quando, & quibus competit.
- 5 In preambula probatione per hæredem facienda, nunquid aduersa partis citatio sit necessaria?

Quo-

**Q**uoniam in Ritu. 178. dictum fuerat hæredem creditoris posse instrumentum contra debitorum accusare, & liquidare: si tamen constaret ipsum esse hæredem, tamen Ritus noster posuit prædictum tenendum per hæredem ad probandum se esse hæredem: & eandem etiam ponit alius Ritus. infra 286. & additum quod ista præambula probatio quæ requiritur per hunc Ritu. etiam de iure communis reprobatur. ut dicit Bald. in l. per diuersas. questio. 10. C. manda. & Angel. in l. creditores. col. fin. C. de pigno. post Innoc. in ca. quia 5. de iudi. Alex. consil. 115. nu. 10. vol. 7. & Roder. Suarez. in l. postrem. amplia. 6. nu. 11. fol. 55. & ff. de re iud. ratio est, quæ ponit Alex. in d. consil. quia sine tali probatione, instrumentum non esset liquidum quo ad personam dicentis se esse hæredem creditoris & propterea exequitione non mereretur.

Not. igitur primo ex hoc Ritu. quod hæres antequam procedat ad citandum debitorum super tenore instrumenti: debet offerre petitionem in curia. Forma autem petitionis est ista. In curia Magnifici Dñi gubernatoris Eboli comparet Petrus Antonius filius & hæres quondam Sempronij, & dicit qualiter anno proxime clapsus, dictus Sempronius (cui ipse successit) deceperit relictis nonnullis nominibus debitorum in eius hereditate, & quia ipse est filius, & hæres, ipsamque hereditatem adiuit: ut patet ex testibus, quos offerit in promptu examinare: & propterea intendit eosdem debitores, conuenire, & citari facere super tenore instrumenti iuxta formam Riti. per viam præambuli, ac omni alio meliori modo &c. perit per vestram Curiam constituta de prefatis, interponi decretum, quod possit, & valeat tanquam hæres conuenire debitores, eosdemque citare super tenore instrumenti, ac contra eos liquidare, & accusare iuxta formam Ritus. Et oblata dicta petitione, si constat per particulam instrumenti qualiter apprehendit ipsam hereditatem. ut dicit Ritus. 167. circa si. statim interponitur decretum, ut iste Ritus. dicit, sin autem examinatur testes summarie, quidem ponitur ipsum esse hæredem, & eis examinatis, interponitur dictum decretum, tamen cuius forma erit, Curia visa informatione summarie data ad instantiam talis hæredis, prouidet quod dictus talis tanquam hæres talis, possit, & valeat omnes debitores in hæreditate remanentes conuenire, & citare ac contra eos liquidare instrumenta iuxta formam Riti. Magnæ curie, quo decreto interposito, expeditur citatio: & in eadem fit mentio de præambulo facto: & ita seruat, tamen tam quod præambulum de quo loquitur iste Ritus. & alijs: non solet fieri quod hæres venit ab intestato: nisi ad instantiam filiorum, vel aliorum qui sunt ex linea descendenti propter Ritus. 178. quidem filio, & hærede loquitur, ad instantiam vero eorum qui sunt ex linea transuersali nequaquam, eo quia cum multi esse possint eiusdem linea in eodem gradu, vel maiori, esset satis difficile probare se esse proximiorem defuncto, & quod ille non habebat alium proximiorem, & propter difficultatem probationis nemo se ponit, in hoc. Bene tamen verum est, quod ad instantiam fratris solet fieri, & ita plures factum andiuia Domino Cæsare Luciano cum ipse esset iudex Magnæ Curie Vicarius. Quando autem hæres qui vult liquidare venit ex testamento, tunc quilibet admittitur ad faciendum præambulum & probandum se hæredem, quod not. in pract.

Secundo no. ibi per quascunque probationes, quod licet in Ritus. 167. dictum fuerit quod hæres debet de hæreditate apprehensa probare per instrumentum in proprio, tamen iste Ritus tale in probationem ampliando, dicit quod istud per quascunque probationes probari potest, dicens quod quandoque seruat vna obseruantia: quandoque alia, & ista est veritas, & etiam hodie seruat.

¶ Quarto in hoc Ritus. nunquid in ista præambula probatione quæ sit per hæredem, necessaria crit par-

tis aduersa citatio? Afficit in constit. Regu. eos, qui scienter. q. 4. nu. 7. dicit quod non, licet nihil allegetur, & idem firmat Marant. in pract. parte 6. actu j. & limit. 3. vers. & per hoc. nu. 9. allegat Bald. in l. ea quæ. ver. vlt. not. nu. 11. C. quomodo & quando iudex & in l. sed si hoc. & ibid. Alex. ff. de in ius vocan. vbi expressum firmante citationem partis non requiri, vbi cunctæ causæ cognitione requiritur præambula, antequam pars citetur, & in d. l. ea quæ Bald. ponit nonnulla exempla, & præsentim de venia quæ cu[m] causæ cognitione datur liberis ad in ius vocandum parentes. Item potest dari aliud exemplum de monacho qui sine licentia Abbatis non admittitur ad accusandum. cap. ex parte, de accusatio. & tamen ut Innocent. ibi. dicit, quia talis licentia causa cognitionis requirit, in tali summa cognitione citatio partis non requiritur. Cautiens vero licet hic videatur idem tenere, tamen infra in Ritus. 286. tenet contrarium per ea, quæ not. Bald. in l. per diuersas. q. 10. C. mād. & in l. 2. num. 12. C. de exequitio. rei iudica. vbi Bald. expresse firmat partis citationem necessariam vbi cunctæ fit liquidatio. sed j. opin. verior est in punto iuris per prefata, & seruat in pract. in hoc Regno in omnibus tribunalibus, ut etiam firmat Gram. decif. 8. num. 12. Non obstat Doctrina Bald. per Cauens. adductæ quoniam ut Marant. responderet in loc. præall. procedunt quotiescumque liquidatio esset facienda postquam pars est citata in causa principali, non autem in ea quæ necessaria fit antequam citari possit, vel secundum Grauine. in Ritus. 164. part. 4. declara. fin. in fi. loq. unetur quotiescumque liquidatio fit ad finem exequendi ipsum instrumentum. pura. capiendi debitorem absque citatione vigore statuti. (Ita enim proprie Bald. loquitur in d. l. per diuersas) quo casu antequam debitor capiatur in tali liquidatione audiri debet, secus autem quando fit ad finem cognoscendi, an talis sit admittendus ad agendum, & citandum ipsum debitorem, ut in casu nostro, & in casu Innocent. in d. c. ex parte, quoniam tunc ipsius debitoris citatio non est necessaria, & ratio istius rationis est, quam supra diximus: quia ista causa cognitionis ad hunc finem requiritur, ut debitor citari possit, vnde cum citationem debeat procedere, ipsius citationis nullo modo est necessaria, & ita iungendo utrunque rationem, remanet clara responsio ad Doctr. Bald. in d. locis. Salerni, die 1. Novembris. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S      CLXXXII.



Tem seruat ipsa curia quod si multoties alijs citari faciat Titiū, quod Titiū dicit in citatione se velle de periiro accusare, quia constitutus id est Titus in testimonio publico coram iudice, notario, & testibus &c. promisit &c. iuravit, &c. deinde Titio venienti assignatur instrumentum contra eum cum obligatione, & non proceditur ordinarie, sed super tenore instrumenti, & hoc approbatum est per dictam Curiam, & approbatur &c.

## S U M M A R I V M.

- 1 Lex, vel statutum per non usum non tollitur.
- 2 In actione criminali de periiro, an cum speciali mandato procurator tam ex parte actoris, quam rei, admittatur.

# Domini Prosperi Caraulta Ebolitani

- 3 In criminalibus, in quibus velra relegationem imponenda venire pœna non admittitur procurator.
- 4 Limita in clero agente citra pœnam sanguinis. Et muliere honesta persona.
- 5 Procurator sine speciali mandato, nec coniuncta persona etiam, non admittuntur.
- 6 Et in quo casu sine mandato admittitur.
- 7 Hæres creditoris, an de periurio accusare possit?
- 8 Ut de periurio agi possit, iuramentum de facie ad faciem, præstantum requiritur.
- 9 Causa iuramenti criminalis est, in eaque procurator non interuenire potest.
- 10 Stipulatus est: at quis procuratorio nomine, ex promissio non adimplita per debitorem, nunc quid principali, ac procurator de periurio accusabunt?
- 11 Reconuentio num in actione de periurio locum habeat?
- 12 Reconuentio in criminalibus locum habet. Fallit in multis casibus, ibidem.

**N**ota ex hoc Ritu, quod si debitor citetur super libello de periurio: Contra ipsum presentando, quamvis non fuerit citatus, quod veniat responsurus super tenore instrumenti liquidandii iuxta formam Riti, si compararet, potest creditor præstare instrumentum debiti petendo eundem interrogari iuxta formam Riti, 166. & 568. & demum liquidare pro debito, & sic in ipsius creditoris electione est, procedere ordinarie super libello de periurio, vel extraordinarie super liquidatione instrumenti; quod nota quando casus occurrit, licet ego non viderim hucusq; practicari quod contra citatos de periurio, & comparates, fuerit post modum processum ad interrogationem, & liquidationem instrumenti, (vñcunque sit) Riti, iste hoc dicit, & si occureret, seruandus esset, t quia per non usum, non tollitur lex, vel statutum, sed per contrarium usum, ut dicit glos. in S. quibus, & S. penul. Insti: in procem, glos. & Docto. in l. de quibus, ff. de legi. Barto, in S. & antea in procem. ff. Alexan. consi. 136. num. 19. volu. 2. & Ioan. de Amic. consi. 1. versi. postea tamen, num. 43. verum si non compareat, & propterea est condemnatus, & factus contumax, potest usque ad medium noctem venire coram officiali, aut actuario, dummodo prima curia compareat personaliter, & infra tres dies caueat, alias remaneret condemnatus, ut dicit Riti, 204. & si præstita latitudine, actor yellet procedere, reus ipse requirendus esset.

2 ¶ Quæro primo in hoc Ritu nunquid in actione criminali de periurio tam ex parte actoris, quā rei admittetur procurator cum speciali mandato? Breuiter cum causa sit criminalis, & pœna periurij personalis, per constit. Regn. eos qui scienter, ut latius diximus supra in Riti 171. dicendum est quod non, per l. pen. S ad crimen. iuncta ibi glos. in versic. iudicij, ff. de publ. iud. t vbi quod procurator non admittitur in criminalibus in quibus pœna supra relegationem venit imponenda, ut etiā not Bart. in l. serum quoque. S. publice, in prin & ibi ceteri scribentes, ff. de procur. Ange. in l. Pomponius, ff. de procur. & Afflict. in constit. quæst. 9. nu. 13. in fine, vbi in specie de procuratore cū speciali mandato in hoc iudicio per actorem loquuntur. ¶ Limita istam conclusionem non procedere: qd talis accusatio fieret per clericum citra pœnam sanguinis, qm tunc cum agatur nō criminaliter ad pœnam manus, sed pecuniariter, procurator po-

test interuenire, ut dicit glos. in cap. veniens, de accusa. & Afflict. in d. const. eos qui, versi. sed iuxta hoc, nu. 4. Secundo limita, qm actor, vel reus est, medier honesta, in hoc nihil allego, quia est obseruantia Magnæ Curia quæ ita seruat indistincte, t dum tñ procurator habeat speciale mandatum, ut dixi, alias nō admitteretur, nec etiam coniuncta persona, ut dicit gl. in l. exigendi, in versi. non cogitur. C. de procur. Iser. & Afflict. post eum in constit. Regn. generalia iura. versi. an aut coniuncta, num 9. per text. in l. non solu. S. fin. versi. sed non facile. ff. de procur. & firmat Alex. in d. l. exigendi, in 3. no. nu. 6. in 3. falle. t nisi illa coniuncta persona pro qua ageretur, aut qua defendetur, esse homo prodigus, aut furiosus per tex. (qui alibi non reperitur secundum Alexan.) in l. patri. in fin. prin. ff. de mino, quod etiam sequitur R. om. in singu. 227. & illam. & Socin. in l. 3. num. 7. versi. aduerto etiā ff. solu. matrim. Aduerto tamen, quod licet in actione de periurio non interueniat procurator, ramen Magnæ Curia, obseruat quod dato libello, & lite contestata, liberat citatum de periurio sub cautione de stado iuri quoties fuerit requisitus; quod quidem potest esse, quia ut dixi supra in Riti. 171. in 2. nota. ex consuetudine generali pœna manus pro periurio commisso extra iudicium, ob non solutionem factam, ve pmissum fuit per instrumentum, abiectum desuetudinem.

¶ Secundo quæro, an hæres creditoris poterit de periurio accusare. Iser. & Afflict. post eum in d. const. eos qui scienter. q. 4. nu. 6. tenent, quod non, quia sibi non fuit præstitum iuramentum, licet criminis stellionatus possit agere ut ibid. dicit in fine. nu. 7. Capic. vero deci. 75. dicit, qd aut loqueris de periurio commisso quo ad ipsum hæredem, non soluendo post mortem defuncti, aut de commissio ipsi defuncto, primo casu, si creditor stipulatus fuit p. se & hæredibus, nullum dubium, quod potest accusare de periurio propter illam clausulam instrumenti, quia p. se, & hæredibus stipulatus fuit, dicens ita fuisse decisum in sacro consilio. Secundo casu, dicit fuisse opiniones diversas in consilio, & quod tandem fuit decisum hæredem non posse agere de periurio defuncto commisso, t qd vere sibi de facie ad faciem non fuit præstitum iuramentum, ut requiritur secundum Afflict. deci. 64. Tu autem scias quod Magna Curia antiquitus certo tempore practicauit admittere acculacem de periurio, etiam si sibi non fuisse præstitum iuramentum defacie ad faciem, in quam opin. Capic. in d. deci. inclinavit vna cum quatuor alijs consiliarijs, licet cōtrarium fuisse deci. sum, & ex hoc sequebatur, qd si citatus de periurio non comparebat, sed alius pro eo petendo in ultimo pereemptorio exhiberi instrumentum, quia ab eo apparerat iuramentum non fuisse præstitum de facie ad faciem, Magna Curia nō faciebat exhiberi instrum. érum, sed procedebat ad cōdemnandum, & reputandum contumacem. Hoc vero seruat aliter, & indistincte, vbi non est præstitum actori iuramentum, de facie ad faciem, non admittit ad accusandum de periurio, sed solum criminis stellionatus, quia ut dicit glos. in archend. ceni. in versic. Deo, vñcunque pœna de periurio locum nō habet, quia deficit titulus periurij, habet saltum locum pœna illius criminis, ut colligitur ex l. fi. iuncta glo. ff. e. o. tit. cuius pœna extraordinaria est, ut dicit text in l. p. mult. S. pœna. eod. tit. licet Afflict. in d. const. num. 7. in fin solum pro periurio ipsi hæredi commissio admittebat hæredem ad accusationem criminis stellionatus, & de periurio defuncto commissio nihil dicebat, ex qua pract. inferri potest quod quemadmodum pro citato super tenore instrumenti, quilibet potest opponere in ultimo pereemptorio, quod instrumentum non fuit stipulatum de facie ad faciem ut diximus supra in Riti p. 166. in s. casu. eodem modo, & pro citato de periurio, adeo quod si viso instrumen-

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 100

te, ita appareat, non debeat procediad condonatio-  
nē, & si dicatur quod obstat. Ritu. infra, 269, per quod  
in causis criminalibus nulla exceptio admittitur, si-  
& expressie in ipso Rit. respondetur, quod hoc Rit. at-  
tentio, etiam in citato super tenore instrumenti non  
est aliquid admittendus ad istam exceptionem cū  
etiam causa instrumenti sit criminalis, & in ea non  
potest interuenire procurator, vt firmat Affl. decil.  
64. cum tamen videamus contrarium seruari, vt in d.  
Rit. 168. diximus, verum pro citato ad recipiendum  
Copiam libelli super crimine stellionatus, cessat talis  
exceptio omni modo. & Magna Curia non facit ex-  
hiberi instrumentum, nisi tempore libelli offerendi,  
& litis contestandæ, & si citatus non venit, reputa-  
tur contumax, nisi opponantur exceptiones que ad-  
mittuntur in quibuscumque causis criminalibus, vt  
absentia, infirmitatis, carceris aut nullitatis de quibz,  
in d. Rit. 269.

<sup>10</sup> ¶ Tertio quarto, pone quod stipularus est aliquis  
procuratorio nomine, & pro parte Titij, & demū non  
sunt obseruatae promissio per debitorem, nunquid rā  
procurator, quam etiam Titius dominus poterunt ac-  
cusare de periurio? Breuiter quo ad procuratore, di-  
cas quod non potest ipse proprio nomine accusare,  
quia sibi promissio vt procuratori, nec ēt pro-  
curatorio nomine sui domini, quia in tali iudicio nō  
potest fieri accusatio per procuratorem vt supra di-  
ximus in j. q. nisi in casu impedimenti principalis, &  
tunc requireatur speciale mandatum. vt dicit Ang.  
in l. Pomponius ff. de procur. & Affl. in d. const. q.  
9. in f. nu. 13. quo ad dominum, de iure dici potest q.  
sic. vt Affl. concludit in loco prealleg. quia pro eo  
iuratum fuit: & modo sibi periuratur. prout supra in  
2. q. dicebamus in hære. Sed attenta obseruantia Ma-  
gnæ Curia que non admittit ad accusandum de per-  
iurio, vbi nō est iuratum de facie ad faciem. vt supra  
dictum fuit: dicendum est quod non potest de peri-  
rio accusare, sed tantum crimen stellionatus.

<sup>11</sup> ¶ Quarto quero an in actione de periurio habeat  
locum reconuentio, & in hoc breuiter concludeo,  
adico q. de iure communis non est dubium, q. sic: t. q. a  
reconuentio etiam in criminalib. locum habet: sicut  
in ciuilibus, vt firmat glo. & Doct. in authen. & con-  
sequenter. C. de senten. probatur in l. j. & l. neganda.  
C. qui accus. non pos. & late prosequitur Abb. in c. j.  
colu 9. de mru. petitio. licet fallat in multis casibus  
quos ponit Marant. in pract. par. 4 dist. 6. nu. 56. versi.  
istam conclusionem in nouis, sed quia per Rit. infra  
497. accusator pendente sua accusatione, pro quo quis  
crimine accusati non potest, dicendum est reconuen-  
tio locum non esse nisi ex eodem instrumento  
procederet reconuentio: vt dicit Gramma. decil. 53. in  
f. ver. vbi ponit exemplum. Et quia in actione crimi-  
nis stellionatus proceditur ad instar actionis de per-  
iurio, quod dictum est in reconuentione accusatio-  
nis de periurio, intelligas procedere etiam in accu-  
satione, ex crimen stellionatus: quod not. quia ma-  
gna curia ita obseruat. Salerni, die 3. Nouemb. 1559.  
Prosper Carauta.

## RITVS CLXXXII.

**I** Tem quod vbi aliquid in-  
strumentum prælentetur  
publicum in dicta curia per  
aliquem creditorem con-  
tra aliquem debitorem, seu  
eius fideiussorem, quod pri-  
mo peremptorio dictus creditor debet ac-  
cusare contumaciam: in ultimo perempto-

rio debet instare vt interrogetur debitör,  
& fideiussores super tenore dicti instrumen-  
ti, vel in eius contumacia ipsos debet con-  
demnare: nisi iusta causa interuenierit, &  
nō potest creditor prorogare dicto suo de-  
bitori, seu dictis eius fideiussoribus termi-  
num ad condemnari faciendum eos: nec  
aliquid paclum potest dictus creditor fa-  
cere dicto suo debitori seu dictis eius fide-  
iussoribus tam super prorogatione dicti vi-  
tini peremptorij, quam super restitutione  
dictæ pecuniae, seu partis ipsius, aut aliter  
quoquomodo &c.

## S U M M A R I V M.

- 1 Citatus cum in carcere, vel infirmus, aut absens  
suerit; ab alio excusandus erit.
- 2 Creditor citato debitori super tenore instrumenti  
prorogationem aliquam ultimi peremptorij fa-  
cere non potest. Et ratio quare.

**N** Ot. ex hoc Rit. q. prima contumacia con-  
tra citatum super tenore instrumenti de-  
bet accusari in primo peremptorio. erit autem  
tem primum peremptorium ultima dies  
termini dati in citatione ut dicitur supra in Rit. 123.  
& infra 223. secunda vero contumacia in ultimo pe-  
remptorio, erit autem ultimum peremptorium prima  
teria quæ regitur elapsio triduo post primam contu-  
maciam. vt in Rit. 94 latius diximus & si voluerit cre-  
ditor accusare ultimam contumaciem: potest accu-  
sata prima suo tempore, supersedere, dummodo infra  
mēsem ipsa accusari: si citatus est in ciuitate Neap.  
vel infra duos, si est extra ciuitatem. vt tentit Rit. in-  
fra 126. & dixi. in d. pragm. relatione in 3. & 4. not. qd  
nota. quia est in viridi obseruantia, in aliisque ta-  
men curijs seruatur, quod si ultima contumacia nō  
fuit accusata suo tempore tridui: non potest accusari  
infra mensem: nisi requiratur debitor: & ita ob-  
seruator in Terra Eboli.

¶ Secundo no. ibi, nisi iusta causa: quod citatus se  
per tenore instrumenti non comparans, nō condem-  
natur. Si iusta causa non coparendi interuenit, erunt  
autem causæ iusta illæ: quas diximus supra in Rit.  
166. 4. not. in primo casu. Intellige tamen hunc Rit.  
si talis iusta causa fuit allegata, alias procederetur ad  
contumaciæ: t. quia citatus et si sit in carcere, vel in-  
firmus: debet ab alio excusari & eodem modo si sit ab-  
sens, c. querelam. iuncta glo. in vers. infirmi. & his q.  
ibi no. Innoc. in glo. sua in ver. procuratorem, extra  
de procur. not. per Bartol. in l. is. qui reus ff. de publi-  
iud. Bal. in sua marga. in vers. citatio. vers. 2. & est tex.  
not. in l. 2. ff. de diuer. & temp. præscrip. vt dixi latius  
in prag. relatione 8. no. de ordin. iudic. & ita seruatur.

<sup>2</sup> ¶ Tertio no. ibi & non potest. t. quod creditor non  
potest citato debitori super tenore instrumenti face-  
re aliquam prorogationem ultimi peremptorij: nec  
etiam ad soluendum debitum vel partem ipsius: ra-  
tio est, quia isto tempore prohibutum erat creditor  
se concordare sine licentia curiæ: quia obligabat se  
non concordare sine licentia. vt patet in Rit. 168. sed  
quia vbi diximus in princ. in 8. not. tales obligatio-  
nes non fiunt hodie, creditores faciunt, vt volunt, su-  
per sedet in accusatione ultimi peremptorij quam-  
diu eis placet: & quandoque in totum defiunt. vt  
omnibus est notum. Salerni die 3. Nouemb. 1552.  
Prosper Carauta.

# Domini Prosperi Carauita Ebolitani

R I T V S C L X X X I I I L



Tem quod facta condemnatione per dictam curiam ad petitionem dicti creditoris, contra dictum debitorem, seu eius fideiussores, praesatus creditor salte semel in septimana debeat instare in dicta curia, ut dictus debitor, seu eius fideiussores capiantur & contra eos procedatur ad interrogationem super tenore dicti instrumenti: & non potest se dictus creditor modo aliquo concordare cum dicto debitore, seu eius fideiussoribus. vt supra.

**T**ria dicit iste Rit. Primum, quod creditor postquam fecit condemnare debitorem non comparentem tenetur semel in hebdomada instare quod capiatur. Secundum, quod postquam est captus: procedatur ad interrogationem, & liquidationem instrumenti quod propter eius non comparitionem liquidari non posuit. Tertium, quod non potest se concordare sine licentia curie. Circa primum non insisto, quia recessit ab aula ista instantia, quae requiritur semel in hebdomada: & creditor instat quando vult quod capiatur debitör: alias non cogitur. Circa secundum similiter dico, quod ab iis in defuerudinem & capto debitore, semel facta contumace, ad citationem super tenore instrumenti, non tractatur amplius de interrogatione, & liquidatione instrumenti: sed detinetur in carceribus donec soluat: & que ac si liquidatum fuisset instrumentum: & ita seruatur. Circa tertium dico, quod sicut potest se concordare sine licentia antequam faciat debitorem condemnare: (vt in praecedent. Rit. diximus) eodem modo & post condemnationem, immo multo magis, quia facta condemnatione, quæ sita est poena curie propter contumaciam: & per concordiam, nullum fit curie præiudicium: sicut antequam fiat condemnatio. Et circa istud, locum habet titul. ff. quod quisque iur. vt sicut curia se concordat pro poena antequam creditori satisfiat de debito, eodem modo & creditor sine licentia curie, & antequam sibi soluatur poena, quamvis arg. rubr. pgn. fisc. credito. præfer. lib. 10. dici possit quod curia malefaciat, concordando se antequam creditori sit satisfactum, cum ipsis poenæ emolumenntum exfacto creditoris percipiatur. Salerni, die 4. Nouembris. 1559. Prosper Carauita.

R I T V S C L X X X V .



Tem quod facta condemnatione praedicta ad petitionem dicti creditoris contra dictum debitorem, seu eius fideiussores, non debeat fieri restitutio instrumenti dicto creditor iinfra menses duos à die presentationis ipsius in ante numerandos: sed lapsis dictis duobus mensibus, fiat restitutio dicti instrumenti creditori praefato.

Seruatur iste Rit. & dixi de eo supra in Rit. 180. in e. nos. vide quæ ibi scripsi.

R I T V S C L X X X V I .



Tem quod vbi facta est presentatione alicuius instrumenti liquidi contra aliquem debitorem, seu eius fideiussores, & eadem die sit facta præuentio in dicta curia: ante, vel post, quod per dictam præuentionem, seu citationem præventionis ipsius, factam eodem die cum presentatione dicti instrumenti, interrogatio super tenore dicti instrumenti non impeditur: immo potest fieri dicta interrogatio dicti instrumenti, dicta præventione facta eodem die: non obstante in aliquo, non habito respectu de horis diei in quo fuerit facta præuentio ante presentationem instrumenti praedicti, vel post.

## A D D I T I O .

2 Præuentio Adde, quo ad præventionem aduersus obligationem stipulatam apud acta Curie quod, vbi cessit, & venit dies solutionis non possum expediri prouisiones, quod prestita cautione de soluendo debitum & poenam, supercedetur in accusando per prag. Comitis Mirandæ. editam anno 1587. Auditum &c. capite primo. C. P.

S V M M A R I V M .

1 Debitor super tenore instrumenti citatus fuit: creditoris eadens die super præventione: in ultimo peremptorio: nunquid super liquidatione procedetur: præventione non obstante, an etiam super præventione, in liquidatione supersedendo?

2 Presentationem, & liquidationem instrumenti, idem appellamus.

3 Inspicere debemus quæ frequentius contingunt.

4 Si apparet de prioritate præventionis per horas: nū quid adhuc præuentio non operabitur, tāquam facta eodem die.

5 Horarum consideratio in multis prodest.

6 Ritus noster 186. factus fuit ad tollendas calumnias circa probationem prioritatis horarum: quæ reprobantur.

**S**VRA in Rit. 168. in 2. nota. dictum fuit quod præuentio facta per debitorem creditoris, facit supersedere in liquidatione, seu interrogacione instrumenti: verū quia dubitari forte poterat an istud procederet etiam si fieret præuentio eadem die, ante vel post presentationem instrumenti: Rit. noster ad tollendam huiusmodi dubitationem, dicit quod quotiescumque reperitur facta præuentio eadem die qua sit presentatione instrumenti non impeditur interrogatio: nulla habita consideratione de horis diei ante, vel post, in tantum quod d. Rit. volens præventionem impeditur interrogacionem, limitatur non procedere, quando eadem die esset facta præuentio, quæ presentatione instrumenti: pro quo habes etiam decil. Affic. 387. vbi præfens Rit. allego.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 101

tur , & ponitur ratio super qua potuit esse fundatus . ¶ Quæro satis necessario in hoc Rit. quid si eadem die qua debitor fuit citatus super tenore instrumenti: creditor citatur super præventione: nunquid in ultimo peréptorio procedetur super liquidatione: non obstante præventione, an super præventione , super sedendo liquidationem ? Ex Ritu. nostro videtur inferri quod debeat procedi super præventione, eo qd dicitur in eo, quod tunc præventione non impedit interrogationem : cum reperitur facta eadem die, qua sit præsentatio instrumenti : t vnde cum præsentationem , & liquidationem communiter pro eodem appellemus: & nihil dicatur quando fiat eadem die cū citatione: satis est , quod fiat præventione alia die ante liquidationem seu præsentationem instrumenti : nō habita consideratione, quod fiat eadem die, vel post citationem super tenore instrumenti. Confirmatur, quia vt dixi in Rit. 168. in 2. nota. præventione non fit ad impediendam citationem instrumenti, sed interrogationem , & liquidationem ipsius , vt etiam hic patet : & infra Rit. 189. immo ne verbum quidem habemus in his Ritibus de citatione super instrumento, & ideo satis est, quod præventione præueniat liquidationem: licet non præueniat citationem. Itē confirmatur ex alio, quia si diceretur, qd præventione debet nudum præuenire per unum diem ante liquidationem, verum etiam & citationem : sequeretur, qd præventiones ( vt plurimum) de vento feruient, qd creditor citatus super præventione posset eadem die citari facere debitorem super tenore instrumenti , & sic ipsum excluderet per hunc Ritum . Quid dicendum ? Affic. in d. deci. versi. & ideo. nume. 3 videtur sentire contrarium , dum dicit qd præsumitur prius cœpta causa super exequitione si non appetat an processit citatio super obligacione, vel præventione, & si dicatur quomodo Affic. loquitur de citatione , cum obligationes pœnes acta exequantur sine petitione, libello , & citatione , vt supra dictum fuit in Rit. 128. Respondetur qd forte illa obligatio erat antiqua supra decem annos, quo casu ( vt in d. Rit. ditimus) necessaria est partis citatio ad dicendum causam quare non debet exequi, & ita intelligi debet illa decisio, alias Affic. non posset bene loqui, & ista opin. communiter tenetur in prac. adeo quod ad hoc ut præventione impedit liquidationem, fieri debet ante citationem instrumenti . Non obstat ponderatio facta ad hunc Ritum loquentem de præsentatione quā ( vt supra dixi ) communiter appellamus liquidationem, sed de præsentatione instrumenti quam creditor tenebat facere antiquitus antequam expediret citationem, vt dixi supra in Rit. 168. in princ. adeo qd secundum istum intellectum , præventione fieri debet nudum ante citationem, sed etiam antequam ex pediretur? cum expediti non poterat, nisi præsenterato prius instrumento. Et quod de ista præsentatione loquuntur bene ponderandus est Rit. noster dum dicit, quod facta præsentatione instrumenti, non impeditur interrogatio per præventionem . Nam si de præsentatione id est liquidatione loqueretur, non posset tractari de impedienda interrogatio, ex quo interrogatio sit insimil cum liquidatione, immo antequam liquidationem, licet eodem contextu (vt omnes scūt) & si facta est liquidatio, testetiam facta interrogatio, & iste est verus intellectus ritus Rit. sed quia fieri præsentationes instrumentorum antequam expediatur citatio, non seruatur\* ( quod an sit verum hodie vide quæ dixi in Rit. 168. in prin. & Rit. 170. in 5. nota) nec etiam creditor se obligat de proseguendo, (vt siebat antiquitus) vt ibi dixi, adeo quod post expeditiōnem citationis multoties defluit, & se concordat, communis pract. adiuvenit, quod sicut antiquitus præventione debebat fieri ante præsentationem instrumenti, hodie fiat ante citationem, non obstat aliud

quod dicebarur quod præventiones de vento senti- rent, quia euincere tale absurdum, est in potestate debitoris, ex quo si veram causam haberet præueniendi, potest creditorem præuenire antequam veniat tem- pus soluendi, & sic à creditore citari non poterit, & si diceretur, quod multoties causa præueniendi po- terit euincere post elapsum terminum soluendi: t di- co, quod inspicere debemus quæ frequentius cōtin- gunt. I. nam ad ea. ff. de legi. nec debet reputari absur- dum, quod debitores non nimis facile possint perue- nire ad istas præventiones ( cum vt plurimum) fiant malitiosè, ad dilatandum solutionem, & impedi- dam liquidationem instrumenti , vt patet ex Regia prag. malitijs hominum, de præuen. modera. Amplia præfata conclusionem procedere etiam si ciratio super præventione esset expedita à Magna Curia, vel aliqua Regia Audētia, & ciratio super tenore instru- menti eadem die facta , esset expedita à iudice loci vbi degit debitor, tali enim casu adhuc procederetur super liquidatione per hunc Ritum. generaliter loquē- tem, quod qd eadem die si vtrunque, non impeditur interrogatio. Item per ea quæ dixi supra in Rit. 168. in 6. n. vbi latius dixi quod per citationem præven- tionis impeditur solum liquidatio , non aut potestas 4 citandi, quia non reperitur scriptum , quod nota. ¶ Quæro iuxta præfata qd si apparet de prioritate præ- ventionis per horas, nunquid adhuc præventione non operetur tanquam facta eadem die? Moder. Grauing. in Rit. 164. parte. 4. declarat. 19. numero 12. 1. dispu- tant hanc quæstio. & tandem concludunt impeditur liquidationem, t tum quia, horarum consideratio in multis prodest, vt patet ex gloss. in l. si ex pluribus. S. fin. ff. de solutio in c. duobus in versi. si non apparet, de rescrip. in 6. cum sim. quæ ponit Affic. in d. decis. 387. nu. 6. Soci. in l. qui duos. col. 2. ff. de rebus dubijs Alexand. Soc. & Rip. in l. 1. ff. solu. matr. & Deci. & Cagno. in l. in ambiguis. ff. de reg. iur. tum etiam, t qd secundū eum, iste Ritum factus fuit ad tollendas subtilitates, & calumnias, quas debitor potuissest præte- dere circa probationem prioritatis horarum prout p constitut. Regn. speciale. vbi Affic. notat. in 6. & 7. nota. iste subtilitates horarum reprobandur, & ideo si ex actis constaret de prioritate horarum , non posset dici debitorem velle calumniose petere termium ad probandum prioritatem , & ita ipsi resident. Ego autem dico quod circa istam questionem non posset haberi clarior decisio , quam habemus in hoc Ritu. dicente apertissime, quod non habeatur respectus ho- ratum dici ante, vel post præsentationem, & ideo in- dubitanter teneo, quod quotiescumque vna die fie- ret præventione, & citatio instrumenti, etiam si per ho- ras ante suisset citatus creditor super præventione, non impeditur liquidatio . Non obstat, quod horarum consideratio ad multa prodest: quoniam de iure cō- muni procedit, non autem in materia questionis no- stræ, in qua habemus hunc Ritum. aliter volentem , & etiam dict. constitut. quæ similiter momenta tempo- rum non vult esse in consideratione, quod bene no- ta quia ita seruatur. Salerni die 8. Novemb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CLXXXVII.



Tem quæcunque instrumenta quæ præsentantur in di- cta Curia , recipiantur per dictam Curiam , super illis quæ cōtinent quantitatem vnius vnciæ inclusiue, & ul- tra vnciam vnam , fiat interloquitoria se- cundum

# Domini Prosperi Carauita Eboltani

tundum Rit. Curiæ super alijs autem quæ continent quantitatem infra, interrogetur conuentus per curiam, & si confitetur, mā detur sibi ad certam poenam, quod soluat infra certos dies, secundum qualitatē personarum, & quantitatē debiti, & hoc qn̄ est possidens, & nō suspectus de fuga, alijs vel caueat de soluendo, vel detineatur in defectu fideiussionis, si autem citatus aliqd allegaret contra instrumentum, vel quod soluerit, vel aliam iustum causam, curia ipsa cōmittit vni qui examinet testes, super solutione, & alijs dicendis per eum, vt supra dictū est in causis modicis committendis.

## S U M M A R I V M.

- 1 Ius instrumenti liquidandi non diminuitur per partis eius receptionem.
- 2 Index potest debitorem vocare: ipsumque interrogare an debitum soluerit: si instrumentum est infra vnciam. & in num. 4.
- 3 Preceptum quod debitori confessio fit: quot dies dare debeat. Et ubi fieri possit. Et quando oretenus, vel in scriptis.
- 4 Nemo ad satisandum est compellendus pendente dilatione, causa de nouo non existente.
- 5 Debitor num appellare possit à precepto sibi tantum confessio facta: ac dicere de sua confessionis errore coram iudice ad quem, & appellatione pendente, non molestari?
- 6 A sententijs à duabus vncijs infra non appellatur causa executionis retardanda.
- 7 Si debitor cui fit preceptum: sit filius famil. ante præceptum sine patris consensu factum, valeat?
- 8 Cui non licet quod minus, minime licebit quod maius.
- 9 Minor qui in iudicio esse non potest, confitendo obligatur.

I Ste Ritus ponit aliam limita ad Rit. 166. ultra alias per me positas in Rit. 167.

Nota igitur ex hoc Rit. quod tunc demum instrumentum habet executionem paratam iuxta formam d. Rit. 166. cum continet quantitatē ultra vnciam. Limita istud non quotiescunque quantitas infra vnciam esset ex residuo maioris quantitatis, ratio est, quia tunc licet debitum sit infra vnciam tamen quantitas contenta in instrumento est supra vnciam, & Rit. non alind requirit, quam q̄ instrumentum contineat maiore quantitatem. + Item q̄a ipsum ius, quod habet creditor liquidandi instrumentum pro debito, non diminuitur per receptionem partis debiti, immo integrum manet donec sibi soluatur argum. l. si ibi sed manere ius integrum. C. de fidei usq. tanto magis, quia iste Rit. non decidit hoc quod diminuatur ius liquidandi, sed tantum quod instrumentum ipsum contineat tantam quantitatem, quæ vncias excedat, vel includat, qd nota, quia seruatur.

Secundo no. ibi super alijs iuncto verbo illo interrogetur, t̄ quod quotiescunque instrumentū conuerit summam infra vnciam potest index summarie

vocare debitorem & ipsum interrogare, si dictum debitum soluit, quod not. contra multos proteruos debitores, qui oretenus vocati per iudicem super debito infra vnciam, & interrogati super eo nolunt respondere. Sed dicunt vocet me creditor in scriptis, qm̄ tunc respondebo. Salerni cum essem iudex nul toties mihi congit, sed nunquam dedi locum istis calumnij, quia iudex potest hoc facere oretenus, p hunc Ritum, & firmant Iser. & Affl. in const. Regiæ maiestatis, num. 10. in multis tamen partibus adfuit statuta terrarū seu priuilegia, quod à tribus, vel duobus ducatis supra non possit tractari sine scriptis.

+ Tertio not. ibi & si confitetur, q̄ debitori confessio debiti fit preceptum de soluendo infra tot dies arbitrio iudicis, inspecta qualitate, & quantitate debiti, & quamvis secundum generalem consuetudinem, non soleant excedere decem dies, vt dicit glo. in l. si debitori, in versiculo indultum, ubi est tex. cōsimilis. ff. de iudic. idem glos. in authen. de exhibend. reis. S suscepito, in versiculo lite. Pau. de Cast. in dicta lege si debitori, numero decimoquinto, in finali versiculo: tamen vt iste Rit. dicit, inspecta qualitate personarum, & quantitatis, statuatur terminus, & etiam maior dierum decem secundum Albericum in dicta l. si debitori, & Affl. in dicta constit. Regiæ maiestatis, numero 10. Amplia istud not. procedere etiam Curia non sedente, sed in camera iudicis, & etiā die feriata, vt dicit Affl. in d. constit. num. 10. in fin. intellige tamen hunc Ritum quando oretenus per iudicem fuit interrogatus debitor ad iastantiam actoris petentis iusticiam similiter oretenus, & prout dixi in precedent. nota. alias si in scriptis per petitionem aetū fuisse, & debitor respondendo sūisse confessus, nō esset faciendum preceptum, sed sententia diffinitiva condemnatoria, vt dicit glos. in cap. dudum. lo 2. in versiculo responsionem, de electio. Paul. de Cast. in ead l. si debitori. num. 6. & Affl. post Iser. in præalleg. constit. nisi quando confessus esset, & in responsione dixisset non animo cōtestandi item, vt Pau. de Cast. ibidem dicit.

Quarto not. ibi, & hoc quando, quod contra debitorem cōfessum, suffici præceptum sibi factum de soluendo infra certum terminum, vt supra dictū est, quando possidet immobilia, vel non est suspectus, in tantum, quod durante termino, non potest detiniri, sed si suspicio fugaz superuenienter post debitū iuxta tradita supra Rit. 170. 1. nota. teneretur cauere de soluendo in tempore, & in defectum cautionis detineretur. At de iure communī in dicta l. si debitori, eo ipso quod erat confessus debitor, & sibi fiebat præceptum de soluendo, tenebatur cauere de soluendo infra terminum etiam non existente causa suspicio-nis fugaz, vt Pau. de Cast. ibi dicit, numero decimo. + & Affl. ipsum sequens in dicta constit. Regiæ maiestatis, numne. 13. quia & si pendente dilatione, nemo possit compelli ad satisandum, non existente causa de nouo. l. omnibus. ff. de iud. cum aliis per me traditis in d. Rit. 170. tamen illud procedit pendente dilatione conuentionali, non autem legali data à iudice præter voluntatem creditoris, vt latius ipse dicit.

Quinto not. ibi si autē citatus, quod licet iudex possit in debito infra vnciam, oretenus procedere, vt supra diximus in 2. nota. tamen potest etiam procedere in scriptis, citando debitorem, quo casu si ille comparet, & non confitetur, sed aliqua allegat, audiatur super oppositis, & examinantur testes, subaudiato dato termino, & quia est causa infra vnciam, committitur, vt alias super causis modicis committendis dictum fuit supra in Rit. 16. in 2. not.

+ Quero at debitor à tali præcepto sibi factum tantum confessio poterit appellare, & dicere de errore iuxta confessionis coram iudice ad quem, ita qd appellatione pendere, non posse molestari iuxta rit. ff. nihil

**S**ibil noua appella pendens dicas quod non quia in causa presentis Rit. ester confessus & convictus per instrumentum vt dicit Paul. de Castro in dicta legē fidebitori. nu. 4. argumento legis secundz. C. quorum appella non recipi alias si ester confessus capiuntur à tali præcepto posset appellare sicut à dissimiliua sententia & errorem suum corrigere secundū Pau. de Cast. ibidem per l. creditor. S. iussus, iuncta gloss. ff. de appella. \* Hoc tamen de iure communi de iure vero Regni etiam quod solum ester confessus nō posset à tali præcepto appellare per ritum 256. vbi dixit versic. ex his sequitur & istud tanto magis in hoc Regno procedit: t̄ quia à sententia à duabus vnoq̄s infra noa appellatur ad effectum exequutionis retardandz. vt dicitur infra in Rit. 257.

**T** Secundo quero quid si debitor cui factum est præceptum est filius famili. an valeat præceptū sine consensu patris: glos. in l. fin. S. necessitate. C. de bon. quia liber. dicit, quod sic: si factum fuit vbi libellus, & litis contesta non interuenit. Specu. in tit. de actore. S. 1. num ero 36. versiculo sed nunquid tenetur dicit, q̄ non: t̄ quia si non potest item contestari quod est minus, multo minus poterit recipere præceptū, qd̄ est maius. Bart. vero in dicto S. necessitate. nu. 7. versiculo quarto quid si præceptum, quem ibi Pau. de Cast. numero 8. sequitur, dicit, quod aut agitur ratione confessionis facta coram iudice sine consensu patris, & potest conueniri: t̄ quia etiam minor qui non potest esse in iudicio obligatus confitēdo. l. certum. S. minorem. ff. de confes. licet possit restituī, & etiam contrabendo quo ad sui præiudicium. l. fin. S. 1. ff. de verb. oblig. & l. tam ex contractibus. ff. de iud. cum talis confitio magis accedit cōtractui, quam iudicio. aut agitur ex illo præcepto facto, & tunc, q̄a est act. judicialis: non potest, quia non valuit sine consensu patris. d. S. necessitate. licet distingui debeat circa q̄ bona emanavit: vt si circa cafrēsia, vel quasi valeat: si circa alia in quibus patri vſus fructus queri potest non valeat. vt late ipse scripsit ibidem numero secundo. usque ad finem. Salerni, die 9. Nouembr. 1559. Prosper carauta.

## R I T V S CLXXXVIII.



Item seruatur in dicta curia, quod instrumentis cōfectis extra Regnum non creditur nisi per modum, qui sequitur infra scriptū, quia aut sunt instrumenta Apostolica vel alia non Regia, nec Reginalia facta in Regno, & nō adhibetur fides: si sunt facta extra Regnum dicta instrumenta Apostolica, vel alia, tamen si habetur aliqua summaria informatio extra judicialis, quod notarius qui publicauit, est ut notarius publicus: & locus vbi fuit cōflectum est notus, vt Florentiae, statur sibi, si vero non est locus notus: puta ultra montes, vel est locus qui raro nominatur: & non habetur fides, quod sit publicus notarius, nō statur: sufficit enim quod habeatur summaria fides, quod sit publicus notarius extra judicialiter, vt credatur dicto instrumento Apostolico, vel nō Apostolico cōfecto, & publicato extra regnum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Præctica quomodo credatur instrumentis extra regnum cōfectis.
- 2 Instrumento publicam formam habenti, standū est. Et num. seq.
- 3 Pro tabellione præsumendum est quod vera scripsit.
- 4 Iuri suo quis renunciare potest.
- 5 Producenti instrumentum extra regnum cōfēctum, credendum quando sit.
- 6 Mortuis maior fides, quam viuis adhibetur.
- 7 Instrumentum quando dicatur antiquum.
- 8 Instrumento extra Regnum cōfēcto, absque probatione, quare non credatur.
- 9 Notariatus officium à quibus conferatur. Facta non præsumuntur. ibid.
- 10 Testes examinandi pro summaria informatione de notariatu capienda, qualiter deponent. Et quā alia notariatum probent ibidem.
- 11 Producens instrumentum si literas testimoniales etiam produxit, illum qui instrumentū scripsit publicum est notarium: pars aduersa dicat tale instrumentum non esse illius manu scriptum, an sufficient dicta litera: an etiam de eius manu erit probandum.

2 Patria. Adde quod patria & parentes à pari proce- dere videntur iuxta illud iurisconf. Vt parentibus & patriæ parcamus. L. veluti ff. de iusti. & iur. Nam & pa- tria, communis omnium nostrum parentes à Cicero- ne appellatur in lib. de Oratore Idemque ad Atticū Patria inquit antiquissima & sanctissima parentes & in lib. de finibus. Decet inquit, chariore in esse patriam nobis, q. nosmet ipsos, vt nō mirum si & libro primo officiorū patria parentibus, præculisse videtur ibi sed si contentio quædā & comparatio fiat, quibus plurimū tribuendū sit officij principes sine patria & pa- rentes quorū beneficiis maxime obligati sumus. Si q. dē ordo denominationis designat ordinē dilectio- nis & charitatis, vt per Angel. & Imol. in l. qui solu- do per illum tex. ff. de hered. instit. C. P.

## R I T V S C X C I I .



Tem quod nullus laicus ad- mittatur tanquam vñus de populo ad accusandum de aliquo criminē, vel denūciā- dum, nisi suā vel suorū iniuriā prosequatur,

Dupli-

Duplicatur iste Ritus in preceden. Rit. & in alio  
Rit. q. ideo ad eius materiā, vide dicta in proxime  
presenti Rit.

## R I T V S C X C I I I .

 **T**em si quis, vel si quia accusa  
uerit, vel denunciauerit ali  
quem indictis curijs, seu al  
teris ipsarum de aliquo cri  
mine durante ipsa causa di  
ctæ accusationis, vel denun  
cationis persona predicta accusans, vel de  
nuncians, siue etiam pater, mater, filii, fra  
tres, sorores, nepotes, & neptes carnales ip  
sas accusatoris, vel denuntiatoris accusari,  
vel denunciari non possint in dictis curijs  
per dictam personam primo accusatam,  
vel denunciatam, nisi eadem die denuncia  
uerit, vel accusauetur eosdem, & nisi ex no  
no delicto.

### S V M M A R I V M .

- 1 Accusatus si de maiori criminē accusatorem reaccusat, de iure communi, superfedebatur in prima, & procedebatur in secunda accusatio  
ne. Contrarium vero est de iure Regni: ibidem cum limitat.
- 2 Cessante ratione legis, cessat ipsius dispositio.
- 3 Reaccusatio eodem die facta, quare permittitur.
- 4 Consideratio horarum ad multa prodest.
- 5 Nouum delictum quando, & quod dicatur, ut reaccusatio locum habeat.
- 6 Accusatus criminaliter, an accusatorem ciuiliter reconvenire possit?
- 7 Reaccusatio nunquid locum habeat contra nepo  
tes accusatoris, ad instantiam accusati vel nepotū.

**C**irca materiam de qua loquitur iste Ritus, habes alium Rit. infra 197. c. Regn. quod incip. iniunxi, in fine & Regiam pragm. q. incipit legislatoris est proprium, in tunc de accusat. quam Gram. decisio. 53. allegat pro capi. & Marant. in pract. parte. 4. distinct 6.nu. 64. in no  
nis allegat. pro Rit. de qua etiam Cauens. hic mentio  
nem facit, ut autem tibi liqueat quo pacto processerit constitutio Regniloquès de hac materia post ius  
commune, & post constitut. cap. Regn. Rit. & prag.  
1 scire debes, qualiter de iure communi si accusatus  
reaccusat suum accusatorem de maiori criminē,  
superfedebatur in prima accusatione, & procedebat  
ur super secunda ut dicit tex. in l. j. C. qui accusare  
non possit vero de pari, vel minori delicto, aut suam  
vel suorum iniuriam prosequebatur & poterat reac  
cusare, aut non prosequebatur suam vel suorum iniu  
riam, & tunc non poterat. l. neganda. C. eod. ritu. qui  
accusa. non possit. quamvis in eo Doct. maximas inter  
se facerent distinctiones, & altercationes, ut patet ex  
Bar. in l. is qui reus. 6. oppo ff. de publi. iudic. & in l.  
2.5 jff. de adulte. Per de bella perti. in suis qq. qua  
stio. 144. Salyce. in d. l. negada & Are. i tract. malefi.  
in verific. & ad querelam. q. 63. quero an accusatus.  
veru quia consti. Reg. si ciuiliter agens, evidentē ac  
cusantis malitiā, & frustrationem manifestā reputa  
uit illius qui de maiori criminē, non prius quam es  
ser accepit accusavit. corrigo d. l. j. voluit q. su

per vtraque accusatione procederetur, sed quia re  
manebat adhuc dispositio d. l. neganda, & in eius ter  
minis similiter dici poterat reaccusantem potius ex  
calumnia moueri, quam justitia concupiscentia. su  
peruenit falleg. capit. Reg. iniunxit, & corrigendo  
dispositionem d. l. neganda ordinavit, quod ille qui  
primum curiam adiuit pro aliqua accusatione non  
posset ea pendente in aliqua curia reaccusari, vel  
denunciari de aliquo crimine, in quo non posset pro  
curator interuenire dum tamen offerat separatum ita  
rit stare coram quocunque iudicer finit prima accu  
satione. & super hoc caueat, & quia (hominum excre  
scente malitia) repertum fuit quod qui non poterat  
reaccusare suum accusatorem obstante dicto capitul  
lo accusabat eius patrem, matrem, filios, fratres, soro  
res, nepotes, & neptes, vt sic quouis modo posset, de  
accusante vlcisceretur, Ritus noster huiusmodi frau  
dibus, & malitijs occurrendo ordinat q. quemadmo  
dum contra accusantem erat prohibita accusati  
accusatio, eodem modo, & contra personas supra enu  
meratas: præterquam si eadem die, & ex nouo deli  
cto hoc faceret, & post hunc Rit. factus fuit alius Rit.  
infra 197. qui idem ordinat quod cap. præalleg. nisi q.  
de fideiussione præstante per primo accusantem de  
stando iuri coram quocunque iudice competē  
re. At quia lege condita, excogitatur fraus: & qui nō  
poterat per se reaccusare, & de accusante vlcisci: pre  
curabar id fieri per eius vxorem, liberos, parētes: aut  
fratres viri que coniunctos, & insimul habentes, om  
nium nouissima d. Regia prag. etiam desuper prouid  
endo, ordinavit ut quod accusato esset prohibitum:  
etiam personis supradictis interdiceretur: confirmando  
illud, quod Ritus noster dixerat de nouo delicto, &  
declarando, quod tuac diceretur prius adita curia p  
t aliquem: quotiescumque per citationē citatus esset  
penes acta Curiae instituta. Amplia hunc Ritum, &  
dictas dispositiones procedere etiā si super secunda  
querela vellet curia procedere ad instantiam fisci: tunc  
quia si secus diceretur facile fieret fraus dictis iuri  
bus, & ritibus, quia semper fiscus diceret, procedit  
ex officio, & ad mei instantiam: tu etiā quia d. prag.  
prohibet euocari in iudiciū primum accusatōrē per  
quamvis viam ut dicit Gram. d. decisio. 53. in fine  
fuisse decisum. Credo tamen quod quando in rei vē  
titate fiscus procederet super aliquo delicto in perso  
nam accusati cōmissio, ex officio mero ipsius curiæ,  
& non ratione querelæ expositz, tunc secus esset: tu  
quia, in fisco non presumitur fieri animo calumnian  
di & diuertendi accusantem a prima querela, tū etiā  
quia Rit. noster & omnes præallegate dispositiones  
recusationes, & denunciationes prohibent, non in  
quistiones ex officio. & illa verba per quamvis viā,  
intelligi debent ad instantiam accusantis, velenū  
ciant s. & ita intelligas d. decisif. Gramma.

Not primo ex hoc Rit. q. accusatus potest suū accu  
satōrē reaccusare eadē die, & ex nouo delicto. istud  
que intelligit Marat. i. loc. præalleg. nu. 63. coniunctive  
& aliter dicit nō pcedere reaccusationē: ego aut̄ dī  
co q. in hoc Rit. cōtinentur duo casus: primus est, q. si  
reaccusatio fieret eadē die: secundus est, q. si ex nouo  
delicto. & q. in hoc Rit ponātur duas limitationes &  
nō vna. vt ipse scribit, probat primo pōderādo verba  
isti' Rit. q. dicit nisi eadē die, & nisi ex nouo delicto:  
cū si voluisset vnu casum tantū cōprehēdere, nō ita  
dixisset, sed nisi eadem die ex nouo delicto reaccu  
saret. Secundo, quia quando sit reaccusatio ex nouo  
delicto, siue si eadē die siue postea: cessant penitus  
oēs fraudes & psumpti malitijs in psonā reaccusant  
is, & propter ea etiā q. iste Rit hoc nō diceret, reac  
cusatio fieri posset q. a cessante ratione legis, cessat  
etiam ipsius dispositio c. cum cessante, in prin. de ap  
pellat. c. cū infirmitas, de penit. & renit. I. adigere. S.

○ 2 quamvis

# Domini Prosperi Carautæ Ebolitani

quamvis, ff. de iure patro, & l. in omni vbi Bart, ff. de adoptio, cum simil, quæ citat Tiraquel, in tracta, cessa, causa parte 1. num. 11. cum seq. Tertio probatur apertissime per d. prag, quæ ex novo delicto reaccusari permititur; & non dicit eadem, vel alia die, & minor quod ad eam Maran non aduerit. Quarto, quia nulla profecto bona ratione diversitatis moueri posset iste Rit. disponendo, quod si nouum delictum accusare, eadem die procederet reaccusatio, si alia die, non; cum ratio præsumptæ malitia in nouo delicto, ita esset, reaccusand o alia die, sicut eadem, & ita teneas indubitanter; quia d. prag, ita decidit, ultra tamen prefatas duas limitationes, additæ tertiam in qua Rit. & dispositiones præallega, locum non habent, quando utraque accusatio ex eodem fonte, & unico met facto procederet, vt dicte Barto, in l. is qui reus, nu. 2. versi, quarto quod, ff. de publi, iud, & Gramma, decisi, 53. vbi uterque ponit exemplū. Quarto limita non procedere quotiescumque reaccusatio, fieret pro criminis in quo potest intervenire procura, vt colligitur a contrario sensu d. Rit. 197, & capitulo, iniunxit, & dicam statim in 3. q. Quinto limita quando fieret pro criminis in quo non intervenire procurator, verū fieret reaccusatio ciuilis, vt dicit Maran. Latus in d. pract. nu. 68. vers quartum membrū, dum tamen secundum eum, ille iudex sit alias competēs primi accusantis per rationem quam allegat. Sexto limita quando reaccusatio fieret pro criminis blasphemie, vt dicit Pet. Föller, ad. Marant, ibidem per ea q. pto. Barto, in l. Lucius, in fin s. ad Turpilla, sed si Bar, ibi legatur, nullum verbum de blasphemia, ideo tecum contrarium quia d. prag, prohibet generaliter pro alio crimine priuato, vel publico quantumcumque maiori reaccusari, vel denunciari; & profecto nullum dubium esse debet: quod qui tandem crimen blasphemie denunciare retinuit; & hodie denunciat: ex alio non mouetur, quam vera nequitia, & manifesta calumnia quod a d. constit, si viriliter, & prag, expresse prohibetur.

¶ 3 ¶ Luxta prefata quero primo, qua ratione potuit moueri Rit. quod si eadem die fieret reaccusatio, per misericordiam, Breuter credo, quod non alia, nisi quia quando utraque accusatio fit eadem die; nō ita facile apparer quis primo curiam adiuit: & ex consequēti cum eadem die reperiatur utraque accusatio facta: super utraque procedi debet, ex quo sequitur, quod quādoque apparer ex actis met de prioritate, & posterioritate, vt pura, si in libro querelarū prius reperiretur scripta yna, & postmodum alia; securus eset; si quia horarum consideratio ad multa prodest; præterquam quando aliter reperiatur in specie prouisum, vt dixi supra in Rit. 186 in fine.

¶ 4 ¶ Secundo quero quando poterit dici nouum delictum, ad hoc vt procedat reaccusatio? Maran, in practica loc, præallega, nu. 63. dicit quando tu accusas me de delicto commisso heri; istud dicitur nouū: & allegat ita tenere Bart. in l. is qui reus, nu. 2. versi, quarto quid si primus, ibi communiter seruatur, ff. de publici iudi, in tantum quod secundum ipsum nouum delictum intelligitur illud quod de recenti factum fuit; etiā ante primam accusationem, sed de hoc dicto satis miror: priuato quia Bart. in d. l. nō dicit, quod tunc dicatur nouum delictum; sed quod tunc dicuntur criminia separata, & non connexa. Secundo quia istud est cōtra prag, supra plures allegaram, quæ ad literā declarat nouum delictum in hac materia dīci, quod post motam primam accusationem, vel denunciacionem, in personam accusati, vel denunciati commissum est & ideo in hoc Rit. nouum delictum teneas illud quod modo prefato per d. prag declaratur.

¶ 5 ¶ Tertio quero quid si accusatus criminaliter, reconnexit ciuiliter suum accusatorem: nunquid hoc facere potest? Maran, in d. pract. par. 4. dist. 6. nu. 76.

vers. secundum membrū, dicit quod si cum peccet, l. fin. C. de origini, iudicium etiam per d. propositum d. prag, quæ prohibet per quamvis viam accedere in iudicio euocari; tu autem tene contrarium; primo per Rit. infra. 197, & per d. c. Regn. i. i. i. vbi reaccusatio prohibetur in criminis in quo non potest intervenire procurator; ergo pro criminis vbi intervenire potest, locum habet reconvenerio, & si procedere, multo magis pro causa ciuili. Secundo, per d. prag, ibi ciuiiles ac ciuiam emanantes &c. vbi hoc expressè videtur esse permisum non obstat, fin. prag, 197, quia per consti. Regni si ciuilis agens, est cognita, vt gl. & ffer. ibi dicunt. Non etiam obstat verba d. prag, d'centia per quamvis viam, quia intelliguntur quod pro criminis publico, vel privato, vt supra dicitur, non possit accusator per quamvis viam in iudicium euocari, nō autem trahit debent ad alias causas; quia in textu, ibi expressas. Et tandem non obstat quod accusans non elegit sibi illum iudicem sponte: sed ex necessitate propter iniuriam sibi factam: propter quod non esset coenatus ibi reconveneri, iuxta ea quæno. Bart. in auth. & cōsequenter col. 3, C. de sent. & Abb. in cap. 1, col. 12 in fin. extra de iuris, petitio. quoniam quod dixi de reconvenzione; intel. igo dum tamēt illi iudex sit alias competens illius, qui primo accusauit criminaliter; & nunc reconveniens ciuiliter, alias securus eset; & reconvenio prohibita esset, non ideo quia accusator primo curia adiuit: vt videbatur velle Marant, sed quia coram iudice incompetenti conuenit. quod etiam Marant sentire videtur in loco præalle. ¶ Quarto quero nunquid reaccusatio hodie licita erit contra nepotes primi accusatoris, ad instantiam ipsius accusati, vel suorum nepotum? videtur prima facie dicendum quod sic: eo quia, quod dixerat iste Rit. de nepotibus per d. prag suorum missum, & ita audiui aliquostenere. Sed contrarium est versus, quia Rit. 1. noster ideo expedit nepotes, & nepotes, quia prohibuit reaccusari filios, quorum appellatione non veniunt nepotes regulariter s. fin. init. q. testa. tuto, dār. pos. l. quid si nepotes, ff. de test. tute, & l. sed & milites, in fin. prin. cum fin. ff. de excusa, tut. quod latius prosequere cum Alcia, in l. liberorum appellatione, de verb. sign. dicta vero pragm. liberos reaccusari prohibuit per accusatum etiam ad instantiam liberorum ipsius accusati, quorum appellatio cum veniant nepotes, & prænepotes, & ceteri. vt pater in dd. iuribus, & latius in d. l. liberorum, vbi plebe Alciat, non fuit necessarium exprimere nepotes; & neptes; & ita teneas. Salerni die 20. Novembris 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X C I I I .



Tem quod nullus clericus in ipsis cuijs, & qualibet ipsarum admittatur ad accusandum aliquem de aliquo criminis: etiam si citra penam sanguinis accusauerit, nisi suam, suorumque iniuriam prosequatur: veruntamen admittatur ad denunciandum cum obligatione penali facta pro laicū pro parte ipsius clericī.

S V M M A R I V M .

- 1 Antiquitus qui suam, vel suorum iniuriā prosequebatur: ad talionis penam se subscribebat.
- 2 Obligatio ad certam penam, iniuriam prosequentiis derogata est: successitque in eius locū cæsiō de expensis in casu succumbentiae.

3 Data

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 107

3 *Dæc casione de expensis per accusatorem in casu  
fæcumbentia: in principali causa boni, sed in ipsius  
detractione succumbit; an fidei suffrageatur?*

carus & procurator dictæ Curie procedunt contra dictum denunciatum ad priuationem bonorum omnium: ita quod eius obligatio fiat in bona forma iudicis officio reseruata.

S V M M A R I V M.

- 1 *Accusatus, quis & qualiter admittatur in crimi-  
ne usurarum.*
- 2 *Accusare, an & quomodo quis possit usurarium  
manifestum.*
- 3 *Crimina in iudicium quot modis deducantur.*
- 4 *Accusans in crimine usurarum qualiter se debeat  
obligare ad penam.*
- 5 *Usurariorum pena qualis sit.*

**N**ota. 1. ex hoc Ritu. q. licet. in criminis usurarum per constituta Regn. usurariorum, quilibet admittebat ad accusandum vel denunciandum, tamen hodie per hunc Ritum. talis facultas est coactata, ut tunc demum admittatur; cu se obligat ad certam penam, & suam iniuriæ prosequitur, vel suorum iuxta dispositionem Rit. 191. 192. & 195. veru iste Rit. corrigitur per alium infra. 237. dum ibi ordinatur neminem admitti ad denunciandum in hoc crimen, sed solù ad accusandum, & agendum via ordinaria. Adeo quod hodie per illū Rit. 237. non aliter in crimen usurarum procedi potest: quā si accusator existat, ut dicunt Pari. in tracta syndi. in verificu. inquisitio. circa finē versic. & hodie. Afflict. in d. constit. nume. 36. & Marant. in pract. parte 6. in versic. inquisitio. verific. venio nume. 1. 26. in nouis. subdentes præfati Docto. ibidem q. per eundem Ritum. d. constit. corrigitur, & verum est, quia stante eius dispositione, nedium nemo admittitur ad denunciandum: sed nec etiam curia procedit: nisi vbi extat ordinaria accusatio sed ut dixi per hunc Rit. coactatur tantum d. constit. & nō corrigitur quia nullū verbū hic de facultate procedendi ex officio bene tamē facere, q. d. consti. inquantū faciebar illud crimen publicum: ita quod quilibet de populo posset accusare, est correcta per alios Rit. prealleg. volentes neminem admitti ad accusandum pro aliquo crimen, nisi suam, vel suorum iniuriæ prosequatur, & quo ad potestarem procedendi in eo ex officio ultra d. Rit. 237. est etiam correcta per cap. Regn. ve delata, per quod inquisitio permittitur solum vbi venit imponenda poena mortis naturalis, civilis, vel ablationis membra, ut ibi. Limitat hunc Ritum non procedere in usurarijs manifestis: quoniam ut expresse dicit Regia pragmā. usurarum voragine in titu. de usur. cap. Reg. & Ritus Magnæ Curie: tales usurarios non comprehendit, ut etiam dixi supra in Rit. 20. sed dicet aliquis postquam verba dictæ pragmæ. que facit mentionem de Ritu. Magnæ Curie, intelligis, & refers ad hunc Ritum. ergo sequitur, quod d. Rit. 191. cum simil remanet firmus etiam in usurario manifesto, & sic tunc demum admittitur quis ad accusandum usurarium manifestum sine dicta obligatione, cum suam, vel suorum iniuriæ prosequitur: quidam ad evitandum istud, dicebat, quod verba d. pragmæ. dum faciunt mentionem de Ritu. Magnæ Curie debent intelligi de d. Rit. 191. & non de isto, ut sit sensus: quod usurarius manifestus potest a quocunque accusari, et si suam iniuriæ non prosequatur, nec obligatio ad poenam requiritur: quia usi non seruatur. Sed istud dictum non est verum: quia d. pragmæ. referri debet ad Ritum, in quo fit mentione de usurarijs: pro ut est Ritus noster, & nō ad dictum Ritum. 104. in quo nullum verbum deets, & quo ad illationem præfatae, que propterea inferba-

**S**uperioribus Rit. 191. & 192. prohibitum fuit laicus accusare, vel denunciare pro crimine in quo suam, vel suorum iniuriæ non prosequeretur, ut ibi latius diximus; versus, quia loquendo tantum de laicis, dubitari poterat quod non procederent in clericis. Ritus noster hanc dubitationem tollendo, qd dixerat de laicis prohibet etiam in clericis, quod not. ¶ Not, ibi verumtamen, q. licet clericis admittantur ad accusandum, vel denunciandum quando suam, vel suorum iniuriæ prosequuntur; tamē illud ipse intelligitur dummodo laicus se obliget p. ipso clericu ad certam penam, casu quo clericus non p. baret, vel concordaret sine licetia curie, ut dicit alius Rit. in fra. 200. qui concordat cum isto: Ex quo sequitur quid quam qui suam, vel suorum iniuriæ prosequitur debet ad dictam penam se obligare, t. quemadmodum antiquius se inscribebat ad penam talionis etiam ille qui suam, vel suorum iniuriæ prosequebatur ut dicit tex. in terminis in l. s. crimen. C. qui accus. nō poss. & Luc. de Pen. in l. 2. col. 3. verbi. sed quarto. C. in quib. eau. colon. capi. censi. lib. 11. licet Luc. ibid. disputando istam q. a. d. 1. decisam, illum tex. non alleget, sed c. ruz. extra de procu. & mirandum est profecto: quod g. in auth. quomodo oportet. epis. in S. licentiam. super ver. vniuersis, aliter firmare videatur, nisi eam salvando, dixeris q. eius intentio ibi fuerit in illo. casu speciali ratione religionis conseruandæ, illud affirmare: & non aliter, ne contra text. loqui videretur. ¶ Hodie ista obligatio ad certam penam nō est in usu, sedum in clericis accusantibus: sed nec etiam in laicis. vi dicam latius infra, Rit. 199. & Rit. 200. vbi te remitto, sed solum datum cario de expensis in casu succumbentia, parte petente iuxta iuris communis dispositionem in auth. generaliter. C. de epis. & cler. in aut. de litigio. S. ad excludendas. ut nota. etiā Maran. in pract. parte 6. membro 8. numero 16. in novis.

¶ Iuxta præfata, pone quod fuit data per accusatore camio de expensis in casu succumbentia: & demum non succubuit super causa principali: sed super detractione ipsius: unquam teneatur fidei suffrage? Bald. quem etiam refert Maran. vbi supra num. 17. consi. 106. prononcitur vol. 2. satris pulchre & nota. dicit quod nō: quia debet intelligi de succumbentia in causa principali. Salerni die 21. Nouemb. 1559. Prosper Caravita.

## R I T V S C X C V .

Item, quod nullus laicus admittatur per ipsam Curiam, tanquam unus de populo ad accusandum de aliquo crimen: nisi suam suorumque iniuriæ prosequatur.

Dixi de hoc Ritu. supra in Rit. 191. cum quo & cum sequent. 192. duplicatur ad literam.

## R I T V S C X C V I .

Tenit, quod nullus admittatur, per ipsam Curiam ad accusandum aliquem de usuraria præstatute, vel ad denunciandum: nisi cum obligatione penalii: & Aduo-



# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

¶ Et: dico quod usurarius manifestus a quoque etiam non prosequente suam iniuriam potest accusari, vel denunciari, non obstante d. Ritu. 191. quia preallega. pragm. ordinat, quod i. usurariis manifestis seruetur constitut. Regn. usurariorum, que expresse permittit i. crimine usuræ accusari, vel denunciari, etiam ab ijs q. eorum damnum, vel iniuriam non prosequitur, que non pro intellectu d. pragm. Secundo not. Ibi accusandum, vel denunciandum, duos modos deducendi crima in iudicio, vnum ordinatum, quod est per accusationem, alium extraordinarium, per denunciacionem. Tertius modus est per exceptionem, & Quartus per inquisitionem, ut ponit pulchre text. cum glos. in versic. tribus. in capit. super his, de accusa. & Iodocus in sua pract. crimin. capit. 4. Tertio t. not. Ibi cum obligatione penali, quod denunciatis, vel accusans in criminis usurarum, debet se obligare ad poenam. Sed quid debet continere talis obligatio, & quomodo seruetur dicam infra in Rit. 199. vide ibi plene. Quarto t. not. ibi ad priuationem omnium bonorum, quod poena usurariorum est publicatio bonorum, ut plene habeatur in constitutio. Regn. usurariorum & dixi supra in Rit. 21. vbi latius vide, die 21. Nouembris. 1559.

Prospere Carauta.

## RITVS CXCVII.



¶ Tē seruat ipsa curia quod accusator, qui prius curiam adiuerit, non possit ipsa accusatione pendente, in aliqua curia de aliquo criminis, in quo non potest intervenire procurator, accusari, vel denunciari, dum tamen sit paratus in dicta curia respondere pro denunciationibus, vel accusationibus quibuscumque (accusatione durante) & nihilominus fideiussoria cautione cauere, quod (accusatione finita) respondeat accusationibus, vel denunciationibus corā quocunque iudice competenti.

¶ Plene dixi de hoc Rit. supra in Rit. 193. & ideo de eius materia, vide ibi dicta, ne idem repetam.

## RITVS CXCVIII.



¶ Tē seruat ipsa curia: quod vibincumque in termino, qui dicitur peremptorius, ad dictam Curiam veniendū, usque per totum diem tam: mensis talis, huius anni, talis indictio. sicut fit in principaliter termino qui datur ad probandum; in tota causa & in termino repulsa, & in termino cuiuslibet publicationis causæ, tam primæ, quam publicationis repulsa, quam publicationis responsionis, quam termini super aliquam petitione beneficij, &c. quæ quidem verba scilicet, peremptorius ad dictam curiam veniendum, & cum ponuntur vbi datur aliquis terminus ad aliquid faciendum, tunc accusatus criminaliter si illo die ult-

mo termini non compareat, & accusator compareat, vel coadiutor, seu adiutorius fisci, si est ex officio accusatus, contra dictum accusatum, vel inquisitum, contumacia accusatur, & sequenti die ad petitionem dicti accusatoris, vel adiutorii fisci, potest idem accusatus, vel inquisitus condemnari ad penam fideiussoris, & banniri, & fideiussor condemnatur ad penam fideiussionis,

## S V M M A R I Y M.

- 1 Dilations expectatorie ad veniendum, vim peremptori regulariter non habent.
- 2 Dilations ad probandum datæ, peremptorie intelliguntur, & si non sit dictum.
- 3 Accusator comparere in termino, sicut accusatus tenetur, contumaciamque accusare.

**I** Ste Ritus est aliquantulum: intricatus, in effetu tamen dicithoc, quod si citatus ad veniendum & se presentandum ad curiam infra terminum (qui peremptorius dicitur) puta, usque, & per totum talium diem (pro ut si in alijs terminis hic enumeratis) non compareat ultima die termini, sed comparet accusator, vel procurator fiscalis, si ex officio proceditur, accusatur contumacia, & sequenti die tali citatus ad probandum instantiam potest condemanari ad penam fideiussionis, & banniri, & fideiussor ad penam fideiussionis.

¶ Not. i. in princip. Rit. ibi. qui peremptorius dicitur, & ibi. quæ quidem verba, quod quando datur dilatio, sive terminus ad veniendum ad curiam, vel aliquid faciendum debet ipse terminus dici peremptorius. hoc est. in ipso termino deber poni verbum peremptorie. Quo ad primum, circa terminum, qui datur ad veniendum, concordat cum his, que pot. per Bart. in l. finita. S. Julianus. num. 9. versic. sed in dilationibus ff. de dam. infect. in l. fin. nu. 12. ff. de sex. & in l. cessante. num. 6. C. quomodo, & quando iudex t. vbi dicit, quod dilationes expectatorie ad veniendum, regulariter non habent vim peremptori; nisi dicatur illud verbum peremptorie, vel aquipollens. Quoad secundum cum datur terminus, ad aliquid faciendum: puta ad probandum in causa principali, vel repulsa, contrariatur not. per Bart. in loc. prealleg. t. vbi dicit, quod dilationes, que dantur ad probandum, omnes intelliguntur peremptoriz etiam non fuerit. Idem Specul. in tit. de dil. §. j. num. 8. ver. & not. & S. videndum. nu. 3. ver. quidem Ang. in d. l. fin. & Aflist. in consti. Regn. si quidem nostrorum. 7. not. num. 12. In pract. seruat primum, & in omnibus dilationibus expectatoriis communiter, & indistincte apponitur peremptorium, & ideo videmus quod cum aliquis citatur ad se presentandum in curia pro tali fideiussione praefixa, vel tali causa, aut ad soluendum, vel aliud faciendum, & si senserit se gravaturus infra talem terminum compareat, semper in citatione ipsa dicitur peremptorie. Secundum vero de dilationibus probatoriis non seruat, & nullibi reperies, q. actuarius dicat illud verbum peremptorie in terminis qui dantur in causis ad probandum, & ideo bene dicit Bart. in d. S. Julianus, q. non oportet quod actuarius hoc dicat, cum intelligatur.

¶ Secundo not. ibi & accusator compareat, q. accu. sa. tor tenerur sicut accusatus, comparere in termino, & contumacia accusare, alias auctore non comparente, reo non imputatur.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ.

108

impitatur, l. 2. in ff. si quis in ius vocat. non ier. l. arbitrius Calendis. ff. de arbitrii. l. properandum. s. & si qui dem. C. de iudi. & not. per Bart. in d. S. Iulianus. num. 20 intellige nisi etiam ad filii instatiam procedatur, quoniam tunc licet actor non compareat, reo non compareat, procurator fiscalis accusat contumaciam, & fit condemnatio, vt Rit. noster etiam sentit, & ita servatur, adeo q. fere omnes citationes criminales, aut dicunt ad instantiam procuratoris fiscalis, vel coadiutoris talis curie tantum, aut si adeat etiam pars quarellans, dicitur & talis partis quarellantis: quod not. An autem tenetur etiam accusator licentiam, à iudice petere: vide quæ dicam infra, in Rit. 218.

Tertio no. in ff. Rit. ibi & sequenti die, q. accusata contumacia victimæ die termini dati sequenti die potest citatus, & fideiussor condemnari ad poenam fideiussionis. Idem dicitur supra in Rit. 94. sed vt ibi dixi, hodie aliter seruat, & accusata prima contumacia, expectatur triduum, & demum sequenti die fit condemnatio: quib. adde Afflictum in consti. accusatorum. nu. 6. vers. quid aut. vbi dicit q. ex gnali consuetudine, de equitate expectatur triduum, & ita practi-  
catur Salerni. die 23. Nouébr. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C X C I X .

 Tem seruat ipsa curia non recipere denunciationem aliquam: nisi denunciants se obliget ad certam poenam de probando ipsam denunciationem, & non concordari cum denunciato sine licentia curiae, deinde curia procedit ad dationem capitulorum.

## S U M M A R I V M .

- 1 Denunciator sicut accusator tenetur insistere.
- 2 Denunciants in iudicio crimina, ad certam pœnam se obligabit. Et talis obligatio utrum in locum talionis, vel inscriptionis successerit?
- 3 Maleficia, contra iuris dispositionem, impunita esse non debent.
- 4 Conscriptudo quando excusat.
- 5 Denunciante aliquo, non voluntarie, sed epistole, vi gote sui officij, nunquid ad certam pœnam obligatio sit necessaria?
- 6 Differentia inter accusatorem, & denunciatorem, remissio.

**Q** Voniam superiori Rit. 194. dictum fuerat, quod accusatio, vel denunciatione cleroi non reciperetur, absque obligatione ad certam poenam: & in accusatione, vel denunciatione facienda per laicos, nihil dictum fuerat de tali obligatione, nisi in uno easa tantum, quando accusaretur crimen visuarum, vt patet ex Ritu supra, 169. Ritus noster pleniū hoc disponit, ordinat quod nulla denunciatione recipiatur absque obligatione ad certam poenam de probando denunciationem, & non se concordando sine licencia curiae: & ratio est, quia denunciator sicut accusator tenetur insistere. l. res quæ, S. fi. ff. de iur. fis. & licet Iodocus in pract. de denunciationibus c. 6. nu. 10. alter dicit intelligi debet de denunciante vigore officij non autem voluntarie. vt infra dicam. ¶ Not. 1. ex hoc

Rit. quod denunciantes crimina in iudicio, debent se obligare sub certa poena; puta, pecuniaria arbitrio curiae, vt dicit Affl. in const. præsentis lege sanctius. i. prin. quæ obligatio erit de probando crimen denunciatum: & non se concordando sine licentia: & in hoc concordat cum alio Rit. supra 47. vbi tetigimus 2. no. & cum constituit. Regn. poenam calumnia. vbi Affl. in 2. not. allegat hunc Ritum. verum illa constitu generalius loquitur, tam de denunciantibus, quam de accusantibus. Ita obligatio ad certainam poenam, vt Affl. dicit in d. consti. 3. not. successit in locum inscriptionis ad pœnam talionis, quæ antiquitus de iure communi seruabatur. vt patet ex l. fi. C. de accu. c. super his. de accusat. & cap. tui. de procur. ego vero dico, q. successit in locum ipsius poenæ talionis: ratio est, quia ante hunc Rit. & constitut. inscriptio ipsa ad dictam poenam talionis de generali consuetudine sublata erat, vt dicit gl. in l. 2. in ver. periculi. ibi nos dicim⁹, C. de fid. instr. Spec. in tit. de accus. S. viso. vers. item quod non recte. Bar. in l. fi. cui. in prin. & in l. libellorum. ff. de accus. Sa. lyc. in auth. sed novo iure. C. de adult. Angel. in l. qui crimen. C. qui accus. non pos. Aret. in tracta. malefi. in versi. ad querelam Titij. nu. 5. Gand. in tit. qualiter fiat accusa. nu. 6. vers. hodiis vero. Affl. in d. consti. & Iodocus in sua pract. crimin. c. 5. n. 5. quia si talis inscriptio esset in vnu: pauci homines invenirentur, qui se vellent ad tales poenam obligare, vt dicit, Spec. in tit. de accus. S. viso. in ff. Fely. in d. c. super his. col. 3. de accus. Gandi. & Iodocus in loc. præalleg. & Affl. in d. consti. præsentis lege, in prin. rō est, quia possit reus absoluiri, vel quia maleficium non esset plene probatum, vel p. imperitiam iudicantis, aut aduocati: & sic timore inscriptionis + multa maleficia remanerent impunita contra dispositionem, l. ita vulneratus. cum simil. ff. ad l. aquil. verum licet ipsa inscriptio esset sublata, poena talionis adhuc erat in vsu req. absoluto, vt dicit gl. in d. l. 2. C. de fid. instr. Albe. in d. l. fi. C. de accus. & Affl. in præalleg. consti & ideo ad eam tollendā, adiumenta sunt obligatio ad penam certam arbitrio curie; saluando tamē id quod Affl. dixit, potest dici, q. ita obligatio successit in locum inscriptionis non quod p. illam obligationem sit sublata inscriptio, quæ anteā erat sublata: & non erat in vsu, sed q. sicut antiquitus accusantes se subscribebant in libello ad penam talionis: ita hodie se subscribebant ad certā alia penam, & hoc voluit ipse dicere. Sed illa rō quæ fecit ab vsu recedere inscriptione: eadem ēt fecit cessare obligacionem de qua in hoc Rit. & de consti. sit mentio. & iō in hoc regno ēt talis obligatio recessit ab aula: vt libet iō maleficia accusentur, vel denunciētur & ita seruat & ēt p. Affl. seruabatur. vt patet ex his, quæ scribit in const. regni pessimiā in 2. not. vbi allegando hunc Ritum: in uehit contra iudices qui accusantes, & denunciantes admittunt absq; dicta obligatione. dicēs, q. absolutō reo, ipsi iudices teneri deberent in syndicatu ad penam ad quam accusantes obligare non fecerunt. & quod procuratores fiscales qui ab eis talē penam non peterent: possent de negligentia redargi, & quia consuetudo contrad. consti. poenam calumnia non excusat per tex. in S. fi. in proemio consti. Regni, sed quicquid dicat: seruat ut dixi. Bene tamen verum est, quod parte accusata petere, præstatur causa ab accusante de expensis in casu succubet: vt etiam dixi supra. in Rit. 194. nu. 11. & ita quotidie praeditatur, & si pars non instat: non cogitur ad eam: qd no. ¶ Quæro pone q. denunciatione fieret per aliquem qui non voluntarie denunciari: sed coacte vigore sui officij, pro ut antiquitus fiebat: quando certi officiales deputabantur. l. ea quidem. cum gl. C. de accus. & hodie in aliquibus curijs seruat, q. iurati, aut alijs earū seruientes hoc faciunt. nūquid talis obligatio necessaria erit? Breueriter dicas q. non, quia nec ēt requirebatur in eis inscriptio ad penam talionis de iute cōmū-

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

ai. vt dicit Cepol. consi. criminis, 17 nu. 8. & si dicatur quod illud ideo erat; quia de iure communis inscriptio non requirebatur in denunciante; sed solum in accusante ut probaretur. in cap. super his, de accusato, t per quod consti. tuebarur differentia inter accusato rem, & denunciatorem, vt dicit Bald. in l. edita. C. de eden. Saly. in d.l. ea quidem q. 8. num. 17. C. de accus. & Iodo, in pract. de denuntia. c. 6 num. 9. & cum hodie per hunc Ritu. accusator, & denunciator iudicentur ad paria; cessat fundamentum iuris communis: re sponderur quod iste Rit. qui eriam a denunciatore requirit obligationem ad certam poenam; deber intelligi de eo denunciatore qui voluntariè denunciatur adeo quad super ipsa denunciatione habeat procedi, non autem de eo qui coacte: quia tunc non proceditur super illa denunciatione, sed per eam proceditur ad inquisitionem. vt not. Saly. in d.l. ea quidem q. 13. nu. 26. & quod de tali denunciante debeat intelligi, patet, quia debet se obligare de probando, quod quidem competit denunciantibus vigore officij, & licet Ritus dicat quod nulla denuntiatio &c. tamen debet intelligi nulla de his, quæ voluntarie fiunt, vt super eis procedatur. Sed ista q. in hoc Regno stante obseruantia, de qua supra, dixi: non est necessaria die 25. Novembr. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C.



Tē seruat ipsa Curia, quod quando aliquis clericus denunciat aliquem, debet dare aliquos fideiussores, qui se obligent, in casu quo ipse clericus absque licentia curia, se concordaret cum parte, vel non probaret dictam denunciationem; id est pena ad quam tenetur clericus, qui non probat, vel concordat se cum parte sine licentia Curie memorat, nec obligat se clericus: quia non potest coram iudice seculari; sed alij pro ea obligantur, non in modum fideiussorum, sed obligant se voluntariè praeditis: aliquando est miserabilis persona, vel ecclesiastica, & recipitur denunciatione sine aliqua obligatione.

## S Y M M A R I V M.

- 1 Allor in principio litis de expensis, in casu succumbentiæ cauere tenetur.
- 2 Clerici in foro secularis iudicis ad penam nulla modo se summittere possunt.
- 3 Practica quomodo fideiussores pro clero formaliter se obligare debet: cum ratione.
- 4 Fideiussores accedere non possunt vbi saltim nulla est obligatio.
- 5 Filiusfami, ciuiliter & naturaliter obligatur: habet tamen exceptionem.

**I**ste Rit. tractat de fideiussore quem clericus denuncians debet præstare, vt le obliget ad certam penam casu quo ipse clericus non probaret, vel sine licentia curia concordaret. Sed quia hoc idem disponitur in Rit. 194. vbi est dixi. pauca erunt in hoc Rit. dicenda. Id tantum repeteo quod etiam ibi dixi, &

ista obligatio ad certam penam non est in vsu: sed solu partea inquisitor petente, clericus præstat fideiussore nem de expensis in casu succumbentiae: pro ut de iure t quilibet actor in prælitis præstare tenet, p auth. gnaliter. C. de episc. & cler. vt in d. R. it. etiam dixi.

2 T Not. ibi, quia non potest, & clerici non possunt se obligare ad penam coram iudice seculari: quia cu is in eos nullam habeat iurisdictionem: eius iudicio & foro nullo modo pñt se submittere etiam voluntariè & cum iusto c. si diligenter de for. compet. nec tacete, nec expresse vt Gl. ibi dicit in ver. manifeste in si & si secus fieret factum non valerer nec teneret. c. at si clerici. cum concord. ibi traditis per gl. de iudi.

3 T Secundo no. ibi non in modum fideiussorum, qñ qñ in iudicio seculari aliquis vult fideiubere pro clericis; non debet scribi in modum fideiussoris, quasi dicat, non debet scribi quod talis clericus se obligavit ad eandem penam, & ad maiorem securitatem posuit talem fideiussorem: prout cōiter scribitur, qñ capiuntur fideiussores; Sed debet scribi in modum voluntariæ obligationis: scribendo hoc modo, quod constitutus poenes acta Curie talis laicus, se obligavit soluere talem poenam, casu quotalis clericus suam accusationem non probaverit: aut se concordauerit, vel quia hodie tales obligationes non fiunt, qualiter se obligavit soluere expensas in casu succumbentiae ipsius clerici pro quibus obseruandis obligat se ipsum & eius bona omnia quæ bene not. cum fueris index, & habebis actuarium imperitum. Rō quare non dēt scribi in modum fideiussorum est: quia obligatio eorum accederet obligationi istius clericis: q. cum coram laico non valeat vt dixi in 1. notab. nullam obligationem parit iure canon. resistente in dd. c. & ex consequentiæ, neq; ciuilem, neq; naturalem. I. iubemus. & auth. hoc ius porregetum. C. de sacro san. eccl. l. quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. not. per Bart. in 1. cū lex. col. 3. verū sed iuxta præfata, ff. de fideiuss. & Grat. consi. 15. nu. 30. & 31. vol. 1. & ideo nec è ipsi fideiussores tenerentur, t. tum quia non pñt accedere vbi saltim naturalis obligatio non adest l. fideiussor obligari. S fideiussor, ff. de fideiuss. tum etiam quia, cū principalis causa non constituit: nec ea quæ sequuntur locum habent, l. cum principalis, ff. de reg. iur. & in posterioribus terminis probatur in l. sed si. s. non soluni. ff. ad maced. vbi fideiussori in contractu filii famili. subvenitur ex illo edito, quia si ipse teneretur: haberet recursum ad filium fa. t. & nihilominus filius faciuliter & naturaliter obligatur de iure communis. licet ex ceptionem habeat. l. cum ibi not. in versi. petitio. ff. ad maced. vt dixi alias in pragm. filiorum fam. incip. per excellentem. s. 17. & a. a. non teneant nu. 35. cum sequentia, in tit. de senatus consil. macedop.

4 Tertiò nota. in fi. Rit. ibi aliquando, quod personæ miserabiles, & ecclesiastice acculantes, vel denunciates sint, recipiuntur sine obligatio ad poenam & no. probauerint. quod not. inter alia privilegia quæ istis personis conceduntur: de quibus late dixi suprain Rit. 19 sed dicet aliquis, ergo clericus non est persona ecclesiastica: postquam in eodem Rit. dictum fuit supra quod clericus non admittitur, nisi cum obligatione facienda per fideiussores eius nomine, tu autem respondendo, dicas quod iste Rit. antiquitus erat idem cum præcedenti: quo sic stant, quia posita fuerat regulæ, quod nulla denunciatione admitteretur sine obligatione prædicta, & q. quando denuncians esset clericus: alij fideiuberet pro eo, ad præsens in sing. ipsius ponit limita. dicens, quod aliquando remittitur talis obligatio personæ miserabilis, & ecclesiastice: non quælibet dicere, & clericus non sit persona ecclesiastica sed q. aliquando dicta obligatio sibi, vt personæ miserabili remittitur. & istud aliquando, hodie est semper vt dixi supra, in princ. Rit. non sunt hic alia Eboli, die 25. Nouemb. 1559. Prosper Carauita.

RITVS

# Com super Ritibus Magnæ Curiæ. 109

R I T V S C C I .



Tem seruat ipsa curia quod quando venit aliquis, qui sit filius fam. & vult dehuciare aliquem: non recipit denunciatio nem nisi cum obligatio ne vt supra, cui obligatio

ni pater consentiat, vel nisi constet curia, quod habeat de bonis alijs, de quibus possit solvi dicta poena, vt puta bona Castrænsia, in actu armorum, quæ sita, vel quasi castrænsia, vt id quod lucratur Aduocatus, & procurator, filius fam. ex industria: cui similiter obligationi non assentiet pater. Et nisi sit aliquis qui se sponte obliget non per modum fideiussoris, sed principaliter de soluēda dicta poena, in casu quo non probauerit, vel concordauerit se sine licentia curia cum denunciato.

## A D D I T I O .

<sup>2</sup> Aduocatus, & Procurator. Addit ex hoc ritu aperi tissime probatur, quod id quod adquirit procurator in iudicio, dicitur peculiū quasi castrense, itaque consuluit Alex. consi. 2.6. vol. vide tamen omnino Bart. in l. fin. C. de silentiar. Bald. in l. forum. C. de aduoc. diuer. iud. eundem in §. fin. C. de inoffic. testam. & in l. cum oportet, num. 16. C. de bon. que liber. de notario verò, quod similiter dicatur habere quasi castrense peculium, vide Speculator. tit. de actore num. 23. vbi & de aduocatis, & alijs. C. P.

## S V M M A R I V M .

- 1 Filius familiæ in bonis castrænsibus patris vice fungitur.
- 2 Filius familiæ de bonis castrænsibus, & quasi sine patris consensu disponere potest.
- 3 Castrense peculium quod dicatur. quod vel quasi castrense.
- 4 Aduocati antiquitus stipendia a publico percipie bant: erantque matriculati.
- 5 Filius familiæ si in iudicio pro criminali causa erit accusans, vel accusatus: num patris consensus requiratur?
- 6 Pater in bonis filij, in quibus ei susfructus non ac quiritur, non erit legitimus administrator.
- 7 In minore, tutoris vel curatoris auctoritas est necessaria.

**I**ste Rit. secundum communem literam quæ in omnibus Rit. habetur, est valde intricatus, nā primo dicit quod filius fam. denuncians nō admittitur, nisi se obliget ad poenam de qua sup. in Rit. 199 dictum sicut: dummodo tali obligationi assentiat pater, demum dicendo, vel nisi, videtur velle ponere alium casum, in quo admittitur, denuncia tio filii fam., sine illa obligatione, quia alias illud adverbium, vel non bene staret, & tamen postmodum dicit, cui similiter obligationi assentiat pater, sentien-

do propterea, quod etiam quando habet castrænsia, vel quasi, debet se obligare, & cum consensu patris. Ex quo sequitur, quod ista consideratio de bonis castrænsibus vel quasi parum seruit, postquam tria tunc debet se obligare cum consensu patris, & ideo ego indubitanter puto, quod litera sit depravata in duobus locis: primo, quod illud, vel, sit superfluum, secū do, quod vbi dicitur, cui similiter obligationi assentiat pater deficiat vna negatiua: & quod velit dicere, non assentiat, & ita intelligendo, Rit. erit planus, & absque difficultate.

**¶** No. igitur. ex hoc Rit. secundum literam per me possum, quod filius fam. denuncians non admittitur sine dicta obligatione ad certam poenam: ita quod ipsi obligationi assentiat pater, ratio quare consensus patris, in obligatione requiritur, est quia cum sit filius tam ille. & quicquid acquirat, sit patris, talis obligatio sine eius consensu, parum seruiret, quia non extarent bona ex quibus pena exigi posset. Limita, ut Rit. dicit & etiā afficit, qui ipsum allegat in consti. presenti lege sancti mus, in prin. quando haberet castrænsia, vel quasi; quoniam tunc cum cesseret ratio predicta, & in talibus bonis vice patris fam. fungatur. l. 2. ff. ad maced. sufficeret sola eius obligatio sine consensu patris, & ista est vera mens Rit. absque aliquo dubio. Ex quo sequitur non esse verum quod Cauens. in hoc Rit. sentit & consensus patris requiritur quotiescumque filius fam. accusat, vel denunciatur in iudicio, & quod iste Rit. in hoc sedavit altercationes quæ erant inter Doct. super tali dubio, ut patet ex Ange. in l. inter liberos. ff. de adul. & melius per Aret. in tract. malef. in versic. & ad querelam Titij. q. 8. 1. vers. quarto quando filius fam. nam consensus patris, de quo in Rit. fit mentio, non requiritur quo ad accusationem, vel denunciationem, sed quoad obligationem faciendam ad certam poenam, per rationem quam supra dixi, & quod hoc sit verum, patet & quia quando habet castrænsia, vel quasi; sufficit eius obligatio sine consensu: & cum pro dictis bonis possit disponere sine eo, ut dicit Bart. in l. fin. §. necessitate. nu. 12. C. de bon. que lib. & ibid. Bald. Sal. & communiter Doct. & Imo. in l. ille à quo. S. filius. cum sequent. ff. ad Trebell. licet glo. d. §. necessitate. aliter dixerit, & male secundum Bart. & communem opin. pro qua al legat Bart. tex. in terminis. in c. fin. de iud. item patet ex alio, quia ut statim dicit Rit. talis obligatio cum consensu patris non requiritur, quod alius se obligat pro eo: adeo quod manifeste videtur patris consensum requiri ratione obligationis poenæ, non autem accusationis.

**¶** Secundo no. in fi. Rit. ibi & nisi sit aliquis, alium casum: in quo filius fam. denunciando. admittitur sine obligatione præfata facienda cum consensu patris; & is est quando alius pro eo promittit certam poenam; casu quo filius fam. non probauerit, vel se concordauerit sine consensu, dummodo talis obligatio istius tertij non capitatur in modum fideiussorum, sed spontaneæ obligationis, ut dixi tibi in preceden. Rit. in 2. not. vbi polui formam, sed licet præfata vera sint, inspecta dispositione Rit. in pract. filius fam. admittitur sine obligatione, sed solum præstat cautionem de expen. in casu succumbentia parte petente, ut in cleric. dixi in Rit. præced. in princ.

**¶** Tertiò not. ut puta, quod castrense peculium dicunt quod filius fam. in castris acquirit, ad idem l. castrense peculium, & l. si forte. ff. de castr. pecu. quasi castrense quod aduocatus, vel procurator ex sua industria, ut etiam dicit tex. in l. fori tui. C. de aduoc. diu. iudicio. & l. cum antiquis. ver. de alijs. C. de inoffic. testam. licet de procuratore nihil dicatur in dd. iuribus. Item addit illud quod clerici ex quacunque causa acquirunt, l. sacrolancetæ, & auth. presbyteros. C. de episc. & cler. ut alias dixi in pragm. filiorum tam. incip. per excellentem. §. 9. a filiis fam. nu. 25. & §. 11. de

# Domini Prospere Carautæ Ebolitanæ

de expresso consensu. num. 48. de sensu consensu macedon. & etiam secundum Specul. in tit. de actore. num. 23. ver. item cum agit, quod acquirit filius ex medicina, notaria, doctrina, vel assessoria, vt de hoc ultimo est tex. in l. velut. C. de assessorio aduerte tamen, quia secundum Specul. in d. loc. tunc acquisita per aduocatum, per iure consul. assessorum, medicum, praceptorum, vel notarium dicuntur esse quasi galrense peculiū.

¶ quiescunque de publico talia stipendia consequuntur, prout erat antiquitus, quando aduocati erant matriculati, sed gl. in d. l. fori. & Ioan. Andr. ad Specul. ibid. in litera, n. tener contrarium per tex. d. l. velut. vbi assessor ex industria acquirit, & dicitur habere quasi castrense peculium, & tamen non a publico consequitur, item quia ista salario quæ hodie habent supradicti succedunt in locum publici salarij quod antiquitus merebantur a publico, & hæc opinio firmat iste Rit. dū loquitur aduocato, & procuratore: nec dici potest debere intelligi de his qui habent salariū, a publico, tum quia, esset restringere hunc Rit. & verē dividuare, tum etiā, quia tempore istorum Rituum Aduocati, & procuratores non habebant salario a publico (prout neq; etiam hodie habet), vt colligi potest ex Rit. 99. vbi diximus.

5 ¶ Quarto primō iuxta hunc Rit. & ea quæ supra dixi. in 1. not. nunquid hodie consensus patris requiratur, quando filius fam. est in iudicio pro causa criminali accusando, vel accusatus? in quo breuiter per trā seundo, postquam Rit. noster non decidit hoc, vñsup. dixi, dico distinguendum esse, q; aut accusat, vel conuenit pro crimine publico; aut pro priuato, prima casu, licet glo. in l. f. S. necessitate dixerit requiri, communis opin. Dac. est, quod non requiritur: vbi patet ex Bart. ibi, nu. 12. Paul. de Calt. & Sal. & Ioan. Fab. Bart. in l. fin. S. j. ff. de verb. & in l. post legatum. S. filius. ff. dī his quibus vt indignis, post Specul. in tit. de actore. S. j. nu. 28. ver. sed nunquid. Aret. in d. tract. malefic. quæst. præal. Gaudi. in tit. de filiofam. & vtrū possit acculare in princ. & in tit. de aliquibus q. varijs versi. sed pone. nu. 13. Hieron. Cuca. post Aret. in d. loc. vbi dicit ita esse cōmūne, & in iudicando ab ea non esse recedendum, licet Ang. in l. inter liberos. ff. de adul. & Gaudi. in d. tit. de filiofam. dixerint tūtius esse requiri patris consensum, & idem etiam firmat Aufre. ad decisio. tholof. i. 75. ratio istius communis opinio. est, t; quia vbi patrī non queritur vñsfructus, vt in casib; not, per glos. & Doct. in auth. excipitur, C. de bon. quæ lib, pater non est legitimus administrator, & ideo eius consensus non requiritur. d. l. f. S. j. sed quia in criminalibus publicis ad publicam agitur vindictam; nec alii quid ad patrem spectare potest: merito eius cōsensus non est necessarius, vt Bart. dicit in d. S. j. Anch. cōsī. 72. in princip. Aret. Gaudi. & Aufre. in loc. præallegatis t; Hoc tamen verum, quando esset maior, verum si esset minor: tūc tutoris, aut curatoris authoritas esset necessaria, per tex. in l. clarum, C. de author. præst. vt dicit Bart. in d. l. fin. S. j. & Aufre. ad d. decisio. Secūdo casu, Qdofre, in d. S. necessitate voluit, q; sic per illum tex. & idem Gaudi. in loc. proxime citato, hoc tamen procedere, si esset maior, secus si esset minor: quoniaz tūc ultra consensum patris, requireretur authoritas curatoris, vt pulchre assignando rationem diuersitatis, scribit Gaudi. vbi supra post Specul. loc. præalleg. nu. 27. versi. sed nunquid. nu. 28. in litera, l. post Guid. de Suza. quem allegat, vt etiam refert Augu. de Arim. in loc. præalleg. tenuit etiam in priuatis delictis non requiri consensum patris si filius accusaret, vel conueniretur: ego vero utramque opin. concordando, arbitror dici posse, q; aut in criminis priuatis agitur ad rei persequitionem, vt in furto ad restitutionem rei ablatæ, & in actione iniuriarum pro extimatione iniuria, & tanc cum ex hoc possit aliquid queri patri

ratione vñsfructus procedit opin. Odof. Gaudi. & seq. quam tamen limita secundum Ioan. Andr. ad Specul. q. versi sed nunquid. num. 28. in litera. R, quando filius fam. conueniretur criminaliter ex officio, non per accusationem: quoniam tunc patris authoritas nō requiriatur, sed tutoris, aut curatoris si esset minor per præfata, aut nō agitur ad hoc: sed ad vindictam publicam, vt faciat punire, vel vt ipse puniatur, (vt iura volunt) & tunc procedat opinio Guid. & Ioan. Andr. & hanc distinet. & concordiam videtur sentire (licet nō clare) Ang. instit. de act. S. penales. num. 14. ver. in eadem Glos. ibi non habent, instit. de actio. & Aufre. ad d. decisio. Tholof. vbi ponunt regulam quod in criminalibus non requiritur, quod pater cōsentiat filio agere, vel conuento: si agitur ad publicam vindictam, secus si pro re familiaris. \* Excellens tamē dominus Clarius lib. 5. sententia recep. S. f. q. 14. versic. sed quid in filiofamil relatis his quæ in hoc Rit. per me scripta sunt, dicit. quod ipse nunquid videt in pract. dubitari in causis criminalibus an filius fam. siue agendo, siue defendendo possit stare in iudicio sine consensu patris, sed semper vidisse procedi siue ageretur de crimen publico, siue de crimen priuato. Ego quoque possum attestari nunquam vidisse dubitatum & oppositum, & quando opponeretur, seruanda esse arbitrari, quæ supra dixi, quia quæ de iuriis censura scripta sunt nunquam per non vium tolluntur, sed per contrariū vñsum in cōtradicitorio iudicio, vt dixi supra i. Rit. 18. num. 1.

¶ Secundo iuxta præfata quarto, pone quod filius famili. accusat in crimen priuato ad persequitionē rei familiaris, propter quod iuxta proxime dicta, eget consensus patris, pater suus est de longinqua terra: quid fieri? Gaudi. in titulo de filiofam. & vtrū possit accusare. num. 34. mouet hanc questionem, & dicit quod hoc sibi opponi non potest isto casu, quia reputatur eius pater absens: quo casu sine eius cōsentia agere potest. l. si longius. ff. de iud. & l. fin. ff. de pro. cur. Salerni, die 27. Novembris. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C C V .



Tem quod si partes voluerint, seu procuratores, in earum causa ciuili, & criminali ad ulteriora procedere, & fuerint forsū in concordia: debeant petere à curia licentiam desistendi, soluto iure curiæ consueto, iuxta antiquam obseruantia dictæ Curiae, & si non petierint, teneantur ad pénitentiarum decem. Item nota, quod die ultimo termini qui datur ad probandum in causa criminali: debeo ego accusator, & etiā accusatus in dicta curia comparere persona liter vbi vero non compareo ipso die, facit accusatus scribi facere comparisonem suā, & deinde in antea facere me citari ad procedendum in causa ad illum actum, vel actus, quē vel quos vult facere: vbi vero ipse accusatus, non compareat ipso die accusabo constitutionem contra eum: & die sequenti faciā cum condemnari ad pénitentiam fideiussionis, & banniri. Sed quid si partes in iudicio desistunt, tunc, aut ante litem contestatam, & soluit actor tarenos tres: post litem cōtestat. duodecim, & hoc cum licentia curiæ soluti fieri, & omnia seruantur, quando cuncte ramen

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. II O

mea contingat in prædictis casibus me accuserem, vel actorem esse in iudicio, & etiam conuentum mandabitur mihi quod dem libellum: vbi non velim desistere: sed velim agere, vel accusare, itē not. quod die ultimo termini qui datur ad probandum in causa criminali: debo ego accusator, & etiam accusatus in dicta curia comparere personaliter, vbi vero non compareo ipso die facit accusatus scribi comparitionem suam, & deinde in ante facit me citari ad procedendum in causa ad illum actum quem, vel quos vult facere, vbi vero ipse accusatus non comparet ipso die: accusabo contumaciam contra eum, & sequenti die faciam eū condemnari, ad penā fideiussionis, & banniri item eōdē sero, seu die faciā condemnari fideiussiones suos, simul cū eo ad penā fideiussionis,

S V M M A R I V M.

- 1 *Licentia cū parte concordandi à iudice, vel à principe petebatur antiquitus.*
- 2 *Pena Turpilianni qua erat de iure antiquo, & quādo permittebatur.*
- 3 *Contumacia in criminalib. est major rei, quam affectus: tum ratione.*
- 4 *Accusatores in criminalibus favorabiliores sunt, vt malefici terreantur.*
- 5 *Citatus non comparens in termino ad constituendū procuratorem, & fideiissorem de expensis praestādum: ulterius non audiatur. Et practica que bodie super hoc servatur, ibidem.*
- 6 *Accusator bodie non accusatorium libellum porrigit, sed querelam exponit. Et de querela solemnitatibus remisitque.*
- 7 *Offensus cū dicit se agere velle; nunquid ad inquisiti instantiam preceptum fieri possit quod infra terminum agat; alias non audiatur.*

**N**ot. primo ex hoc Rit., quod litigantes, seu eorum procuratores, tam in causa civili, quam criminali, qui volunt ab ipsis litibus desistere: debent ab ipsa curia licentiam petere soluto iure debito ipsi curiæ, quod ut infra dicitur. sequens in criminali causa, erit tarenorum sexta item contestatam; & tarenorum duodecim post & in civili tarenorum triuin, ante contestationem litiis; & post contestationem, tarenorum lex iste Rit., quod causas civiles, corrigit constitit. Regni sponte volentibus, per quam ante item contestatam, licetū etiā desistere gratis, vel aliquo recepto; & post item contestatam, si gratis desistebat; erat licitum secundū Afflīct. ibidem in 4. not. si aliquo recepto, nequaquam, ut habita licentia, & soluto iure Curia vt const. ipsa dicit. Ex quo ad causas criminales corrigit constitit. Rega priusquam. &c. Regn. ad audientiam nostram querela plurium. vbi licitum erat desistere sine licentia priusquam citatae partes comparuisse: in casibus tamen in quibus accusatio, vel denunciatio tangebat accusantem tantum, non autem interesse curiæ principaliter vel accessorie: concordat tamen in eo quod de licentia petenda dicitur: cum lex l. j. S. abolitio. ff. ad Turpillia. & l. z. C. de abolitio. & cum constitut. Regn.

accusatorum. in hi. † Sed per d. l. 2. talis licentia ab ipso iudice competente, non a principe erat petenda per d. vero consti. vbi etiam Afflīct. hoc tangit. num. 15. non ab alio quam a principe petri poterat, & per hunc Rit. ab ipsa curia licentia est petenda; adeo quod adhæret potius iuri communii, quam d. constit. licet dici posset, quod dum dicitur licentiam petendam esse a curia: intelligatur ab ipso Rege: iuxta dicta constitu. sed esset fallum, quia si voluisset petri a Rege, dixisset: item quia numquam in his Rit, reperies nominatam personam Regis sub hoc verbo curia; sed semper tale verbum de ipsa magna curia intellectum, intelligique debere, sed vt cunque sit, istud ab aula penitus recessit: & in ciuilibus, & criminalib. desistunt partes sine licentia, ac solutione dictorum iuriū; & ita servuantur in omnibus curijs.

¶ Secundo not. ibi & si non petierint, quod desistentes a litibus sine licentia tenentur ad pñnam tarenorum decem; de iure communii puniebantur pñna Turpilliani, quæ erat quinque librarum auri, l. tertia, in fin. ff. de præua. quando expresse desistebant: & quando tacite, non comparendo infra terminum, pñna extraordinaria. l. qui crimen. C. qui accusa. non possit nisi terminus presentibus suisset datus: quoniam tunc pñna Turpilliani. l. si ea. C. qui accus. non possunt, vt latius ponit Bart. in l. prima, S. si quis autem. ff. ad Turpilla. & in dicta l. tertia, & Aret. in tract. malefic. in versic. & ad querelam Titij, quæstio. 66. versic. quæro accusator; istudque habebat locum tam ante item contestatam, quam post. vt dicunt Cyn. Bald. & Salyc. in l. prima. C. ad turpil. nisi quando siebat ante item contestatam: non esset reus citatus: nec data fideiussio de prosequendo, vt late ponit Bar. in l. quæsum. ff. ad Turpilla. & Aret in loco præallegat. de iure vero constitut. Regn. accusatorum. pñna accusatoris desistentis ante item contestatam, erat sexta pars mobilium corrigendo pñnam Turpilliani. vt ibi l. ser. & Afflīct. numero 4. dicunt: & post item contestatam, per aliam constitut seque quæ incipi. accusatorem: erat tertia pars mobilium: & inter alios casus in quibus per capitula regni permititur cōpositio: est iste, quod possit componi super pñna statuta contra desistentes sine licentia tam ante item contestatam, quam post. vt patet per literam arbitriam, in capitulo Regni exercere volentes. Et sicut vides, dicta constitu. imponentes illas penas desistentibus ab accusatoribus, sunt correctæ per hunc Ritum, qui solum pñnam decem tarenorum imponit, vt etiam scribit Marant. qui hunc Rit. allegat in practic. parte sexta, in versic. inquisitio. versic. quid autem num. 80. in nouis, & valde miror quod Afflīct. ibi de hoc Rit. nullam mentionem facit. Sed etiam ista pñna Rit. ex consuetudine generali est correcta: postquam vt supra dixi, litigantes desistunt quotidie sine licentia, & metu penæ.

¶ Tertio no. ibi, item nota, q̄ dato termino in causa criminali, ultima die tenentur actor & reus se presentare, & scribi facere comparitionem: quod si actor non comparet, sed solum reus: scribi faciat similiter suam comparitionem: & postmodum si vult procedere ad actum publicationis, vel alios debet & trahi facere ipsum actorem: si vero comparet solum actor, & non reus, tunc actor illa ultima die accusabit ei contumaciam & sequenti die fac. et ipsum condempnare ad pñnam fideiussionis, supple præsticæ de iudicio sicut usque ad finem causa iuxta formam l. properandum. S. si autem reus. C. de iudic. auth. offerat. C. de lit. contesta. S. sed hodie, institu. de satisda. not. per Bartol. & Doct. in l. sciendum. in principio. ff. qui satisfida. cogan. & Marant, in practica parte 6. membr. & in princip. vbi quod in ciuili & criminali causa, hoc fideiussio præstatur: vt etiam patet ex Rit. infra 2. l. 3. tex quo sequitur quod in criminalibus contumacia rei est major quam actoris, vt etiam reperies in constitut.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

stitut. Regn. accusatorum. vbi Affl. &c. tangit numero 1,  
& ponit rationem. Ratio autem quæ assignari potest  
ad hunc Rit. est: quia actor non præstat illa fideiussio-  
nem de iudicio sibi: & ideo non potest ad aliquid con-  
demnari: sed citari debet cum proceditur ad vteria-  
ra. Item quia ut dicit Roffre. beneue. in suis libel. de  
iure cano sub rubric. qualiter secundum constitutio.  
Regn. in accusa. procedatur. quem Affl. vbi supra  
4 referit: accusatores in criminalibus sunt fauorabilio-  
res ut malefici terreantur. **A** Istud quod in hoc Rit. di-  
citur in practica non seruat: quia inquisiti pro causis  
criminalibus. sive omnes defendunt se in carceribus.  
& si esset casus in quo posset fideiussoribus commi-  
ti iuxta formam constitutio. Regn. humanitate. & ea  
quæ latè dixi supra in Rit. 41. in 2. nota. & curia vult  
procedere in causa: non præstantur fideiussores de iu-  
dicio sibi in forma ita quod possit recedere, ut dixi in  
d. Rit. 41. sed tantum fideiussores de tenendo pala-  
tium. vel cœnitatem loco carceris vel de præsentando  
tempore publicationis causa, absque aliqua requisitione,  
quæ fideiussio non committitur, nisi eo non in-  
uenient in palatio. vel ciuitate, aut se non præsentante  
tempore publicationis; adeo quod non cogitur in fi-  
termini, ut hic dicatur scribi facere suam comparitionem,  
si vero curia non vult procedere in causa: quia non  
habet indicia sufficientia tunc præstatutæ fideiusso-  
res de iudicio sibi, & se præsentando quoties fuerit  
requisitus: & nisi requiratur, fideiussio non committitur.  
Item quod dictum fuit, quod accusator in fini termini  
debet se præsentare. & etiam ad instantiam rei, ci-  
tari ad omnes actus faciendo, alter seruat: & accu-  
sator non tenetur in fine termini se præsentare: ratio  
est, quia ista præsentatio ideo requirebatur, quoniam  
accusator se inscribebat ad pœnam talionis. ut dixi sup-  
ra in Rit. 199. & in proprijs terminis scribit Ludou. Gomeſſ. in cap. 1. qu. 44. de iudi. in 6. & ideo cum ho-  
die talis pœna non sit in yſu: non immerito accusato-  
ris præfentia non requiritur, bene tamen verum est,  
quod si habitat in loco iudicij: & fecit partem in iu-  
dicio: exponendo querelam, & præstanto cautionem  
de expensis in casu succubentia iuxta dispositionem  
authen generaliter. C. de episcop. & cler. debet intima-  
ri in omnibus actis faciendo, si vero non habitat ibi;  
sed est aduena: & fecit similiter partem in iudicio, re-  
linquendo procuratorem, vel destinando domum vbi  
possit intimari: similiter debet citari in omnibus actis,  
si vero haec non fecit; sed solum querelam exposuit: &  
abijt: si esset de partibus multum longinquis; non ci-  
tatur aliter, quia debuit procuratorem destinare: ne  
inquisitus fatigetur ad intimari faciendo in omni  
actu, sed si non esset nimis procul, seruat in practi.  
quod ad instantiam rei fit vna citatio; per quam sibi  
mandatur quod si intendit facere partem in iudicio:  
infra certum terminum compareat ad implendum  
adimplenda, alias eo clapsi, non audiatur + & si  
non compareat ad constitutum procuratorem; &  
præstantum cautionem de expensis, in ultimo per-  
petrio propidetur, quod vterius non audiatur, iuxta  
tex. in l. si ea. C. qui accus. non pos. & in l. ab accusa-  
tione. S. delitiss. ff. ad Turpilla. nota. per glos. pen-  
ult. in l. fin. & post eam Saly C. ad Turpil. & Affl. in  
constitut. accusatorem. 3. nota numero 7. & ratio  
est ut expressius dicitur, in d. S. delitiss., & no. per  
Affl. in tit. de pace iura firma. S. iniuria. num. 124.  
versi. item censetur, quia non comparendo videtur re-  
nunciare accusationi. \* Item est alia ratio secundum  
eundem Affl. in constit. inquisitiones generales. 4.  
nota ut sit litium finis, ut dicit. L. f. ff. pro suo. sed quia  
ista prouisio quod vterius non audiatur, est valde pre-  
judicialis: multoties sit alia citatio (q. magis in pract.  
versatur) per quam citatur accusator ad omnes, & sin-  
gulos actus gradatim, & successiue faciendo vñque  
ad sententia interpositionem inclusiue. ut docet Bait.

in constitu. ad reprimendum, in versicu. per edictum,  
numero decimotertio. Innocen. in cap. consuluit, in  
glos. in versic. quæ incip. not. sufficere, extra de offi-  
deleg. Bart. Bal. & Ange. in Lqui ante calendas. ff. d.  
verboru. oblig. & domini de Rota. decit. 14. alias 34.  
ut late dixi in prag. quilibet agere. quæstione quinta.  
de ordi. iud. post Marant. in pract. parte sexta, & si non  
comparati vltimo peremptorio accusatur vltima co-  
tumacia, & Curia sedente, vocatur alta voce & per  
iudicem in calce ipsius citationis fit interlocutio.  
ria quod procedatur in causa in eius contumacia, &  
nō citatur amplius. quæ bene nota, quia quotidie ver-  
santur in curijs.

6 ¶ Quarto no. ibi quandocunque tamen contingat  
quod accusatori presenti, & agere uolenti, mandatur  
quod det libellum accusatorum iuxta terminos L lib-  
bellorum. ff. de accus. Modic ex consuetudine genera-  
li libelli accusatorij non porrigitur sed satis est quod  
exponatur querela, quæ scribitur in libro querellarum  
deputato in omnibus curijs: ut etiam dicit Gandi. in  
tit. qualiter fiat accus. nū. 6. licet secundum eum, illa  
querela debeat continere solemnitates quæ require-  
bantur in libellis per d. I. libellorum. & ideo volens  
accusare non potest cogi ad porrigitum libellum,  
sed solum ad exponendum querelam, & alia quæ pro-  
xime dicta sunt.

7 ¶ Quarto iuxta prefata, pone quod offensas nō dicit  
quod vult agere, sed tacet: nunquid ad instantiam in-  
quisiti poterit eidem mandari quod si intendit facere  
partem in iudicio: compareat infra certum terminum  
ad exponendum querelam, & ad implendum adim-  
plenda quæ supra diximus: alias eo clapsi, amplius  
non audiatur: & si non compareat: prouidetur in contu-  
macionem, quod nō audiatur? Breuiter dicas quod non  
per tex. in l. ynica. C. vt nemo. iuncta ibi glos. in  
versicu. item ille, & l. finali. C. de vſur. p. p. ill. nī. si præ-  
cedat diffamatio facta per istum offensum: quia licet  
taceat in accusando, & querelando: tamen ratione  
diffamationis, potest sibi prefigi talis terminus & ce-  
non veniente, decerni quod alias non audiatur iux-  
tex. L diffamari. C. de ingen. & manu. ut dicit Bal. in l.  
si ea. versi. not. quod vbi, numero nono. C. de his qui  
accus. nō poss. pulchre consoluit Rom. consi. 53. Cag  
in dicta L diffamari, numero 14. versic. quarta diffi-  
cultas\* & Ange. de maleſi. in ver. & ad querelam. num.  
58. versi. quæro an iudex. dicens hoc verum dummo-  
do præcedat bina monitio, & licet supra dixerim so-  
lere fieri tale præceptum quod infra certum terminum  
quis compareat: tamen ut ibi dixi, procedit in eo qui  
semel accusatur: non autem in non querelante, qui  
accusare cogi non potest, ut glo. & Docto. præallega.  
pulchre dicunt, quod not. & vide quæ dico infra in  
Rit. 271. quæst. 3. numero 20. Aduerte quia in hoc Rit.  
sunt duo versicu. incip. item not. in quibus idem  
disponitur per eademmet verba Salerni, die 29. No-  
vembri, 1559 Prosper Carauita.

## A D D I T I O

a Terreatur iuxta illud Ciceronis oratio. pro Sex. R. oſ.  
Amerino, ibi facile omnes pati oportere, inno vtilius  
esse accusatores quāplurimos esse in ciuitate, vt me-  
tu continetur audacia, quod innocens, si accusatur  
sit absolvi potest: nocens, si accusetur, condemnari  
non potest, quod tamen minimè in hoc Regno, atq.  
in hac ciuitate hodie optandum est ob copiam fallo-  
rum testium, ut nos diximus in tractatu ad arbiter. ma-  
gnæ cur. vicar. c. 3. nu. 21. C. P.

## R I T V S CCII.

¶ Tem seruat ipsa curia quod si accusa-  
tor vult desistere ante litis. coateſta-  
tionem, soluit tarenos ſex, poſt litis  
conte-

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 111

coatestationem, sed in ciuilibus ante litis contestationem tarenos tres, post litem cōtestatam tarenos sex. In denunciatorē non, vide capi. ad audientiam, sed Curia vicaritatem seruat ipsum, & sidenūciator desistit, procedit ad dationem capitulorum, & si probatur delictum, proceditur ad condemnationes, sed exigitur obligatio, quia obligatio de non concordando se cum parte sine licentia Curie, & de probando, interim tamē Curia admittit partem denunciatam ad compositionem, vbi denunciator sit in coacordia cum ea, quod scilicet habere cōcordiam cum eo non potest, sine licentia Curie, quæ Curia consentit semper, verum non componit, nisi in casibus comprehensis in constitutionibus Regni, & ideo in casibus in quibus nō potest componi, Curia procedit ad anteriores, & expedit processum, iustitia mediante.

## S V M M A R I V M.

- 1 Accusatore desistente, curia loco partis ex officio cum procuratore fiscalis, procedit.
- 2 Denuncians sine curie licentia desistens, qua patet puniatur.
- 3 Denunciantem desistente, an & in quibus casibus denunciatum ad compositionem admittat?

See Rit. in sui princ. ponit illud quod curia exigebat antiquitus a desistentibus cum eius licentia, sed quia de hoc dixi supra i. Rit. præced. in princ. ibi vide. ¶ No. ibi in denunciatore, quod denunciator desistendo a denuntiatione, non soluit prefata iuria ipsi curie, sed solum accusator. De hoc etiam dixi supra in d. Rit. i. not. in fl. & vt ibi dixi, nec denunciator, nec accusator desistendo, solvunt aliquod ius ipsi curie.

¶ Scđo not. ibi vide ca. quod de materia desistentie extat in hoc Regno capi. Regn. quod incipit ad audientiam nostram quærela plurium, de quo etiam dicti in præceden. Rit. i. nota. sed vt hic dicitur, & etiam ibi dixi Magna Curia Vicaria non seruat ipsum, & vere dictu capit. non seruatur in præct. vt etiam dicit Marant. in præct. parte 6. in versic. inquisitio. verificat num. 82. in nouis. immo perd. Rit. & istum corrigetur.


¶ Tertio nota. ibi & si denunciator desistit, procedit, quod quoiescunque denuncians desistit, & non prosequitur suam denunciationem: curia procedit ex officio ad dationem capitulorum, & si probatur delictum. ad condemnationem, & cum hoc Rit. concordat cap. Regn. ad consultationem, ¶ vbi quod accusatore desistente, curia procedit ex officio cū procuratore fiscalis loco partis. Intellige tamen illud in casibus in quibus posset ex officio procedi, vt dicit Par. in tract. syndici. in versic. accusatio. colum. prima, versic. quod est verum, Abb. in capit. j. colum. fin. de collusio. detege & Ioan. Anton. de Nig in d. capit. ad consultationem. num. 20. versic. illud autem.

¶ Hoc tamen casu, quo denuncians desistit sine licentia, tenetur ad poenam obligationis, qua se obligavit de non concordando sine licentia, & de probando crimen denunciarū, vt supra diximus in Rit. 199. Sed vt ibi dictum fuit; talis obligatio ab aula recessit.

¶ Quarto not. ibi interim tamē, quod denunciante desistente, Curia admittit denunciarum ad compositionem; supple, vbi crimen non est probatum, propter concordiam quam habuit denunciantum, eo idem supple. in casibus in quibus potest fieri cōpositio, alias proceditur ad vteriora, expediendo, processum, iustitia mediante, vt dicitur in fin. Rit. Et quod illud debeat intelligi vbi crimen non est probatum pater ex proxime dictis, vbi dictu fuit quod si delictum probatum fuerit, proceditur ad condamnationem, & si dicatur contra de Rit. infra 376. vbi cōpositio prohibetur fieri criminis non probato, Respondetur dupliciter, primo, quod ille corrigit istum in hoc; secundo, quod iste dum dicit de cōpositione; debet intelligi de trāfaktione quæ per illum Ritū nos dicitur esse prohibita, vt ibi dicam latius.

¶ Quinto not. ibi quod scilicet, quod denuncias qui vult desistere, & concordare cum parte, licet nihil soluat curia, vt supra diximus, in i. not. tamē debet petere licentiam ab ipsa curia, quæ semper consentit, quia si non petret, possit conueniri ad penā obligationis, vt dictum fuit in 3. nota. in fin. sed nec etiam illud in præct. seruatur. Salerni, die 29. Novemb. 1559. Prosper Carauta.

## R I T V S C C I I I L



Tem quod plerunque contingit, quod aliqui banniti legitime per dictam Curiam, seu alteram ipsarum, & cōdemnati ciuiliter, die quo banna ipsa, & cōdemnationes edita sunt: de sero compareant in Curia, vt est diutius in dictis curijs obseruatum, dictam eorum contumaciam purgaturi, nec amplius in Curia comparere curant in causis ipsis processuri, sed recentur pro eorum libito voluntatis, causis ipsis indiscussis, & minime terminatis, prædicti tales postquam de sero comparuerint coram Regente, & magistro actorū, iuxta antiquam formam, & curiarum ipsarum obseruantiam, & contumaciam prædicta eorum purgauerint, sequenti die teneantur & debeant, quando curia ipsa regitur, personaliter comparere, processuri in causis ipsis, ( prout iustitia suadet, ) & nihilominus in omnem euentum cauere debeat de stando iuri, siquidem si criminalis fuerit causa, infra tres dies, post diem dicti banni immediate sequentes, si vero causa fuerit ciuilis, instare debeat, quod procedatur, aut à Curia ipsa licentietur, alioquin dicta eorum contumacia, & bannitio, seu condemnatio duret, & procedatur contra eos in causis ipsis, ac si cōtumaces fuerint prout de iure videbitur conuenire.

## S V M M A R I V M.

- I Bannitus comparens ne audiatur, ne remaneat contumax, quid seruare debeat.

2 Con-

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

**2. Condemnatus pro causa ciuili comparrens quid facere debeat ne remaneat contumax.**

**I**ste Rit. cum alio Rit. 206. & 315. in quibus idem dispensatur, ponit præc. seruandā quando banniti supple criminaliter, & condemnati scilicet ciuiliter, non comparrente curia sedente, & quia talis præc. in viridi est observantia vbiq[ue] vt dixi tibi latius supra in Rit. 93.3.not. signa ipsum, quia euenit quotidie.

**3. Not.** primo ibi & nihilominus, quod bannito pro causa criminali non sufficit comparuisse coram Regente, vel iudice, aut actorum magistro, eadem die qua fuit factus contumax: & post modum prima curia sequenti (vt Rit. dicit) nisi etiam infra tres dies immediate sequentes cautionem de stando iuri praestiterit: quod si fecus fecerit, & cautione non praestata, recesserit: remaner contumax; & bannitus, & tanquam contra contumacem proceditur in causa, intellige hunc: Ritum in illis causis criminalibus in quibus potest quis fideiussoribus committi, & relaxari, de quibus in constitu. Regn. humanitate & per me supra in Rit. 41.18.2.not. quia in illis bene seruatur, ut dixi tibi in citato de periurio supra Rit. 182. in principio, alias intelligere ipsum in omnibus causis criminalibus, esset absurdum, cum in alijs rei comparentes carcerentur, & ibidem defendantur ut dixi supra in Rit. 202.3.not. & adde quod praestita cautione de stando iuri (vt in hoc Rit. dicitur) quando in causa est procedendum: semper ipse reus debet requiri, & intimari, ut etiam in d. Rit. 182. dictum fuit: quod not. 2.

**4. Secundo** † not. ibi, si veto causa fuerit ciuilis, quod condemnato pro causa ciuili, non sufficit eadem die comparere coram Regente, & postmodum prima curia sequenti, nisi etiam insteterit, quod procedetur in causa, vel licentiam obtinuerit ab ipsa curia, alias si fecus fecerit: remanebit condemnatus & tanquam contra contumacem procedetur. Et not. differentiam, quia bannitus pro causa criminali, praestat fideiussionem, condemnatus pro ciuili, non praestat: sed debet instare, vel recedere cum licentia, & licet iste Rit. clare non exprimit quod condennatus ciuiliter non praestat fideiussionem, tamen in d. Rit. 215. hoc expressum dicitur. Istud non seruatur hodie, & si contumax pro causa ciuili, comparet per se, vel per procuratorem, eadem die, usque ad primū somnum, presentando actuario curia suam petitionem comparitionis emitat contumaciam: & non tenetur, sequenti die curia sedente, comparere, & instare, quod procedatur in causa vel licentietur, & si actor post modum vult procedere in causa tenetur ipsum in omnibus instare, vel suum procuratorem. Est tamen verum quod in causis presentationum instrumentorum seruatur quod hic dicitur, ut dixi tibi in Rit. 166.4.not. & ratio est, (vt ibi dixi) quia in his causis requiritur persona debitoris, qui non potest per procuratorem comparere. I. fin. C. de procura illa præc. comparandi postmodum curia sequenti, non est necessaria, & ideo causa est ad euitandam contumaciam, quod reperiatur presentata petitio pro illa die, qua fuit condennatus: debet tamen actuarius in calce citationis vbi fuit reputatus contumax: annotare, qualiter comparuit defero: & ita seruatur. Bene tamen fateor, quod ad euitandum fraudes magistrorum actorum, seruari debet iste Rit. quod si citatus pro causa ciuili, comparet per se, vel per procuratorem, de sero recta curia tenetur sequenti curia, ipse vel procurator comparere, & aliud etiam, quod hic dicitur, quod citatus non possit recedere sine licentia, esset etiam necessarium: quia multi fraudulenter compararent, & non relinquunt procuratorem, ut actorem vexent sumptibus ad intimari faciendum usque ad eorum domos. Salerni, die 30. Novembr. 1559. Prosper Carauita.

R I T V S . C C V .



Tem si aliquis bannitus, vel bannita fuerit pro quo cunque delicto tam via ordinaria, quam ex officio per aliquem officiale Regni huius, banniti potest per dictam curiam Vicariæ pro eodem crimine, etiam ad petitionem, seu denunciationem illius ad eius petitionem, seu denunciationem bannitus exticet per officiale prædictum.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. *Contumax pro uno delicto in aliquo tribunalis ad instantiam eiusdem accusatoris, in alio consimilatus reputabitur. Eratio quare.*
2. *Et quid si citatus coram secundo iudice citante, comparens litis pendentiam coram primo allegat. Nunquid de ea fide facta supercederi debeat cum limitat.*
3. *Litis pendentia nunquid obstat ad instantiam Baronis secundo loco citati coram secundo iudice?*
4. *Contumax purgat contumaciam, comparensq[ue] coram secundo iudice, petit remissionem sui ad Baronis officiale: nunquid audiendus?*
5. *Contumax contumacia iurisdictionem prorogare non videtur.*
6. *Renuntiatio vasalli sibi præiudicat, non suo Baronii tacite, nec expresse.*
7. *Qui coram secundo iudice, soluendo panam, purgavit contumaciam: an ex aliam contumaciæ eadem suo iudice, vbi contumax est, purgabit.*
8. *Facta solutione principali penæ delicti coram uno iudice, non tenetur coram alio.*
9. *Contumax absens quando de iure communi, vel municipalis condemnari possit?*
10. *Contumax condemnatus in duobus locis de eodem maleficio, an ad vitramque solutionem cogi possit?*
11. *Contumax coram uno iudice, si citetur ab alio, non potest coram secundo allegare litis pendentiam coram primo.*
12. *Bannitus vel excommunicatus a diversis iudicibus siue pro eodem facto, siue pro diversis egit pluribus rebannimentis et abolutionibus.*
13. *Vindicta non potest pluries sumi pro eodem maleficio, et ibi plura de hoc.*
14. *Index competens ad defeculum articulandi citatum comparere, quis dicatur.*
15. *Contumax in duobus tribunalibus durat per annū in contumacia: qua propter bona eius curia qua ipsum contumaciam reputauit, publicanda fuit: quis iudex in eorum publicatione potior erit?*
16. *Praeventio in materia iurisdictionis, per citationem inducitur.*
17. *Differentia inter publicationem bonorum ex delicto, et ratione contumacia per lapsum anni, remissione.*

No.

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 112

**N**ot ex hoc Rit. t quod contumax in uno tribunali pro uno delicto, potest pro eodem ad instantiam eiusdem accusatoris, in alio tribunali reputari contumax & banniri, & idem firmat Bal. in l. prima, num. 5. C. vbi de crimi agi oportet. Ratio istius Rit. est secundum eundem Bal. in l. senatus circa fin. C. qui accus. non possit, quia ex quo neutri obtemperat, ab utroq; puniri potest, & ponit in banno argum. l. si quis Tiro. S. fin. & l. cum quidam ita fidei commissum. ff. de leg. quod bene non quia in viridi est obseruantia.

¶ Quarto primo, quid si coram secundo iudice citatis, comparet & allegat litis pendentiam coram primo; nunquid facta fide de ea, super sederi debet Bar. pulchre, in l. sepulchri. nu. 2. ver. circa primum. ff. de sepulchre. violat. dicit q. non, quia alias sequeretur, quod esset in ipsius citati potestate eludere poenam, cum coram primo non compareat, & coram secundo impediatur propter pendentiam, idem Bartol. in l. quamuis. ff. de dam. infec. in l. vbi cęptum. ff. de iudi. Alex. conf. 11. col. 2. in 5. dubio. vol. 1. & conf. 23. vol. 3. Abb. in c. extenore, in fi. de rescrip. Fely. in c. qualiz. col. j. de iudi. & in c. cum sit generale, in ver. quarta declaratio. col. 5 de for. compet. Bald. in d. l. senatores. in fi. Iacobi. in l. si quis poslea. nu. 3. versi. 6. fallit. fide iudi. Hip. sing. 239. Pet. de Rauen. in compen. iur. cano. de rescript. col. 3. fol. 313. & plene Nicom. in repet. e. quoniam contra. nu. 16. de probat L. imita-  
men stud. nisi coram primo iudice purgasset contumaciam solutis expensis, & praetita cautione de stan-  
do iuri iuxta. l. sancimus. C. de iudic. & l. si post tres. ff. si quis cautio. vel esset paratus nunc purgare, &  
cautionem praestare de stando iuri coram primo, vt  
dicit Bar. in d. l. sepulchri. vers. tertio, & licet idem Bart.  
in l. quamuis q. s. numero 8. ff. de damn. infec. rebeat contrarium de directo, tamē ut dicit Paul. de Cast.  
in Lboc amplius. S. celsus. num. 8 & Alex. ibid. num.  
8. vers. puto posse concludi, post Auge. quem allegat.  
ff. de dam. inf. verior est prima opin. quam Ang. ipso fortiter defendit.

¶ Secundo iuxta prefata quarto, nunquid ad instantiam Baronis dicti citati debet coram secundo iudice obstatere litis pendentia, postquam ad instantiam ipsius citati diximus non obstatere? Breuiter aut etiam comparet, aut non: primo easu, nulli dubium, quod debet obstatere, quia cum Barones habeant in eorum vasallos iurisdictionem ordinariam, si ad primum iudicem non remitteretur causa, processus primi iudicis impediretur per secundum; ex quo nos possem co-  
tra dolinquentem quem secundus penes se retinet, procedere, ut dicit Bart. in d. l. sepulchri. ver. secundo, num. 3. & ita seruat quoctidie, immo etiam remittit, ut datus quod non praevenisset iudex Baronis, & hoc ratione priuilegiorum, que tribuunt Baronibus, iurisdictionem priuatiuam cum ceteris officialibus.

¶ Secundo casu, licet Barones Regni huius habeat in priuilegijs quod eorum vasalli non possint ab alio quo cuncte officiali citari, trahi, & euocari; & quod ali-  
ter citati non teneantur comparere: & casu quo fuerint effecti contumaces, contumacia sit nulla, nihil minus de tali clausula, nunquam fuerit, neque sunt in possessione; & ideo priuilegijs omisis, seruat id quod iuris est, & ex consequenti, quod allegata litis pendentia, & praeventio non obstant secundo iudicis per rationem quam tradit Bart. in d. l. sepulchri. versio, secundo est videndum, num. 3. in fin. quia processus primi iudicis per secundum non impeditur: ex quo libere potest procedere, licet neuter possit delictum punire, cum delinquentem non habeant & istud similiter ita quotidie practicatur; adeo quod inquisito non comparente personaliter coram secundo iudice, etiam ad instantiam Baronis, non remittitur: nec de remissione tractatur: & quia antiquitus in regia au-

dientia principatus circa, ob imperitiam, quod videtur, auditorum, seruatum suu remittere Baronibus personis, vasallos citatos, & non comparantes. Dominus Io. Nicolaus Carapita frater meus in dicta Audientia fisci patronus, inter alias instructiones per eam expeditas pro bona administratione ipsius Regie. Audientia, obtinuit unam tenoris sequentis videlicet. Item quod Gubernator, nec Auditores debeant, nec possint remittere aliquos inquisitos, seu contumaces nec tractare de eorum remissione: nisi comparantibus personaliter principalibus inquisitis, vel contumacibus: & purgata eorum contumacia tractatur de remissione ipsorum (prout iuris est.) \* quam instru-  
ctionem innuenies hodie insertam inter Regias prag.  
huius Regni pragm. 6. incip. pro bona. S. item quod gubernator, cit. de off. iustit.

Tertio quarto in terminis nostri Rit. pone quod posse contumaciam purgatam coram secundo iudice, comparet coram eo: & peti se remitti ad officiale sui Baronis: nū quid in eo audiiri debet? Breuiter licet Bar. in l. si pupillus. S. defendere. ff. de priuile. credi. dubita-  
uerit, de hoc tamen Ang. in l. qui ff. eo. tit. tenuit quod non & hoc in poenam suę contumaciam per gl. in l. si se-  
nita. S. idem videamus. ff. de dam. infec. & tex. quena dicit alibi nescire in leg. de die. S. plane. ff. qui satid.  
cog. Idem Imol. in d. S. videamus. Alexan. in l. ex qua-  
cumque. p. 12. ff. si quis in ius vocat. non ier. Affl. dec.  
133. vbi dicit fuisse decisum & in constit. poenam no-  
uem vnciarum. q. 6. num. 9. non equidem illa ratione  
(quam ab aliquibus audiui) quia videtur in iudicena  
consensisse; quoniam ea falsa est: tex quo contumax  
punquam videtur per contumaciam iurisdictionem  
prorogare. l. si qui ex consensu. in ver. adfuisse. iunctis  
his, quia Bald. ibi not. C. de episcop. aud. Innoc. in c. in-  
notuit, de eo qui far. or. susce. Bald. in l. gesta. C. de se-  
iud. & Alexan. in d. l. ex qua cumque. num. 12. in princ.  
sed alia quidem, & meliori ratione, quia cum secun-  
dus iudex mero iure sit iudex competens, licet citatus  
habeat exceptionem declinatoriam vigore priuilegij  
sui Baronis, vel Regis pragm. 2. incip. querela. tit. vbi  
de delicto quis conue. debe. prohibentis quem extra-  
hi a suo domicilio, ex eo quia in causa procedit: & si  
bi talis exceptio non opponitur; videtur esse preclusa  
via amplius petendi remissionem ut dicit Alex. in loc.  
proxime cit. quia videtur tali exceptioni, & priuile-  
gio tacere renunciasse. ut Affl. dicit apertius in dicta  
deci. ¶ Sed quia talis tacita renuntiatio sibi tantu potuit prejudicare & non suo Baroni, cui nec etiam ex-  
pressa prejudicaret, absque eius consensu. ut not. per  
Bart. in l. 1. & post operis, in fi. ff. de nou. oper. num-  
cia. & Bal. in cap. imperiali. S. præterea, qui est fin.  
nume. 19. de prohib. feud. aliena. per Feder. instantis  
Barone, vel suo officiali, causa esset omnino remittenda,  
purgata prius contumacia facta coram secundo  
iudice, iuxta formam instructionis Regis collatera-  
lis consilij de qua supra dixi. & ita quotidie seruat  
in practic. nisi aliud legitemum impedimentum ob-  
staret. ut quia delictum commissum esset de casibus  
exceptuatis in priuilegio ipsius Baronis. q. bene nota.

¶ Quarto iuxta prefata quarto pone quod quis coram secundo iudice, purgant contumaciam, soluendo penam; nunquid postmodum debet aliam contumaciam soluere coram suo iudice: vbi etiam est contumax? Maran. in pract. par. 6. in vers. inquisi-  
to. l. limita. 10. num. 98. in nouis tangit istam q. & dicit  
quod sic: quia cum sint due contumacia ex quo duos  
iudices contempti, quilibet contumacia punitur p-  
na tercia partis suorum mobilium per consti. Reg.  
grandis utilitas. & consti. penam nouem vnciarum &  
& solutio, vel purgatio facta de una, non potest in alia  
prejudicare: & pro hac op. allegat Bart. in terminis se-  
cundum eum in d. l. sepulchri, in fine, vbi dicit, quod  
si quis in duobus locis fuit condemnatus tanquam  
contu-

# Domini Prospere Caralitæ Ebolitanæ

**Contumax:** de eodem maleficio potest cogi utraque condemnationem soluere, & quamvis Bal. reneat contrarium, in l. si pluribus, circa fin. ff. de lega.  
 1. dicit ipse, quod opin Barto. sibi videtur verior: &  
 8 quod id quod dicit Bal. procedit t̄ quando est facta solutione pœnae principalis ipsius delicti coram uno iudice: quo casu ipse bene dicit quod non tenetur coram alio: ut etiam ipsem Bal. firmat in l. q. 3. num. 6. C. vbi de crimi agi oportet per l. licet. S. f. versi. fin. ff. nau. cappon. stabul Ego dico quod Marant. bene dicit per rationem quam supra dixi: & ita quotidie seruat in pract sed Bart. quem ipse allegat, in d. l. sepulchri non loquitur in terminis istius. q. de solutione facienda pœna contumaciz: sed de solutione condemnationis facte de maleficio ex quo in preceden. q. ipsem Bar.  
 9 dixerat quod absens contumax in aliquibus delictis condemnari potest de iure communi per l. absentem. ff. de px. & de iure municipali in multis delictis in aliquibus locis, in quib. absens habetur pro confesso. prout in hoc Regno per constit. pœnam eorum, & in  
 10 illis terminis dicit quod si sit condemnatus in duobus locis tanquam contumax de eodem maleficio, potest cogi utraque condemnationem soluere, & in eisdem terminis contra Bar. loquitur Bal. in locis praetalle. & vere dictum Bal. est verius, quia de eodem maleficio plures vindicta sumi non debet. l. senatus ff. de accus. cum simil. vt late ponit idem Marant. ibid. 2. de clara. num. 92. & 94. \*Ratio, quæ me mouet, quod contumax in duabus Curis tenetur utriusque contumaciz pœnam soluere, est multiplex, prima quia contumax dicitur iudicé compennere, vt in constitut. Reg. grandis, in prin. pro quo contemptu eadem constitut. imposuit pœnam tertii partis immobilium, & nisi Curia vbi quis reperitur contumax, dictam pœnam exigetur, impunis penitus pertransire contemptus quod esse non debet. vulga. l. ita vulneratus. ver. quod si quis  
 11 ff. ad l. Aquil. Secunda t̄ quia nos videmus quod contumax coram uno iudice, si cretur ab alio, non potest coram secundo allegare litis pendentiam coram primo, vt dixi supra hoc eod. R. ita princ. q. i. tum per rationem ibi positam, tum etiam quia culpa & delictum nemini debet tribuere immunitatem. l. si ab hominibus. ff. solu. matri. & l. relegatorum. S. fina. ff. de interdict. & relega. ergo scuti ex prima contumacia non reportat commodum ad impediendam secundam contumaciam contrahendam, eodem modo nec debet reportare ad impediendam solutionem pœnae contumaciz iam contracta. Tertia ratio est, quia si secus dieceretur, utique in potestate inquisiti positum esset mercaturam de eius contumacij facere, & coram illo iudice contumaciz pœnam purgare à quo maiore inueniret equitatem & gratiam, siveque iuris prouisio in odium delinquentis inuenta, vt possit quis fieri contumax coram pluribus, iuxta Bar. doctrinam, in d. l. sepulchri, redundare in eius favorem quod esse non debet. c. inter corporalia. S. sed neque. ver. nec quod. & ibi etiam G. l. de transla. Bal. & Ang. in l. hæreditas ad statuum, per illum rex. ff. de hæredi. inst. & no. per  
 12 l. s. in l. intra dies. nu. 3. ff. de se iudica. Quarta t̄ quia bannitus vel excommunicatus à diuersis iudicibus, siue pro eodem facto, siue pro diuersis, eger pluribus rebannimentis & absolutionib. vt pulchre not. lo. de Ana. in c. ita quorundam, in f. extra de iude. Itmo. in c. ex parte, num. 6. versi. ex prædictis, de offi. iud. ordina. & Archid. in ca. Engeltrudam. 3. q. 4. nec rebannimentum vel absolutione vnius toller bannum aut excommunicationem alterius, quia secundum Archid. ibid. par in parte non haber dominium c. inferior. 2. distin. & cle. innotuit. de electio. Quinta & ultima ratio est, quia cum reperiatur prouisum quod potest quis effici contumax in diuersis Curis, vt supra dictum est, non inuenio postmodum legem, Doctorem, vel aliquem dicentem quod ex dictis duabus contumacijs,

vnius tantum pœna mulctetur, ergo nihil obstat quilibet iudex suæ contumaciz pœnam exigere. 13 formam d. constit. grandis. Et si dicatur quod pro eodem maleficio plures vindicta sumi non debet. l. senatus responso est in promptu quod iste pœna contumaciz non sunt pro eodem facto principales, sed pro diversis contemptibus. Item si dicatur quod nonna contumaciz debetur solum coram iudice domicili non autem coram alijs praetextu regia pragmata expositione, sub tit. vbi de delicto quis conuictus ac etiam priuilegiorum concessorum Baronibus & vniue. iustitibus demanialibus quod earum minores à quoconque officiali citati non teneantur parere, & casu quo facti fuerint contumaces conuictia sit nulla. Respondetur dupliciter, primo quod cert per d. prag. & alleg. priuilegia non teneantur citati comparere ad causam tractandam, tamen tenentur comparere ad forum declinandum. vt dico latius R. l. 230. adeo quod intentio Regis est, vt non cogatur coparcere, vt foro consentiant causam detinat, non autem tollere dispositionem. l. si quis ex causa ff. de iud. pôderando etiam pro hoc verba d. prævolentis causam remitti ad iudicem ordinarium, & profecto talis remissio fieri non possit nisi citatus comparando illam petat d. l. si quis ex aliena. Secundo quod per constitut. Reg. priuilegia quibusdam locis sunt sublata similia priuilegia illo tempore concessa tanquam incertua ad maleficia committenda, vt littera ibidicit, & sicuti priuilegijs tunc cocessis derogatum fuit per d. constitut. eodem modo dicta prag. & priuilegijs concessis, postea derogatum est per contrarium consuetudinem & obseruantiam, vt dixi supra in 2. q. cuius contraria obseruantia credendū est eandem fuisse rationem quæ fuit d. constitut. Et nedum derogatum est per contrarium obseruantiam, verum etiam per contrarium ordinationem expediatum à Regia Curia, vt inquisiti aut contumaces non possint remitti, nisi personaliter compareant & contumaciam purgent, quam ordinationem supra. quæstio. 2. reformatiter, & habes eam incorporatam in Regijs p. in pragmata pro bona administratione. S. itē quod sacerdotes nec auditores, sub. tit. de offi. iustitiar. Acto quod non obstante d. prag. quærule. ac dictis priuilegijs, firmum remanet quod d. constitut. priuilegia disponit, vt omni omnino discretione submora quicunque & vndeconque fuerit a iudice competenti citatus si contumax est in ciuilibus aut criminalibus causis, peenis subiaceat constitut. in Regn. introductis. Et si quis t̄ replicauerit notanda esse verba. dicitur. 14 loquentis de citato à competenti iudice, vt intelligatur solum iudex domicili, non autem magna Curia aut iustitiarij prouinciarū. Respondetur quod etiam Magna Curia & Iustitiarij prouinciarum sive Iudices competentes habentque ordinariam iurisdictionem, illa quidem in toto Regno. Isti vero in prouincijs, vt dico latius vt in d. R. l. 230. & patet de iustitiaris in constitut. iustitiarij nomen, licet dicitur iustitio sit declinabilis postmodum virtute dicta præcepta. quærule. & priuilegiorum Baronum aut vniuerstatum, præterquam in multis casibus per me positi in d. R. l. 230.  
 15 Et Quinto iuxta hunc Rit. quarto, pone quod cood max coram duobus tribunalibus vt hic dicitur, dicitur in contumacia per annum, propter quod bona quæ tempore suæ contumaciz fuerunt annotata iuxta dispositionem leg. primæ in fin. & leg. fin. ff. de require. rei & leg. primæ. C. eo. tit. venienti ipsi curiæ quæ contumacem reputauit, publicanda iuxta formam leg. 4. & 5. ff. de require. reis & constitu. Regn. grandis vñitatis, quis iudex in eorum publicatione erit potior? Bald. in leg. si pluribus. versicul. & ex prædictis. ff. de lega. primo, dicit quod vbi in diuersis locis proceditur pro eodem delicto, bona pertinent ad illum qui præuenit

prævenit per inchoationem processus, & citationem.  
16. quia præuentio per citationem inducitur in mate-  
riæ iurisdictionis l. si quis postea. s. de iud. t Ego autem  
dico quod differentia est inter publicationem bono-  
rum quæ fit ex delicto, & eam quæ fit ratione contum-  
acia per lapsus anni a die annotationis bonorum :  
prout de hac differentia ponit gloss. d. consti. grandis  
vulgaris. in versic. habeat liberos. & sentit afflict. in cō-  
sti. Reg. pararenorum. 4. not. nume. 25. cum. seq. vbi po-  
nendo multos casus, in quibus bona publicantur: istū  
casus publicationis ponit, ut diuersum ab alijs, in  
quibus fit ex delictis: & ideo videtur dicendum in q.  
proposita, quod ille iudex erit potior: cui prius currit  
annus a die annotationis factæ bonorum ipsius contu-  
macis, post quam lapsus anni, & annotatio hanc publi-  
cationem operantur. vt patet in d. iuribus & d. con-  
stituendis. & quod Doctri. Bald. vendicat sibi locum  
in publicatione facienda propter delictum prout vere  
ipse loquitur: credo tamen quod quando in eodem te-  
pore anni, concurerent, dictum Bald. posset procede-  
re quod bene notabis. Salerni die 2. Decēbris. 1559.  
Prosper Carauta.

## R I T V S C C V I .



Tem seruat ipsa curia quod  
si aliquis bannitus ad ter-  
tiam, vel ad sextam partem  
bonorum condemnatur: po-  
test comparere illo sero,  
quo condemnatur vel ban-  
nitur: vsque ad primum somnum, scilicet  
coram Regente, vel alio officiali, vel ma-  
gistro actorum, vel altero eorum, & curia  
scribit comparisonem eius: & dicit quod  
talis comparuit dicto die banni, vel condem-  
nationis, adhuc ipsa pro tribunali Curia se-  
dente: & licet in rei veritate, quando com-  
paruit idem bannitus, vel condemnatus:  
Curia non sedebat: posito quod compareat  
eadem die, vsque ad primum somnum:  
non remanet tunc bannitus, vel condem-  
natus: & idem in alijs decretis: puta in de-  
creto quod imponitur contra testem non  
comparentem, citatum ad poenam qua-  
tuor vnciarum (vt fit per ipsam curiam) vt  
compareat perhibitus testimonium veri-  
tatis: quia in eadem citatione a tergo scri-  
bitur decretum, & vocatus non compa-  
rente, condemnatur ad quatuor vncias, ac  
causa contumacia per aduocatum fisci,  
vel per alium, ad cuius petitionem fuerunt  
citati: si non proceditur ex officio: sed alio  
modo ciuiliter, vel criminaliter contuma-  
cione accusatur per partem, quæ fecit  
trare, sed secunda accusatur per ipsam par-  
tem, & Aduocatum fisci; quia in secunda  
contumacia fit condemnatio vbi est com-  
modam Curia: & idem seruatur in omni-  
bus condemnationibus fideiussorum (qui  
eodem modo condemnantur per decre-  
tum quod scribitur a tergo) si compareant  
eodem die, vsque ad dictam horam cum

principalí quem præsentant: alias secus,  
quia remanent condemnati, extenderen-  
tur in alianu, & ita magis extense, puta, si  
expediret aliter in dicta citatione requisitio-  
nis eorum condemnatur postea: tamen  
si expediret, quod fieret testimoniale, vel  
alio modo, & idem in omnibus condem-  
nationibus interlocutorijs, & quocunque  
decreto, vel interloquutoria: si quis tamen  
bannitus sit, & compareat, debeat dare fide  
iussores de stando iuri infra tres dies, alias  
remanet bannitus, sunt autem prædicta ve-  
ra, si prædicti dicto iero (vt dictum est) com-  
pareant personaliter, siue sint ciuiliter, siue  
criminaliter condemnati vel banniti, &  
non per procuratorem, etiam si procurator  
veniat curia sedente pro tribunali, si ta-  
men scriptus est ille actus videlicet, latè est  
dicta interloquutoria, quia procurator pro  
tali comparere illo iero non potest, secun-  
dum antiquam obseruantiam dictæ Curiae.  
de ciuiliter condemnato vide in ritibus di-  
cta curiae prædictis ultimum ritum, & quia  
plerunque.

## S V M M A R I U M .

- 1 *Contumax in criminali causa, pena tertie ac sex-  
ta partis mobilium punitur.*
- 2 *Comparitiones coram quibus fieri debeant.*
- 3 *Testis citatus ad deponendum non comparens qua  
pena punitur.*
- 4 *Comparere quando quis possit, vel non possit per  
procuratorem tam in ciuilibus quam in crimin-  
ilibus.*
- 5 *Petitio absentie, carcerationis, vel infirmitatis in  
criminalibus admittitur si presentetur curia ad-  
huc sedente.*

**D**ixi de hoc Ritu tupra in ritu 93.3. not. &  
supra ritu 204. vbi idem disponitur: ideo  
vide in dictis locis. & in alio ritu. infra  
306.

\* No. primo ibi ad tertiam & sextam, t quod contu-  
max in causa criminali punitur pena tertie, ac sextæ  
partis bonorum mobilium: pena tertie partis impo-  
nitur reo contumaci per consti. Regni penam nouem  
vnciarum, & ea etiam hodie est in obseruantia: poe-  
na sextæ partis imponitur actori non comparenti in  
ultimo peregrinatio ad accusandum contumaciam,  
contra reum citatum. vt patet in consti. Regni accusa-  
torum & infra in ritu. 218. sed in curiis talis poena  
recessit ab aula. \* Secundo t nota. ibi coram Regen-  
te: quod comparitiones de sero possunt fieri coram  
regente, vel alio officiali, vel coram actuario per  
hunc ritum, sed quia actuarij in hoc plurimum fra-  
dis poterant committere, correctum est nouiter per  
pragma. 13. de offi. magistr. iusti. per quam solum co-  
ram regente vel aliquo ex iudicibus istæ comparitiones  
permittuntur, immo in s. item in eadē pragmā so-  
lum de iudicibus fit mentio, & istud plurimum ser-  
uatur in Magna Curia, vt coram iudicibus compa-  
reant non coram Regente & in audiencij regijs corā  
Auditoribus, non coram iustitiarijs.

P q Tertio

# Domini Prospere Carautæ Eboltani

Tertio no. ibi, & idem in aliis, iunctis aliis verbis. Ibi & idem in omnibus condemnationibus fidei sufforum, & ibi, & idem in omnibus condemnationib. interloquitoris, quod præct. illa quæ seruatur, quod ci tati possunt comparere vsq; ad primum somnum co ram Regente, vel actuario, dummodo alia curia compareant: seruatur in omnibus citationibus, & interlo quitoris quæ curia sedente fiunt in contumaciam ali cuius, & ita practicatur.

3. Quarto t. nota. ibi cōdemnatur ad quatuor uncias quod testis citatus ad penam comminatam in citatio ne, facta tamen prius accusatione primæ contumacia pro parte fisci si ex officio proceditur, vel per partem, si ad quærelam agitur, & etiā accusatione ultima per partem, & fiscum insimul sed ista condemnatio poenæ hodie non seruatur, quia quando testis non veniet in ultimo peremptorio curia sedente, dicitur in calce citationis, cū appositione decreti, quod capitis pignoris bus compellatur, & uirtute dicti decreti compulsiui fiunt litteræ exequitoriales etiam pro multa conten ta in citatione, & eatum vigore fit exequitio solum, vt testis cogatur venire ad deponendum, sed non ven ditur pro poena: immo eo examinato, restitu tur, verum si duraret in contumacia non veniendi, non obstante exequitione, procederetur ad venditionem exequitionis pro poena, ratione spreti mandati, & tunc talis pena applicaretur fisco. Item aliud de accusatione ultimæ contumacia facienda p partem insimul cum fisco, non seruatur, sed semper si ue ex officio siue ad querelam procedatur solum ad fisci instantiam, tam prima, quam ultima contumacia accusatur: quæ bene nota.

4. Quinto t. no. ibi, & non per procuratorem, quod licet in civilibus posset quis per procuratorem compa rere. l. fin. C. de procur. & in criminalibus etiam, ad allegandum absentiam, infirmitatem, vel carcerationē, vt dicunt Rit. infra 266. 267. & 269. tamen postquam curia sedente, effectus est contumax, & scripta est illa interloquitoria, in qua dicitur uocato dicto tali, quia nemo comparuit, sicut factus contumax, & condemnatus ad poenam in mandato contentam, tenetur ipse personaliter comparere, si vult eodem fero usque ad primum somnum comparere: & contumaciam evita re: alias per procuratorem comparendo, non suffice ret ad purgandam contumaciā, ut etiam dicit aliis Rit. infra 278. si tamen post dictam interloquitoria, est scriptum illud quod post decreta scribi solet: uide licet lectum latum dictum decretum die tali curia se dente, t. sed istud in civilibus non seruatur, quia ut di xi, latius supra in Rit. 204.2. nota. procurator admitti tur omni tempore ad comparendum, d.l.f. & eius per sona non est necessaria, & in super in interloquitoris quæ curia sedente, interponuntur in contumaciā, non scribitur illud lectum latum quod supra dixi, nec etiā iudex, in eis ponit manum, & ita practicatur. In crimi nalibus minime seruatur, quia admittitur petitio ab sentia, carcerationis, vel infirmitatis, etiam quod si factus contumax, & condemnatus, dummodo adhuc curia sedente præsentetur, ut etiam pulchre scribit Pe. Rebuff. in tracta. de contuma. & defectu articulo quinto, glo. prima, numero secundo, cum sequenti, & in tracta. de expen. & interesse, articulo quinto, glo. uni. numero 58. uers. limita. per tex. no. in l. pen. ff. de in teg. resti. secus si post rectam curiam, in tantum quod dilpositio istius Rit. obseruatur post rectam curiam non autem ea sedente, ratio est: ut credo istius obseruantiæ: quia in Magna curia, & Regia Audientia quæ do curia sedente, fiunt contumaces, illa interloquitoria condemnationis non scribitur tunc, sed postmodum leuata curia, & ut proxime dixi: illud lectum latum, de quo hic dicitur: nunquam scribitur, nec obseruatur propter quod non sumus in terminis istius Rit. loquentis, quando interloquitoria, & lectum latum

est scriptum. In fine, Rit ibi de ciuiliter condemnat adde quod dum allegat Ritum Magnæ Curie intelligit de dicto Ritu 204. qui incipit item quod plerumq. Salernidie 2. Decembris. 1559. Prosper Carauta.

## RITVS CCVII.



Tem seruat ipsa curia quod si in una citatione sunt multi (quotquot sunt citati,) & pars actrix, vel accusatrix fecit unum condemnari tan tum, vel banniri, & condēmnam semel, (vt fit con tra contumaces) non potest demum alios condemnare, seu condemnari facere, vel banniri alijs diebus sine noua citatione, & processu, & similiter si unus eorum citatorum venerit tanquam obediens, & die que venit fecit scribere comparationem suam, & sequenti iuridica fecit condemnare acto rem in tribus tarenis, vel accusatorem in sex, & licentiatus recessit (vt fit semper) omnes alii citati in ipsa citatione, sunt licentiati, & non possunt banniri, neque condemnari sine noua citatione.

## S V M M A R I V M.

1. Actor, vel fiscus ultimam contumaciā quando, & quoisque supercedere possunt.
2. Diuīsio iudicij quando inducatur, cum limitat.
3. Pœna actoris in ultimo peremptorio non comparantis, ad accusandum reo contumaciā in ciuibus.
4. Uno excitatis comparente, etiam actor comparet, & contra non comparentes vult contumaciā ac cusare, & contra præsentem procedere: nunquid possit?
5. Absentia contumaciā non operatur impedimentum.
6. Aduocato absente, litiganti dilatio danda est.
7. Absens præsentibus non præstabit impedimentum regulariter, cum exceptione.

**N**ota primo ex hoc Rit. quod quotiescumque in una citatione continentur plures citati, qui non comparent: actor, supple, si est causa ciuilis, vel accusator, si causa est criminalis: in ultimo peremptorio non potest unum, vel duos condemnari facere vna die, & alios, alia die, uigore eiusdem citationis, sed si contra aliquos tantum processit ad actum contumaciæ, omissis aliis, opus est item eosdem quos. omisit per nouam citationem, & processum citare facere. Illud tamen quod dicitur sine novo processu, posset in ciuibus procedere, & in criminalibus cum eodem processu, cum quo fuit citatus primo, potest citari nunc: licet in criminalitate citatis quod hic dicitur raro contingit, quia contra ec fisco instanti, proceditur ad ultimam contumaciā & ad primam, vt dixi in Rit. præcedent. in tertio ne tab. & ideo quamuis pars ueller contra aliquos procedere ad contumaciā, & contra aliquos supercede re, fisco instanti proceditur æqualiter contra omne bene

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 114

bene tamen verum est, quod si fiscus velle supersedere contra aliquos, non posset, potest condemnari facere vigore eiusdem citationis, sed noua citatione opus esset: sicut in parte diximus, per hunc Rit. Sed dicet aliquis non ne actor, aut fiscus potest ultimam contumaciam supersedere vsque ad mensem, si citatus est infra ciuitatem, & vsque ad duos, si est extra ciuitatem: ut patet ex Ritu. 226. & dicit Aſſic. in conſtitu. accusatorum. 4. nota. & in constitu. edictorum. quæſtio. 8. u. 27. in ſin. ergo quæ eſt ratio, quod si contra quoddam procedetur ad actum contumaciae, contra alios non potest alijs diebus procedi sine noua citatione? dici potest quod ex quo aliquit tantum, tamquam contumaces fuerunt condemnati, & omissi alij, qui in eadem citatione erant: videtur inducta diuina iudicii: quod prius ſumul intentatum fuerat vniua citatione argumen. I. ſi creditores. C. de pact. & ideo non potest amplius pars aut fiscus vigore eiusdem citationis cui remuniatum. videatur ex preſumpta diuine cōtra alios procedere, ſed quicquid dicat iſte Ritus in criminalibus non feruatur, itamo vi deo quoridie fieri contrarium: & fisco hoc volente, aliquos vocari, & aliquos ſuperfederi: & poſtmodū cum eadem citatione condemnari, & a mensem antequam citatio circunducatur, & in ciuilibus ſimiliter fieri video non tamen habui huic ſuſque in facto, quod fuſſerat a parte oppoſitum allegando hunc Ritum. Limita hunc Rit. non procedere quotiescumque vñimum peremptorium non curreret equaliter contra omnes, puta quia non eodem die citati fuerunt: quoniam tunc eſſat ratio præallegata, & ita feruatur. Secundo limita, quando vniua citatione fieret contra plures pro diuerſis debitis, & cauſis, ut quotidie feruatur in citationibus ciuilibus, ratio eſt, quia tunc quoſiunt personæ totiſ censentur citationes: & in arbitrio actoris eſt contra vñum vna die procedere, & contra alium, & ita feruatur.

Secundo not. ibi & ſimiliter, quod ſi ex pluribus citatis pro eadem cauſa, vnuſ tantum comparet in ultimo peremptorio, qui quoniam nō comparat actor, incusat ei contumaciam: faciendo ipſum ſequenti die condemnare. & ſeipſum a iudice licentiare iuxta præquam infra latius ponam in Rit. 218. nō potest actor poſt modum venire, & incusat contumaciam contra non comparentes, etiam quod ſit infra mensem, vel duos iuxta ea quæ dixi in præceden. nota & ratio eſt ut Rit. noster dicit: quia vno licentiato, alij etiam ſunt licentiati, ratio autem rationis eſt, quia cum illa licentia ex vna & eadem cauſa potuiffet omnibus competere, videlicet ratione contumacie actoris non venientis obtenta ab vno dicitur etiam obuneris ab alijs, perteſti. in l. 1. & 2. C. ſi vnuſ ex plur. appella. Item potest aſſignari alia ratio, quia tunc p. illam condemnationem in eius contumacia factam, citatio eſt circunducta: ut dicam infra in Rit. 218. quod nota, quia poterit quotidie euenire in ciuilibus tantum, non autem in criminalibus, in quibus cum fisco inſtantē, procedetur ad contumacias ut ſupra dixi, non potest dici quod contra fiscum accuſetur contumacia: cum ſemper fiscus adiſt.

Tertio no. ibi in tribus tarenis, quod pena actoris non comparentis in ultimo peremptorio ad accuſandum contumaciam reo, in ciuilibus eſt trium tarenarū, & in criminalibus lex. Sed per Rit. ſupra 206. vbi dixi in j. nota. & alium Rit. infra 218. qui corrigit iſtum, in ciuilibus & criminalibus ſtatuitur pena lex taz partis mobilium contra actorem, non comparentem: de quo vide quæ ibi dicam.

¶ Quæro iuxta præſata, pone quod vno ex ciuitate ſcopante, comparet etiam actor: qui contra non comparentes vult accuſare contumaciam, & contra præſentem procedere, nūquid poſſit. Bart. in l. de vno quoquæſ. de re iudica. deſcribit quod ſic, per te,

in terminis in l. non idcirco. ſſ. de iudic. & l. vniua. C. de conſort. eiusdem litis. Idem Bart. & Paul. de Caſt. in d. l. non idcirco. Angel. in traſta. maleſi. in verſicu. dictum Sempron. um num 9 verſic. & vt videtis. & plene Fely. qui multa concordia. allegat in capi. cum internum. 10. verſic. fallit quartu. de leſten. & re iudic. ratio eſt. t. quia abſentia contumaciu non opera tur impediſmentum reſpectu preſentium, pro quo ſat. cit quod not Bart. in auth. ſed cum teſtator circa fin. ver. ſed quæro ecce. C. ad l. falſidi. vbi quod inuenientium confeſſum aliquibus non vocatis, & aliquibus preſentibus, licet contra abſentes non citatos ſit nullum: tamen contra preſentes eſt validum: quia ratione eorum potuit procedi ad confectionem ( non obſtante abſentia aliorum ) licet non ratione ipſorum abſentium. Item facit quod ſcribunt Angel. & Pau. de Caſtr. in d. l. non idcirco & vbi quod licet aduocato abſente ſit danda dilatio litiganti, uel ad ipſum expectandum, uel ad alium de nouo, quaren- dum. I. ab hoſtibus. ſ. ſed quod ſimplicerit, & l. ait pre- tor. ſ. fina. ſſ. ex quibus cauſa maiori. &c. I. ubi pulchra glossa in uerſ. ad uocatus, extra ut h. nō contest. cāmē illud non procedit ubi litigans haberet alios aduo- catos eiusdem cauſe conſortes, & collegas. perdi. ra- tionem: t. quia abſens non debet impediſmentum preſtare preſentibus, niſi iſte abſens eſſet ille qui ma- gis. de cauſa eſſet informatus: quoniam tunc preſen- tes non eſſent ſufficientes ad cauſam de ſendendam ut Pau. de Caſtr. dicit in d. l. non idcirco. Salerni dic. 2. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C V I I I .



Tem feruat ipſa Curia, quod primo die iuridi- co quo curia regitur, poſt quacunq; ferias icilicet messium, uel uin demiarum, uel Natalis, uel Resurrectionis uel carnispriuij nullus condemnat, neque bannitur, in caſu quo factus omnibus actis, potuiffet illo die condemnari, uel banniri, & hoc fit de æquitate, potius quam de iure.

## S V M M A R I V M .

1. Aequitas rigori quando preſerenda.

2. Aequitas ſcripta, & non ſcripta.

I Ste Rit. in uiridi eſt obſeruantia in hoc regno in omnibus Curii, & ideo dicimus communiter quod prima Curia quæ regitur poſt aliquas fe- rias, regitur pro forma: quia ipſa ſedente, nemo reputatur contumax: nec aliquis actus eo die fit in alterius contumaciam. Inimo ea ſedente, pro forma la- terponitur decretum quod ab inde in anteſ procede- tur in omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus in terminis in quibus reperiuntur, & q. carcerati habili- tari uirtute generalis decreti, ppter ferias, quia par- tes nō cōcordauerūt: redire habeat ad carceres iuxta formā fidei uifionū per eos preſtitari, & ita feruatur.

¶ Not. ibi de æquitate, quod præct: in hoc Rit. con- tenta, eſt potius de æquitate, quam de iure ſex quo ſequitur, quod æquitas preſeretur rigori iuriſ: ad idem tex in l. 2. ſ. item varus. vel ſic. quanquam. ſſ. de aqua plu. areo. l. ſitih. ſſ. ſi certum petra. l. placuit. C. de uiri. & l. cum res. C. ſi alie. res pigno. dat. ſit. ſed dicet aliqua iſte Rit. non dicit, quod æquitas preſeretur,

# Domini Prosperi Carauitae Ebolitan

sed quod Magna Curia seruat istud de æquitate: nec aliter dicit. quod si seçus fieret, consumaciam primo die post ferias accusata, & vocata sit nulla: & propterea dici posset, qd licet magna curia seruat istud de æquitate: si aliquando hoc noluerint facere: cōsumaciam erit valida; & æquitas non præferetur rigor iūmo rigor æquitati; responderi tñ potest, qd ita obiectio procederet quando ista pract & æquitas non esset scripta per hunc Ritū. quoniam tunc rigor præferetur æquitati ut dicit Bald. in d. I. placuit in fin. & ibid. Doctrina Bart. in I. natū natura. ff. de cōdictio, indeb. & Specu. in titu. de loca. S. 6. versi. 96. sed postquam est scripta in hoc Ritū. bene potest dici & inferri. quod æquitas præfertur rigorī per dd. iura. vt dicunt etiam Doct. in dd. locis. & propere si aliter fieret, quam hic dicitur coartumaciam esse nullā. Scias tñ ad hunc Ritū. quod omnes ferient eo nominatis seruantur in Regno; exceptis ferijs vīndemiarum quas non vbiique habemus & feria messium in hoc Regno incipiunt a 15. Iulij, & durant usque ad octauū Sept. quā tamē solum seruantur in tribunaliis ciuitatis. Neap. nō autem extra per Regnum. Et in causis ciuilibus non in criminalibus. vt etiam de consuetudine de hac attestatur. Bar. i. l. custodias. circa finē. ff. de publ. Iud. Salerni die 3. Dec. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C I X .



Temp seruat ipsa curia in sero regi hora vespereorum, non de mane, nec potest aliquis cōdemnari; neque banniri; nisi primo vocetur alta voce per tubitam curiae, vel alium loco eius in eiusdem defēctum.

**D**hoc Ritū. & eius materia dixi plene supra in Ritū. 38. immo cum illo Ritū. expediui etiam istum. vt dico ibi in fin. merito ad ibi dicta me remitto. Undum tantum hic dicto, quod circa horam regendi curiae, & vocandi consumaces diuersimode seruantur: & alibi sit de sero, & alibi de mane. In magna curia sic temp̄ de sero, vt hic dicitur. Salerni die 4. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C X .

Item seruat ipsa curia quod nunquam aliquis licentiatur a dicta curia nisi primo faciat cōdemnari aduersarium suum ad poenam in obseruantia quā sequitur stabilitā,

**O**Voniam supra in Ritū. 207. dictum fuit, quod si citatus compareat in ultimo perēptorio, & actor non, potest ipse reus accusare contumaciam actoris, & facere le licētiari a iudice, & ipsum actorem ad decretam poenam ibi dictam condemnari. Ritū noster ordinat quod nunquam aliquis licentiatur, nisi primo faciat suum aduersarium condemnari ad poenam contentam in obseruantia, quā sequitur supple, in Ritū. 218, sed istud aliter seruantur in practi. Secundum quā est in arbitrio citati accusare contumaciam actoris, & ipsum condemnari facere clapsō triduo vt in d. Ritū. 218, dicitur, & ideo si nō vult, satis est, si reus ipse compareat: ac scribi faciat suam comparitionem pro eo die, & demum Curia pro tribunali sedente: quā quod nō sit lapsus tri-

duum vocati faciat actorem quo non cōparente non dicitur quod fuit reputatus contumax, & condemnatus ad poenam vt in casu præcedēti, sed solum quod fuit reus licētiatus, & notatur in dicta comparitione. Bene tamen verum est, quod quando reus accusat contumaciam actori, & demum alia curia actor vocatur, & condemnatur iuxta pract. d. Ritū. 218. in illo actu, & interloquitoria dicitur etiam quod ipse reus fuit licētiatus, & ita seruantur. Et circa poenam ad quam actor condemnatur, hoc casu vide quā dicto in dict. Ritū. 218. Salerni die 3. Decembbris. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C X I .

**T**em nota, quod si aliq̄ vadat ad curiam, & dicat velle dare fideiussores de iudicio sisti pro aliquo bannito; & soluere. ius banni scilicet tarenos 16. & eos fideiussores det & soluat prædictum ius: tunc ille extrahitur a banno: qui fideiussores nō debent esse de reficiendis expensis aduersario; nisi de iudicio sisti tantummodo, & tunc datur illi litera extractionis a banno: & idē in ciuilibus, quia si condemnatur ciuiliter aliquis: & det fideiussores de iudicio sisti & de reficiendis expensis aduersario, tunc ipsi danti ipsos fideiussores fit litera, quod ille cuius nuncium se asserebat reponebat in possessione rerum, in quarum aduersariis fuit positus ex primo decreto, vigore dictæ condemnationis ad tertiam partem honorum mobilium, non tamen in actis, nec in dictis literis fit mentio de dicto iure, vel nuntio. Sed dicitur quomodo tales fideiussores voluntarie se obligauerunt in dicta Curia pro tali qui in fine interloqu.

## S V M M A R I V M .

- 1 Obligatus fideiussores dare, cum effectu eos præflare debet.
- 2 Contumaciam purgare volens tam in ciuilibus quam in criminalibus, ad quid teneatur.
- 3 Qui statim non refectis expensis, non est audiens.

**S**Vp̄ in Rit. 135. dictum fuit, qualiter licet pena contumacie tam ciuilis, quam criminalis sit tertia partis honorum mobilium; nihil minus si aliquis contumax sponte comparet coram aliquo officiali, vel commissario super exactiōibus contumaciarum, præstando cautionem de stando iuri pro illa causa, extrahitur a banno, seu contumacia, & soluat solum tarenos sexdecim pro iure ipsius banni, remissa sibi pena tertia partis mobilium, vt ibi dixi, & dicitur in Ritū. 214. in fin. sed quia dubitari forte potuisset si hoc idem concedendum esset dato quod non ipse contumax personaliter compareat: sed alius pro eo, dando dictam cautionem, & soluendo dictum ius banni. Rit noster ordinat quod quā illo casu, quo contumax mittit alium pro se: exuta-

**extrahatur a banno, & detur sibi litera extractionis;** in qua dicatur (si contumacia erat cuiuslibet, & exequum fuerat ex primo decreto) quod ex quo contumia est de iudicio sisti, & refecta sunt expontia talia, qui fuerat factus contumax: restituantur bona, in quæ talis eius creditor fuerat immislus ex primo decreto. Ita Rit. seruatur solum in hoc, quia fere omnes contumaces mittunt alios ad purgandum eorum contumaciam, & faciendum se casari a contumacia licet semper in criminalibus dicatur quod contumacia remaneat firma, quo ad iudicium causa principalis, quo ad ius banni, hic taxatum, nequaquam. sed ut in d. Ritu. 55 diximus soluitur, pro poena plus, & minus (pro ut cum iudice fieri poterit) & temper habeatur respectus ad valorem tertie partis mobilium. Nec etiam quo ad fideiussionem de iudicio sisti in criminalibus, licet in ciuilibus sic, & ideo videmus quotidie, quod contumacia purgantur: & talis fideiussio non praestatur: ratio est ut credo, quia talis purgatio contumacia non operatur nisi redemtionem tertie partis, bonorum mobilium: pro qua non potest ulteriorius molestari, & quo ad ipsum factum principale, nihil prodeat: quia adhuc tamquam contumax capitur & carceratur, quod fieri non posset si præstatio dictæ fideiussionis esset in vno. vide tamen Anch. conf. 27. plene, & subtiliter: vbi tenet quod in purgatione contumacia potest index non admittere procuratorem, sed dicere, quod veniat principalis, sed illud est per rationem statuti per eum allegati: ne sequatur absurdum, quod ipse didic. In Regno (ut dixi) practicatur ubique contrarium: & nedium procurator, sed qui liber purgat contumaciam pro alio.

¶ Not. primo ibi, dicat velle dare, iuncto versi. ibi & eos fideiussores det, quod fideiussores dare obligatus, debet cum effectu ipsos præstare: non autem sufficit dicere velle dare ad idem tex. in l. seruus si hæredi, in fin ff. de statu libe. & l. qui decē. S. idem responsum. ff. de solitio. per quæ iura ita firmat etiam Bart. in l. prætor. S. si quis paratus. ff. de noui oper. nuntiatione. & Alex. conf. 21. nu. 7. volumine. .

¶ Secundo not. ex hoc Ritu quod ille qui vult purgare contumaciā tam in ciuilibus, quam in criminalibus: tenerur soluere penam ipsi curiæ, dare cautionem de iudicio sisti: & etiā in ciuilibus reficere expensas, & hæc omnia ponit specula de satisfacta. S. in fin. Afflic. in constit. siue reali. 3. & 5 nota. & in cōst. contumacem nu. 9. circa finem. Aduerte tñ quia iste Ritu. videtur dicere, quod circa expensas reficiendas, danda est fideiussio: adeo quod videtur innuere quod non sunt reficiendas in promptu, antequam recuperet bona ex equita exprimo decreto: sed doct. præalleg. ponunt ista separatum videlicet præstate cautionem de iudicio sisti, & reficere expensas, & idem clare patet ex regia & prag. relatione de ordi. iudic. & in præcia seruatur: & nisi statim reficiat expensas: non audiatur. l. lancimus. C. de iudicij: & in constit. Regn. clementia. circa fin. & Afflic. ibi 9. nota. num. 27. quo ad cautionem de iudicio sisti in criminalibus aliter seruatur. ut supra dixi. Salerni die 3. Decembris 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXII.

Item nota, q̄ nullus bannitus potest capi ante lapsum duorum mensium, a die banni: nisi veniat in conspectu Curiæ: quod nota.

## S U M M A R I V M.

1 Bannitus habet menses duos a die banni ad comparandum, innocentiamq; suam demonstrandum.

2 Contumax fictus, & verus quis.

3 Lex generaliter loquens, generaliter intelligenda.

**N**ota ex hoc Rit. quod nullus bannitus potest capi de persona ante lapsum duorum mensium, a die ipsius banni, & in hoc concordat cum constit. Regn. clemētia. prout eam ibi intelligunt Iser. col. 2 versi. & sic postea. & Afflic. 2. not. versi. sed quid si personaliter numer. 3. vbi in nume. 4 alleg. hunc Rit. ¶ Ratio istius Ritus est: quia per illam constit. bannitus a die banni habet duos menses ad comparendum, & demonstrandum suam innocentiam, præstata cautione defendendo iuri. ut Afflic. ibi. dicit num. 3. ver. sed quando. & Capic. decisi. 154. nume. 3. vbi etiam de hoc Ritu. mentionem facit. Sed iste Rit. corrigitur per Rit. infra 229 vbi de uno rantium mense disponitur. Limita primo, ut istem Rit. dicit, nisi veniat in conspectu ipsius curiæ: credo forte ratione contemptus. Secundo limita, nisi de delicto constaret, & essemus in casu in quo o etiam si a princ. cōparuisse: non esset fideiussoribus liberandus: sed in carcere audiendus: ut sat. no. dicit Iser. in d. constit. circa princ. & Afflic. post cum d. versi. sed quando.

¶ Secundo nota. ibi in nullus bannitus. quod iste Rit. procedit tam in bannito qui fuit intimatus domi: ¶ & sic in facto contumace, quam in vero, qui fuit de persona citatus, licet de eo dubitauerit Iser. in preallega. constit. circa fin. versi. alijs & quibus. & Afflic. post eum. num. 3. ver. sed quid si: & quamvis ibid. fieri mauerint illam cōsti. generaliter loquentem, ¶ generaliter debere intelligi, tamen credo, quod iste Ritus ad maiorem declarationem, voluit apponere illud verbum, nullus, sed iste Rit. nec etiā d. Rit. 220. quo ad istud de captura post mensem seruatur in practi. & ideo etiam die sequenti contumaces, & banniti quotidie capiuntur vigore ipsius contumacie, bene tamen fateor, quod iudices habito respectu ad quantitatatem causæ, & quantitatæ iudiciorum, ipsum postmodum detinent, aut liberant sub fideiussoribus purgata contumacia, & ita seruatur. Salerni die 3. Decembris. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXIII.

Item nota quod nullus bannitus compounitur de mora carceris: nisi sit captus in banno.

¶ Dixi de hoc Ritu. supra in Rit. 136. ibi me remigo, illud soluni hic repeto, quod iste compositiones pro mora carceris, penitus ab aula recesserunt Prosper Carauita.

## R I T V S CCXIII.



Tem quod si bannitus veniat ad curiam cum denariis in manu: de iure banni, & prædictis fideiussoribus, soluit ius banni, & præstat fideiussores: non capit, & extrahitur a banno, & non componitur de tempore, & idem si veniet cum iure, nuntius eius paratus cum dictis fideiussoribus: & cum dicta pecunia banni, quia tunc extrahitur a banno, & non componi-

# Domini Prospere Carauitæ Eboltani

ponitur de tempore, & in predictis duobus casibus, quando aliquis est ciuiliter condemnatus; & idem bannitus, vel eorum inter nuncij, non coguntur componere de tertiaris, ad quas fuerint condemnati.

tumaces ciuiles, & criminales; sed quia de hoc plene dixi supra in Ritu. 132. & hodie in prefatis aliis seruantur, ut ibid. late posui, vide ibi dicta per me, Prosper Carauita.

## R I T V S CCXVII.

Materiam istius Ritus late posui supra in Ritu. 33. & 211. Igitur ne repetam illud, idem ibi videoas,

## R I T V S CCXV.


**I**Tem quod illi, qui sunt banniti, debeant praestare infra tres dies fideiussores, si comparent eodem die; quo fuerunt banniti quæritur quid in ciuiliter condemnatis, an debeant praestare? Immo eo ipso quod comparent; etiam usque ad primum somnum: & faciunt scribi comparitionem: condemnatio illa ad tertiam, vel sextam, est retractata absque alia retractatione, sed solum quod scribitur eodem die ibidem: dictus condemnatus comparuit in dicta Curia: & debet comparere dicto eodem die personaliter: & non per procuratorem: ad hoc ut dicta condemnatione retractata intelligatur, & idem in bannito, ut si eodem die comparet usque ad primum somnum: intelligitur esse retractatum bannum, & tertiaria: quod nota.

De hoc Rit. plene dixi supra in Ritu. 204. & 206. 4. nota, vide ibi.

## R I T V S CCXVI.

**I**Tem quod de quolibet bannito extrahentes à banno, seu de pluribus, qui extraxerunt se a bannis suis vicibus, simul, vel separatim fiant & fieri debet unum, vel plura publica instrumenta debitibus solemnitatibus roboranda in quo, seu quibus continetur litera commissionum dictorum commissariorum, de recipiendis fideiussoribus a dictis bannitis, cum distinctione nominum bannitorum, & diuulgatione bannitorum, eorumdem, ac annotationibus reliquo bonorum omnium mobilium, & stabiliū bannitorum præfatorum contentorum in eisdem literis exequutionum, assumendaque infra terminum, in dictis literis denotatum, dictis solemnitatibus munienda, mittant una cum pecunia dictorum bannitorum, & tertiarum ad Curiam superdictam.

**I**Ste Rit. tractat de his, quæ spectant ad officium commissariorum, qui quoddie depuranter contra con-



Tem quod post receptionem dictarum fideiussionum commissarius ipse mandet ex Reginali dictæque Curia parte dictis principalibus bannitis, si presentes fuerint, & seu eorum fideiussoribus supra dictis in illorum absentia, ad poenam fideiussionum præfatarum quatenus fuerint banniti, siquidem ipsi fuerint ex officio dictæ Curie banniti, quod dictos bannitos principales infra terminum per dictum commissarium eisdem bannitis, seu eorum fideiussoribus præfigendum, pro causis præmissis sistant in iudicio dictæ Curie, & se presentent.

Iste Rit. eandem materiam tractat quam præcedens, circa incumbentia officio commissariorum. Sed quia de vtroq; dixi supra in Rit. 132, ibi te remitto, Prosper Carauita.

## R I T V S CCXVII.



Tem seruat ipsa Curia ab eo tempore cuius contrarium memoria hominum non existit; hanc practicam in istis casibus, si facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter ut die puta, sexta martij, compareat in dicta Curia, & dicto die sexto non compareo, sed comparet citatus ipse ciuiliter, vel criminaliter & accusat eodem die contumaciam contra me, deinde elapsō triduo, condemnabor ad sui petitionem ad sextam partem bonorum meorum mobilium, scilicet quando citatus fuit aliquis extra locum, & partem eius, ubi curia regitur, si ipse citatus venire cum literis responsalibus citantis, quia citatio debet semper utique parti consimilis assignari, ubi vero non compareat citatus ipse die sexto prædicto, accusatur contra eum contumacia dicto die, & elapsō triduo; condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & etiam bannitur. Et nota quod in casibus prædictis, ubi ego accusator, vel actor condemnabor ad sextam partem mobilium, eodem tempore etiam tunc ad sui petitionem, ad expensas taxandas per curiam, ubi vero ego in præmissis terminis comparui dicto die sexto, & accusavi contumaciam contra eum, quæ ciuiliter feci citari, & ipse ciuiliter comparui infra triduum,

triduum, vel quodocunque durante citatione, scribatur comparatio sua, qm̄ est paratus procedere in dicta causa ad vteriora, quatenus de iure fuerit, non tamen aliquā contumaciam accusat contra me: & sequēti die, & quodocunque durante citatione licentiabitur, & ego cōdemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expensas, licentiabitur autem tunc, qm̄ cōdemnabor, & talis condemnatio scribitur in actis. Sed non legitur. & idem in proximo calu serua binur in criminali, excepto, quia condemnabor ad tarenos sex tantummodo, & non ad expensas (etiam vt dictum est) non sic in casu pr̄cedenti.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Citatus cūlitter, vel criminaliter ad cōparendū infra certos dies, comparens in vltima die termini, & non actor: accusabit in forma actori contumaciam.*
- 2 *Pena sextæ partis mobilium quando, & vbi statuta.*
- 3 *Citatio vtrique parti semper consimilis assignatur.*
- 4 *Citatio per cedula affixionem, quando fit in dominus limine.*
- 5 *Actor comparens tempore prime, & vltima, cōtumacia, instat procedendum in causa ad vteriora. Hoc sufficiet ne, an contumaciam etiam accusabit?*

**M**enti tenendus est iste Rit. quia ponit præc. seruandam in iudicio: qm̄ reus comparet in termino, & actor non. ¶ Not. igitur primo, ex hoc Rit. qm̄ si citatus cūlitter, aut criminaliter ad cōparendū infra certos dies vltima die termini compareat, & actor non veniet; potest citatus ipse eadē vltima die accusare primam contumaciam actori, quemadmodū illamet die suislet sibi accusata per actorem: si ipse citatus non venisset & accusata dicta contumacia, elapsō triduo, prima curia sequenti accusabit vltimā, faciendo actorem curia sedate vocari & condemnari ad lextam partē bonorum mobilium, & ad expensas, vt Rit. met dicit Iser. in cont. Regn. I ponte volentibus, circa fi. in vers. sed qd si actor, & Affic. ibid. post eum. nu. 6. & tex. optimus. in actor. de do. & contum. in 6. & vltra præfata, vt dicunt Iser. & Affic. ibid. citatio circunducitur per l. & post edictum si. de iud. & actor vterius non admittitur nisi refectis expensis. Immo per d. c. actor. tenetur cauere de cōparēdo post modum in termino citationis sicut hoc in Regno non seruerit vt Affic. dicit in const. Regn. accusatorū nu 2. in fi. de hac præc. accusandi contumaciam actori per reū dixi ēt tibi sup. in Rit 166. 5. nota. Et aduerte qm̄ ante hunc Rit. nulla pēna erat statuta actori non cōparenti in ciuilibus, & qm̄ pēna sextæ partis mobilium statuta per cōst. accusatorū, erat ordinata contra actorem non comparentē in criminalibus: vt dicunt Iser. & Affic. in d. l. cōst. sponte volentibus, sed per Rit. 207. in fi. in ciuilibus sicut introducta pēna trium tarenorum, & in criminalibus, sex, & per istum, (qui circa pēnam corrigit illū) pēna dictæ sextæ partis mobilium statuitur in ciuilis.

bus, & criminalibus (vt vides) qd nota, quia talis contumacia actoris potest ponit in libto contumaciārum ciuilium, vel criminalium, & demum tractare prout tractantur contumaciā reorum in ciuibus, & criminalibus, & dixi supra in Rit. 132. & 133 & licet in præc. nō videamus seruari, illud ideo est, quia communiter accidentibus (cum reorum sit fugere) raro evenit qm̄ citatus sit ita diligens & sollicitus qm̄ ipse accuset contumaciā actori: & si aliquando evenit cōtetur eligitur alia via procedendi contra actorē non cōparentem qm̄ posui supra in Rit. 210. adeo quod nō est opus pōnere in libro contumaciā actoris, quia non reputatur contumax velbi dixi. & hēc est vētas. ¶ Secundo no. ibi scilicet qm̄ citatus, qm̄ illa præc. ponendi in citatione tot dies ad cōparendam: obseruat, quando citatus, est extra locum iudicij, & sic atenta loci distantia, vbi citandus dēgit terminus apōni debet; quasi velit dicere iste Rit. qm̄ citandus est in loco iudicij: tunc non ponuntur tot dies. & ita vērū est, & practicatur qm̄ tuus in citatione dicitur, qm̄ prima die post citationis intimationē cōpareat: vt et ponit Maran. in præc. parte 6. in verf. citatio. nu. 67. in nouis. ¶ Tertio not. ibi, si ipse citatus, qm̄ ad hoc ve citatus veniens in termino possit acculare contumaciā actori iuxta præc. supra positā, debet venire cū literis responsalibus citantis, hēc est, cum ipsa citatio, in qua sit etiam responsale. Id est relatio nuntij, qm̄ ei intimauit, ratio autem quare cum ipsis literis responsalibus debet venire citatus, est vt Rit. dicit t̄ quia citatio semper assignatur consimilis vtrique parti, & qm̄ citatio assignetur citato: patet ex consti. Reg. edictorū, & cōst. 4 citationis literē, in prin. vbi S. si vero dicitur quod si domus citati absens nō aperiatur; citatio sibi relinquatur, affixa in limine domus. Intellige tñ illud, de literis responsalibus, id est de eārum copia, nam ea semper datur, & dari debet citato, vt hic dicitur, & in d. const. Aduerte tñ quod dato quod citatus non veniat cum copia citationis, (vt dictum est) nihilominus sufficit; qm̄ in eius defectū, veniat cū aliqua petitione, in qua dicat se fuisse citatum ad instantiā talis, vt ēt dixi latius supra in Rit. 166. 5. not. & si facta perquisitione actorū, non reperitur ipsa citatio actoris: adeo quod certum est ipsum primam contumaciā non accusasse: tunc reus accusat contumaciā sibi iuxta præc. supra positā & ita seruatur. ¶ Quartono. ibi vbi vero ego, qm̄ quotiescumque actor & reus comparent vltima die termini assignati in citatione quo tempore solet accusari prima contumacia: vt dixi supra in princ. vērū tempore vleimi perētorij, (qm̄ etie clatio triduo, vel quodocunque durante citatione, infra mensē, si citatus est inca ciuitatem: vel duō menses, si est extra, vt dixi supra Rit. 207.) non cōpareat amplius actor, sed solum reus, tunc nullā accusat contumaciā actori, sed solū offerat se paratum pēdere in caula quatenus iuris fuerit, scribitur sua compitio, & actor condemnatur ad tarenos tres in ciuibus, & in criminalib. ad tarenos sex: & non ad expensas, & facta tali condemnatione, ipse reus licentiatue iuxta dispositionē alterius Ritū supra. 210. Ex quo nota, qm̄ qm̄ actor non venient tempore primæ contumaciæ: tunc accusatur sibi contumacia & punitur vno modo, quem posui in prin. Rit. sed qm̄ non venit tempore vltimæ contumaciæ: quia iam paruit primæ tunc non sibi accusatur contumacia, verum punitur alio modo, quem proxime dixi, quā bene nota pro intelligentia præsentis Ritū. valde intricati: seddicit aliquis contra hoc est Ritū infra 226. vbi expresse dicitur hoc casu acculandam esse contumaciā actori pereum, responderi tamē potest, quod reus in hoc Rit. venit ad accusandum contumaciām actori elapsō triduo, durante tñ tempore citationis infra quod poterat actor comparere ibi elapsō triduo, post tempus citationis. ¶ Quarto iuxta præfata, pone quod P 4 actor

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

actor tam tempore prime, quam ultime contumaciam cōpareat, & instat in causa procedi ad vteriora nunquid hoc sibi sufficiet: an vero ultra comparatio nem, debet etiā contumaciā, incusare. Affl. in const. edictorum. q. 8. nū. 27. mouer hanc q. & dicit quod licet Iser. aliter dixerit, actor tenetur contumaciam accusare per tex. in l. properandum. S. & si quidem ibi, absentiam incusante. C. de iud. dicens quod ita seper vidit obseruari; quod quidem verissimum est: & hodie ita seruatur, & practicatur, voluit etiam Bar. in l. si finita. S. Julianus, num. 10. ver. procedo vñctus, & aq. 11. vers. sed quid, ff. de dam. inf. & fatis pulchre & nota Anch. qui hoc late disputat cōf. 97. & Alex. post Bar. in rub. ff. ds in ius voca, in litera a, & idē Alex. in d. S. Julianus. & idem Bar. in l. si quis, C. de decurio. lib. 1. o. & in l. consentaneum, num. 18. versi. quero tertio circa fi. C. quomodo & quando iudex. Alex. in d. S. & si quidem Abb. Are. & Fely. in c. j. ibi, illicentia eius recessit de iud. licet. in Regno istud non seruetur in prag. Salerni die 4 Decem. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXIX.



Tem, q tam in ciuibibus quā in criminalibus causis, quē in curijs ipsis tractantur, si terminus datus ad probandum partibus, incidat in diē feriatam. sequenti die non feriata, parte non cōparente in curia, contumacia accusatur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Dilationum materia est amputanda.
- 2 Index equitate motus potest gratiam facere.
- 3 Termino ad probandum elapso, ex litigantibus ne mo examinat.

**N**ot. ex hoc Rit. quod si ultima dies termini dati ad probandum in causa incidit in diem feriatum potest pars die sequenti compareare, & probare, alias ea non cōparente, illo met die sibi accusatur contumacia. Iste Rit. de directo disponit contra id quod firmat Spec. in t. de dilatio. S. j. nū. 4. ver. sed pone index. & Bald. qui ipsum refert, & sequitur in pract. tit. de citat. q. 9. ver. secus autem. vbi faciendo differentia inter terminum datum ad comparandum in citationibus, & terminum datum ad probandum, dicunt q primo casu si ultima dies termini incidit in feriata: admittitur ad comparandum in sequenti ut late tradidi supra in Rit. 69. secundo vero causa, decidit contrarium: quia dilationum materia est amputata l. 2. in princi. C. de temp. app. & dixi late in d. Rit. item quia alios dies habuit infra quos potuit probare: pp quod non debuit se arctare ad ultimum diem feriatum. l. 2. S. si tñ ff. si quis cautio limitant ramna istud nisi terminus ad probandum, datus effet hoc modo per iudicem videlicet die Mercurij & die Louis proba tibi incumbentia: t item limitat Bal. ibi num. 4. nisi iudex æquitate motus, admittat partem die sequenti: quia potest ei de hoc gratiam facere, arg. l. j. C. quomodo & quando iudex & c. consuluit, de offi. deleg. dum ramen ex actis appareat, quod ius sui iudicis die sequenti, fuit admissus. quid dicendū? quicquid iste Rit. dicat in pract. non seruat in termi-

nis datis ad probandum: sed solum in terminis citationum prout dicebant Spec. & Bald. in dd. locis. t & ideo lapsi termino dato ad probandum, nemo ex litigantibus examinat die sequenti prætextu feriæ prece dentis: nisi iudex hoc sibi concedat ( vt Bald. dicit) per modum secundæ dilationis: quæ in multis partibus. Reg. de sylo conceditur. vt supra dixi in Rit. 69. q. j. Salerni die 4. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXX.



Tem si aliquis, vel aliquo bannitus, vel bannita fuerit per dictas Curias, seu alteram ipsarum & subsequenter in bâno ipso perdurans, citatus, vel citata, fuerit de mandato dictæ curiæ: in aliqua causa ciuili non admittatur ad comparandum per procuratorem in Curia ipsa: nisi contumaciam suam primo purgauerit: & si contumaciam non purgauerit infra spatium vnius mensis computandi a die banni emissi, capi possit de persona.

## S U M M A R I V M.

- 1 Bannitus pro vna causa, pro alia ad comparandum per procuratorem non admittitur.
- 2 Contumaci audientia denegatur.
- 3 Quæ requirantur, vt quis bannitus dicatur.
- 4 Bannitus extra ciuitatis protectionem esse dicitur: separatusq. a beneficis alijs ciuibibus competebitibus.
- 5 Bannitus etiam ad defendendum non admittitur; excommunicatus tamen sic. cum q. ampliat. & limitat.
- 6 Nemo pro bannito loquatur, vel compareat.
- 7 Contumax, de persona capi quando possit non purgata contumacia.
- 8 Quod locum habet, tam in ciuili quam criminali causa.
- 9 Allegans, secundum allegata intelligi debet.
- 10 Iudex aliquem pro debito capere, & carcere non potest: nisi prius condemnetur.
- 11 Bannitus citatus in aliqua curia ad rem aliquam tradendam: poterit ne compareare per procuratorem excipiendo de pretio non soluto.
- 12 Defensio est de iure naturali.
- 13 Statutu defensionem tollens, nullius est momenti.
- 14 Naturalia à ciuili iure non tolluntur.
- 15 Aliud est defensionem per incere: aliud vero defensionem d. flinguere.
- 16 Cessionario banniti nunquid bauni exceptio obstat, in personam cedentis?
- 17 Bannum an in feudalibus etiā bannitum afficiat?
- 18 Affectione persona, eius quoque privilegia affecta esse dicuntur.

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. I I 7

19. *Bannitus infamia facti infamis dicitur. Et a dignitate repellitur.*
20. *Officiali, ex delicto bannito, eius iurisdictio suspenditur.*
21. *Practica, de sequestranda, per curiam iurisdictio ne Baronis, pro capituli delicto contumacis.*
22. *Contumacia in criminalibus qualiter purgabitur: ut bannum non obstat bannito pro alia causa agere, vel defendere volenti.*

**N**ot. ex hoc Rit. t. quod bannitus pro una causa, si citetur pro alia, etiam ciuili; non admittitur ad comparendum per procuratorem. Ratio istius Rit. est vt dicit Pet. Foll. in pract. criminali. in versic. banniantur. num. 55 vers. 2. item contumax. t. quia contumaci audientia dene gatur. l. sed si per procuratorem. S. ait prætor, iuncta glo. in versic. decreto. ff. ex quibus cauſ. maior. & gl. in l. contumacia in versic. litis. damno. ff. de re iudic. sed istaratio mihi non satisfacit, quia si eam attendimus: bannitus tunc solum non esset admittendus p. procuratorem: cum in iudicio compareret. vt actor: non autem si vt reus ad se defendendum: eo quia re gala. d.l. sed & si per prætorem non habet locum in contumace qui per se, vel procuratorem venit ad iudicium. vt reus. ea. intelleximus, de iud. & cap. cum inter de exceptio. & tamen vt hic vides bannitus ci tatus pro alia causa, & sic comparés vt reus, ad se defendendum, non admittitur per procuratorem: & si dicatur quod ista rationem ponit etiā Bal. in d. l. sed & si per prætorem dicens, post Bart. quod in illo tex tu fundantur statuta, que volunt, quod bannito nō reddatur ius: respondetur quod Bald. & Barto. bene dicunt in statuto simpliciter dicente, quod bannito non reddatur ius, vel quod bannitus non audiatur, quoniam tale statutum intelligitur quando bannitus ageret: non autem quando se defenseret. vt Bal. met dicit, & ratio talis statuti esset fundata super illa q[uod]a contumaci denegatur audientia. Sed in terminis istius Rit. qui denegat defensionem banniō: illa ratio qua contumaci audientia denegatur: non potest adaptari per rationem quam proxime dixi: item quia sequeretur, quod eo ipso quod quis esset contumax in causa criminali quod esset admittendus ad comparandum per procuratorem in alia causa: quod esset falsum, quia, iste Rit. non repellit contumacem, sed bannitum. t. Et ad hoc vt quis dicatur bannitus: multa requiruntur, que ponuntur in constitu. grandis, & ibi per Afflīct. in princ. num. 8. & 9. adeo quod fieri non concurrant bannum nō tenet: vt expressim Afflīct. dicit d. 9. no. & ideo ego dico quod ratio istius Rit. est t. quia bannitus dicitur esse extra protectionem ciuitatis: vt dicit Cyn. in l. j. C. de natura libe. & Bal. in c. j. in prin. col. 6. de pace tene. & vt dicit idem Bal. in l. j. C. de hæred instituen. & Afflīct. in constitu. grandis utilitas. 7. nota. numero 12. ad similitudinem excommunicati qui reiicitur à foro ecclesiastico, bannitus est separatus à beneficijs competentibus spe cialibus personis. vt patet ex c. j. in princip. versic. sed Obertus. hic finitur lex licet magis afficiat bannum in curia seculari, quam excommunicatio in foro ecclæsiastico, t. quia (vt hic patet) etiam ad se defendendum non admittitur: & tamen excommunicatus sic. vt patet in d. c. intelleximus. & cap. cum inter. Amplia hanc Rit. procedere, etiam si per partem nō fuerit opositum, quia iudex potest bannitum & excommunicatum repellere etiam alio non opponente, vt dicit Iaco de Are. in l. vni. C. vt quæ defunct aduoca. & Bald. in d. cap. j. numero 3. hic finitur lex. pro quo text. in terminis. in cap. exceptionem. extra. de exceptio. licet aliter dixerit Pet. Foller. in loco preallegate.

numero 60. versicu. & ad hoc post Ang. in l. venditio ni in princ. C. de viuca: & Hip. in rub. de fideiussu. numero 149. potest tamen vtraque opinio procedere secundum Salycce. in l. scimus. num. 2. in fi. C. de iudic. prima, vt possit iudex id facere, etiam si non petatur: secunda, vt non teneatur facere, nisi opponatur: quod nota. Secundo amplia procedere etiam inter diuersas personas: tum propter generalitatem istius Rit. qui loquitur quod bannitus per Magnam curiam, citatus pro causa ciuili, non admittitur ad comparandum per procuratorem: & nihil dicit si citatio pro causa ciuili fuit expedita ad instatiam illius qui fecit ipsum bannire, vel alterius: cum etiam quia militas eadem ratio, vt cum sit bannitus & extra protectionem communis, t. nemo pro ea loquatur: neque compareat, vt dicit Afflīct. in d. constitut. 7. nota. numero 12. in fi. & in hoc etiam differt. iste Rit. à regula d. l. sed & si per pretorem, quia vt ibi dicit Bologn. in apō stil. d. l. locum habet inter easdem personas: non inter diuersas: & iudice hoc deceraente: vt etiam dicit Ias. in l. 2. S. fin. numero 2. ff. si quis ius dicen. nō ob tempora. Tertio amplia procedere etiam si bannum esset factum in uno tribunali: & modo pro causa ciuili citaretur in alio: dummodo vtrumque tribunal a Rege depedeat: prout sunt omnes officiales cuius Regni & ita proprie firmat Afflīct. in constitutio. humana. 13. nota. versiculo, sed iuxta numero 37. & referendo, sequitur Pet. Foller. in dicto versiculo banniantur. numero 53. versiculo, sed istud, licet ipsi loquantur ad alium finē. Limita primo, non procedere nostrum Rit. in materia. l. qui accusare. C. de eden. cum simili, quia licet bannito sit sublata defensio, etiā pro alijs causis: tamen auctore non probante in causa, quam cum eo habebat: absoluī debet. vt pulchre scribit Cepoll. caute. 255. similem cautelam. & Coet. in memoria. in versiculo auctore non probante. Secundo limita, vt dicit Pet. Foller. in loco præalleg. numero 57. versiculo & potest in causa cæpta ante bannimē tum, quoniam in ea potest per procuratorem comparere secundum Bartol. & Ang. in rub. C. de dela. lib. 10. & Bartol. in l. vranius. in princ. colum. fini. versiculo deinde querit Dyn. ff. de fideiussu autem ad uerte, quia dubito de tali limita. ex quo Nel. in tract. banni. j. parte 2. temp. quæstio. 59. num. 150. cum sequenti, faciendo longam distinct. super ista quæst: dicit, (vt etiam postmodum Pet. Foller. met referit:) quod quando statutum dicit, quod bannitus non audiatur, vel quod non fiat ei ius: tunc quandocunque intendat comparere, & audiri siue causa fuerit cæpta ante, siue post: debet ei audientia denegari, & ius nō reddi: ex quo tunc cum comparet, ad eū qualitas im peditiua. l & seruorum. S. 1. ff. de stat. homi. & l. quo tis. S. penu. ff quod iussu. sed quia Rit. noster dicit quod bannitus non admittitur ad comparandum p. procuratorem nisi primo contumaciā purgauerit: lequitur absque dubio, quod in quacunq; causa vult comparere non debet admitti, quia in hoc parui refert, quod causa fuerit cæpta ante, si quando vult cōparere, est bannitus, & ita teneas, & pone istud pro quarta ampliatione ad hunc Rit.

7. Secundo nota. ex hoc Rit. in fin. t. quod contumax contumacia nos purgata, capi. potest de persona elata mente, à die contractæ contumaciz. Idem Afflīct. in constitu. Regn. grandis. 7. nota. nu. 12. in fin. in constitu. clementia. num. 3. in fin. versic. & scias & in constitut. pñnam nouem vñciarum. q. 3. nume. 6. in fin. in quibus locis hanc Ritum semper allegat, seruat ut quo ad capturam, sed non quo ad tempus hic statutum: vt dixi supra in Rit. 2. 12. nam contumaces absq; aliqua difficultate, capiuntur & carcerantur quotidie infra mensem, immo vt ibi dixi etiam sequenti die post contumaciā, & quod contumax capi posse de persona, & carcerari vide etiam Milis. in prat. in vers. Andreas.

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

**Andreas.** nu. 2. & 3. sol. 52. in parte vol & vide Bart. in l. fin. num. 2. ff. ad legē Iul. pecū. † Ampliā hunc Rit. procedere nedum in contumace pro causa criminali, vt loqui videtur; verum etiam in ciuili. vt dicit tex. in auth. de exhiben reis. §. si vero semel. versicu. si vero etiam. Roma. consi. 24. nu. 3. Barto. per illū tex. in l. consentaneū eum, nume 13. versicu. istud videotur. C. quomodo, & quando iudex. Abb. in c. fin. S. in alijs. vt lit. non contestat. Afflīct. in constitu. Regn. cōrumacem. 1. nota. & in constitut. Regn. si quis post limitem per illum text. 8. not. nume. 1. vbi quod etiam tanto tempore debet stare in carcere, quanto duraverit instantia capiti iudicii, & idem Mar. in. in pract. parte 6. in versi. contumacia, nume. 18. versicu. sexta pena. sed ista ampliat in pract. nō seruat in Regno ad instantiam partium, sed solum ad instantiam curie pro pena contumacie. Nec obstat tex. d. S. si vero. & l. consentaneum: quia vt dicit Barto. in d. l. fina. ff. ad l. Iul. pecū. ideo ibi pro debito priuato; capi quis potest de persona, quia fuerat semel in iudicio, & cū sacramento promiserat sistere, vnde cum postea non steterit, tanquam periurus capit, vt proprie, & ad literam, dicit text. d. S. si vero. ext. in d. cōstitu. si quis post licet, loquitur in eo qui citatus personaliter dixit nolle venire. Abb. Afflīct. & Marant. in dd. loc. lo quantur secundum terminos dictorum iuriū: quia cum eadem allegent, dictum eorum ita debet intelligi iuxta Doctri. Bart. in l. non solum. ff. de liber. lega. alias absurdum quippe & à legibus absurū effet, intelligere quod citatus pro debito ciuilis propter illam contumaciā capi posset, & carcerari; nam vt Bar. dicit in præallega. l. fin. iudex non potest aliquem pro debito capere; & carcerare, nisi prius condēnatur; licer possit secundum eum, capi facere contumacem, solum vt veniat in iudicio, non vt in carcerem ponat: sicut etiā allegata sup. a procedere possent; tanto magis quia in hoc Regno quando aliquid est contumax in causa ciuilis: prodita sunt remēdia legi, summa citra omnem contumaciā carcerationē: vt patet ex Regia pragm. relatione: de ordin. iudi. vbi qd aut. datur terminus in causa in contumaciā absens, aut actor mittitur in possessionem ex primo decreto, & ita seruatur: quod nor. Et ex isto nor. collige vnam pñam, qua contumax ob suam contumaciā punitur. Alias vero pñas contumaciā vide per Marant. in pract. loc. præallega. vbi late ponit, & enumera alias viginti tres, & Perr. Follet. in dict. versicu. banniat. numer. 43. cum sequēt.

**¶** Quero in hoc Rit. vna cum Petr. Foll. in d. pract. nume. 59. vers. potest. pone quod bannitus citatur in Magna Curia, vel in aliotribunali ad tradendum aliquam rem: nūquid poterit per procuratorem comparere & exceptionem pretij non soluti opponere? Breuiter ipse dicit quod sic, per doctri. Salyc. & Bal. in l. fina. ille num. 4. & iste nu. 3. C. de pericu. & commo. rei vendi. vbi in specie Salycet. dicit, quod stante statuto, quod bannitus non audiatur, poterit bannitus de pretio non soluto excipere, tu autem dicas cōserarium in terminis nostri Rit. qui in specie loquitur de bannito citato pro causa ciuili, quod non admittatur ad comparendum per procuratorem. Nec obstat Doctri. Salice. & Bald. quia ipsi loquuntur in terminis statuti, quod simpliciter disponit quod bannitus non audiatur, & vt supra dixi in 1. nota. intelligitur quando comparerit agendo. non autem quod se defendendo, nos vero in terminis præsentis Rit. qui expressius prohibet bannito defensionem vt etiam supra dixi in 1. nota. quod nota, quia poterit quotidie a evenire. Et si dicatur quomodo per hunc Ritum tolli possunt defensiones bannitis. & tū cum defensione iure naturali. l. vt vim. ff. de iust. & iure, adeo quod vt ibi dicit Bal. colum. primat statutum per quod ipsa defensio tollitur, dicitur esse nullius mo-

14 menti, sū quia ea quae de iure naturali sunt inducti, per ius ciuile tolli non possunt clement. pastoralis de iure iudica. & S. fina. institu. de iur. natu. & late Afflīct. in prælud. constit. Regn. q. 12. nn. 18. respondetur, qd supradicta limitantur non procedere quotiescumque statutum ex causa tolleret defensionem, vt dicit Ale xand. consi. 105. numero 8. volumine quinto, allegat pro hoc l. si seruus C. de his qui ad eccles. consugi. & l. j. & 2. C. quando lice. sine iudic. se vindic. & ipse mer. Bal. in d. l. vt vim, quem Alexan. sequitur in d. consilio limitat dicta ibi per eum non procedere, quando statutum ratione contumacie, tolleret defensionem. Item responderi potest, quod iste Rit. non tollit penitutis defensionem: sed in odium bannitorum quippe perdurauerint in contumacia non purgando; sed in eadem persistendo, seipso exclusiunti, verētes in f. ff. de itine. actuque prima. & facit l. non enim iff. ex quibus caui. maio. & aliud enim est defensionem per rimere, & penitus tollere: quod fieri non potest per dd. iura, & aliud est defensionem distinguere certo modo: vt Alexand. dicit in d. consi. num. 9.

**¶** Secundo querro quid in cessionario banniti, nūquid etiam ipsi agenti, vel se defendantib; obstat exceptio banni in personam eius qui sibi cessit? Docto. in hoc varij varia dixerit. vt pater ex Speculato. de cessio. actio. S. primo, versiculo illud etiam queritur. Bald. in l. apud Celsum. S. si cum legitima. ff. de do lo exceptio. Bald. in l. si cum dotem. S. si patre. ff. soluto matrimonio, in l. 3. S. si filius. ff. quod. quicque iur. & in l. per diuersas C. nianda. fed quia Nell. in tract. banni. parte 2. 2. temp. q. 7. vido quod. numero 187. omnium distinct. reassumit & late hanc querit. tracta. ibi te remitto.

**¶** Tertio querro nonquid bannum afficiat bannitū etiam pñ feudalib; Breuiter dicas quod sic, & de hoc habeb. tex. cum Gloss. in capitulo primo hic fini uir. & sequitur ibidem Bal. numero 14. ver. & no 18 ta. verum. & dicens quod affecta persona, sunt etiam affecta e. us priuilegia, vt pater ex illo cap. quod pro hibet vasalib; auxiliari, & seruitum præstare suis dominis bannitis, & ratio est, quam ibi gl. ponit, & sequitur. Bal. hu. 8. quia interim donec dominus est bannitus, feudum dicitur suspendi, licer penes se retinere direstum dominiū, & vt scribit idem Iser. in c. j. col. j. do milit. vasal, qui contu. est perdit possessionē ipsius feudi, & si infra annum non comparet perdit proprietatem, vt etiam no. in d. c. j. & latius tradit Excellens Dominus Marinus Friza de subfeud. lib. 2. 2. 9. autoritā. nu. 11. ratio autem prædicta rationis 19 est, tū quia bannitus dicitur infamis infamia facti vt dicit Iser. & post eum Afflīct. in consti. grandis. q. 2. nume. 23. per tex. in l. fina. C. de requi. reis, & infamis infamia facti repellitur à dignitate. l. nulla. C. ex qui bus

## A D D I T I O.

a Defensiones bannitis. Adde quod adeò defensiones sunt de iure naturali quod ne ovetare quenquam reus potest quin ipsum in causa capitali defendat, & post condemnationem prouocet & appellat, humanitatis ratione suggeste omnem prouocantem audiri debere & si ipse acquiescat sententię nihil quārendo, num necessarius fit qui prouocat vel nū eius interisti ob cognitionem quandam inter nos a natura constitutam. l. vt uim. ff. de iusti. & iur adeo, quod & si resistat qui cōdemnatus est, nec velit admitti appellationem, perire festinans, differendum suppliciū erit. l. non tantum. ff. de appellat. Et vide omnino que nos latissimē diximus in tract. ad arbitr. magn. cur. vi car. ca. 3. ex nu. 37. vbi demonstrauimus etiam esse de iure diuino, fuisseque a summo Deo datas Adæ & Eue. & videlicet que diximus supra ad Ritum 18. C. P.

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. I I 8

bus caus. inf. irrog. & l. 2. C de digni. libr. 12 hoc tam  
me donec ipsa infamia durat. ut dicunt Iser. & Affl. in  
constitu. Reg. clementia. q. 5. & 16 nu. 16. & 17.  
ut vbi in officiali bannito ex delicto. concludunt eius  
iurisdictioem suspensi, ut banno durante non possit  
se exercere ut etiam tradit Capi. decisi. 31. & ex  
caus Iser. doctrina in d. consti. clementia. cepit pract.  
in hoc Regno ut inquit D. Marinus in loco praetalleg.  
quod vbi feudatarius, vel Baro est contumax pro de  
lito capitali sit sequestrum iurisdictionis, & curia in  
terim detinet, & iurisdictionem exercet donec tertia  
affactus comparuerit, & contumaciam purgaverit;  
licet infra annum fructus non sequestrentur, sed per  
cipiatur nomine Baronis, per deputatum ab eo, vel  
procurem ipsum, ut latius per eum,  
¶ Tertio Quarto quoniam modo dicitur purgata  
contumacia in criminalibus, ad hoc ut bannito non  
obsteret bannum, si vellet agere, vel se defendere in alia  
causa quidam Doct. qui parum ad leges aduertit, di  
gebat, quod si soluit penam curie pro contumacia  
hoc sufficeret, quia communiter tunc dicitur purgata  
contumacia: cum poena curie est soluta. tu autem di  
cas quod dicitur purgata contumacia tunc cum ul  
tra solutionem penae, comparuit coram illo tribunale  
li quod eum bannuit, & iuri stetit, vel saltim cauit  
de stando iuri, debet etiam cauere de stando iuri qui  
contumaciam vult purgare, & expensas reficere ut  
dixi supra Rit. 211. in 2. nota. & Cauēs hic ponit etiā,  
& hac est veritas. Salerni die 4. Decemb. 1559. Pro  
sper Carauita.

## R I T V S CCXXI.

Item si datus terminus incidit in diem fe  
riatam contumacia partis non comparen  
tis accusatur praecedenti, & sequenti die.

**D**uplicatur iste Rit. supra in Rit. 80. & infra  
Rit. sequent & Rit. 224. & 226. in fine, sed  
quia de hoc dixi in d. Rit. 80. ibi te remitto.  
¶ Quarto in hoc Rit. quoniam modo est  
quod hic dicitur; quod contumacia accusatur praē  
denti, & sequenti die? Breuiter iste Rit. in his ver  
bis feci me diutius insudare, tandem dicas sic, & quā  
do citatio dicit, quod talis compareat hinc ad decū  
dies, tunc si decima dies est feriata; die sequenti de  
bet compareare; alias sibi accusatur contumacia, ut  
hic, & in dd. Rit. dicitur, quando vero dicit quod  
compareat hinc & usque ad decūm dies, tunc quia  
si terminus appellatur terminus ad quem, si decim  
a dies est feriata, debet compareare die praecedenti,  
qua est nona: alias tunc sibi accusatur contumacia:  
ut etiam latē dixi, in d. Rit. 80. & ponit Marant. in  
prac. parte 6. in verbo. citatio. venio ad quintum festū  
biuum, num. 120. vbi in num. 123. de his Rit. mentio  
nē facit. Salerni die 4. Decēb. 1559. Prosper Carauita.

## A D D I T I O .

Dicas sic. Adde quod forte melius erit dicere, quod  
haec verba, praecedenti & sequenti die intelligi  
debeant computari hoc modo, videlicet quod accu  
satur sequenti die facta mentione de die praecedendi  
ob festum, iuxta formam ritus 80. & 224. C. P.

## R I T V S CCXXII.

Tem quod causē tam in ci  
libus, quam in criminalibus,  
qua in ipsa curia tractantur, si  
terminus datus partibus inci  
dit in diem feriatam, sequenti

die non feriato partis non comparentis in  
dicta curia contumacia accusatur.

Iste Rit. est idem cum praecedent, dic ut ibi dixi.

## R I T V S CCXXIII.



Tenetur seruat ipsa curia, quod  
contumacia, scilicet pri  
ma accusatur proximo die  
quo ipsi testes debuerunt  
comparere, deinde expecta  
tur triduo semper, sed fi  
deiussores ipsi non expectantur triduo, sed  
si isti sero debuerunt comparere, ego accu  
sabo hodie contumaciā contra eos, &  
cras condemnabuntur ad pānam fideiussio  
res, & hoc modo fit omnis condemnatio,  
& de iure eodem instanti acta post conte  
statam litem, præter quam in testibus.

**D**E ho Rit. dixi supra in Rit. 94. vbi etiam  
posui qualiter practicetur. ¶ Not. ita ver  
ba, proximo die, & intellige quod ipso  
met die quo testes debuerunt compare  
re: ut patet ex d. Rit. 94. & 97. & sic proximum diem  
comparitiones appellat ipsummet diem ultimum  
termini quo die tenentur citati comparere, alias ac  
cusatur prima contumacia, (ut in d. Rit. dixi) quid  
autem velint dicere verba fina, istius Rit. ibi post li  
tem contestatam, & ibi præterquam in testibus, vide  
in d. Rit. 94. quia diutius insudauit in eis antequam  
d. Rit. vidissem. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXXIV.



Tem nota, quod vbi cuncti  
contumacia debet uno die  
accusari, si illo die sunt ali  
qua feriā, intellige de se  
quenti die iuridico imme  
diata sequenti, & si plures  
dies essent feriati, etiam intellige de primo  
sequenti, & fit mentio quomodo tali die  
non fuit accusata contumacia propter fe  
stum tale, quo die dicta curia recta non fuit  
& si fuerint plura festa, fit mentio in ipso  
actu de omnibus festis, puta festum sancti  
Ioannis, & sancti Petri.

¶ Iste Rit. in viridi est obseruātia, ut dixi supra Rit.  
80. & de eius materia vide quę ibi posui. & Marant.  
in pract. parte 6. in ver. citatio. versi. est etiam sciendū  
numero 68. in nouis, vbi hunc Rit. allegat.  
Prosper Carauita.

## R I T V S CCXXV.



Tem no. quod tales primē co  
tumaciā accusantur die quo  
non regitur Curia: dummo  
do, nō sit dies feriata: sed dies  
talis quo potuisse regi Cu  
ria, si voluisset regi: sed dubitatio est in Cu  
ria,

# Domini Prospere Carauitæ Ebolitani

ria, ecce ego debui hodie accusare primā contumaciam cōtra Titium quod hodie non die non fuerunt feriae, sed fuit dies iuridicus, non tamen fuit recta Curia, ego non accusavi contumaciam dicto die hodierno, sed cras volo accusare, quando curia regitur: quæro ad admittar, vel spirat citatio: quia quamuis, quando non tenetur Curia: non possit accusari contumacia, tamen de consuetudine Regni est, quod accusatur, & notarius actorū scribit præsentationem, & accusationem contumaciam: dummodo sit dies quo potuisset regi ipsa curia: si voluisset, quia forte fuit impedita ex aliis: solutio, debet accusari prima cōtumacia die termini, qui non est feriatus: licet curia nō regatur, alias spirat citatio: & debet talis cōtumacia accusari hora, qua solet regi curia.

## S V M M A R I V M.

- 1 Contumacia prima potest accusari etiam quod curia non regatur, quod tamen intellige, ut ibi.
- 2 Contumacia prima coram quo, & qua hora possest, & debeat accusari.

**N**ot. ex hoc Rit. quod t prima contumacia potest accusari etiam quod Curia non regatur: dummodo si voluisset, regi potuisset, alias citatio spirat, & non potest accusari die sequenti, ut hic dicitur & infra. in Rit. 227. idem no. Maran. in præc. par. 6. in ver. citatio. ver. est etiam sciendum, nu. 68. in nouis, vbi hunc Ritu. allegat. Et addit quod est i viridi obseruatis in omnibus Curijs: licet de iure secus sit, ut Rit. dicit. quia quando curia non regitur, contumacia de iure accusari non potest.

Secundo t no. ibi & notarius, quod prima contumacia potest accusari coram notario solum, debet tam accuseri hora qua Curia regi solet licet non regatur. primum obseruatur: & nedum notarius actorum scribit primam contumaciam: sed etiā eius scripta. Secundam vero minime, quia omni hora diei accusantur contumacia (ut omnibus est notum.) Salerni die 4. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXXVI.



Tē nos, quod si feci te citerre ciuiliter, vel criminaliter, & accusavi contra te contumaciam, & elapsō triduo, post ultimum tempus, putā vno mense, vel duobus, qā nec feceram te adhuc cōdemnari, vel banniri, quia possum stare certo tēpore, prout continetur in quadam alia obseruantia, tu cōpares in curia, & facis me vocari, & accusas contumaciam contra me die prima sequenti potes licentiarī. & ego condemnor, quod no. si accusatio contumacia cadit in diem feriatarum, accusatur sequenti.

## S V M M A R I V M.

- 1 Præctica accusandi contumaciam a Reo Actori.

- 2 Actor quantum tempus habeat accusandi ultimam contumaciam.

**I**ste t Ritu. ponit prædicta accusandi contumaciam à reo actori, qui comparuit tempore primæ cōtumacia, verum non comparet tempore ultimæ, & dicit quod quandocunque cōparet reus elapsō triduo post mensem: si ipse est de ciuitate, vel post duos si est extra ciuitatem: vt dixi etiam supra Rit. 207. in 1. nota. accusat contumaciam ipsi actori & die sequenti facit eum condemnare: & ipse licentiatur, vt etiam dixi supra Rit. 218. in 4. nota. vbi posuit ad quid condemnabitur actor isto casu. Ad vnu tamea aduerte, vt etiam ibi dixi: quia in terminis illius Ritu. ponitur quando actore non comparent ad accusandum ultimam contumaciā, comparent reus elapsō triduo, durante tamen tempore citacionis: hic vero quando triduum erat elapsum post tempus citationis: adeo quod casus est diuersus.

Secundo t not. ibi vno mense, vel duobus, iunctis. alijs verbis ibi, quia possum stare, quod actor habet tempus accusandi ultimā contumaciā, vnius mensis, vel duorum vt supra dixi, & ita seruatur. In fin. Rit. ibi si accusatio contumaciā, vide quæ dixi supra in Rit. 80. 221. 222 & 224. vbi idem disponitur. Salerni die 4. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXXVII.

Item nota, quod in omni casu de mundo vbi expedit, quod accusetur prima contumacia semper ipsa prima cōtumacia potest accusari, etiam si Curia non regatur: dummodo non sit dies feriatus: sed talis quod illo die regi potuisset, si Curia voluisset. Et ita seruatur.

Iste Rit. duplicatur cum alio supra 225. vt etiā ibi dixi, & ideo ad ibi dicta me remitto.

## R I T V S CCXXVIII.



Tem quod nullº priuilegiatus trahat alium priuilegiatum ad Curiam ipsam, nisi sit curialis, sed cum priuilegiatus trahit nō priuilegiatus ad Curiam ipsam, priuilegiatus iurat, quod perhorrescit, excepto curiali qui nō iurat, & priuilegiatus trahit ad curiam ipsam in iure cesso, ex causa tamen necessaria, nō lucrativa, excepto curiali, qui ad curiam ipsam de iure cesso nō trahit, sed nullus priuilegiatus trahit, ex persona sibi cessa conuentionali, siue legali.

## S V M M A R I V M.

- 1 Actor forum rei sequi debet, cum limitat.
- 2 Priuilegio fori, suoque priuilegio quilibet renunciare potest preter clericum.
- 3 Priuilegiatus contra priuilegiatum fori electio nem non habet.
- 4 Priuilegiatus contra non priuilegiatum in elecione.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiae. 119

*Eccō fori, quando perhorrescentiam aduersariū iurare debet.*

5 *Iuramentum perhorrescentie est ius nouum in Regno.*

6 *Bona fides in dubio presumitur semper,*

7 *Pia causa multa habet privilegia.*

8 *Dicēo, nullus, est signum vniuersale.*

9 *Exceptiones legitimæ admittuntur, non obstante statuto quod nulla exceptio admittatur.*

10 *Cessio vera, & non simulata constare dicitur.*

11 *Cessionem simulatam non esse, ex quibus constare posse.*

12 *Cessio simulata quibus constabit, &c. seq.*

13 *Fraus, & dolus non presumendus,*

14 *Cedens si est privilegiatus, cessionarius non, nunc quid cedentis privilegio cessionarius ut poterit circa fori electionem?*

15 *Succedit in alterius loco, eius iure vi debet.*

16 *Privilegia personaria cum personis extinguntur.*

17 *Varians eligere dicitur.*

18 *Curiales an perhorrescentiam iurare teneantur?*

19 *Procurator generalis an possit comparere propersonis privilegiatis ad eligendum & veritandum forum.*

20 *Procurator specialis constitutus à persona privilegiata ad eligendum forum an possit iurare de perhorrescentia.*

21 *Mandatum speciale ad iurandum quo casu requiratur.*

22 *Fraus an presumatur enumerantur casus trigintaquatuor.*

**N**ot. primo ex hoc Rit. quod nullus priuilegiatus (apple circa fori electionem) potest uti tali priuilegio contra alium priuilegiatum: nisi sit curialis & idem habes infra in Rit. 231. licet iste Rit. sit mag s generalis; quia ille loquitur solus, quando pupillus contra pupillum, vel vidua contra viduam; ita vero, quod nullus priuilegiatus contra priuilegiatum. Ratio istius Ritus est, quam etiam sentit d. Rit. 232. quia isto casu reus ponatur ultra priuilegium, quod habet electionis fori quemadmodum, & actor habet etiam al. pd quod suum est concilium de iure communi & quod sequatur forum rei. l. fin. C. vbi in rem actio. & cap. cum sit generale, de foro competet, cum similiibus, propter quod trahi non potest reus in magna Curia: cum debeat vocari in foro suo. Intellige tamen istud procedere quotiescumque fuerit per rem contrarium oppositū, & allegatum: & hoc tum per verba. Rit. ibi velit declinare, & ibi renuntient ipsi commune ut ibi latius dicant tum eriam, quia priuilegio fori per d. concessio, quilibet potest renunciare. l. si quis in conscribendo. C. de pac. nisi sit clericus, c. si diligenter, de foro competet. Et ex hoc Ritu, generaliter dicentes, quod nullus priuilegiatus trahat alium priuilegiatum: sequuntur clara & indubitate dictio, quod siue actor sit priuilegiatus maiori priuilegio quam reus; siue non; & nunquam priuilegiatus eligit forum contra alium priuilegiatum. prout etiam voluit Affl. in constitutu. Reg. statuimus, ut magnæ g. p. 14. post Bar. de cap. quem allegat, licet Dpt. in auth. quas actiones, C. de sacro san. Eccle. Iser. in d. consti. statuimus. Alb. in l. fin. ff. ex quibus cau. ma & l. de Pen., in l. 2. in fin. C. de silentia. lib. 12. aliter

dixerint faciendo diuersas distinctiones. Miror tamen quod Affl. de hoc Rit. nullum fecit fundamentum in d. constitutu.

4 ¶ Secundo no. ibi, sed cum priuilegiatus trahit, quod priuilegiatus qui vult forum eligere, vigore sui priuilegij, contra alium non priuilegiatum, debet iurare quod perhorrescit potentiam sui aduersarij in alio foro; excepto curiali qui non iurat, & in hoc concordat iste Rit. cum d. const. statuimus. S. & de quæstionibus. vbi concessio priuilegio electionis curialibus, nulla facta mentione iuramenti praefati, postea loquuntur de personis miserabilibus, & ordinat tunc demum possit eligere, cum iurant de perhorrescentia. ¶ Istud iuramentum perhorrescentie est nouum ius in hoc Regno tantum, per illam constit. & hunc Rit. quia de iure communij l. 1. C. quando Imperia inter pulli. & vid. non requiritur ut etiam Affl. tangit in d. constit. statuimus, in 8. nota.

¶ Tertio no. ibi & priuilegiatus trahit, quod priuilegiatus qui vult eligere forum; cōveniendo suum ad perlarium pro aliquo debito sibi per alium cesso; tunc demum potest uti electione fori, cum illa cesso est facta ex causa necessaria, non lucrativa: & cum ipse est priuilegiatus alio priuilegio, quam curialis, & ad idem habes alium Rit. inf. 290. item quod nullus admittatur. Limita istum Rit. non procedere in personis miserabilibus quibus per dispositionem d. Rit. a constitut. Ita quimus generaliter est concessum priuilegium electionis fori, nulla facta distinctione si cesso est ex causa lucrativa, vel onerosa, ut firmat Iser. in d. constit. versic. item quid si utatur & Affl. post eum q. 6. num. 18. si tamen cesso fieret bona fide

5 ¶ quia in dubio presumitur argum. l. f. C. de euictio, alias secus secundum eos, ut etiam refert & sequitur l. de amic. conf. 24. nume. 23. Non obstat dispositio istorum Rit. quoniam, ut dicit Affl. ibid. non intelliguntur loqui in istis personis: ea quidem ratione, quia cum eis ceditur ex causa lucrativa; videtur sufficie donatum ad piam causam: ¶ quia in iure multa alia habet priuilegia. ut late ponit Rom. in auth. similiter col. 4. C. ad l. Falcid. item alia ratione, quia cum presumatur donatio, licet non sit ad piam causam: succedit al. pd, quod leges & Rit. predicti loquentes de iure cesso, non vendicant sibi locum in cessione obmeram liberalitatem, & donationem; ut patet expressum in l. per diuersas, S. si autem, C. manda. & his que no. l. de amic. d. conf. num. 15. versic. & considera. Es si dicatur quo pacto responderet d. Rit. 290. qui generaliter dicit nullus admittatur ex iure cesso, & propterea per illam dicti non nullus videtur vniuersaliter omnibus negare: responderetur (licet Affl. nihil de hoc dicat): ¶ quod dictio, nullus, sit signum vniuersale negativum, l. hæc oratio. vbi pot. etiam Alb. ff. si libert. ingen. tamen ut dicit Alb. in suo Diction. in versicu. nulla exceptio. non semper negat vniuersaliter, ut patet ex dicta l. hæc oratio. iuncta gl. in vers. nullum. & ex text. nota. in l. si mihi Meuia, S. ff. de leg. 3. vbi est casus fortior, quia dicebatur nullus omnino: & pro hoc facit t. quia stante statuto, quod nulla exceptio admittatur, exceptiones quae sunt legitimæ adhuc statuto non obstante, admittuntur, ut dicit Alb. in d. Diction. & in l. non tantum. S. quod si pro emptore. iuncta gl. ff. de petit. hæredit. per illum tex. & per c. ex parte lo 2. cum ibi no. de offic. deleg. & c. si quis arbitretur. 22. quæst. 2. & peregrinum Albe. in l. si quando, C. de inoffic. test & ideo ab isto signo vniuersali nullus admittatur: excluditur casus quo veniens ex iure cesso, obtinuit cessionem; tam en per donationem, & liberalitatem per d. l. diuersas, & ita teneas. Aduerte tamen sing. quod licet in hoc Regno existat dispositio istius Ritu. & alterius preallegati. 290. tamen in pract. non sunt in observatione ut etiam dicit l. de amic. d. conf. num. 7. vero sicu.

# Domini Prospere Carauitæ Ebolitani

scu. non obstat. & ideo in Magna Curia præsentim, & in alijs etiam curijs agentes ex iure cesso, etiam ex causa lucrativa , admittuntur , & si sunt priuilegiari vtuntur eorum priuilegio electionis fori: sicut si veniret ex causa necessaria, dummodo abſit fraus. adeo quod conclusio ſupra firmata per Iſer. & Afflīct in personis miserabilibus , in omnibus ſibi locum vendicat, & ratio eſt, quia cefante diſpoſitione iſtorum Rituū, diſpoſitioni iuriſ communis locum habet, 30 quod aut cesso eſt vera, & non ſimulata: idq; conſtat, & valet. l. per diuersas. iuncta glo. in verſic. cefſiones, & in ver. quam alijs cauſis. C. mandat. niſi fieret potentior. l. 2. C. ne lice poten vel niſi fieret cauſa auaræ venalitatis, cap. 2. extra de alie. iud. muta. cauſa fact. t dicitur autem conſtar non eſſe ſimulata, ſecundum Spec. de cefſio. actio num. 6. verſ. verum ſi actio, cum ſeq. quoiescunque actio magna ſumma ceditur pro parua: item ſi fieret ex cauſa donationis, tertio, ſi cohæres cedit cohæredi, vel haeres legatario, cui res vel actio eſt legata: quarto cum cedit creditori pro debito, quod ſibi debet etiam ſi cederet maiorem quantitatē, vt patet de his omnibus ad li- teram, in d.l. per diuersas, quinto cum eius iuramen- to affirmat non eſſe ſimulata, vt dicit Guid. Pap. decif. 273. & glo. no. in l. ſi cui. ſ. ifidem, in verſic. do- ceat. ff. de accu. Aut cefſio non eſt vera: ſed ſimulata, & conſtat, & tunc non valet, l. fin. ſ. ſi quis autem, & ſ. ſed & ſiquis donationem, C. mād. t Dicitur autem cefſio ſimulata illa in qua agitur in rei veritate quod lucrum ſit cedentis licet aliud appareat: vt not. per gl. in d.l. per diuersas, in verſic. quamalijs, in princ. \* & per Dominos de Rota. decif. 1. alias 177. num. 2. verſ. quero de alie. iud. mutat. cauſa. in nouis. fol. 26. Aut eſt dubium, & tūc licet aliqui aliter voluerint, Spec. ipſe ibid. num. 7. verſ. ſi vero dubitatur post Odoſte, 32 concludit non præſumi ſimulationem: t quia fraus, & dolus non præſumitur, l. quoties, ſ. qui dolo, ff de prob. & no. per glo. in c. ſedes, in ver. dolus. in princ. de reſcript excipit tamen tres caſus, quas ipſe enu- merat, & colligit. ex tex. d.l. fi. quartus caſus eſſe po- reſt ſecundum eund. num. 10. ver. item etiam. quan- do cefſionarius eſt homo litigiosus & ſolitualibus implicari, quātus quoiescunque nulla alia ratio aſſignari poſteſt, quare cefſio facta ſuit niſi vt reuſ ve- xaretur.

Quarto no. in fi. Rit. ibi ſed nullus, quod priuilegia- zi nō poſſunt vti priuilegio electionis fori ex iure cef- ſo, quando id quod eis cefſum eſt, debetur ex poena conuentionali, vel legali, quod nota.

Quero primo nunquid ex alijs modis ultra prædi- ctos conſtar poſteſt, cefſionem non eſſe ſimulata? Spec. in d.ti. de cefſio. actio. num. 10. dicit quod ſic, ſi enim pauper qui non habet vnde cauſam prosequa- tur cedit alteri, ex neceſſitate potius quam ſicte præ- ſumitur cefſio facta argum. pro hoc. l. alienationes. ſ. fa. ercif. & l. ob. q. C. de præd. mino. item ſi ille qui cedit alijs; habet ire aut alia facere propter quæ litis prosequitioni vacare non poſteſt, arg. l. 1. ff. de offic. eius. Item quando actio cedenti eſſet inutilis: quia forte debitör eſt potens, ex quo non poſſet iuſtiſiam conſequi vel quia debitör eſt Hispanus, & ipſe auctor Neapolitanus propter quod alteri Hispano cefſit, vt etiam voluit Paul. de Cast. in d.l. per diuersas, nu. 4. verſ. & in effectu. Item quando eſſet homo qui lites adeo execratur, quod potius vult parte debiti care- re, quam litibus ſe implicare argum. Item ſi res, ſ. 2: ff de alien. iudic. mut. cau. fact. Item ſi debitum eſſet multis diſputationibus ſubiectum . vel debitör adeo cauilloſus, quod etiam ſi eſſet liquidum, vix ab eo ipſo extorquere potheſſet. arg l. fi. C. de proc. Item quando fuerint perſonæ coniunctæ, vt dicunt Cy. & Bal. in d.l. per diuersas. q. 19. Cyn. ip. l. qui impendia. C. de proc. loan. And. ad Spec. de cefſio. actio. nu. 10.

ver. ſed nunquid in litera, e. lo. de amic. cons. p̄zall. num. 8. verſ. & tanto magis, & late Tiraq. de retract. in praſatio. num. 53. & 54. licet Speci. in d. verſic. ſed nunquid, aliter voluetur & Guid. Pap. decifi. 273. qui in hoc nihil allegat: niſi quod Curia parlamenti hoc non permittit.

14 Secundo quero pone quod cedens eſt priuilegia- tus cefſionarius vero non: nunquid poſterit cefſionarius priuilegiocedentis vti circa fori electionem? Io. And. in Spec. titu. p̄zalleg. num. 13. ver. ex p̄zmiſ. 15 in addit. incip. ſed quero dicit t quod licet qui in al- terius loco ſuccedit: eius iure vt debeat e. iſi qui. de reg. iur. in 6. cum ſimil. tamen illud locum non habet 16 in priuilegijs personalibus, t quæ perſonam ſequuntur: & cum ea diſtinguuntur, c. priuilegium, ed. titu. de reg. iur. in 6. & ideo refidet, quod hoc caſu cum priuilegium electionis fori detur perſonæ, non actioni, cefſionario non competit nota, per Pau. de Cast in l. ſi poſt diuortium, ff. ſolu. matr. Alexand. ad Bart. ibi in Apostill. incip. conuenti. & firmat Rom. consil. 135. vbi quod cefſionarius utitur priuilegio ſuo, non cedentis.

17 Tertio quero, tu ſciſias quod illę perſonę quæ poſſunt eligere forū ex priuilegio. poſſunt etiam variare, t quia qui variat eligere dicitur, l. euni qui certa- rum, ſ. 1. ff. de verb. obl. & no. per Afflī. in conſti. ſta- 18 tuimus, vt magnę 6. no. q. 13. nu. 25. t nunquid etiam cum variant: teneantur iurare de perhorſcentia, ſi- eue in hoc Ritu, & d. conſti. diſponitur? Breuiter poſt quam variare forū, dicitur eligere, & iuramentum in electione p̄zſtandum eſt, nullidubium quod etiā in variatione requiritur, & ita vidi plures determi- natum, & in pract. ſeruatur. Intellige tamen p̄fſta quādo variatio fieret, à curia domiciliij ad Curiam Regiam, non autem econuerſo, ratio eſt, quia pri- mo caſu tractatur de p̄ziudicando officiali domiciliij, qui eſt competens de iure communi, ſecundo, vero caſu ſecus, & ideo tunc ſtrictius procedi debeat, vt tunc demum variando, eligant cum iurant perhorſcere, & quod hoē ita debeat intelligi: pondero pri- motex l. 1. C. quando Imp. vbi mentio perhorſcen- tia non fit: quando declinabatur Curia Regis, ſed Curia prouincia. ecundū Rit. Iſtum & d. conſti. ſta- tuimus, vbi fit mentio iſtius iuramenti de electione fori: quia fit trahendo in Magnā Curiam, & ſic quan- do tractatur de p̄ziudicando officiali, qui aliā eft competens de iure communi. cogitabis tamen, quia eft nouum, vt credo.

19 Quarto quero t cum per hunc Rit. & conſti. ſta- tuimus vt magnę viduæ aliae quæ perſonę misera- billes habeant priuilegium eligendi forū, nunquid pro earum parte poſterit proc. generalis comparere, & eligere aut variare forū? Breuiter dicas quod nō, quia iſta fori elec̄tio iure ſpeciali petitur, ideo ma- datum ſpeciale requiritur: ſicut in reſtitutione dic̄it Iſer. in conſti. ſiqui in posterum. in princ. per l. illud, ſ. ſi talis, ff. de mino verum tamen eſt quod ſi eſſet talis proc. generalis cum libera bene poſſet hoc facere, quia talis proc. poſſet omnia quæ exigunt ſpeciale mandatum, vt no. Bar. in l. procurator cui libera. ff. de proc. & latius Afflīct. in d. conſti. ſi quis in posterum, num. 39. in fi. Et dicetur cum libera. ſecundum Bar. in p̄zalleg. loc. & Afflīct quoiescunque dictum eſt in mandato, quod poſſit omnia facere quæ poſſet pro- pria perſona coniunctis.

20 Quinto t iuxta p̄dicta quero, pone quod vidua vel alia perſonā habens priuilegium eligendi forū a d. conſtit. conſtituit ſpecialiſ ſproc. ad comparendum in tali Curia ad eligēdūm vel variandum forū eius nomine. nulla facta mentione, quod poſſit etiam iu- rare de perhorſcentia, nunquid poſterit in electione fori quam faciet, iuare perhorſcentiam? Videlicet diei poſſe, quod non, quia tale iuramentum non po- ſet

tek præstari per proc. nisi habeat speciale mandatum ad iurandum, vt dicit Gemi. in c.vt circa, S. super huiusmodi num. 3. & 4. ibid. Ioan. And. num. 15. in fi. de elect. in 6. & referendo sequitur Cassad. decis. 1. sub m. de iure iur. Contrarium tamen credo verius. primo, quia constituto proc. ad eligendum aut iurandum forum, videtur concessum omne illud sine quo variatio aut electio fieri non posset. l. 2. cura simil. ff. de iurisd. omn. iud. immo cum electio non aliter determinatur constituenti nisi iuret perhorrescentiam, per dicta constitutione procurator ad eligendum tacite in ea, & ad iurandum, & ideo non est curandum si non fuit expressum argumen. l. tercia, in fi. C. de fideicom. l. 4. ff. de leg. 1. & l. conditiones qua extrimicus, ff. de condicio. & demonstr. immo pro expresso habetur vulgat. cum quid, ff. si cert. petat. Secundo quia non est dicendum, quod quis videatur sentire id quod impugnat actum suum, arg. l. 4. ff. de test. milita, & sic, quod fecerit procuratorem ad eligendum, & non senserit etiam quod iuret, immo illa verba de eligendo intelligi debent mediante iuramento perhorrescentia, quia verba apari debent ad casum qui potest intelligi ex ipsius verbis. l. Gallus, in prin. ff. de lib. & posthu. & no. per gl. in d. constit. si quis in posterum, in versic. in uocatione in tam, quod ex dictis rationibus talis procurator in specie ad eligendum, vel variandum forū habetur ac si specialiter constitutus esset ad iurandum perhorrescentia. Tertio t probatur, quia præfati Doc. videlicet Gemi. Io. And. & Cassa. in præalle. locis dicunt, quod tunc requiritur mandatum speciale ad iurandum ubi a iure requiritur præstari proprium iuramentum, secus si de iuramento tantum sit mentione quoniam tunc potest per alium præstari per clem. l. de iu. iur. & ita teneas sine dubio: nec obstat motuum supra in contrarium allegatum, quia responsio patet ex proximo tertio fundamento. Et si dicatur qd. in d. constit. statuimus, vbi fit mentio de iuramento perhorrescentia, non requiritur iuramentum simpliciter, sed dicitur de corporali iuramento, & propter ea videatur non posse per alium præstari sicuti præstari non potest vbi a iure requiritur quod præstetur propria ipsius iurantis manu, vel propria persona, vt dicitur Arch. Ioan. Andr. & Cäsa, in dd. locis, ut sic expounatur corporale iuramentum, id est per proprium corpus sine propriam personam respondeatur, quod iuramentum duplice modo præstari potest, uno siquidem verbis, & alio tactis scripturis, vt probat text. tali est intellectus per Bar ibi in l. si alterius, C. si minor se maior dixe. & glo. l. in S. sed neque, in authen. de man. da. princi. & ubi requiritur tactis scripturis, dcb et præstari super sancta Dei euangelia, secundum Innocen. in capi. & si Christus, de iure iurand. nec sufficeret ipsorum præsentia nisi etiam esset tactus, secundum gl. & ibi Card. in clemen. prima, S. porro, de hæret. quamvis de consuetudine sufficiat tangere quamlibet scripturam secundum eandem glo. dicto S. porro, in fine, Balio capitulo primo, S. item sacramenta num. quarto, vers. quæritur vtrum, de pace iura firma. & Affic. in consti. puritatem, tertio not. nisi expresse diceretur quod iuramentum, præstetur tactis Euangeliis secundum glo. d. S. porro, in fine, vers. quia ergo sit diuersimode iuramentum præstari potest, dicta constit. statuimus requirendo iuramentum in perhorrescentia, ne de iuramento, verbali fuisset intellecta addidit corpore, id est tactis scripturis, nec habuit intentionem intelligendi, id est per proprium corpus, vel propriam manum, & quod illud corpore ita intelligatur, & expounatur probat text. in d. S. porro. Et ideo Rot. in crna Romana, vt dicit Cassado. d. decis. admittit procuratorem ad iurandum de perhorrescentia cum mando in quo solum detur potestas iurandi in animam constituentis, quodlibet licitum, vel honestum iuramentum, & tanto magis si diceretur, & necelsarium, cum

iuramentum perhorrescentia sit licitum, & honestum & per d. const. necessarium, item tanto magis admittetur talis procurator si data sibi esset potestas iurandi de calunia, & quodlibet aliud licitum vel honestum & necelsarium iuramentum, quia cum sit expreßum de iuramento calumniz quod requirit speciale mandatum, c finali, de iu. cal. & no. per glo. in capi. qui ad agendum, de procu. in 6. clausula sequens intelligetur etiam de simi, vt in c. sedes, de reſcript. & d. qui ad agendum, cum ibi nota.

22 ¶ Sexto t quero supra in tertio, no. dictum fuit fraudē in dubio non presumi, nunquid id semper verum erit. dicas quod illud dictum procedit regulariter, fallit tamen in multis casibus de quibus in a. not. possumus quinque. Sextus casus in quo fraus præsumitur est in venditione, ubi adest pactum de retrouendendo cum modicitate pretii, vt probat tex. in cap. ad nostram extra de emptio. & venditio. quamuis secundum aliam opinio. requiratur etiam quod emptor sit solitus bene rati, de cuius opinionis veritate vide plene. Cagno. in lege secunda quæstio. sexta. numero 50. cum sequ. C. de paſt. inter empto & vendito. Septimus est quando debitor alienat eo tempore quo scit se habere credidores, & eius facultates non sufficere, vt probat tex. vbi etiam nota. Bar. in l. si quis cum haberet, ff. que in fraud. credito. Octauus in donatione omnium bonorum, per l. omnes, S. Lucius, vbi nota, per Barto. numero 2. ff. que in frau. credito. & Bald. in l. eam quām, numero 40. versi. sed subiungitur, in fine, C. de fideicom mis. & Idem si fuerit de maiori parte, vt no. per Bald. in l. si vñquam, in l. lect. numero secundo, versi. quid si. C. de reuocand. donat. post Barto. in l. nomen, S. I. in fi. ff. de legat. tertio Nonus in solatione facta per debitem creditori ante tempus, d. S. Lucius, uersic. si uir. & l. ait prætor. S. si cum in diem eodem titu. Decimus in eo qui emi, a debitore in fraudem alienante non obstante quod fuerit sibi denunciatum a creditori. ne emeret, d. l. ait prætor. S. si quis particeps. Undecimus in alienatione omnium bonorum d. S. Lucius, ubi no. per Bar. numero tertio, & per gl. in l. qui testamentum, in uersi. modum, ff. de prob. & ibi per Barto. numero tertio, vers. vlt. & per eundem Bart. in d. l. no. nomen, S. I. in fi. vbi id dictu procedere, siue fuerint vendita omnia bona sub illo nomine collectio omnia, siue particulariter talis, & talis res: vt etiam dicit in d. l. qui testamentum, in fine verbis. Duodecimus vbi cunque dominus diminuit peculium serui, vel filii habentis creditores, vel patitur ipsum seruum, aut filii transferre peculium in alium, l. summa cum ratione, & ibi Bar. ff. de pec. Decimus tertius vbi cunque quis intricatum patrimonium, d. l. summa, vbi per Bart. & no. per Ang. in l. finali, ff. de stipul. feruo. Decimus quartus in alienatione facta reruni magis præstari retentis in utilioribus, & vilioribus, vt inquit Ange. in l. 2. C. de repudian. hære. & in l. fin. ff. de stipul. feruorum, & Alex. ad Bar. in d. l. summa cum ratione, in lite rag. Decimus quintus casus est in alienatione, veld donatione facta bonorum ante delictum dummodo coarcurat aliqua ex sex præsumptionibus positis per Barto. in l. polt contractum, numero 2. ff. de donatione de quibus etiam per Ang. in d. l. omnes, S. Lucius, ff. que in fraud. credit. Decimus sextus vbi cunque in testamēto legatus alicui aliqua quātitas vti sibi debita, de qua quantitate alias non fuisset capax, nam debito no. probato præsumitur quod in fraudem fuerit dictum sibi deberi. casus est in l. qui testamentum, ff. de probat. & nota, per Angelus in d. S. Lucius. Decimus septimus quoties sit alienatio, aut quiuis alias contractus clandestine, l. 2. & 3. C. de rescinden. vendit. & per Angelum in dicto S. Lucius, & in lege secunda, versiculo quarto, C. de repudi. heredi. Decimus octauus ubi sit aliqua alienatio, & alienans adhuc possidet. l. sicut, S. superuagum, ff. quibus mod. pig. uel hipo. solui. & ibi no.

# Domini Prosperi Carauitę Ebolitanı

ibi no. etiam per Bart. & per Angelum. in dicto S. Lueius. & Specula. in tit. de donat. nume. 7. vesciculo ego dico. vbi nedū in alienatione, sed ēt in donatione logatur, quę fraudis pr̄sumptio qualiter elidatur, vide per Cœpoll. in tracta. de simula. contra num. 76. in 24. pr̄sumptione. Decimus nonus quando filius abstinet se ab hæreditate paterna, & postmodū per interpositam personā emit aliqua ex dictis bohis a creditoribus anterioribus. l. si is qui bonis. ff. de acquir. hæred. l. pupillus. S. item ipse & ibi Bart. ff. de author. tutor. & nota. per Angelū in d. l. secūda. C. de iepudia. hæredi. vbi dicit idem esse, licet non emat per interposiſa personā si emit clandestine pro quo textu. in l. nō existimo. ff. de administrat. tuto. & Barto. in l. Barbarius, in 2. repetit. in prin. ver. secūda solutio. ff. de offic. pr̄ato. vel si emit incontinenti post abstensionem, vel si emit omnia bona, aut si emit meliora, vt latius per eum. Vigesimus vbi cūque interuenit celeritas actū. vt nota. per Bal. in d. l. eam q. num. 40. in fine. C. de fideicomm. pertext. in l. si ventri in ff. vbi etiam Gl in versi. benigne, ff. de pri uileg. credito. Vigesimus primus casus est, vbi cūque contractum est matrimonium inter tutorē sue eius filium, & eā quę fuit sua pupilla, dūmodo probetur dānum, l. si tutor. cum his quę ibi nota. Bal. n. 1. ver. quę ro. C. de interd. mat. inter pupil. & tutorē. Vigesimus se cūdus casus est vbi interueniunt nimia cautelę. vt no ta Bal. in l. testamentū. 3. nota. vers. quandoq. C. de re ſta. ordinan. & Corn. in conf. 23. incipien. vila. per totū vol. 3. vbi de pactis insolitis loquitur conf. 203. incipie. videtur in litera m. eo. volum. & con. 217. incipien. qui laicus. in litera i. eo. vol. Vigesimus tertius est in credore ſolito foenerari vt dicit Bald. in l. cū allegas. num. 15. ver. quęro quomodo, C. de vſurp. Vigesimus quartus est vbi cūque fit aliquid quod de ſui natura est no ciuum cap. ſicut. & ibi Zab. de pr̄sumptio. Vigesimus quintus quādo in aliquo actu probantur aliquę pr̄ordinationes, quia ex pr̄ordinatis ne dū pr̄sumitur ve rū etiam probatur fraus secundū Bald. in l. secunda, C. ad ſenat. consul. Velleia. Vigesimus sextus est vbi in ali quo contraſtu appetet de leſione minoris. vt nota. per glossa. in l. finali. in ver. commentatias. C. fi aduersa. vē dit. Vigesimus septimus est quādo fili⁹ bastardus emit ab eo cui pater ſuus vēdidit. vt dicit Bart. in l. si qui, num. 4. ver. tertio quęro. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & ne dum quāndo emit, ſed quomodo cūque reperiatur poſſidere de bonis paternis pr̄sumitſrauſ. vt per eund. Bartol. in dicta l. qui teſtamentū nu. 2. in ff. de probatio. & in confi. 194. incip. Cecchus, num. 2. versi. ſuper ſecundo, volu. 1. 28. eſt quotiescunq; Seiū ac cipit mutuo centū a Titio, & promittit restituere cui Titius declarabit, ſi poſt modum Titius declarat filiū Seij vt dicit Bald. in l. iubemus, S. 1. nu. 5. versi. ſecunda quæſtio. C. ad Trebel. & per eandem rationem Bald. idem erit ſi Titius declarat filium ſuum 29. eſt in re pudiane hæreditatem, & poſt modū eam ab intestato poſſidente vt no. Bar. in l. l. in princ. ver. quęro hic, nu. 2. ff. ſiquis omiſſi. cau. test. per text. in l. quia aūr. in prin cip. versi. ego puto, & S. non ſimpliſter. eo. tit. Trigesimus casus eſt in vasallo infeudante feudum, cū ipſe eſſet caſte natuſ, ideſ tam frigidus vt generare non poſſet, nam pr̄ſumitſrauſ id factū eſſe in fraudem agnatorum vel Domini. vt inquit Glo. in c. 1. S. ſed etiam. in versi. in fraudē. per quos fiat inueſtitu. & per Aluarot. num. 7. versi. quęro cum gl. Trigesimus primus in vasal lo infeudante in caſte tam ſenili quod generare non poſſet vt per Glo. & Aluar. in dicto S. ſed etiam 32. eſt in alienatione facta viliori pretio, l. per diuersas iuncta gl. in versi. venditionis, C. mand. & cap. 1. S. dona re. quali. olim feu. alie. po. not. per Bar. in l. pupillus, S. item ipſe, nume. 4. ver. primo caſu, ff. de aut. tut. & per Bal. in l. ſi vñquam, num. 2. versi. quod ſi. in 1. lect. C. de reuoca. don. Trigesimus tertius. vbi cūque extat ſtatutum quod cefſio actionum non poſſit fieri in nobilitate.

lem, ſi fuerit facta foreni qui cedat nobili vt dicit Bar in leg. ſi quis. C. de hæreti. idem quando nobilis fuſſet factus procurator ad exigendū cum pacto quod nō teneatur reddere rationem. vt dicunt Bald. Angel. & Alexan in l. iuris gentium, S. pr̄tor ait, ff. de pact. Tri gesimus quartus eſt in cessione facta clericuſ a laico. cōtra laicū. vt dicunt Domini de Rot. decisio. 1. alia. 177. num. 2. ver. item pr̄ſumitſrauſ. de alie. iud. mut. fa. fol. 26. in nouis. quod dicit procedere. Spec. in d. de cefſio. actio. versi. quarto. nume. 8. ſi clericuſ tra laicum coram iudice non ſuo, & per eandem rati onem idem eſſet vbi cefſio fieret alicui vidua vel alteri libenti ius eligendi forum. per l. vnic. C quando in leg. ſi poſt modum dicta personā habentes ius eligendi forum traherent debitorem extra ſuum iudicem, per tā coram iuſtitiario prouinciæ vel Magna curia, ſe in hoc Regno cefſat iſta pr̄ſumptio fraudis, quia clericuſ non habet ius eligendi forum niſi pro bonis Ecclesiæ vt infra in Ritu. ſequen. vidua & alij priuilegiati circa ius eligendi forum, etiam ex iure ceflo poſſunt trahere eorum debitores in Magna curia, dummodo cefſio ſit ex cauſa neceſſaria, vt in hoc Ritu ſpecialiter diſponitur. Item pr̄ſumitſrauſ in 26. pr̄ſumptio in nobis quas ponit Cepol. in d. tracta. de simula. cōtra & in alij multis caſibus quos ſtudioſus lector facili poterit per ſe inuenire. Salerni, die 5. Decembris 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCXIX.



Tem si clericuſ de rebus Ecclesiæ ſticis cum iuramento dixerunt quod perhorreſcunt trahunt ad Magnam Curiam, (non autem de rebus eorum) pri uilegio clericorum. Item qui ſunt in Magna Curia gagia ipſius, trahunt ad ipſam Curiam pri uilegio curialium.

## S U M M A R I V M.

- 1 Clerici electionem fori contra eorum debitores qui do habeant. Et pro quibus rebus.
- 2 Clerici in Francia, & Arctio, eorum debitores per quacunque cauſa, coram ecclesiastico iudicabunt.
- 3 Clerici priuilegium immunitatis collectorum habent: cum ratione.
- 4 Impositio collectorum non imponit onus reale, ſed personale pro rebus.
- 5 Re peruenta ad personam immunitam, ceſſat collectorum exactio.
- 6 Priuilegium eligendi forum magnæ curia quibus olim & nunc concedatur.

**I** Ste Rit. in viridi eſt obſeruātia & no. ipſu, in eo q; dicit, t̄quod clericuſ ſic demū habent electionem fori iudicis ſecularis contra eorū debitorem: cum debitū eſt pro rebus Ecclesiastico, nō aūr pro rebus proprijs, & cum iurant perhorreſcere potentiam aduerſarij:

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 121

urbit: præ ut supradicto alijs dictum suæ. idem fir-  
matum. in constit. statutis, ut Magnæ. verificulo  
clericus, & post eum Affict. ibid. 7. nota. quæst.  
14. 16 & in constit. iust. cultoris s. nobis. 5. vbi  
aliquibus contrarijs respondet. dicit de hoc Rit. nul-  
lam penitus faciat mentionem. Ratio istius Rit. est  
secundum eos, quia priuilegium istud non datur per  
fons ipsorum clericorum, sed Ecclesiæ, & ideo cum  
Ecclesiæ egreditur, clericis non competit & alle-  
ganet. j. s. de const. princ. & c. priuilegium. d. reg. iu.  
16. & faciat quæ dixi præcedens. Rit. quæstio. 2.  
In Francia vero & Arctio, clerici pro quaunque  
causa possunt trahere eorum debitorem coram indice  
Rechastico ut dicit Specal. in tit. de cesso. actio. in  
prædicto vers. quarto præsumitur. num. 8. & in tit. de co-  
petentia. iud. aditio. in princ. Aduerte tamen quod licet  
clericis pro rebus eorum non habeant priuilegium fo-  
runt tamen habent priuilegium immunitatis collecta-  
tum. ut dicit gl. fin. in capi. fin. de vita. & honest. cle.  
& ibi communiter Doct. Iser. & Affict. in loc. præal-  
leg. Cyn. & Bal. in l. placet. C. de sacro sanct. eccl. &  
pulchritudine Silua. qui pro hoc omnino videri debet in capi.  
filio. 2. & hoc tam pro patrimonialibus rebus, quam  
eniam emptis per eos, ut dicit Specal. in tit. de clericis.  
coniuga. colum. 2. & 3. verificulo ad huius autem. Bar-  
ro. const. 180. si aliqua possessio. Luc. de pen. in l. ob-  
stet. C. de anno. & tribu. lib. 10. Ioan. Ant. de Nig. in  
element. j. de vita & honest. cle. nu. 104. & late Silua.  
in dicto confi. quamvis in Regno habeamus cap. ite-  
statuimus. quod clerici qui clericaliter, quod solum  
in patrimonialibus loquitur. Sed Nicol. de Neap. ibi,  
idem tenet de iure in bonis emptis. Ratio autem, quae  
zre priuilegium immunitatis collectarum, competit  
clericis pro rebus, ea est secundum Archid. in c. j. de  
immunitate. eccl. in 6. Nicola. in d. c. R. Reg. Imol. in d. c. s. nu.  
25. vers. tercia & ultima. & ibi communiter Doct. Iser.  
& Affict. in dd. locis, quia, collecta non sunt perpe-  
trata, nec certe: cum secundum varietatem imminentem  
cum negotiorum varientur, & ideo earum impositio  
non dicitur imponere onus reale: sed personale pro  
rebus. I. rescripto. S. fin. ff. de mune. & honori. t. & ideo  
re ipsa pertinet ad personam clericorum qui sunt  
immunes, arg. c. j. de iure pat. in d. collectarum ex-  
actio cessat.

Secundo nota. ibi, item quoddam omnes illi qui sunt in  
Magnæ Curia sub eius gagis, priuilegio curialium,  
possunt eorum aduersarios trahere ad ipsam Curiam.  
& in hoc augetur dispositio, constitutio. Reg. statuimus  
ut Magnæ, t. quia per eam hoc priuilegium eligendi  
suum Magnæ Curia, solum curialibus Domini Regis  
qui immediate ei affluit concessum est, ut patet  
in eis & ibidem nota. Affict. 6. nota. numero 6. & per  
hunc Ritum conceditur etiam illis qui non assunt  
in Curia Domini Regis immediate, sed in ipsa Magna  
Curia sub eius Gagis, ut etiam habes infra. in Rit.  
233. vbi vide quæ dicam. j. nota. Salerni, die 5. Decemb.  
1559. Prosper Caravita.

## RITVS CCXXX.

**T**em a quoddam si qua mulier  
vidua, seu pupillus, citatus  
de mandato dictæ Curiae,  
pro aliquo criminali, vo-  
luerit declinare forum ip-  
sius Curie ad alium iudicem  
competentem. comparere debet persona-  
liter in dicta Curia Vicaria allegatura, vel  
allegaturus in eadem curia, quicquid si-

bi de iure competit super declinatione fo-  
ri prædicti.

## A D D I T I O.

Item quod si qua mulier hoc esse etiam ex disposi-  
tione iuri communis ut in l. ex quæcumque. ff. si quis  
in ius vocat, non ier. & dic hoc procedere etiam quod  
citentur vidua ut vidua & pupillus, quia quavis pos-  
sint ex priuilegio declinare forum, tñ possunt per iu-  
dicem citantem cognosci si nolint uti priuilegio, se-  
cùs vero si citaretur clericus ut clericus, qui nec &  
volens potest a iudice seculari cognosci. si diligenter  
extra de foro compere. & vide hoc in dic. l. ex quæcumque.  
Ad quod facit etiam tex. in l. fin. ff. de iurisdictione. om.  
iud. quia extraterritorium iudicent, impune non pare-  
tur. vbi clarum est, iudicem non habere iurisdictionem,  
ut ibi per Alex. nu. 9. & 10. C. P.

## S V M M A R I V M.

- 1 Reatus omnem excludit honorem.
- 2 Beneficium in integrum restitutio. in delictorū  
exequitione non conceditur.
- 3 Citati habentes priuilegium iudicis citantis foris  
declinandi, tenentur tamen comparere: eiusque  
priuilegium allegare.
- 4 Citatus a Regia Audientia, quem notorie constat  
esse sub Baronis dominio; nunquid comparere te-  
neatur, ac priuilegium eius allegare?
- 5 Casus exceptuati qui, & quod sint: de quibus non  
possunt Barones cognoscere.
- 6 Citatus ut comparere teneatur: debet in citatione  
casus exprimi.
- 7 Magna curia, & Regia audientia in toto regno, or-  
dinariam habent iurisdictionem.
- 8 Notorium licet reuelat ab onere probandi, non ta-  
men relevat ab onere proponendi.
- 9 Recessus a iure comuni est regulariter prohibitus.

**Q**VONIAM per dispositionem. l. j. C. quan-  
do Imperia. & constit. Regn. statuimus ut  
Magnæ concessum erat viduis, & pupilli  
priuilegium eligendi sibi forum: dubitari  
facile poterat, num istud priuilegium in delictis locu-  
m vendicaret, obstante in argumento. t. regula quæ habet  
a quod reatus a omnem honorem excludit. l. prima. C.  
vbi

## A D D I T I O.

2 Reatus. Adde quod non statim quoddam quis accusa-  
tur, reus existimandus est secundum conuincitur cri-  
minosus, ne subiecta innocentia feriatur. l. fin. C. de  
accusat. Cum criminis non in occasione sed in veri-  
tate habenda sint. l. famosi. ff. ad leg. Iul. maiest. Quod  
enim dicitur, reatum omnem honorem excludere. l.  
1. C. vbi senator, vel claris. l. raptores. C. de episc. &  
cler. intelligi debet de his qui coquicisti. & in crimine  
deprehensi sunt ut vtrōbique dicitur. Idque patet qm  
qui in reatu decedit integri iuris præterq. in criminis  
lese maiestatis. l. fin. ff. ad leg. Iul. maiest. Imo defun-  
cto eo qui reus fuit criminis, & poena extincta est. l.  
defuncto. ff. de publ. iudic. qm is qui reus factus est,  
purgare se debeat, nec ante potest accusare, quæ fuc-  
tit excusat. l. is qui reus ff. eod. de publ. iudic. nec no-  
nos honores appetere debet, antequam purget innocē-  
tiam suam, l. C. de reis postulat. Præterea quod di-  
citur reatum hoc est criminatione, omnem honorem  
**Q** exclu-

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

excludere, intelligendo de criminibus quæ infamia infligitur, cum infamem non ex omni crimine sententia faciat, l. infamem si de publ. iudi. animaduerendum est, quod si temporaria poena sit tempus poenæ non egreditur, veluti, si cuj in quinquennium aduationibus interdictum sit, nam post quinquennium pro omnibus postulare non prohibetur, & de exilio reuersus postulare potest, nec adhibet distinctio quo crimen silentium vel exilium sit irrogatum, ne scilicet, pena tempore determinata contra sententie fidem ulterius porrigitur. l. Imperator Titus ff. de postulan. Nec indulgentia infamiam abstergit, quia indulgentia quos liberat, notat l. indulgentia. C. de gener, abol. sicut qui pacificatur crimen cōfiteri intelligitur. l. qm. ff. de his qui notan. infam, nisi specialiter ita testitatio fiat, l. l. C. de senten. pass. & restit. Addit etiam tantam esse vim reatus quod quamvis, vbi quis fuit aliquis criminis reus postulatus, & postea absolutus non noriscentior existimari deberet velut aurum igne probatur, vnde gloriabat Cato, se quater & quadragies causam dixisse nec quemquam sepius postulatum & semper absolutum, tamen in criminis hæresis, vbi de eo quis semel fuit inquisitus licet absolutus, non tamen potest ad summum pontificatus apicem admitti, vt in electione Summi Pontificis obseruatum fuisse videmus ut Sūmus Pontifex etiam suspicione tanti criminis vacare dicatur. Addit etiam postquam in reatus nomen incidimus, quod reatus quæque statu reorum significat in locis putridis. &c. vt nos alibi de clarauiimus. Sicque accepitur in l. si diutino tempora. ff. de pñ. vt per Budum in adnotat. ad dic. l. si diutino tempore. C. P.

2 vbi senato. vel claris l. raptore. C. de epis. & cleric. & l. quoties. C. de dignita. lib. 12. ac etiam alia quæ habet, & quod beneficium restitutionis in integrum in executione delictorum non conceditur. l. auxiliu. ff. de mino. & ideo ad huiusmodi dubitationem forte tollendam Rit. noster dicit qd etiā cū pro delictis dictæ personæ conueniuntur gaudent priuilegio electionis fori, idem etiā voluit lser. in d. cōstitu. ver. itē si pupillus, & Affict. post num. 7. no. quæst. 5. num. 17. licet hunc Rit. non allegent.

3 ¶ No. ex hoc Rit. & quod citati licet habeant priuilegiū declinandi forū iudicis citatis, tenetur cōparere, & eius priuilegiū allegare, & in hoc cōcordat cū l. si quis ex aliena. ff. de iud. ca. si duobus. & c. cū patenti de appellatio. Glo. not. in c. si epis. circa fi. 3. q. 2. Et not. quia Rit. vult, qd compareant personaliter citati ad petendā declinatoriā fori: vt ēt dicit alius Rit. loquens in clericis infra. 235. vbi dixi in j. not. ad denotandū tibi, qd in Regno exceptio ista declinatoria fori non admittitur p alia personā vt ēt dixi in Rit. 105. q. 2. & latius in Rit. 269. Ratio istius Rit. & d. l. est secundū Glo & cōmuniter Doct. ibi, quia licet citatus posuit per aliquā exceptionem declinare forū, tamen quia iudici citanti hoc non appetet, in dubio tenentur cōparere & priuilegiū allegare. & licet Affict. in d. constit. statuimus. 7. not. q. 6. nu. 18. dicat qd nō obstante nostro Rit. sufficit qd vidua, vel pupillus p procuratorem alleget declinatoriam fori, satis miror de tali dicto, cum expresse loquatur contra hunc Rit. & alium infra. 269. suo tempore forte seruabatur, vt ipse dicit, hodie seruatur vt dixi, & secundū hūc Ritū.

4 ¶ Quæro in hoc Rit. de vna q. quæ quotidie versatur in tribunalib. Magna Curia vel Regia audiētia alicuius prouinciarum citat aliquæ de aliqua ciuitate, quæ constat notoriè esse sub dominio sui Baronis, nō quid ille talis citatus tencatur adhuc comparere, & eius priuilegium allegare: Barones orones eorumque officiales dicunt: quod non, quia, cum notorium sit homines illius ciuitatis esse fuos vasallos, ipsosque habere in eos ordinariam iurisdictionē, certū est, ci-

tatu noti esse de iurisdictione citantis, eoq; casu cōparere non tenetur. vt dicit gloss. & Bart. in l. secunda ff. si quis in ius vocan. non ier. & in clement. pastoris in ver. Risana. dere iud. plene Imo. in l. quidam de re iudic. Felyn. in cap. cum ordinem. colum. 5. c. ea fin. de rescript. & Dec. post eum ibidem in glo. fin. Et si diceretur contra eos, qd licet notorie constet datum esse vasallum Baronis: tamen adhuc est dubium veniat sibi remittendus vel ne, t. cum Baronies multos casus habeant in priuilegijs exceptis quibus cognoscere non possunt, vt crimen hæresis maiestatis, falsæ monetæ, & assassinij, damnationis clandestina, delicta cōmissa extra territorium, causas pupillorū, & viduarū, & alij nōnulli, & propterea cōtatio aliqua ex predictis causis iustificari possit, & cō in citatione causa non appareat, teneatur cōparere respondetur secundum Innoc. in cap. præterea in fin. Flyn. in cap. 1. ampli. 5. num. 7. de re iudic. & Matthei fil. singu. i. 9. not. quod sententia in fi. quod cum reglariter iurisdiction ad aliquem non spectat, sed solū in certis casibus, t. ad hoc vt citatus tencatur cōparere, debet in citatione exprimi causus super quo possit ipse cognoscere, alias si non exprimatur, licet citatus ex aliquo casu permisso iustificari possit ex actis, citatus comparere non tenetur, quia citatio est nulla. p. quo facit quod scribit Roman. consil. 283. num. 14. vbi quod licet aliquando licitum sit recedere a iuri communī ex causa, tamen non sufficit, quod illa causa adsit nisi exprimatur, faciunt quæ dicit Ang. in l. vtiique in fi. ff. de re iudic. vbi quod iudex profereat sententiam contra intentionem actoris, vel rei fundatam, tenetur causam inferere, alias sententia est iniusta. & faciunt etiam alia quæplura quæ ad hoc ponit Flyn. in capit. sicut, versiculo undecimus causus numero 17. de re iudicat. & latissime Gabriel. Sarz. post Matthesila. dicto singula. Tu autem in dubiis ter tene contrarium, ea quidem ratione t. quæ magna Curia habet ordinariam iurisdictionem in Regno. vt patet ex Rit. 49. vbi dixi, & per Afridi constitutum, statuimus ut magnæ 8. not. q. 3. num. 29. Regis Audiētia prouinciales in ipsis prouincijs 14. de oib. & l. seq. ff. de offi. p̄sidis. Barones vero licet ipsi habeat ordinariā iurisdictionē in eorū terris: fundatur in iure speciali: id est in eorū priuilegiis, quæstate, nulli dubiu esse debet qd cū ab istis tribus aliis, citatur aliq: tenetur cōparere, & priuilegiū suū Baroniis allegare. d. l. si qd ex aliena. Nō obstat qd dicatur p Baroniis de notorietae suorū priuilegiis: qd si priuilegia sint notoria: attamē ob multos causus quos ipsi cognoscere nō possunt: semper dubiu est, al sub sit locus remissioni, vel nō: & in eo dubio videntur sibi locū dispositioni. d. l. si qd ex aliena. \* Itē re p̄deri p. qd notoriū licet releuat ab onere probantur nō releuat ab onere proponendi: vt dicit Gloss. in cōmētina appellati. in vericu. alias de appellat. l. mōl. capitulo cū sup. nu. 22. versi. & nota. de offic. deleg. Alexan. in l. 2. nu. 14. ff. si qd in ius vocat. non ier. & tertio quod locum habet quando notorie cōficiuntur non habere iurisdictionē contracitatos, se cū qd nō funditus incōpetens, sed op̄ exceptions vt satis nota. tradit Imo. in d. capit. cū sup. nu. 20. ver. ter. Ita conclusio. & nu. 22. ver. tamē cōtra hanc. post Innoc. & Anton. ibi. & idē Alexan. in d. l. 2. nu. 13. & 14. Nec obstat illud, quod ex mente Innoc. & aliorū contra istud dictū fuit, quod in hoc casu debeat exprimi causū in citatione alias secus: quoniam illud p̄cedit in eo iudice qui regulariter non habet iurisdictionem, nisi in certis casibus: & tūc verum est, quoc nisi citans, causam exprimat: citatus cōparere notoriū, quia facit actum notorie sibi non competet. Ita etiam procedit dictum Roma. loquentis de eo qui facit actum, per quem recedit a iure compag-

8 nütq[ue] recessus a iure cōmuni, regulariter est pro-  
bbum ut dicit Iean. de Monte ferra, in rubrica de re-  
friptis ex textu Sylua. Nup. lib. 6. numero. 25. & confil.  
nūtter confil. Brun. numero 18. & Tiraquēl. in tract.  
caſa. part 1. in verba. neceſſitatis. numero 183.  
dñm Matthes fil. in suo ſingul. ſimiliter procedit, &  
sequitur in iudice proferente ſententiā expreſſam  
contra regulæ iuris communis: & finaliter omnia alle-  
gata per Felyn. in dd. locis procedunt in eo qui facit  
actum contra quem regulæ iuris communis ſuare in  
contraria, quo caſu non eſt dubium, quod faciens  
tale actum, debet exprimere cauſam propter quā  
illum facit: quia regulæ iuris ſunt contra eu[m]; nos ve-  
ro loquimur in caſu, in quo iudex citans ordinariam  
habet iurisdictionem in omnibus cauſis, & personis:  
propter quod neceſſe non habet exprimere caſum  
neque iurisdictioni permifſum: quod bene nota, licet  
hodie in Regno nullam habeat difficultatem: quia tri-  
bunalia p[ro]f[es]a a tempore immemorabili, ſemper  
ita feruauerunt, & ferment ad p[ro]f[es]s[ion]em, adeo quod  
quando etiam de iure, Baronū opinio, ſubſtineri po-  
ſet, ex dicta generali, & p[ro]scripta conſuetudine, ius  
non ſogerent, nec in hoc aliquid Regiæ curiæ impu-  
tari debet: ſed ipſiſmet Baronib[us], qui nullam, aut  
modicam iuſtiā in eorum terris ministrando, va-  
fallis eorum proprijs recurrendi ad Curias Regias oc-  
cafionem dederunt. Salerni die 5. Decembris. 1559.  
Prosper Carauita.

## R I T V S C C X X X I .

  
 Tē ſi pupillus, vel vidua  
 trahit in ipſa curia ciuili-  
 ter, vel criminaliter aliū  
 pupillum, vel viduam,  
 & pupillus vel vidua cō-  
 uentus, vel conuentu ve-  
 lit declinare forū: renun-  
 ciet ius commune: & actor sequatur fo-  
 rum Rei.

## S V M M A R I V M .

- 1 Conuentus non in foro domiciliū, volens conſen-  
tire, nū beneficio p[ro]feſſo introducto renunciare poſſit?
- 2 Per vassalli conſenſum, & expreſſam renunciatio-  
nem Baronī p[re]iudicari non poſſet.
- 3 Persona in fori elec[tione] priuilegiata, contenta à  
Mag. Cur. co[n]ſentit ibidem: an poſt litem con-  
teſt. poſſit penitere.
- 4 Priuilegio miſerabilibus perfonis conceſſo, renun-  
ciari minime poſſet. Cum ratione.
- 5 Iuramentum contra bonos mores non obligat.
- 6 Perfonæ priuilegiata circa elec[tionē] fori poſſunt  
etiam poſt concluſum in cauſa variare ab eo cui  
conſenserunt fallit t[em]p[or]e ibi nu. 7.

I See Rit[u]. dicit idem quod aliis Rit[u]. ſupra 228. &  
 ideo vide que ibi dixi. No. tameſt ex hoc Rit[u].  
 quod quando pupillus, vel vidua conuenientur in  
 Magna Curia ab alio pupillo, vel vidua, & con-  
 uentus vult declinare forum: debet renunciare, id est  
 allegato ius cōmune, ſupple in I. finali. C. vbi in rem  
 actio. & actor ſequetur forum rei. Ex quo ſequitur,  
 quod niſi ipſe conuentus velit declinare forum alle-  
 gando ius commune: cauſa ipſa non remittitur, ſed  
 in ipſa Magna Curia tractatur, vt etiam in d. Rit dixi,  
 & t[em]p[or]e eſt: non quia actor habet priuilegium eligen-

- di forū tanquam pupillus, aut vidua, cum ſtante  
 quod reus conuentus, eſt etiam pupillus aut vidua: ſibi non competit, ſed quia in hoc caſu uterque tra-  
 ctatur que ac ſi neuter eſſet priuilegiatus. & ex cō-  
 sequenti ſi conuentus in alio foro, quam domiciliū, vult ibi conſentire, & fori declinatoriam non petere, bene poſt hoc facere, & beneficio pro ſe intro-  
 ducto renunciare, vulg. i. ſi quis in conſribendo. C: de paſt. verum tamen eſt quod ſi Baro conuenti, pro  
 eius intereſſe ſubintrat: petendo remiſſionem cauſe, non eſſet in Magna Curia tractanda, ſed ad ipſam re-  
 mittenda. t[em]p[or]e quia per conſenſum vasallū, nec etiā per  
 expreſſam renunciationem poſt ipſi Baroni p[re]iudicari. vt dicit Bart. in I. prima S. & poſt operis. in fine.  
 ff. de no. oper. nunciatione. & dixi latius ſupra in Rit.  
 3 204. q. 2. q. no. quia poſt quotidie euenire. t[em]p[or]e Qua-  
 ro in hoc Rit[u]. pone q[ui] aliqua ex iſtis perfonis haben-  
 tib[us] priuilegiū electionis fori, conuenientur in Mag. Cur.  
 vel aliqua ex Regijs audiencij, & conuentu ibidem  
 conſentit: demum poſt ligem contestatam vult forū  
 eligerre, & petit ſe remitti: num poſterit? Afflic. in con-  
 ſti. Regn. ſtatuitur ut Magna. 7. no. q. 6. nu. 12. mo-  
 uet hanc q[ui] & decidit quād non; niſi per errorem, nu.  
 6. ver. vltimo limita. ff. de iurisd. omn. iudic. ſed ego  
 4 miror valde quod Afflic. illud dixerit: t[em]p[or]e quia priuile-  
 gio confeſſo viduis, pupillis, & alijs perfonis miſerabi-  
 libus renunciari non poſſet: vt dicunt gloſ. & Bal.  
 in I. vni. C. quād impera. Fely. in c. ſi diligenti in ver-  
 tertium corollarium, nu. 16. de for. compe. Barb. cōſ.  
 64 ſcribitur. col. 1. vol. 4. & Petr. Rebuff. in comme.  
 conſtitu. Franc. tract. de ſenten. prouifio. artic. 3. gloſ.  
 fi. Ratio eſt ſecundum eosdem, quia tale priuilegiū  
 eſt confeſſum miſerationis intuitu, & ſi renunciari  
 poſſet: miſericordia tolleretur. quod eſſet contra bo-  
 nos mores, etiam ſcribit Alex. conf. 122. viſo nu. 14. &  
 conf. 126. viſo. in fi. vol. 4. Ex quo aliud ſequitur, q[ui]  
 etiā ſi cū iuramento fuſiſſet promiſſum nō variare ab  
 illo foro: t[em]p[or]e non obſtantē. c. quamuis. de paſt. in 6. tale-  
 iuramentū tanquam contra bonos mores non obliga-  
 ret. c. non eſt obligatorium. de reg. iur. in 6. vbi glo. in  
 \* ſpecie per illud. c. limitat. d. c. quamuis. \* Contrarium  
 tenet Cagno. in proce. ff. S. illud vero. nu. 289. mo-  
 uet ipſe autoritate Rom. in conf. 269. laſ. in I. qui Ro-  
 mæ. in prin. nu. 5. ff. de verbo. & tex. in I. iurisgentium.  
 S. vt puta. ff. de paſt. & I. de die, cū ſequen. ff. de paſt.  
 dota. & Rom. in d. conf mouetur autho. Cyn. in I. vni.  
 C. q[ui] Impe. inter. pup. & vid. & Bal. in I. j. ff. ſiquis in  
 ius voc. nō ier. ſed non recedēdo ab opin. p[re]dicta p[ro]p[ter]e  
 r[ati]onē allegatis in contrariū, nā Cyn. allegatus p[ro] Rom.  
 in d. cōſil. nō loquitur de renunciatione priuilegiū, ſed  
 de cōceſſione faciēda p[ro] principē, vt non p[re]iudicet  
 pupilliſ, niſi ſpecialis fiat mērio. Bal. in d. l. j. minime  
 etia loquitur de renunciatione priuilegiū miſerationis  
 cauſa iducti, ſed de cōceſſo ratione exuberat[us] fau-  
 riſ, cum diſſentia ſit inter vnu & aliud ut Rom. di-  
 cit in d. conf. laſ. in d. l. q. Rom. q[ui] loquitur q[ui] poſt  
 renunciari priuilegio inducto miſerationis gratia ad  
 reſtituendā dōtē inſra annū, pro quo etiā Rom. alle-  
 ga. d. S. vt puta. & I. de die. cū ſeq. locū habet in mate-  
 ria dōtis in qua ob eius fauorem ſpecialiter reperiuit  
 prouifum, p[ro] d. l. j. de die. cū ſeq. vt poſſit diſco priuile-  
 iegio renuciari, & pacifici eius reſtitutio citeriori t[em]p[or]e  
 6 nō lögiori. Et ideo t[em]p[or]e in q. p[ro]fata dicas, q[ui] e[st] poſt lītē cō-  
 teſt. & poſt cōcluſum in cauſa, tales p[ro]lonꝝ poſſunt  
 eligerre ſibi forū, & variare, ab eo cui cōſenserat, e[st] ſi  
 iurassenſ. vt dixi. & firmat Silua. Nupt. lib. 6. num. 3. 8.  
 vbi dicit vidiffe, q[ui] poſt cauſam ap[er]tūtā vidua pe-  
 tit ſe remitti, & remiſſa fuſit. Doctr. Alex. p[re]alleg. p[ro]  
 Afflic. poſſet procedere in alijs perfonis, quā in iſtis,  
 & vere Alex. ibi nō loquitur de viduis, & pupilliſ, ſi-  
 7 cut loquutus fuſit Afflic. q[ui] not. Limita t[em]p[or]e p[ro]fata,  
 niſi cū ipſa perfonā priuilegiata eſſet admixta alia nō  
 priuilegiata: q[ui] truncatione connexitat[us] cauſa, co-

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

*Est primo iudice deberet determinari, ut dicit nota. Are. consil. 83. quia multa col. 4. n. 7. vel ultimo dicebant, licet Silu. Nup. loc. præalleg. dicat, quod sibi videtur durum. Et ex predictis collige, quod clausula illa quam ponunt actuari in querelis viduarum dicendo quod cum iuramento promiserunt non variare ad nihil prodest, quod nota. Salerni die 5. Decembris. 1519. Prosper Carauita.*

## R I T U S C C X X X I I .



**T**em quod a omnes curiales dictæ curiæ sive sint ad gagia ipsius curiæ, sive non, omnes qui dictam curiam sequuntur: ut aduoçati, procuratores: & alij scriptores curialium priuilegio permittente, in ciuibus, & in criminalibus causis, trahunt eorum aduersarios in dictâ curiam: sed ipsi in alijs curijs non trahuntur ad instantiam aduersariorum suorum, vel ipforum.

## A D D I T I O .

**A** Item quoddam. Adde quod aduersus dispositionem huius ritus anno 1505. fuit supplicatum Serenissimo Regi Catholico per fideliissimam ciuitatem Neapolim. Sicutque responsum, quod habita informatione prouidebitur. ut in capit. dicti Regis in volum. capitulo. ciuitat. Neap. num. 54. fol. 61. Deinde in alia suppositione anno 1507. fuit prouisum, quod officiales actu seruientes, non trahantur extra tribunalia in quibus seruunt, ita tam quod nec ipsi possint trahere alios a suis iudicibus ut in alijs capitulis eiusdem Regis num. 51. fol. 84. C. P.

## S V M M A R I V M .

- 1 Curiales qui dicantur de iure communi; large et stricte.
- 2 Communis vsus loquendi est attendendus.
- 3 Curiales audientiarum prouincialium nunquid eligendi forum habebunt priuilegium?
- 4 Duo specialia simul non concurrunt.
- 5 Curia Regiarum Audientiarum, Principis curia dicitur.
- 6 Curiales Regiarum Audientiarum habent priuilegium electionis fori, assistentes tantum in eis. Secus extra contrahentes, vel delinquentes ibid. & num. 8.
- 7 Armorum portatio Regis familiaribus concessa ubi locum habeat.

**S**vpræ in Rit. 292. in fin. augendo dispositionem constitut. Regn. statuimus ut Magnæ dictu fuit, qualiter priuilegium electionis fori concessum Curialibus Domini Regis cōpetit etiam illis qui assistunt in Magna Curia Vicaria sub eius gagis: super augendo dispositionem d. Rit. dicitur in hoc Rit. quod omnes curiales magnæ Curiae, sive sint ad gagia ipsius, sive non: omnes qui ipsam curiam sequuntur; ut Aduocati, Procuratores, & alij scripto-

res, habent dictum priuilegium: ut ipsi trahant alios in Magna Curia, & ipsi non trahantur ab alijs in alijs curijs. Not. igitur ex hoc Rit. quod curiales dicuntur Aduocati, procuratores, & scriptores ipsius curie ut sunt adhuc, & eorum subactari, seu scribentes. Quo ad aduoçatos, & procuratores priuatorum videtur iste Rit. nimis durus: eo quia de iure communi, curiales appellantur illi qui curia aliquo modo sunt obligati, ut dicit glo. in cap. 1. 1. distin. Luc. de Pen. in 4. curiales, la prima, C. de decurio. lib. 10. Alb. in rubra. C. si quis decuriali vel coarctali, vbi late exemplificat, & Alibi, in d. const. 6. no. 11. num. 7. & licet glo. in d. c. 1. exemplificet in aduoçatis ramen videtur intelligentia illis Aduocatis, qui a curia sunt stipendiati, & seruire tenentur, prout erant antiquitus tales ad uocati stipendiati, ut dixi supra in Rit. 29. Et hodie sunt aduoçati, & procuratores fiscales, & pauperum non autem de illis aduoçatis, & procuratoribus, qui non sunt obligati seruire, sed quatenus ei placet assistunt. Quo vero ad actuarios, & scriptores cuipsi sint obligati seruire curia, ad libitum voluntatis recedere non possint, dici potest: quod nedum sit per hunc Rit. Sed etiam de iure per gl. in d. cap. primo, dici ramen potest pro defensione istius Rit. qui curiales appellantur aduoçatos, & procuratores, quod licet curiales stricte capti dicantur illi tamen qui curia aliquo modo sunt obligati, ramen magis large, & in inspecto comuni. i. vsu loquendi ad quem iste Rit. respexit, & qui de iure attendi debet, ut dicit Bart. in l. talis scriptura, num. 2. ff. de lega. 1. per l. librorum. S. quod ramen cassius. ff. de le. 2. & l. Labeo. ff. de supellectili lega. etiam aduoçati, & procuratores appellantur curiales, sed primum tenetur, ut etiam dicam in fine Ritus.

**3** ¶ Quæro necessario in hec Rit. quid in curialibus Regiarum Audientiarum quæ sunt in prouincijs, nū quid etiam ipsi earumque aduoçati, & procuratores actuarij, & scriptores habebunt priuilegium eligendi forum ipsiarum Audientiarum. Breuiter videtur dicens quod non, quia isti Ritus concedunt hoc priuilegium curialibus Magnæ Curiae, & ut trahant in ipsa Magna Curia. vnde si modo etiam ad istos extenderetur, sequeretur, quod gaudenter priuilegio electionis fori sicuti curiales Magnæ Curiae; & quod tali priuilegio vterentur in alio tribunal, quam in Magna Curia, & sic concurrent duo specialia in eis, quod esse non debet. l. 1. C. de dot. præmissi. tanto magis, q. a de Audientijs Regis nullum verbum in his Rit. c. e do tamen contrarium esse verius, per Rit. seq. qui non loquitur ut iste in curialibus Magnæ curiae, sed de curialibus Regijs, & Reginalibus, ac alijs Regalibus curialibus, cum nulli dubium esse possit, quod curiales Audientiarum Regiarum, dicuntur Regales curiales.

**4** ¶ quia & Curia ipsiarum dicitur curia Principis, sicut Magna Curia, ut dicit Afflict. in constitut. institut. nomen. 19. nota. versiculo quinto quæro, numero vi gesimoquarto & dixi supra in Rit. 54. Non obstat quod dicebatur, quod in istis concurrent duo specialia, quia postquam priuilegium electionis fori cōceditur omnibus Regalibus curialibus cessat primus speciale, & si dicatur ego fateor, quod etiam isti sunt curiales Regales tamen quando ex eorum priuilegiis volunt eligere: debent trahere in magna Curia, non autem in Audientijs ipsijs: quia Rit. omnes loquuntur, quod trahant ad Magnam Curiam. Responde potest, quod Regiae Audientiae Provinciarum vnu si bi quæsuerint cognitionem illarum causarum, quæ ad Magnam Curiam spectant ex priuilegio, ut in d. Rit. 54. dixi post Afflict. in dicta constitut. institut. nam per constitut. Reg. statuimus, viduz, pappilli, & miserabiles personæ quædo volebant eligere forum, debebant Magnam Curiam eligere: & nihilominus Audientiae Regiae etiam de eorum causis cognovunt, & cognoscunt & de hoc postmodum factum fuit

# Com. super Ritibus Magnæ Curie.

123

fur. Reg. incip. quia nulla immo illo tempore con-  
cubant duo specialia in hoc, vnum quod personæ  
misérabilis elgebant Audientias, cum constitut. Re-  
gistratur ut Magnæ de Magna curia loqueretur,  
zherū, qd' Audientiæ cognoscabant de causis ciuilib.  
talium personarū, cum in alijs personis cognoscere  
non possent per d. constitut. Reg. iustitiarii nomen,  
& eo non obstante, vt dictum est) Curiæ Audientia-  
rum elgebantur, & semper electæ fuerunt, & ideo  
cum hodie in ciuibus, & criminalibus eandem ha-  
beant jurisdictionē, quam Magna Curia, & in omnibus  
præeminentijs specialiter Magnæ Curie concessis,  
cum eas omnes vsu sibi quæsuerint, vt in d. Rite  
dixi, & omnibus est manifestum, nullatenus est du-  
bitandum, quod earum curiales postulat ipsas elige-  
re, & suos aduersarios ibidem trahere ciuiliter, & cri-  
minaliter, ipsi vero ab alijs alibi quam in Audientijs  
trahi non debent, vt hic dicitur, & ita his diebus per  
Regiam Audientiam principatus citra, & Basilicatz  
in causa Notarij Vincentij de durante de terra sancti  
Seuerini, actonis, & convenientis suum debitorē, &  
actuarii ipius Regiæ Audientiæ, (referente Domi-  
no Cesare de Luciano auditore) decretum fuit, pen-  
dentes tamen appellatio in Magna Curia. ¶ Predicta ta-  
men vera sunt, donec curiales ipsi penes ipsas Au-  
dientias assistunt, & non aliter vt dicit Rite, & post eū  
Afficit. in dicta constitut. statuimus. 6. nota. in fin. nu-  
mero octauo, argumen. tex. in l. fine. C. de re milita.  
& l. generaliter. C. de episcop. & cleric. & ideo si in  
eorum patria contraherent, vel delinquerent, tali pri-  
uilegio non gauderent. l. fina, in fine. C. de priuileg.  
schol. libro duodecimo, etiam si cum licentia ad eo-  
rum domos accessissent secundum Rite, in d. consti-  
tut. & per hoc facit cap. Reg. vt inter subiectos. t. vbi  
quod armorum portatio familiaribus, & domesticis  
Regis permitta, in eorum patria prohibetur, & in eū  
dotamen, & redeund ad eorum domos gaudet pri-  
uilegio, vt dicit Rite, si cum licentia vadunt, argum. le  
g. primæ. C. de re milit. & l. qui mittuntur, & l. si cui.  
S. primo. ff. ex quibus causis maior. Aduerte tamen,  
quia etiam in Magna Curia Rite, non seruatur in ad-  
vocatis, & procuratoribus priuatorum, quia quo ad  
eos recessit ab aula, nisi essent Neapolitanii siue habi-  
tantes qui vigore priuilegiis eisdem concessi, vt pa-  
ter ex Rite istra 301. trahunt, & non trahuntur. \* Ad-  
venire tamen t. quod & si curiales Regiarum audien-  
tiarum supra dixerint ius eligendi forum habere, at-  
tamen in practica a perehibus non obtineretur, quia  
magna curia in suos tantum curiales per antiquam  
obseruantiam hos Ritus interpretata est, in uno ta-  
men casu indubitate teneo procedere quod supra di-  
xi in fauorem curialium, cum lis quæ ageretur per p-  
dictos curiales esset pro seruitijs per eos prædictis in  
causis in eodem tribunali Regiæ audientiæ agitatis,  
vel alia simili causa dependentiam habente ab eodē  
tribunali, quia iudex alias incompetens, ratione de-  
pendentie efficitur cōp̄terens, vt scribit not. Soci. consi-  
lio 244. numero quarto, volumine secundo, & plenè  
Bol. de foro competen. numero 117. versi. Adde ad  
prædictam materiā. q̄ bonus tamen iudex arbitrabit-  
ur hanc dependentiam, ne subtali prætextu auocē-  
tur causa quæ non competunt Saletni, die 5. Decem-  
bris 1559. Prosper Carauta.

gio permittente, in ipsa Curia ciuiliter, vel  
criminaliter aduersarios suos trahunt.

S V M M A R I V M.

- 1 Priuilegium electionis fori quibus competit, &  
qnd non iudea & heretica lata dicit in princi-  
pio huius commenti.
- 2 Priuilegio. l. i. C. quando imper. inter pupil. &  
vid. Ecclesia gaudere quando, & in quibus ca-  
sibus valeat.
- 3 Ecclesia pupilli equiparantur. Et vniuersitates.
- 4 Nulla miserabilior persona quam pauperis.
- 5 Miserabiles personæ priuilegio fori gaudere volen-  
tes, tales se esse probare tenentur.
- 6 Qui sint, & quot numerandi inter miserabiles per-  
sonas remissive.
- 7 Eligens ex priuilegio forum, competentem iudi-  
cem etiam eligere debet,
- 8 Priuilegiatis, quibus permittitur fori electio, an  
eius variatio permittatur?
- 9 Qui potest eligere, potest & variare. Et varians  
eligere dicitur ibidem.
- 10 Electio, ac variatio nisi semel tantu permittitur.
- 11 Vidua in magna Curia, & coram iudice loci que-  
relam exposuit, in secunda scriptum non reperi-  
tur illam expofuisse, variando à prima. Nec adeſt  
perhorrescentia iuramentum. qui eorum index  
erit.
- 12 Vidua Magnæ curiae forum eligendo, querelam  
contra aliquem exponit, remittit postea, demū  
moritur, vel dicit virum. Num ad Baronis, vel  
alterius partis instantiam debeat causa talis ad  
proprios domicilijs officiales remitti, & vide in-  
fra post. num. 18.
- 13 Vbi personæ conditio facit locum beneficio, ea ceſ-  
ſante beneficium etiam ceſſat.
- 14 Accusatore ab accusatione desſidente, curia ipſa  
ex officio ad ulteriora procedere potest.
- 15 Cessante causa, ceſſat & ius quæſitum. Cessatque  
effectus de futuro successiū ibid.
- 16 Competentia tractum successiū quando, &  
quomodo habeat.
- 17 Causa per personam de exceptione declinatoria in  
quisitam, amplius non tractabitur.
- 18 Pronunciatio à qua non est appellatum firmat in  
r jurisdictionem iudicis ordinarij etiam contra non  
subditos.
- 19 vidua an competit querela & fori electio pro in-  
fatu factō contra aliquem in domo in qua ipse  
habitabat.

**I** Ste Rite, repetit illud idem quod supra dictum fuit  
in Ritu. 228. 229. 230. & sequentibus, & ideo vide  
qua in dd. Rite diximus, vnum tantum videtur iste  
Rite plus dicere quam praefati, quia in eis de curia  
lib. Regijs, & Magnæ curie soluta dictum erat, ia-  
sto vero latius disponitur de Curialibus Regijs, &  
Reginalibus, ac de alijs Regalibus Curialibus, vt in  
prædicto Rite ponendo effectū qui exinde sequit:  
Q. 3 & quo-

R I T V S C C X X X I I I .



Tem clericus, pupillus, vidua,  
clericorum, vel permittente,  
ac curiales Regijs, & Reginal-  
les, ac alijs Regales curiales Re-  
galium, & curialium priuile-

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

**a** Et quod die habetur in curijs. \* Limita tamen hunc Rictum, ac l. vni. C. quando Imper. inter vid. & pupil. & constitut. Regn statuimus ut Magnæ non procedere quotiescumq; persona hic & ibi enumeratæ effeni Iudææ vt dicunt Iser. in constit. si quis in postrem. super verbo Iudæis. pro quo etiam vide quæ dixi in Rit. 19. in prima limit. a Et licet Afflct. in ead. constitut. 16. not. nu. 47. miretur de hoc dicto Iser. eo quia ipse Iser. mouetur per text. in auth. de priuileg. dot. heret. non præsta. qui tex. loquitur de hereti. non de iudeis. nos est recedendū a d. Limit & opin. Iser. nec obstat quod ille tit. in authen. de priui. dot. loqua tur de hereticis quoniam respödetur dupliciter. pri mo quod nigrum illius sit narrando quæ sunt hereti ca. dicit hereticas qua diversarum sunt heresim. itē omnes quæ non sunt membrum sanctæ Dei cathol. & Apostolice Ecclesiæ prout propriæ sunt Iudææ, & per illa verba includantur Iudæi, legatur idem Afflct. cui immemor in constit. lege præsenti. 3. no. nu. 5. in fi. vbi dicit quod Aduocatus a Curia statutus pro viduis non debet Aduocate pro vidua iudea: quia nō est membrum sanctæ Dei Cathol. Ecclesiæ, & alle. d. tit. in auth. de priuileg. dot. adeo quod ipse me illū tit. intelligit etiam in Iudæis. Secundo respondeatur quod licet ille tit. loquatue in hereticis extenditur etiam ad Iudæas. quia sunt species hereticorum. vt dicit Azo. i summa. C. de Iudæ. in princ. Et quod hoc sit verum legatur idem Azo. C. de heret. num. 10. qui ponit omnia quibus priuati sunt heretici remittenda se ad dicta per ipsum. C. de heret. adeo quod clare te net illum tit. in auth. de priui. dot. etiam in Iudæis locum habere, quæ not. pro intellec. d. tit.

**b** ¶ Quero primo in hoc Rit. nunquid ultra personas in hoc & præceden. Rit. enumeratas, reperiatur alia quib. competat priuilegium electionis fori? Breuiter dicas quod sic, & ideo potes præfatis addere ecclasiam, vt dicit Iser. quem sequitur Afflct. in cōst. statuimus 7. not. num. 11. dicentes ita semper fuisse seruatum, & postmodum determinatum per c. Reg. quia nulla. & Capici decisio. 160. idque etiam probari potest per Ritum. supra 219. & post prædicta firmat etiam Didac. Couar. in lib. pract. quæst. c. 7. vers. habent præterea, vbi dicit in illo Regno castellæ ex diutino vsu ita fuisse receptum, & obtentum. Et non ab re Iser. Afflct. & Couar. fundantur in vsu & pract. quia si in Regno non extaret. d. c. nec Rit. præallegatus, iure cautum non reperitur t quod Ecclesia gaudient priuilegio. l. vnicar. C. quando Imper. inter vid. & pupil. nisi quando eisdem fuisse cōmissa aliqua violentia, rapina vel fraus. vt dicit Ioannes Andr. in c. cum sit generale. de for. compet. Imo. in e. si clericus, de for. compet. Alex. conf. 103 in fi. vol. 5. Afflct. decis. 257 in princ. & Couar. in loc. præalleg. Ratio autem quare iudicantium vnu tributum fuerit etiam Ecclesiæ hoc priuilegium pupillorum, & viduarum ea est: quam Didac. ibidem ponit in versic. habuit, t quia etiam ipse pupilli equiparantur, cum earum res sub aliorum Regimine maneant, si cur res pupillorum sub administratione tutorum, & pro hoc text. in c. j. e. auditis, de in integ. restit. mino. & Bart. in l. pupillorum, in princ. ff. de reb. eorum, quam ratione Afflct. etiam sentire videtur decisio. 390. nu. 3. Adeo etiam vniuersitatem, cum quia sub se includit viduas, pupillas, aliasque personas miserabiles, propter quod eadem ratio censetur esse, quæ est in uno quoque eorum, tum etiam per text. not. in l. rempublicam. C. de iur. re public. lib. 11. iuncta gloss. vbi vniuersitates pupillis equiparantur, & sicut ratione equiparationis supra posita, inter Ecclesiæ & pu-

pillos, diximus fuisse hoc priuilegium concessum etiam Ecclesiæ, eodem modo in vniuersitatibus dici debet. & nō sunt multi dies, quondam litigante in Regia Audientia Principatus circa & Basilicæ, vniuersitate Campanæ, fuit petita remissio ad Baronem, & referente Domino Celare de Luciano Auditore ipsius Audientia decretum fuit causam remanendam, quod tamen postmodum per Magnam Curiam Vicariæ confirmatum fuit. Item adde pauperes, & vt pulchre scribit Dida. Couar. in loco præalleg. quæst. 6. versic. secundus, probat secundum eum ex tex. d. l. vni. & ratione tex. in cap. significatibus, de officio deleg. vbi miserabilibus personis hoc priuilegium est concessum; t quasi nulla miserabilior quam pauperis, & pro hoc psalm. 9. tibi derelictus est pauper, orphano tu eis adiutor. Psal. 10. oculi eius ad pauperem respiciunt, & Psalm. 40. Beatus vir qui intelligit super egenum, & pauperem, & in hoc debene summopeste animaduertere officiales proni ad remittendum causas Baronibus, quia cum coram eis paupera divite opprimatur, ouem lupo remittunt. Adverte tamē, quia, & si dixerim pauperib. concessum hoc priuilegium, intelligi debet dummodo eligens forum ve pauper, doceat se talem, vt Didac ibidem dicit. & cum hoc in paupere requiritur, sed in omnibus personis eligentibus forum, t adeo quod viduæ, & pupilli, tenentur se tales esse probare, alias succumbent in electione, per text. in l. non ignorat. C. de his qui accus. non poss. vt etiam dixi supra in Rit. 19. 1. quæstio. tercia. \* Et judicatur quod Afflct. decis. 197. ex doctr. Bartol. in l. secunda, in j. lect. num. 9. & in 2. lectu. num. 7. ff. si quis in ius vocat, nō ier. dicit, quod licet negetur qualitas quæ fundat iurisdictione sufficit quod illa qualitas fuerit narrata in libello, nec cogitur alias pars eam probare, sed datur terminus in causa principali, cum clausula, quod si facta publicatione non constabit de illa qualitate causa remittetur, & si constabit procedetur ad vteriora, sc. cum dum quam decisio. dicit concurrere magis communem opinionem Tiraq. de retract. cōf. sanguin. in gloss. in versic. iudicem S. Octauio, num. 17. & 20. Respondetur quod non video seruari secundum præct. dictam decisio. Sed quando quis tanquam pupillus, vel vidua, aut vt persona miserabilis in causa civili, vel criminali vult trahere suum aduersarium extra curiam sui domicilij, & petitur remissio ad domicilium prætextu quod actor non sit pupillus, vel vidua neque miserabilis, datur brevis terminus trium, vel quatuor dierum ad probandum incumbentia circa remissionem petitam, & summarie cognoscitur de exceptione allegata, & ea cognita, mediante decreto prouideretur causam remanendam, vel remittendam, quæ practica mihi magis placet, & secundum eam fuit in opinione Alexand. in dicta l. secunda, & in cōsil. 1. colum. 1. & 3. volum. 5. & Felyn. in cap. si clericus laicum, colum. 2. versic. limita secundo de foro competen. inquiens communem esse opinionem. Prædicta tamen intellige vbi per partem negatur esse pupillum aut viduam, alias nemine negare, etiam non probata dicta qualitate, procederetur in causa, per ea quæ dixi sup. in d. Rit. 19. qd. 3. & ad fundandam iurisdictionem sufficeret, q. in libello vel que relata narraretur quem esse pupillum, viduam, aut per sonam miserabilem, iuxta dictam doctr. Bar. in d. l. secunda,

## ADDITIONES.

- a Limitationes. Adde, quæ diximus remissione circa Iudæos ad dictum ritum. 19. C. P.  
b Pauperes quo ad paupertatem & quo ad pauperes, vide quæ diximus supra, ad ritum 179. C. P.

# Com.super Ritibus Magnae Curiae. II. 124

corda, & decisio. capel. Tholos. 210. post Cyn. in R. præscriptione, C. si contra ius vel vit. publ. vltimo addit generaliter omnes personas miserabiles, ut pateretur. ex Rubric. & textu dicto l. 1. C. quando imperat d. cap. singificatibus, & constitu. statuimus ut magna. t. si quis tamē scire velit qui sint illi qui inter personas miserabilēs connumerantur. videat late Rebuff. in eorumen. constitut. Regn. Francie. in tract de sent. priuicio. articul. 3. glossa fin. in princip. vbi quindecim personas enumefat, sed vere Bartol. in d. l. vni et. in hoc tradidit meliorem Doct. quod in arbitrio indicantis relinquantur: quia multa sūt personæ quas Rebuss. inter miserabiles posuit, quibus hoc priuilegium electionis fori non tribueretur, & si alias alio respectu essent miserabiles. Et aduerte in ista mate-  
ria, ut semper intelligas, quod personæ quæ possunt forum eligere ex priuilegio, elegant iudicem qui alias sit competens aduersarij: alias si esset incompetens: non procederet. vt dicit Iser. in d. consti. statuimus ut magna & Affili. post eum 7. n. 6. num. 13. ver. quid enim, & in cod. nec q. 10. num. 22. & decff. 257. vbi la-  
tius de hoc. & Sylv. Nupti. lib. 6. num. 4.

t. Secundo quarto in materia electionis fori consti. viduis, & alijs miserabilibus personis, per l. vni et. C. quando impera. & per constit. statuimus, ut magna, nunquid sicut eis est permissa electio fori: sit etiam permitta. variatio? Affili. in constitut. Regn. statuimus 7. nota. quarto. 13. dicit q. sicut quia qui potest eligere potest etiam variare, leum qui cer-  
tarum, & de verbo. oblig. item. quia ille qui variat, eti-  
gero dicitur. Et istud intellige etiam post item conce-  
ptum, immo etiam post causam conclusam, ut dixi  
supra in Ritu. 231. licet Affili. in eadem. constitut. ali-  
zer dixerit: & non bene. vt ibi dixi latius. Aduerte  
namen diligenter circa istam materiam variationis,  
quod quod de variatione dictum fuit, intelligi debet  
quod variatio fieret a curia sui domicilij ad Curiam Regiam, alias si aliquem conuenienter in Tribunali Regio, puta Magna Curia, aut Regia Audientia, &  
ab consensu, & demum vellent variare, & causam  
trahere ad curiam domicilij, non possem: quia cum  
variatio permititur eo: quia concessa est electio di-  
cta leum qui, post quam item elegerunt, trahendo  
eorum aduersarij: coram iudice per eas electio: vñ  
sunt earum priuilegio electionis, & ideo non potest  
amplius cadere variatio, sicutque videtur firmasse Iser.  
in authen. habita. in ver. item, in fin. sui libri feudo, &  
Bartol. in d. auctent. num. 7. vbi reprehendendo glos.  
dicit t. quod non, nisi semel permittitur electio, &  
pari ratione variatio: secundum Baldibidem, versic.  
tertio, dubiatur num. 35. in fin. versiculo & Tiraque.  
in l. Boue. & hoc sermone, in princip. numbe. 14. eum  
sequen. ff. de verborum significat. in tantum quod  
tunc solus poterant ista personæ variare, cum non  
dum elegerunt aliquam curiam vigore sui priuilegij.  
& in varitate iuriis ita intelligi istam materiam. Be-  
nebat vero verum est, quod in pract. non seruatnr, &  
variatio etiam bis, & ter conceditur tam a curia do-  
mestic, quam a Magna Curia, & Regia Audientia.  
& vid ego viduas elegisse Regiam Audientiam, &  
postnodum variasse ad curiam Baronis, & a curia Ba-  
ronis variasse iterum ad Regiam Audientiam, & suis  
se admissas, sed crede mihi non omnes aduerterunt,  
acte intelligunt hunc passum variationis.

t. Tertio quarto de vna q. de qua in facto. consul-  
tus fu, quædam vidua querelauit in Magna Curia,  
& cram indice loci, non reperitur scriptum in se-  
cunda querela, quod illam exponit variando a pri-  
ma sed solum duæ simplices querela, & nec in pri-  
mane in secunda adeit iuramentum perhorrescen-  
tia ut requiritur per consti. statuimus ut magna, &  
dixus supra Ritu. 228: quis eorum iudicium causam  
scibit? Brenier ergo glico prout etiam tunc dixi,

quod iudex causa erit ille qui est competens de iure  
comitatu: non obstante alia querela facta coram alio  
iudice, ratio est: quia ille qui est competens de iure  
communi, non est iuramento perhorrescentia: sed  
suffici ei expostio querela, alius vero qui non est  
competens de iure communia, sed solum ex priuile-  
gio querulantis, tanquam vidua, per d. constitut. sta-  
tuimus, iuramento perhorrescentia egit, alias eius  
Curia eligi non potest, vt in d. Ritu. dixi. Limita tamē  
istud, nisi vidua ipsa prosequendo causam, suam que-  
relam corrigere iurando perhorresceret, & varian-  
do: quoniam tunc is esset iudex coram quo ipsa vi-  
dua hoc ageret.

t. Quarto quarto de vna no: & practicabili questio-  
ne. ponit quod vidua eligendo forum Magnæ Curie.  
exponit querelam contrarialem, demum ipsa vi-  
dua remittit: thoritur vel dicit viru: munquid ad in-  
stantiam Baronis, vel alterius partis, causa ipsa: ad  
proprios officiales domiciliij debeat remitti & videtur  
primo quod non, eo quia exposta querela per vi-  
dutam, Magna Curia effecta est iudex competens, &  
in causa est sibi ius quæsumum: propter quod, licet ces-  
set persona vidua: ius quæsumum non tollitur, l. fin. ff.  
de pact. l. si post mortem, S. 1. de legat. 1. & l. si post  
mortem, ff. de bon. possess. contrarabu. & capitul. ab  
eo de elect. in sexto. cum simili: que pro hoc allegat  
Tiraquel. in tracta. cessa. causa limita. 11. Secundo,  
quia per expositionem querela vidua, effectus elec-  
tionis fori, qui est facere iudicem competentem: est  
iam in esse productus, & consumatus, quo causa ces-  
sante causa electionis fori, noncessat effectus in esse  
productus, seu consumatus, l. si. in princip. ff. vnde li-  
ber. l. inter stipulantem, S. sacram ibi. nec teuocentur.  
ff. de verborum obligatio. & l. patresfario, ff. de his  
qui sunt sui, vel alieni. iur. Cyn. & Bald. in l. generali-  
ter ille, colum securida. versicu. in contrarium & iste  
colum. 3. versicu. item exemplum, C. de episc. & cler.  
Bart. in l. secunda, S. fi. in ff. de donz. & Bal. in l. vbi  
colum. penult. versicu. formatur alia. q. C. de iur. dot.  
cum infinitis simil. quæ in idem adducit Tiraquel. in  
l. si. vñquam. in versicu. suscepit liberos: num. 165.  
versi. & ne post tot tantasque, & in d. tracta. cessante  
causa limita. 12. Contrarium ego puto verius. primo,  
per tex. in l. in omnibus causis id obseruat, ff. de re-  
gulis iuris. vbi ad literam iure const. ait quod vbi per  
sona conditio locum facit beneficio: ibi cessante ea,  
cessat etiam beneficium. & pro hoc aliud quod dici-  
tur quod priuilegij causa cessante, cessat præstigium,  
l. Athlete, S. primo. ibi quo ad in presidatu sunt, l. geo-  
metra. ibi, donec curam gerunt, & l. idem vñplanus,  
ff. de excusa. tuto. l. Tira Seio, S. vñfras. vbi glos. &  
Bald. ff. de legat. secundo, & l. filius a patre, S. optimus.  
ib. cu militare desit. vbi etiam Imo. Alex. Are. & Iaf.  
ff. de lib. & posthu. cum infinitis que ponit Tiraquel.  
14 in d. tract. in versicu. priuilegij causa nul. soz. & secun-  
do, quia accusatore desidente ab accusatione, potest  
curia ipsa ex officio in causa ad vltiora procedere,  
l. penul. in princip. ff. de pub. ind. l. secunda, vbi not.  
per Bal. C. de abolitio. c. 1. & 2. extra de col. dategeni.  
cap. Regni ad cōsultationem, & l. momente, C. de de-  
lato. lib. 10. vbi lo. de Plat. nu. 2. ampliat istud procede-  
re siue desistat voluntarie siue necessario: vt quia mo-  
riatur, vel absens sit: & nihilominus limitatur, non pro-  
cedere in eo delicto in quo alius absque querela ex  
officio procedi non posset. vt dicit Abb. in d. c. i. col. ff.  
Par. in tract. syndi. in versicu accusatio. colum. r. ver. q  
est verum. & Io. Ant. de Nigr. in d. c. ad consultatio-  
nem, num. 20. & cap. pridem, nu. 10. ergo eodem modo  
desidente vidua per remissionem, vel ea mortua;  
aut nupta, non debet ipsa Magna Curia causam reti-  
nere: sed remittere, quia alias non esset competens  
vere excoicato gl. in d. capitu. nos dicit, quod sic : &  
latius Siluestr. hi summa. in versic. excommunicatio.  
lo 5. numero 21. versic. duodecimum est, Decima-  
quinta est, † quia litera per ipsum a Papa impetrat.  
et super alio articulo, quam excommunicationis, vel  
appellationis, non valent. capitulo ipso iure, de tescr. in 6. Decimasexta pena est, † quia efficitur infamis.  
6. q. 7. capitu. infamis, si tamen excommunicatio ipsa  
auctorita est, secundum Bald. in capitulo cum dilectus,  
de consuetu. Decimanaseptima est, quia mortuus no  
potest in ecclesia aut loco sacro tumulari : quia cui  
noa communicamus viuo, nec mortuo communica  
re debemus. c. sacris. de sepul. † Decimaoctaua est,  
quia pro eo mortuus non potest oblatio suscipi : nec  
publica oratio fieri nisi in eo signa contritionis ante  
mortem apparuerint : quoniam tunc absoluetur post  
mortem : & fieri poterunt omnia prefata 24. q. 2. c. sa-  
ne. qualiter tamen absoluetur sic mortuus vide Silu.  
in summa in versic. absolutio lo. 3. numero 15. ver-  
siculo vndeclitum. † Decimanona pena excommu-  
nicati est, quia eius cadaver non facit locum reli-  
giostum sicut cadaver hominis fidelis non excom-  
municati, vt dicit Silue. in loc. proxime cit. & in ver-  
sicu. excommunicatio. lo. 3. numero primo. in fin. ver-  
sicu. vigefimo primo. vbi late de istis, & alijs poenis.

28. † Vigesima pena est, quia si ultra annum in excom-  
municatione perdurauerit, punitur pena. cap. Reg.  
siquis in excommunicatione, vt etiam scribit Afflict.  
in constit. Regn. poenam eorum. primo. nota. num.  
2. si tamen talis excommunicatus fuerit per prelatum  
excommunicantem denunciatus curie seculari, vt di-  
cit Luca. de pen. in d. capitulo siquis, per aliud capitu.  
Regn. quod incipit item statuimus quod si con-  
tingat vide tamen Petr. Rebuff. in concorda. Titu. de  
excom. non vitas. vol. 2. vbi sexaginta duas penas ex-  
communicationis ponit.

29. † Quarto primo in hoc Rit. pone quod aliquis vult  
examinare pro se aliquos testes, alia pars instat ip-  
so non recipi, quia sunt excommunicati qui testifi-  
car non possunt ut supra diximus. in 3. no. & offert  
incontinenti probare de excommunicatione, nun-  
quid interim admittentur ? Specu. in titul. de teste. S.  
1. numero 41. versiculo quid ergo si præmissa, arguit  
pro & contra: tandem dicit quod aut mora ipsos re-  
cipiendi est periculum allatura, quia testes sunt in-  
firmi, vel abfuturi, & tunc eorum depositio recipi  
debet, & demum queri de excommunicatione. arg.  
c. quoniā frequenter. in prin. vltite non contest. & l. 1.  
S. fina. & l. fi ff. de fer. & l. cū hæreditas. ff. ad Trebell.  
aut nō est periculum allatura, & tunc securus, quia cū  
statim conitare possit nō esse admittendos, superfluo  
admitterentur, quod fieri non debet. S. sane. extra in  
procem. Tu autem dicas quod ista distinctio de iure  
communi posset procedere : quia per ipsius dispo-  
sitionem probatio excommunicationis non require-  
batur in promptu, & in ipso instanti, ut patet ex c. 1.  
de excep. in 6. & licet esset oblatu velle incontinenti  
probare illud incontinenti, non intelligit Spec. sine  
dilatatione, quia si ita intelligeret, quæstio ipsa super-  
flua esset: postquam statim posset de excommunica-  
tione constare. in Regno nostro per hunc Ritu. securus  
est, quia cum exceptio excommunicationis contra te  
testes, non aliter admittatur, quam si in promptu, & ip-  
so instanti appareat per legitimam documenta, verbū  
interim, non potest in hoc cadere, quia aut constat  
de ea statim, & non solum supersedetur: sed nec etiā  
recipiuntur, aut non constat modo quo hic dicitur :  
& tunc sine scrupulo recipiuntur quod nota. \*Verum

30. tamen est quod in hoc Regno non video ~~prædicta-~~  
ri hanc exceptionem excommunicationis ad repel-  
lendum testes, sed omnes indistincte recipi, & post-  
modum in termino dato ad repulsam, ipsos repulsa-  
ri tanquam excommunicatos vel habentes alios de-  
fectus, cedo quod procedat ratione istius Ritus dis-  
ponens exceptionem excommunicationis tunc de-  
mum militare cum ipso instanti legitime appareat  
de ipsa excommunicatione per legitima documēta.  
31. ¶ Secundo quero quid nam veniet appellatione  
legitimorū documentū? Breuiter glossa dicto  
capitulo primo. de exceptio. in 6. in versiculo docu-  
mentis, dicit venire instrumenta, vel testes, & idem  
Albert. in suo dictionario in versi. documenta. Dici-  
32. tur tamen legitiꝝ quotiescumque testes erunt le-  
gitimi, ideo omni exceptione maiores, vt dicit glo. in  
capitulo at si clerici, in versiculo legitima. extra de iu-  
dic. & quotiescumque instrumenta ipsa erunt publi-  
ca, siue authenticā, vt late scribit Specula. in titulo de  
instrumento. editio. S nunc dicendū. in princip. & Lan-  
fran. in repeti. capituli quoniam contra in versiculo  
instrumentorum productiones, numero 8. versiculo  
secundo est videndum in tantum, quod exceptio ex-  
communicationis, tunc demum admittitur, cum per  
testes legitimos omni exceptione maiores, vel instru-  
menta publica apparebit, dummodo id fiat in promptu,  
ipsoque instanti. quod nota. pro declaratione  
verborum istius Ritus. Salerai, die 9. Decēbris. 1559.  
Prosper Carauta.

## R I T V S CCXXXVII.

 Tem quod nullus admittatur ad denunciandum aliquem de usuraria prauitate: sed admittatur ad accusandum, agendo via ordinaria, & tunc Aduocatus, & procurator fisci dictarum causarum procedant ordinariè contra dictum accusandum ad priuationem bonorum suorum omnium.

Dixi de hoc Ritu. supra in Ritu. 196. videas.

## R I T V S CCXXVIII.

 Tem quod post terminum da-  
tum ad probandum, non reci-  
piantur aliquæ scripturæ, ve-  
rum vbi pars producere vellet  
curia accipiat ipsas, & non po-  
nantur in processu, sed teneat eas magister  
actorum, & scribatur in eis præsentatę post  
terminum, scilicet die tali, &c. post termi-  
num, &c. iudices deinde videant eas ad eorum  
declarationem, & recipiant dicto mo-  
do etiam post conclusum.

## S V M M A R I V C M.

1. Casus duo in quibus iura producuntur etiam post  
terminum, & conclusum in causa. Et ad quem  
effectum.

2 Con-

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

- 3 Conclusio causa non nocet dummodo facti veritas habeatur.
- 3 Conclusio fit post scripturarum presentationem, pars petit terminum ad eas comprobandum, quia illæ impugnantur, nunquid dandus sit?
- 4 Appellacione scripturarum, veniunt scripture publicæ, & priuatae.

**N**ota ex hoc Ritu, quod lapsi termino statuto per iudicem ad probandum in causa, scriptura presentata per aliquam partum nō recipiuntur in processu, sed tenentur extra ipsum ad informationem, & instructionem ipsius iudicis, & hoc siue producatur ante conclusionem, sive postea, & idem disponitur infra in Ritu. 240. adeo quod per dispositionem istorum Ritu, qui coöcordant etiam cum consiliis Regn. lice, instrumenta, & scripturæ, in termino probatorio presentari debent. Limita tamen istud non procedere in duobus casibus, quos posuit sequens Ritus. 1 Primus est, quando essent scripturae nouiter reperte post termino, quoniam tunc vsque ad conclusionem in causa presentari, & produci possunt iuxta iuris dispositionem in c. cum dilectus. de fide instr. Secundus est, quando producens eas esset aliqua persona priuilegiata, a iure, ut viduz, pupilli, & alia personæ miserabiles. per l. 1. C. quando impera. inter vid. & pupill. quod etiam cauetur per d. constitut. Regn. lice. sed iste Ritu. correctus est per Regiam pragm. 11. incip. cursu dilatiorum. S. quibus. de ordi. iudi. vbi patet expresse, scripturarum productiones & earum impugnations fieri posse etiam post lapsum terminū infra quarum dies a die publicationis. Adeo quod per illam pragm. instrumenta, & scripturæ usque ad conclusionem in causa presentari possunt in processu; quia ut ibi dicitur, conclusio intelligitur facta elapsis illis quatuor diebus. & ante illam prag. ut dicunt Iser. & Affl. in constitutio. Regn. lice, 13. nota. num. 13. versicul. tercia dubitatio. dispositio istius Ritu. non seruabatur sed ius commune. in dicto capitulo cum dilectus. de fide instrumento, in tantum quod usque ad conclusionem in causa absque dubio instrumenta & scriptura produci poterant in processu, & ita etiā seruatur hodie ex communī obseruantia in omnibus Curijs Regni non obstante dicta constitu. & dispositione istorum Ritu. ut dicit etiam Marant. in pract. parte 6. actu. 8. num. 47. versiculo vñio ad secundū, eund. Maran. ibid. num. 49 quod licet usque ad conclusionem scriptura prefentari possint, & non ultra, per d. prag. & per communem obseruantiam, tamen si presententur, seruatur quod hic dicitur, & extra processum recipiuntur non in vim probationis: sed ad instructionem iudicis tantum, & multoies recipiuntur etiam in processu cum clausula quod de eis habeatur ea ratio, quæ de iure habedā erit. ut Cœqs. dicit in Ritu. sequen. & istud video sepius practicari, quām quod recipiantur extra processum, & adhuc talis clausula parum seruit; quia in omnibus Curijs Regij habetur ratio omnium scripturarum presentarum, etiam post conclusionem & recipiuntur usque ad sententiam, ut omnibus clarum est. Ratio istius obseruantiae est: quia causa omnes in hoc Regno sūt summarizæ, & in eis proceditur sola facti veritate inspecta. per capitulum Regn. detestantes, quod habes infra. Ritu. 228. & per Regiam prag. dispensia litium de ordi iudi. ut quo casu conclusio causa non nocet dummodo facti veritas habeatur, & scripture omnes admittuntur. ut firmat Roma. in l. admonendi. ff. de iure iurian. & in consil. 176. numero 12. circa fin. & Domini de Rot. decis. 1. alias 165, alijs tribus, de resti. in integ. & licet Felya. in d. cap. cum dilectus. nume. 19.

limita; & aliter tenet, dicens istud esse verum solum in causis summarizis beneficialibus: non autem in profanis per aliam decis. Rot. alias 30. sicut debet, de sequestra posse, tamen in Regno ut dixi, ferunt prima opini. Roma. & Domini de Rot. quiesca in profanis expresse loquuntur.

3. Ut ergo in hoc Ritu. ponit quod conclusio fit post presentationem scripturarum, verum quia illæ scriptae nunc impugnantur, pars ipsa petit terminum ad eas comprobandum, nunquid dari debet? Abb. in pirolo quoniam contra column. 9. in glossa, in volumine productiones. de probatio. dicit quod sic non obstante conclusione, quia per dationem termini vel admissionem articulorum, videatur tacite revocata. n. dicit Bellamera decis. 55. & 57. quod potest facere, iudex cum sit interlocutoria. capitulo cu cesseat, de appellati, & l. quod iussit. ff. de re iudicata. & iustitia expresse. Affl. decisio. 115. dicens ita fuisse decisionem in consil. dummodo scripture comprobanda sint publicæ, vel priuatae; quæ de se fidem faciunt, alias si essent priuatae quæ de se fidem non facerent, fecerent. & licet ibi dicat quod quo ad priuatas sacram consilium seruauit sibi meliorēm de liberationem: tamen in alia decisio. 172. hoc expresse determinat. Et quod diximus de termino, dando post conclusionem ad probationem scripturarum presentatarum ante: amplia procedere etiam in scripturis presentatis post conclusionem, quando conclusio facta fit cum reservatione presentandi scripturas. ut dicit Affl. in decis. 272. semper intelligendo in scripturis publicis & etiam priuatis modo quo dixi: ut ipsemet dicit, quia reservatione facta presentationis scripturarum, intelligitur de publicis & priuatis: quædem faciunt: non de priuatis quæ de se non probant, ut dicit Abb. in rub. extra de fide instru. & ita debet intelligi quod dicit gloss. in cap. 1. in versi. in scriptis, extra de appella. Inno. in cap. 1. de senten. excommunicatio. in 6. & Bald. in l. 1. C. de iuram. calum. & vbi quod scripturarum appellatione veniunt publicæ, & priuatae. Dictamen idem Affl. in cap. 1. in princ. versic. sed quod de quadam questione: numero 111. si de iure inter domi. & vasal. lis oria, quod etiā quando essent scriptura sine testibus, quæ de se fidem non facerent. sacram consilium consuevit admittere earum productionem, & dare breuem terminum ad eas comprobandum, non tamen rescissa conclusione, sed quod ponantur extra processum pro veritate inquirenda, & habeatur ea ratio de eis, quæ iure habenda erit: quod nota. Salerni, die 10. Decembbris. 1559. Propter Carauta.

## R I T U S CCXXXIX.



Tem quod in quacunque causa ciuili, quæ in dictis Curijs, & altera ipsarum agitantur: actor, & reus presentare, debeant instrumenta & cautelas alias, si quas producere habent: ad probandum intentionem eorum infra terminum eis statutum ad probandum in causa ipsa: ita quidem quod terminus detur ad producendum omnia iuria sua, & non aliter: nisi essent instrumenta, & cautelæ nouiter reperte, quæ secundum juris dispositionem, produci possunt: etiam usque ad conclusionem, & nisi essent personæ priuilegiatae in iure.

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 129

S V M M A R I V M.

- 1 Scriptura vñq; ad causæ conclusionem indistincte presentari possunt: non ultra.
- 2 Facta conclusione liquere de causa dicitur.
- 3 Conclusionis in causa eosdem effectus, quos sententia productit. Cum ampliat, & limitat,
- 4 Conclusionis in causa multipliciter.
- 5 Iuramentum suppletorium post conclusionem deferri potest,
- 6 Pars interrogari potest post conclusionem, ex officio.
- 7 Aspectus loci omnem superat probationem.

**N**ot. ex hoc Ritu, quod dispositio iuris communis in capitulo cum dilectus de fide instrumentorum volentis instrumenta, & scripturas vñque ad conclusionem posse presentari, per hunc Ritū restringitur, & limitatur procedere solum in duobus casibus positis in text. videlicet, quando essent scripturæ nouiter repetita post lapsum terminum, vel pars producens esset persona a iure priuilegata. sed ut dixi supra in præceden. Ritu. istud non seruat, & p. Prag. Regiam quam ibid. allegauit. est redactum istud ad dispositionem iuris communis. in d. cap. Et qualiter hodie practicetur: ibi dixi.

Secundo nota. ibi iuris dispositionem, t̄ ex dispositione iuris instrumenta, & scripturæ presentari possunt indistincte vñque ad conclusionem in causa & non ultra. Ratio est secundum Felyn. ibidem. in princip. t̄ quia facta conclusione dicitur omnino liquere a de causa. vt dicit gloss. in capitulo significauerunt. in versicu. liquere vbi etiam ipse notat extra de testib. & vt dicit Bald. in authen. qui temel. in fin. C. de proba. non est amplius cognoscendum, sed cognitū esse t̄ immo multoties conclusio in causa producit eosdem effectus quos facit sententia, vt dicunt Ioan. Mona. Ioan. Andr. & Dom. in cap. 2. de restitu. in integr. in 6. Bald. in l. error. column. 4. C. de iuris & fact. igno.: est bonus text. in capitul. auditio extra de procura. in capitulo auditio. de restitutione in integr. & capitulo pastoralis. de causa. posse. & proprie. ta. Amplia dispositionem præfata procedere in conclusione quomodounque facta, t̄ cum multipliciter fieri possit, & hoc ideo, quia semper militat eadē ratio, quem supra dixi, siue conclusio fiat per expressam renunciationem quam faciunt partes omnibus probationibus, vt dicit Specula. in titul. de renuncia. & conclusione. in princip. siue per lapsum termini a statuto præfixi ad probandum. vt ponit Bald. in l. 6 accusatoribus. in fin. C. de accusa. & in d. capitulo pastoralis. post Innocen. in capitol. super eò. lo. 2. super versicu certum. in principio. de appellatio. Romanate confilio 176. & patet ex dicta Regia pragm. 21. incipien. cursu dilationum. §. quibus. de ordine. iudi. siue fiat per commissionem factam de causa consilio sapientis decidenda ex voluntate partium. vt dicit Cardina. consilio 25. in causa Amareti, & in dicto capitulo pastoralis. & Felyn in dicto capitulo cum dilectus. numero 30 versic. alio modo, siue etiam fiat per iudicis interloquitoriam (prout hodie in Regno fit communiter) vt dicit gloss. in clemen. sepe. in versicul. conclusione, de verborum significa. Item amplia alijs quatuor modis, quos ponit Felyn. in d. capitulo cum dilectus. numero 11. versicu. & amplia. Limita non procedere in quatuordecim casibus ibi nota. per eum. numero 13. versiculo modo. cum sequent. Decimoquinto limita non procedere in probatione facienda per delationem iuramenti suppletori, t̄ qd

etiam post conclusionem deferri potest, vt dicit Roma. dict. consilio 176. numero 12. versiculo præterea & Alexand. consilio 53. numero 5. volum. 1. pertex. in l. generaliter. §. 1. C. de reb. credito. sitamen ante petrum fuerat. vt declarat Ias. in l. admonendi. ff. de iure iurando, & Maran. in præt. parte 6. actu. 15. num. 4. Decimosexto limita, in probatione facienda per interrogacionem partis t̄ quæ etiam post conclusionem interrogari potest ex officio, & ad instantiam partis in causis sum marijs, vt dicit gloss. in d. clement. sepe. in versicu. interrogavit. Roma. d. consil. 176. nume. 12. in fine. Abb. & Felyn in cap. cum Ioannes. de fide instrumen. vt dixi latius supra in Ritu. 93. Decimo septimo limita non procedere in probatione facienda p. reievidentiam, & aspectum loci ad quem iudex vñq; b ad sententiam potest accedere; t̄ quia iste modus 7 probandi superat omne genus probationis. vt dicit Bald. in l. contra negantem. in fin. C. ad l. Aquil. in l. si quis testibus. in fin. C. de testi. & Marant. in loc. præl leg. numero 6. Sakerni, die 10. Decembris. 1559. Prosper caravita.

## A D D I T I O N E S.

- a Liquere. Adde sumpta occasione horum verborū q̄olim apud Romanos in iudicijs publicis rerum capitalium, quoniā sententia non vocales, sed tabellariae erant, iudicibus ternè tabulæ dabantur à quæsitore: qui iudicio præterat, absolutionis. s. condemnationis, & ampliationis, in quarum una signata erat litera A. quæ salutaris dicebatur, nam absolutionis nota erat: in altera C. quæ tristis dicebatur, quoniā condemnationis nota erat à Persio nigrum theta appellata, ibi & potis es, viuo Nigrum præfigere terha vbi Nigrum theta mortiferū dixit, significabat enim thanaton, idest mortem, cuius est prima litera th. in tertia autem erant duæ literæ, videlicet N L. quæ nō liquere significabant, hoc est obscura causa est: vnde. ampliatio nascebatur vt pulchre declarat Bud. in adnot. ad l. 2. in verbo vindicia. ff. de orig. iur. C. P.
- b Accedere, per tex. optimum in l si irruptione in fine. ff finium regundor. ibi, vt æquum est & ( si istares exigit) oculis etiam suis subiectis locis. C. P.

## R I T V S CCXL.



Tem seruar ipsa Curia quod post terminum datum ad probandum, non recipit aliquas scripturas: curia accipit eas: & non ponuntur in processu: sed tenet eas magister actorum: & scribitur in eis. præsentata post terminum v. die tali, & cæt. post terminum, & iudices possunt deinde videre eas, ad eorum declarationem, & recipiuntur dicto modo etiam post conclusionem.

# Domini Prosperi Carautæ Eboltani

Iste Ritu, ad literam dicit idem quod alias supra  
238. ideo ad materiam vide quæ ibi posui.

## R I T V S CCXL I.

**T**em seruat ipsa Curia qd quando aliqua acta in causa ciuili, vel criminali q sunt in actis Curiae ipsius inducerentur ad probationem alicuius alterius causæ vertentes in eadem Curia, dicta acta nullâ faciunt fidem nisi sit oblata petitio de producēdis actis prædictis que pars producere vult, ita sicut de facto practicatum.

## S V M M A R I V C M.

- 1 Acta in uno iudicio facta quando in alio fidem faciant. & nu. 5.
- 2 Index de iure, non de facto supplere potest.
- 3 Actis quis vti quando dicatur secundum practicam. Cum limit.
- 4 Acta quando reproducuntur: si sunt testimoni depositiones, ille contra quem producuntur eliget eis stare, vel iterum examinari.

**P**ro intelligentia istius Ritus scire debes qd qualiter acta facta in uno iudicio faciunt fidem in alio inter easdem personas: si tamen quis citatus est, vt dicit Tex. in l. cum antea. S. fina. vbi etiam glossa. nota. in versicu. iudiciis. C. de arbit. alias si non citatur, iudex non posset fidem illis adhibere pro vna causa; quamvis sciat illa esse facta in alia, t qui suppleret de facto, quod nō potest: sed solum de iure l. i. cum ibi nota. C. vt quæ a desunt aduocæ. iudex supple. & t Dicitur tamen vti tunc, cum illa producit in alia causa, vt dicit not. Bar. in l. naturaliter. S nihil commune. nume. 32. ff. de acquiten. postles. vbi dat cautelam aduocato, vt ipsa producat in alio iudicio, alias non probant. idem Bald. in l. ordinarij, col. 4. C. de rei vendi. Alexand. consil. 82. nume. 5. volum. 1. & in l. 2. in fin. vbi etiam Dec. numer. 33. C. de eden. & Matthesi. singu. 160. no. singulariter. Hoc itaque sic præmisso. Not. ex hoc Ritu, quod Magna Curia seruat quod quotiescumque acta facta in vna causa inducuntur (supple verbotum) ad probationem in alia causa, nullam faciunt fidem, nisi ille qui ipsa verbis inducit, & allegat pro se, producat ea mediante sua petitione, in qua faciat mentionem de ipsis, & quod vult eis in tali causa vti: & propterea reproducit: & p reproductis haberi vult: & ita seruat in pract. quotidie. Limita istum Ritum procedere, quando actorum, factorum in vna causa non accipitur copia, & presentetur in alia causa, non autem quando de eis acciperetur copia: quoniam tunc si illa presentetur in alia causa, bene sufficeret, & diceretur vti eis: licet petitionem de qua Ritu loquitur, non presentet. quod bene no. ne eres: quia sic etiam practicatur. t Aduertere tamen, quod si acta quæ reproducuntur: sunt depositiones testimoni exanimatorum, electio est illius contra quem producuntur, stare illis depositionibus, & earum scripturaræ: vel dicere volo, quod iterum veniant, & deponant, vt dicit Tex. in l. fina. C. de testi. & gloss. d. l. cum antea. nisi sint mortui. quoniam tunc omnino eorum

depositignibus standum esset, vt in eadem. l. finali disponitur. nota. per Practic. Papien, in forma oppo. contra testes post publicationem in versic. suntque. numero 12. t An tamen & quando verum sit, & procedat quod dixi, acta facta in vna causa fidem facere in alia inter easdem personas & quando inter diuersas. vltra Doct. in dict. l. 2. C. de eden. in l. gesta C. de re iudica. & in d. l. fina. C. de testi. vide pulchre, & no. Pract. Papien. in loc. præal. quia satis plene & succincte id tractat. Salerni, die 10. Decembri. 1559. Prosper carauta.

## A D D I T I O.

Suppletat. Adde q alibi dicitur, facti questionem in arbitrio esse indicantis, pñq verò persecutionem, non eius voluntati mandari, sed legis autoritati referuaril. l. S. 1. ff. ad senatus con. turpill, in l. ordine in princ. ff. ad municipal. C. P.

## R I T V S CCXL II.

**T**em seruat ipsa curia qd dato termino ad probandum in quaunque causa; pendente termino, partes, seu procuratores earum possunt procedere ad ea ad q erat datus terminus ad probandum: sine requisitione amplius alterius partis, vel præsentia, & possunt produci, & debent recipi per subactarios, etiam quando Curia non regitur, dummodo non sit illo die tempus feriatus in qd si illo die voluisset curia Regi potuisse.

## S U M M A R I V M.

- 1 Citatio partis, in scripturarum presentatione, requiritur cum 3. fall.
- 2 Præsentatio scripturarum infra terminum, coram scribis actuariorum etiam fit.
- 3 Præsentatio scripturæ die feriato an fieri possit.
- 4 Præsentatio scripturæ actus iudicarius non est.
- 5 Attenta facti veritate in causis, in Regno proceditur.
- 6 Practica & cautela super præsentatione scripturarum ante terminum.

**N**ot. ex hoc Ritu. t q licet citatio partis requiratur in præsentatione scripturarum, vt dicit Bal. in l. si quando, in fi. C. de testibus. Roma. consil. 176. column. 2, cum aliis qua. Cauens. hic citat. & Marant. in pract. pars. 6. actu. 8. in ver. verum, nume. 35. in nouis. tamen illud fallit quando infra terminum datum ad probandum producuntur: vt Rit. noster. dicit, & voluit Bal. in l. qui ante Calendas. ff. de verb. oblig. in addit. in d. l. si quando, in fi. & in l. sanctimus. in addi. parua. C. de iud. & Alex. ad Bar. in l. item illa. ff. de constit. pecun. quemadmodum etiam fallit, quando presentatio ipsa fieret vltima die termini, vt dicit Bar. in d. l. item illa. Bal. in l. fin. col. 2. C. qui admitt. Ang. in l. properandū. S. finautem. C. de iud. Afflct. in confit. cordi nobis, g. nota. nu. 12. in fin. & Marant. in pract. pars. 6. in versi. citatio.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiaæ I 28

etiam limita. 11. numero 18. in nouis. Item fallit qñ  
super præsentantur solum ad iudicis instruções,  
vt dicit Bald. vbi ponit exemplum de clero  
probante de clericatu coram iudice laico, in l. si qua  
per aliumnam, num. 2. versi. sed pone. C. de episco.  
& clericis.

¶ Secundo not. ibi per subactarios, quod præsen-  
tatio scripturarum infra terminum potest fieri etiam  
coram scribis actuariorum, & idem Bald. in l. eos. S.  
super his. C. de appell. & licet Affict. in loc. præalleg.  
dicat aliter huius prouisum in Regno per Regem Ca-  
tholicum, vt non fiat præsentatio scripturarum coram  
notario actorum, nisi citata parte coram iudice ad vi  
dendum præsentationem, tamen hodie seruantur Rit.  
& necum actuarij, sed eorum scribz (vt hic dicitur)  
recipiunt præsentationes instrumentorum & scriptu-  
rarum, vt etiam dixi latius supra Rit. 82. in h. & est  
Ritus expressus supra in Rit. 91.

¶ Tertio no. ibi dummodo nos sit, quod præsen-  
tatio scripture non potest fieri die feriata: sed qd. iure  
secus est, t quia vt dicit Specu. in tit. de dilatio. S. j.  
versi. sed pone index, num. 5. præsentatio scripturarum  
non est actus iudicarius. & idem referendo, tenet  
Marant. in diet. pract. actu. 8. numero 42. in pract. ser-  
uatur Rit. in hoc Reg. vt plurimū, & raro præsentan-  
tur scripturæ die feriata, & si præsentantur, non no-  
cet, t quia attenta facti veritate proceditur in causis  
in hoc Regno: vt dispositum est per c. derestante, in-  
fra in Rit. 288. ¶ Aduentur tamen semper litigantes,  
vt instrumenta, & scripturas non producant ante ter-  
minum (vt solent nonnulli facere, & cum libello pro-  
ducere,) quoniam cum talis productio sit facta ante  
litem contestatam, & sic in iudicio summario: nō  
facerent fidem lite contestata, & sic in plenario, per  
cap. veniens, cum ibi. not. extra de testib. & casu quo  
ante terminum præsentasset, sint cauti in termino po-  
stea eas reproducere, vt dicit Federi. de Sen. consilio  
160. in Christi, & Fely. in cap. ex epistolæ, numero 28.  
versic. 6. & ultimo, de probatio. alias non probarent,  
vt dictum est, nisi pars contra quam essent produc-  
tas impugnasset, vel habuisset terminum ad impu-  
gnandum, quod bene nota. Salerni, die 5. Decemb.  
1559. Prosper Carauita.

## RITVS CCXLIII.



Tem quod caūsæ ci-  
uiles, non tamē feu-  
dales imposterū mo-  
uendæ in dictis Mag-  
næ, & Vicariæ Cu-  
riis, & qualibet ea-  
rum, tā principales,  
quam appellationū,  
per indices dictarū

Curiarum, & cuiuslibet earum decidatur,  
terminentur, ac decidi, & determinari de-  
beant intra terminos subscriptos: videlicet,  
siquidem quando fuerint inter personas ci-  
ues, sive habitatores, ciuita. Neapo. & eius  
districtus, infra tres menses cōtinuos a die  
litis contesta. in causa principali, & in causa  
appellationis a tempore præsentati proce-  
sus: si vero fuerint de loco a dicta ciuitate  
Neap. distante per vnam dietam vulgarem,  
infra quatuor menses, si vero per duas die-  
tas infra menses sex, & si ultra duas dietas,  
infra octa menses in antea numerandos, &

ultra metas, & terminos prædictos, causæ  
prædictæ prorogari nequeant, nisi ad id ac-  
cedat expressus consensus, & voluntas  
ambatum partium, quo casu de voluntate  
partium prædictarum prorogatio ipsa fieri  
possit vsq; ad alios sex menses, & nō ultra.

## S V M M A R I V M.

- 1 Instantia causa incipit à die litis contestata.
- 2 In causis summarij vbi lis non cōtestatur, incipie  
instantia ab actu fieri solito post item contest.
- 3 Statuta a iure communi interpretationem reci-  
piunt.
- 4 Instantia nunquam perit in bis que fiunt ante  
litis contest.
- 5 Dieta legalis, 20. continet miliaria; Et est triplex  
legalis, vulgaris, & singularis.
- 6 Dietæ appellatione in dubio de vulgari intelli-  
gitur,
- 7 Locus quo eundum est si duas habet vias perma-  
re & terram: quarum vna longior altera sit,  
per quam computabuntur dietæ?

**Q** Voniam instantia a causarum ciuilium,  
& criminalium, per capit. Regn. quorundam.  
erat statuta, & terminata in sex me-  
sibus tantum, vt ibipatet. iste Rit. corri-  
gendo d.c. (quod iam sine hoc Rit. per  
mortem illius Regis erat finitum: vt Jo. Anto. de Nigr.  
ibi dicit) ordinat alio modo instantiæ in causis ciuilib.,  
& de

## A D D I T I O.

**2** Quoniam instantia. Adde, qd nec ritus iste, nec al-  
legatum c. quorundam loquuntur de instantia cau-  
sum ciuilium nec criminalium, de qua instantia lo-  
quitur Rit. supra num. 148. sed loquuntur de iusti-  
tia non resarcenda, Nam Rex Robertus autor dicti  
cap. quorundam, ob querelam habitam à prouincialibus  
contra Iustitiarios & Capitanos terrarum, de  
retardata iustitia, mandat Regenti curiæ vicariæ, qd  
si iustitiarij & capitanos causas infra semestre tépus  
à die litis contestatæ debito fine non terminauerint,  
ad audienciam curiæ vicariæ reuocet easque in qui-  
bus reperiuntur finibus reassumendo, debito fine de-  
cidat cogendo eos perpoenarum impositionem, &  
exactionem & alio iuris remedio ad actorū trasmis-  
sionem, non obstante lege, quæ vbi. cæptum est iudi-  
cium finiri iubet. & qualibet alia lege: quas vsq; ad  
sui beneplacitum viribus vacuat. Hic ritus præcipit  
dictarum causarum in Magnæ & Vicariæ curiis ver-  
tentium in terminis cum distinctione declaratis ex-  
peditionem: quod hodie fieri non potest ob causarū  
multitudinem & litigatorum ac procuratorum calū-  
nias. Adde etiam qd hodie magna curia Vicariæ con-  
suevit mandare curiis extra Neapolim, quod si cause  
sunt in limine expeditionis infra competentem ali-  
quam dilationem, eas expediant sub pena auocatio-  
nis, iuxta formam dicti cap. quorundam quod non est  
verum corrigi per istum ritum, intelligendo vt nos  
declarauimus & ita caūsæ, vel deciduntur in dictis  
curiis, vel auocâtur ad ipsam magnam curiam, & in  
ea terminantur non obstante l. vbi cæptum. ff. deiu-  
dic. ex beneplacito Reuerend. maiestatis: qd mor-  
te Regis non extinguitur. per capi. si gratiouse de re-  
scripsi. in sexto. C. P.

R. a

# Domini Prosperi Caraultæ Eboltani

¶ de feudalibus loquitur Rit. sequens, & de criminalibus alius infra. 246. & de hoc facit mentionem Af. q. in constit. haec lege j. not. nu. 2. sed quia dispositio istius Rit. est contra per alium Rit. infra 248. & instantia causarum est redacta ad ius communem (vt ibi dico latius) & tangit A. sicut in constit. causas alias 3. not. num. 3. in hoc alter non me extendo.

¶ Not. primo ex hoc Rit. ibi a die litis contestata, t. quod instantia causa incipita die litis contestata, vt est etiam de iure communione, in l. properandum. in princip. vbi nota communiter per Doctor. Alexand. num. 5. & Ias. 5. not. num. 5. C. de iudic. & idem Ias. in eadem l. S. & siquidem r. not. & Marant. in practi. parte quinta, in versic. instantia. num. 3. & ideo si per mille annos starent partes ad item contestandum: nunquam instantia inciperet secundum eos in loc. præalleg. & Bald. in l. post dictum. S. circunducto. ff. de iudic. t. & in causis summaris, vel exequitionis instrumentorum in quibus lis non contestatur; instantia ipsa incipit currere ab eo actu qui soler fieri post item contestaram, vel ab eo die quo fuit tractatum de meritis causæ vt dicunt Bartol. Alexand. & Ias. in l. nulla. C. de procur. Bald. Salyc. Paul. Alexand. & Ias. in d. l. properandum. in princip. Roman. consil. 174. numero 5. & Marant. in loc. præalleg. numero 4. Et ad de quod etiam si dictum non fuisset in hoc Ritu, q. instantia curreret a die litis contestata: adhuc ita intelligi deberet; vt dicit Bald. in authen. clericus. C. de episcop. & cler. & Ias. in l. properandum. in 5. nota. in princip. C. de iudic. vbi quod si statutum dixerit quod causa terminentur infra sexaginta dies: intelligitur a die litis contestationis; vt sic se conformet iuri communi t. a quo statuta interpretatione recipere debent. l. 2. C. de noxa. & l. fina. S. in computatione iuncta gloss. C. de iure liberand. Et ex hoc nota. sequitur, quod si inquisitus de criminis liberatur sub cautione de stando iuri, & de se presentando toties quoties: prout quotidie seruant omnes curiae Regni, & non fuit lis contestata super crimen: instantia causa nunquam perit, & fideiustores, ac principalis semper vocari poterunt: t. quia in his quæ fiunt ante liet contestaram nunquam perit instantia vt dicit Bald. in l. & post dictum. S. pen. in f. ff. de iudic. Alexand. in d. l. properandum. in princip. num. 5. vers. & ex hoc tex. & ibid. Ias. in 5. not. Capic. decisi. 11. nu. 14. Specul. in titu. de appella. S. breuiter. versiculo, sed iusta. & Marant. in practi. parte quinta, limita. 10. numero 29. in nouis.

¶ Secundo nota. ex hoc Rit. ibi dietam vulgarē, quod ultra dietam legalem, quæ cōtinet viginti milia, vt dicit text. in l. 1. ff. si quis cautio. & in l. tercia. ff. de verborum significatio. reperitur etiā dieta vulgaris, quæ continet tot millaria, quod vulgariter, & communiter secundum consuetudinem regionis fieri solent, vt dicit gloss. in capit. nonnulli. de referip. & in c. statutum. S. cum vero eiusdem de script. in 6. Item reperitur alia, quæ dicitur dieta singularis, q. est quando quis felici diplomate usus est faciendo in una die tot millaria, quod aliis in duobus diebus fecisset vt dicit Cepo. in d. l. 3. & de hac dieta loquitur tex. in l. continuus. S. cum ita. ff. de verborum obliga. sed profecto ista expressio de dieta vulgaris fuit superfluus, quia dietæ appellatio, in dubio, de vulgaris intellegitur; non de legali, vt dicit gloss. quam ibi sequitur communiter Doctor in d. cap. nonnulli. & Cepo, in d. l. 3. q. 8 nu. 22.

¶ Quæro in hoc Rit. quid si locus ad quem eundum est: habet duas vias: per terram, & per mare, & una est longior altera: secundum quam viam computabuntur dietæ? Ioan. Andr. in ea. olim. de except. quem refert & sequitur Imol. in d. c. nonnulli. nume. 4. versie. quid autem si aliter. dicit secundum eam, quæ magis usitatatur, & sic secundum viam, quæ sit

per terram, quia in dubio via per terram confuerit esse magis usitatata quam per mare, propter pericula quæ quotidie occurunt, idem Bart. in l. Imperator. ff. de appellat. & in d. l. prima. ff. si quis cautio. & Imol. in d. l. continuus. S. cum ita. Salerni, die 11. Decembris. 1559. Prosper Carauta.

R I T V S CCXLIII.

 Tem quod instantia causarum feudalium tam principaliū, quam appellatiū, & cuiuslibet carum duret per annum unum integrum ad plus, incip. a die litis contest. Super testibus vero producendis & prorogatione instantiæ seruentur ea quæ infra scripto proximo capitulo continentur.

S V M M A R I V M.

- 1 In his quæ non sunt per leges feudorum decisa: iuris dispositioni statutum.
- 2 In feudalibus instantiæ, an duret per annum?

I Ste Rit. voluit statuere aliud tempus instantiæ in causis feudalib. principalib. & appellatiōnum, quam statutum erat per Rit. præcedens. in causis ciuilibus non feudalib. Ratio est, quia si per istum Rit. & præcedens. non fieret differentia expressa inter causas feudales, & alias; statuto tempore instantiæ in causis ciuilibus, intelligeretur etiam in feudalibus t. quia in his quæ per leges feudorum nō sunt decisa, dispositio iuris stari debet vt dicitur in cap. de feud. cognit. Alua. in capi. Imperiale. S. penult. in f. de prohibi. feudi. alie. Curt. in tracta. feud. pars 7. versic. 3 quæro. & Capic. decisi. 186. Corrigit istum Rit. quo ad causas principales, l. properandum. C. de iudi. in cuius generalitate etiam cause feudales includuntur. sed quo ad causas appellationum, concordat cum iure communi feudorum, vt patet ex c. j. in princ. si de inuestit. inter domi. & vasal. lis oria. vbi id not. Iser. nu. nono. & Alua. numero septimo. versi. oppo. cum gloss. 4. dum allegat auth. ei qui. C. de tēp. appella. sed dispositio istius Rit. est etiam correcta: sicut præcedens, per Rit. infra 248. & licet ibi de feudalibus Rit. non loquatur: tamen propter eius generalitatem, & per rationem proxime dictam de causis etiam feudalibus intelligitur, & quamvis Af. sicut in constit. hacl. primo nota num. secundo, & Marant. in practi. parte 5 in princ. num. 42. 19. limita. t. dicant q. in feudalibus instantiæ durat per annum per hunc Rit. quem sic simpliciter allegant, mihi videtur per prædicta quod non bene dicant: & ita teneo quo ad instantiam causarum principalium de quibus loquitur d. Rit. 248. & quo ad instantiam causarum appellationum de quibus ille non loquitur; firmus remanet iste Rit. qui cum iure communi concordat (vt dixi) verum tamen est quod ex causa daretur bienniu: vt etiam Iser. scribit in loco præallega. iuxta formara d. auth. ei qui. aduerte tamen, quia Boer. in consuetu. Bituri. tit. des costumes. §. 13. in f. dicit q. de iure communi feudorum instantia causarum feudalium per anno: & allegat d. c. 1. & ibi not. per Bal. sed miror valde q. Boer. illud dicat; cum annus in illo ca. statutus sit præfixus instantiæ causæ appellationis, non principalis. vt Iser. Alua. & melius Præposit. ibid. num. 4. versi.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. I 3 I

venia salutio dicere quod text. immo Bald. ibi, numero decimoquarto ver. & not. dicit illum annum non dani instantia cause supple principalis, nisi saluando Boer, dixerimus quod dum dicit quod causa feudalis perit anno per d.ca. intelligitur loqui de instantia causa appellationis, ut loquitur et ex allegatus per eum, non principalis. Salerni, die 11. Decembris. 1559. Prosper carauta.

## R I T V S C C X L V .

**T**em quod terminandi, & statuendi ad probandum testes, & instrumenta producendum, & super exceptionibus quibuscumque oppositis, & opponendis sint & esse debeant competentes arbitrio iud. moderandi secundum tempus instantia supradictæ: ita quidem, quod iudices per hoc non permittant labi tempus instantia supradictæ, & si permetterent, partibus instantibus vel earum altera, puniatur vice qualibet poena quinquaginta florenorum auri, fisco nostro applicanda, & ultra hoc etiam alijs poenis nostro arbitrio reseruantis, & a breuiatione, & modificatione ipsorum terminorum nullatenus possit appellari, aut reclamari: & si appellari contigerit, appellans siue fuerit procurator, siue principalis: incidat in penam florenorum auri quinquaginta, applicandam ut supra: & ipsa appellatio nihilominus non teneat: & per ipsas curias, vel alteram ipsarum in causis ipsis procedatur, ac si appellatum non fuisset: & esset fruola, & frustratoria manifeste.

## S V M M A R I V M .

- 1 Iudicij meta vbi est brevis, breviores dilationes esse debent.
- 2 Index videns instantiam perire: in expeditionis limine, dilationes abbreviabit.
- 3 Index ex officio sententiam quando proferre posset, parte non petente.
- 4 Pena statuta contra iudicem causam infra tempus instantia non expedientem intelligitur expeditione à parte petita.
- 5 Index qui sub pena infra tempus instantie vel aliud tenetur causam expedire non incidit in ea vbi pars non petit expeditionem.
- 6 Sententia lata post tempus instantiae per nostros Rit. abbreviata, an valeat?

**Q**uoniam supra in Ritu. 69. dictum fuerat quod index in omnib⁹ causis debeat dare dilationes,

attenta qualitate causæ, & locorum distantia, & supra in Ritu. 243. statuta sicut instantia in causis civilibus in ciuitate Neapo. trium mensium, in aliis locis quatuor, & in alijs sex, aut octo: dubitare forte poterat, quid nam esset agendum si talis dilatio petretur, que attenta loci distantia, absorbere fere posset bonam partem instantiae: & ideo istæ Ritu. declarando dicit. Ritu. 69. addit, ut non solum in dilationibus attendatur causæ qualitas, & loci distantia: verum etiam tempus instantiae: adeo quod iudex nullatenus faciat ipsam labi proper dilationes, † quia vbi metra iudicij est brevis: ibi breviores debent esse dilationes, dummodo non adeo arctet, quod sint quasi impossibilis ut dicit Bald. in capitul. fina. columnæ sexta, de iur. iurand. & in l. i. in princ. C. de tempo. appella. Iaf. in l. properandum, de iudici. in principio, num. 17. versic adde & Affid. in constit. Reg. causas alias. 4. not. Sed quia per Rit. infra 248. Instantia causarum est redacta ad ius commune: adeo quod non est ita brevis, sicut per dictos Rit. preceden. statutum erat: remanet dispositio dict. Rit. 69. in suo robo re, ut dilationes dentur in causis secundum earum qualitatem, & loci distantiam, non aliter, at certo tempore instantiae statuta per Rit. præcedentes ut hic dicitur. Bene tamen verum est † quod si iudex videt instantiam perire, & esse in limine expeditio, potest dilationes ipsas breuiare, & unicum terminum dare ad producendum articulos, examinandum testes, & instrumenta producendum, ac alia similia faciendum: ad hoc ne labatur instantia à iure statuta, ut dicit gloss. in l. properandum. in princip. & ibid. Alexand. nu. 6. ver. item not. & Iaf. num. 14. versic. 8. not. C. de iudic. quinimmo secundum eosdem ibidem post Bart. in l. Seius & Augerius. ff. ad l. falcid. Bald. in l. prima. C. v. quæ desuat Aduocati, & l. mol. in cap. cum contingat membro. 10. q. 3. extra de iure. † in tal' casu potest index ex officio, parte non petente, sententiam proferre. licet Iaf. dicat quod sibi videatur forte. dictum.

4 † Nor primo ex hoc Rit. ibi partibus instantibus, quod poena statuta hic contra iudicem non expedientem causam infra tempus instantiae intelligitur si per partem fuerit peccata expeditio causæ: sicuti erat etiam de iure communi, ut dieunt Alexand. & Iaf. in l. properandum in princ. ille num. 8. & iste num. 15. versic. si statutum idem Paul. de Catil. ibi & communiter scribentes Abb. in c. pen. in fin. de iudic. Iaf. in l. viii. C. de precib. impe. offeren. & plenè Hippo. in repet. rubr. de fidei iust. nume. 145. sed ista poena contra iudices non expedientes causas infra tempus instantiae recessit ab aula: & vsu non servatur: ratio est, quia statuta erat contra iudices non expedientes causas secundum tempus instantiae præfixæ per Rit. supra 243. & 244. vnde cum modo illi Rit. sint correcti (ut ibi dixi) & maior instantia sit statuta per Rit. infra 248. remanet etiam correctus iste quo ad poenam. \* Quero † pone quod causa remissa est per Magnam Curiam vel Regiam Audientiam, ad aliquem officiale Baronis cum comminatione quod ipsam expeditat infra duos menses alias aduocetus ad eam, pars non instauit pro expeditione, & terminus est elapsus nunquid euocari poterit? Videtur primo quod non. quia ut dicit Abb. in cap. pen. colu. pen. de iudi. iudex qui sub pena infra tempus instantiae vel aliud tempus tenetur causam expedire non incidit in eam, vbi pars non petit expeditionem. id est Barb. in cap. consuluit. colum. 4. de offic. deleg. Bald. consil. 111. super contentis vol. 51. Catald. in finida. in vers. 42. incip. addit quod fit iudex. & late Hippo. in l. viii. S. cognitrum. num. 4. ff. de questio. & in repet. rubr. ff. de fidei iust. q. 18. nu. 145. Pro alia parte videatur dicendum quod sic, quia dies interpellat pro homine l. magnam. C. de contra stipula. c. potuit. lo-

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

R. I. T. V. S. CCXLVI.

**a** elemen: quia contingit in verl. annis sing. de religio. domi. no. per Anch. in consil. 230. prima facie videtur per Alex. in l. si mora. col. 2. ff. soluto matrimo. & vbiq; per Doct. & proinde ita est ac si per partem suis est iudex interpellatus. Ego autem arbitror distinguendum quod aut sumus in causa ciuili, vel criminali, in qua ex officio curia procedere non poterat. Aut in causa criminali, in qua ex officio procedi poterat. primo casu teneo primam opin. quia iudex parte non instantia non poterat procedere, & illa clausula comminationis aduocationis cause subintelligetur si fuerit a parte interpellatus per iura primo allegata. Non obstante iura pro alia parte allegata quod eius interpellat pro homine, quia ut dicit Fel. in c. staute col. 3. in fi. de rescript. quem etiam sequitur Hipo. in d. S. cognitum, num. 22. locum habent in act. extra judicialibus, non autem in iudicialibus expediendis per iudicem, in quibus partis instantia est necessaria. secundo casu teneo quod elapsa termino & causa non expedita poterit aduocari ad iudicem qui remisit iuxta formam decreti remissionis quod fuit acceptatum per ipsum iudicem ad quem remissa fuit. Non obstat iura primo loco adducta quod iudex debuit interpellari per rationem quam ponit Abb. in d. c. pen. quia non tenet suum officium impartiri non postulatum per l. j. S. hoc autem iudicium, ff. de d. m. inf. c. cum ibi not. per Bar. quando talis ratio in causu nostro prorsus cessat, & etiam si pars querulans non instauit, iudex debuit in causa procedere, cum poterat ex officio id facere, & tenebatur ad illud, ne delicta remaneant impunita. contra tex. in l. ita vulneratus. circa fin. versi. quod si quis. ff. ad l. A quil. & l. licitatio. S. quod illicite, ff. de publica. cum sim.

**b** Secundo not. ibi. & a breuiatione q; quando iudex breuiat terminos cause ad hoc ne labatur instantia partes litigantes non posunt appellare & si appellaverint tenentur ad certam poenam: & procedi potest in causa æquæ ac si appellatio interposita non fuerit: quod bene nota, quia non reperio istud correctum.

**c** Quarto in hoc Rit. quid si sententia esset lata p. iudicem post tempus instantie per dictos Rit. 243 & 244. breuiatæ, nunquid valida erit? Specul. in tit de iudi. delega. S. restat. verific. quid si statuo, firmar qd sic: dummodo proferatur infra tempus instantie iuris communis: alias esset nulla per text. dict. I properandum in princ. iuncta gloss. in versicu. triennij. circa fin. & ibid. etiam not. Alexand. nume. 19. & Ias. nume. 26. & communiter scribentes ibi Mart. de Fa- no. in l. fin. C. vi omnes cause tam ciuil, quam crimi- & Affict. qui hoc late disputat, in constitut. hac l. 2. & not. circa fin. Ioan. Andr. vero in addit. Spec. d. S. re stat. quem sequitur etiam Alexand. in d. l. properandum. versicu. item iuxta predicta. nume. 22. dicit ali- ter: & quod predicta opin. Spec. procedit, & vera est: quotiescumque instantia est breuiata per statutum, & pena ordinata contra iudicem non expedientem; quia tunc censetur venire addendo iure communi, non corrigit: alias si poena per statutum non es- set inducta, secessest, & sententia non valeret, quia statutum videtur hoc casu subrogare suam instantiam in locum instantie iuris communis: & ipsum ius commune corrigeret, quia quidem disti. iudicio meo videtur satis bona: adeo quod cum per hunc Rit. sit statuta poena contra iudicem non expedientem cau- sam, si post instantiam per dictos Rit. breuiatam, fuerit lata sententia: valet ex opinio. tam Specul. & sequa. quam Ioan. And. & Alexan. sed cum instantia etiam in hoc Regno sit redacta ad ius commune per Ritum inf. 248. præsens questio est superflua: quia sententia lata post tempus instantie erit nulla: sicuti. in d. l. properandum concluditur per glo. & Doct. quos proxime retuli. Salerni, die 12. Decemb. 1559. Prosper Carauta.



**T**em a quod causa criminales mouedæ in dictis curi & qualibet ipsarum decantur, & terminentur p. iudices ipsarum curiarum infra terminos subscriptos videlicet si causa fuerint in ciuitate Neap. lis & eius districtu infra dies quadraginta numerandos a die oblationis libelli, seu capitulorum, si vero fuerint extra ciuitatem predictam, & eius districtum, per unam di- tam vulgarem, tunc infra menses quatuor & si ultra fuerint, vbiunque per totum lugnum, infra sex menses, & ultra terminos predictos causæ criminales predictæ nullaten⁹ possint prorogari: & extendi: excepto si testes producendi essent extra Regnum quo casu prorogatio ipsa fieri possit, & debeat per iudicem causa cognita, attenta di- stantia locorum dictorum testimoniū, & pro- ut superius in causis ciuilibus exprimitur: & non aliter, nec alio modo, & in ipso casu poenas ibi expositas locum habere, & a trans- gressoribus exigere volumus, & iubemus ex- ceptis tamē causis criminalibus, in quibus b pena pecuniaria venit imponenda b in qui- bus seruatur prout in ciuib⁹ est expressum.

## A D D I T I O N E S.

**a** Item q; causæ. Adde ad materiam hujus Ritus: quia nec etiam loquitur de instantia causarum, sed de causa celeri expeditione, ut ex eius verbis appareret. q; diximus supra ad Rit. 243. & maximè, quia in causis criminalibus perempta instantia, quæ durabat anno l. properandum. C. de iudic. & in quibus non datur in sufflatio spiritus pro ut datur in ciuilibus. Si instantia non fuit prorogata per D. Proregem ad petitionem responsoriij. fisci, ut fieri consuevit ca. 5. manente ar- gum. l. sed si manente ff. de precario, non potest amplius contra inquisitum procedi, etiam q; fuerit liberatus sub cautione de stando iuri, & se presentando in forma, quamvis superuenient noua indicia, immo etiam testes de viu, siveq; nobis patrocinantibus fuisse prouisum per magnam Curiam vicariz, decretumque postea confirmatum per sacrum Consilium in favorem quorundam de Martucculo de ciuitate Muro, cum contra ipsos tortos, ac liberatos sub dicta causa, perempta instantia superuenissent duo testes de viu. q; supra stante peremptione instantie contra ipsos non procederetur, sed liberarentur, prout libera- ti fuerunt: C. P.

**b** Ciuilibus, Nota, q; causæ criminales in quibus ve- nit imponenda pena pecuniaria æquiparantur cau- sis ciuilibus. C. P.

S V M M A R I V M.

**1** Instantia criminalis causa prorogatur per iudicem ex causa.

**2** Idem per partes, dum iuris metam non excedat.

**I**Se Ritū inducit aliam instantiam in causis criminalib. quam fuerat inducta de iure communī per l. properandum. C. de iud. & per c. Regn. quorūdam, vt etiam tetigī supra in Rit. 248. sed quia vt etiam ibi dixi, per Rit. infra 248. instantia eaurum criminalium est redacta ad ius cōmune; di- spōtio istius Rit. remanet correcta.

¶ Not. ex hoc Rit. ibi per iudicem causa cognita, quod instantia causa criminalis potest ex causa per iudicem prorogari; & hoc ideo est quia instantia per hanc Rit. est brevior, quam per ius cōmune. in d.l. properandum, quo casu etiam de iure cōmuni cōcludit quod partes possunt ipsam prorogare dummodo biennij metam a iure inductam non excedant vt dicit Salycja d.l. properādum. in princ. nu. 6. vers. quero an terminus. Alex. ibid. nu. 22. vers. item iuxta predicta, & latius Ias. qui responder contrarijs num. 23. ver. quintonota limita. Capici. decisio. 11. nu. 16. & Maran. in pract. parte 5. in ver. instantia. nu. 25. ver. predicta tamen. Quid autem iuris sit hodie: cum per d. Rit. 248. Instantia duret per biennium: dicam infra in codē meū Rit. 248. Salerni, die 12. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CCXLVII.

**T**em quod teneantur iudices postquam fuerit i causa conclusum: ipsas causas expedire, decidere, & per sententiam terminare ifra decem dies necnon dare breves dilationes secundum distantiam locorum, & debent, inquantū possunt, lites abbreviare, & subterfugia Procuratorum, & Aduocatorum amputare: pro vt superius dictū est indecisione causarum ciuilium.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Iudices infra quot dics debeant causas expedire post conclusionem in causa.*
  - 2 *Judicis circumspectio in dandis dilationibus qualis esse debeat.*
- N**ota. & ex hoc Rit. quod iudices debent causas expedire infra decem dies post conclusionē in causa factam. & in hoc concordat cum constit. Reg. hac lege. ut etiam Affict. tangit. inj. not. sed in pract. non terminatur: quod summopere dolendum est, quia in hoc Regno, & praesertim in tribunalibus ciuitatis Neap. In se fere oes sunt immortales, & difficillime terminantur. Secundo & not. ibi ne cōnon, quod iudex debet dare breves dilations: attenta tamen locorum distantia, amputando subterfugia Procuratorū, & Aduocatorū, vt etiā supra dictū fuit in R. 6.9. & 245. vbi de hoc latius. Salerni, die 15. Decēb. 1559. Prosper Carauita.

## RITVS CCXLVIII.

**T**em seruat ipsa curia, vt instantia in ciuilibus ipso iure per lapsū triennij perimitur, & idē in criminalib. per lapsū biennij: si vero Domina Regina proroga-

- a *ret ut quo tidie fit & licet in curia non præsentetur litera prorogationis ifra triennū, vel biennium, non refert, si postea præsentetur si prorogatio facta est infra terminū facit capit. super eodem. el secundo, extra de appellat,*

## A D D I T I O.

- a *vt quotidie fit: Adde quod in causis ciuilibus hodie non fit huiusmodi prorogatio sed solum in criminalibus vt diximus supra ad ritum 246. In ciuilibus vero perempta instantia consuevit præses sacri consilii insufflare spiritum virtutis indifferenter & plures cum clausula tamen, refectis expensis, quæ nec etiam reficiuntur sed proceditur ad vltiora cū prouisione & de expensis habeatur ratio quæ de iure habenda erat tempore ferendæ sententie & ad materiā insufflationis huiusmodi spiritus, vide prag. Regni instantiam causæ. Vide & glo. et Bal. in l. ab hostibus. S. sed quod impliciter ff. ex quib. caus. maior. &c. Pat. trac. lndic. ver. instantiam S. restat unum aliud. & Capic. decis. 165. Grammat. decis. 91. C. P.*

## S V M M A R I V M.

- 1 *Instantia triennio in ciuilibus, biennio in criminalibus perimitur cum amp. & limit.*
- 2 *Instantia ciuilium ac criminalium causarū numerus per regem hodie in regno prorogentur?*
- 3 *Omnimodo, verbum quam habeat naturam.*
- 4 *In uno tantum casu instantia in Regno prorogatur deq. huius ratione.*
- 5 *Rex spiritum vita perempta instantiae insufflare potest.*
- 6 *Petenis insufflationem spiritus, expensas reficere quando tenetur.*
- 7 *Instantia triennij, & biennij num possit per partes prorogari?*
- 8 *Instantiae peremptione quare inducta.*
- 9 *Publicæ utilitati priuatorum conuentione non derogatur.*
- 10 *Instantia nunquid triennij lapsu tantum biennij que pereat: vel iudicis sententia requiratur.*
- 11 *Meta cognitori, cognitioni, & iudicio imposita dicitur.*
- 12 *Instantiam ipso iure restitui, quando dicitur. Perque iudicem stetisse causam non expediri, quomodo dicitur ibidem.*
- 13 *Effectus quis ex instantiae peremptorie resultabit.*
- 14 *Actor nouam causam incipere, aliasque instantiam fabricare potest.*
- 15 *in causis criminalibus acta non tantum ordinatoria, sed probatoria etiam lapsu biennij percutunt.*
- 16 *Sententia absolutoria lata in criminali causa ab obseruatione iudicij, proper instantiae peremptione: vltius ad agendum actor non admittitur cum limitat.*
- 17 *Iudex perempta instantia in ciuilibus, & criminalibus, reum ab obseruatione iudicij absoluere.*

# Domini Prosperi Carauitæ Eboltani

18 Prædicta in Regno quando fabricato processu re-  
us non possit condemnari: quid agendum, cum  
limitat.

19 Sententia lata ab observatione iudicij, nunquid  
diffinitiva dicatur?

**N**ot, ex hoc Rit. & quod instantia causarum  
in cœlibus triennio perimitur, & in crimi-  
nalibus biennio quemadmodum de iure  
communi est dispositum. Amplia, & limi-  
ta, ut per Marant. in pract. parte 5. in vers. instantia, &  
Afflict. in cap. 1. in princ. num. 114. si de inuest. inter-  
do, & vasal. lis oria. & per hunc Rit. corriguntur Rit. 243. & 246. in quibus circa hoc aliter fuerat statutum;  
vt etiam ibidem dixi. \* Item limita hunc Rit. in cau-  
sis Régis camerae vbi non perit instantia vt dicit Af-  
flict. in consti. accusatorem. 2. not. vers. scias. num. 5.

\* Secundo not. ibi ut quotidie fit, quod in hoc  
Regno prædictatur qd instantia causarum ciuilium,  
& criminalium per Regem prorogenetur, & idem fit  
mat Par. in tracta. syndic. in vers. sententia. S. restat  
vnum. nu. 5. & dicit seruari in Francia Boer. in consue-  
bituri. tit. des costumes. S. 23. vbi subdit istas literas  
prorogationis obtineri à Cancellaria Regis, aut eius  
parlamenti; sed quicquid dicat iste Rit. & Par. in lo-  
go præallego. hodie in pract. non sequatur in hoc Re-  
gno, qd instantia causarum maxime criminalium,  
prorogenetur per regem inquisitis; alias si hoc esset  
verum Aduocati fiscales semper prorogationem im-  
petrarent, & sic in criminalibus nunquam fere seru-  
setur dispositio. I. properandum. C. de iud. quod nulli  
latens esset ferendu, & audiui alias fuisse a magnis  
Doctoribus quæstori, & disputatum in ciuitate Neap.  
& tandem non obstante hoc Rit. ita fuisse conclusum  
per I. s. C. ut intra cert. temp. ponderando verbum, &  
omnimodo, ibi positum. quod excludit facultatem  
dispensandi in contrarium secundum gl. in clem. vt  
hi qui extra de zta. & qua. & Gram. qui alias allegat,  
& in proprijs terminis loquitur in vot. 3. nu. 7. t Scias  
tamea, qd in vnotantum casu instantia prorogatur  
hodie in Regno per aliud triennium computandum  
ad die lapsæ instantia, & is est quando in causa esset  
citatum ad dicendum: quod not. quia ita practicatur  
in magna Curia. Ratio istius pract. (vt credo) potest  
esse quia si postquam citatum est ad dicendum; cau-  
sa non expeditur, videtur stare per iudicem; quo cau-  
sa, ipso iure restituitur instantia, vt dictat Regia prag.  
qua incip. instantia. sub tit. de instantia causa non re-  
stitu. Aduerte tamen qd licet prorogatio instantia ci-  
vilis, aut criminalis non hat per Regem, tamē pos-  
quam perempta est: t potest eidem insufflare spiritum  
vitæ, & sic ipsam resuscitare vt dicit Par. in trac.  
syndic. in loco proxime citato per gloss. in lab. hosti-  
bus. S. sed quod simpliciter, in vers. restitutio. circa  
medium. ibi sed dic utilis suscipiatur, quam ibi Bald.  
not. in S. quoties. ff. ex quib. caus. maior. & idem Bart.  
in I. si ab hostibus. nu. 5. ver. quæro quando. C quibus  
ex caus. maior. Afflict. in constit. Regni s̄pē contin-  
git. circa fi. Capic. decis. 11. 165. & 206. Marant. in pra-  
ct. loc. præalleg. nu. 35. in nouis. vers. & ex hoc inole-  
uit pract. & Guid. Pap. consi. 38. in fi. verum t tamen  
est secundum Doct. præalleg. qd aut insufflatur spiritus  
vitæ ex aliqua iusta causa, & tunc petens insuffla-  
tiones non soluit expensas parti, aut ex causa colorata,  
& tunc secus, causas tamē iustas vide ibi per Par.  
late, & vbi supra per Afflict. & Capic. qua bene not.  
quia seruantur in prac. quotidie in Regno, vbi sepius  
videmus in sufflari spiritum vitæ in ciuilibus non au-  
tem in criminalibus.

I testio not. ibi non refert, quod instantia proro-  
gatio sufficit, si infra triennium, vel biennium facta  
fuit; licet postea præsentetur, & idem dicit Marant,

per hunc Ritum. vbi supra num. 19. in nouis. versicu.  
quinto l. mita.

\* Quæro primo in hoc Rit. nunquid instantia per  
hunc Rit. statuta cōformis iuri communi poterit per  
partes prorogari. Gl. in I. properandum. in prin. in ver-  
sic. triennij. circa fin. C. de iud. & in I. 2. S. sed si iuder-  
ff. eo, dicit qd non, idem Bar. Bal. Salye. Alex. Ias. & cō-  
muniter Docto. in d. I. properandum Roman. consil. 174. Boer. decis. 283 nu. 30. volum. 2. & in consuet. Bi-  
turi. tit. des costumes. S. 23. Par. in tracta. synd. in ver.  
instantia. S. dicit constitutio. num. 8. Sylvan. consil. 43.  
num. 3. Maran. in pract. parte 5. nu. 23. vers. an autem.  
in nouis, & Doct. vbiique ratio est, secundum glossa.  
8 d. I. properandum loc. præalleg. t quia peremptio in-  
stantia fuit inducta: vt tex. ibi dicit, ne lites fierent im-  
mortales, in quo dicitur publica utilitas consistere: t  
cui per pacta, & conuentiones priuatorum derogari  
non potest. I. 2. S. sed quia veremur cum sim. C. de iud.  
jur. proper calum. Limita tamen prædicta non pro-  
cedere in instantia statuta per partes in compromis-  
so ad expedientum causam, quoniam ea si minor fuit  
triennio, poterit per ipsas prorogari. vt dicit Alsb. in  
I. non distinguemus. S. dies compromissi. ff. de arbitri  
per I. arbiter ex compromisso, & I. sed & si compro-  
missum. ff. eodem. vi late scribit Boer. in decis. num.  
22. cum sequen. dummodo terminum triennij non  
excedant: vt etiam dixi supra in Rit. 246 in fin.

\* Quæro secundo quæro nunquid per lapsum triennij  
in ciuilibus: & biennij in criminalibus, instantia peri-  
matur: an vero vltra lapsum temporis, requiriatur se-  
tentia iudicis absolvatoria, ab observatione iudicij  
adeo quod nisi proferatur sententia, possit de causa  
cognosci, non obstante lapsu temporis prædicti. Oldi.  
quem referit Bald. in cap. 1. in princ. num. 14. veri. sed  
aduerte, si de inuesti. inter dom & vasal. lis. oria. pe-  
tres rationes tenuit, qd nisi sententia fuerit prolata,  
adhus in causa procedi poterit: non obstante lapsu  
triennij, vel biennij à die litis cōtestata: quam opin-  
tenuerunt etiam Petri. & Cyn. in d. I. properandum  
S. hoc proculdubio. C. de iudic. Gloss. vero d. I. prop-  
erandum. S. fin autem vtraque, quā ibi sequuntur Ba-  
Sal. & Bald. tenet contrarium, & quod ipso iure ab-  
sque sententia absolvatoria perimitur: etiam si per illi  
dicem stetisse nisi fuisse impeditus præ multicundi-  
ne causarum: quoniam tunc daretur restitutio. vedi-  
git ibid. Alex. num. 3. versic. limita. per rationem qd  
allegant idem Socin. consi. 31. volu. 1. Roman. in I. si  
vero. ff. soluto matrimon. Capic. decis. 11. num. 16. Af-  
flict. in d. cap. 1. num. 112. versi. vltimo. cum num. le-  
quen. & Gram. vot. 31. num. 11. & 12. dum tamen non  
possit aliqua negligencia partibus impuniti: alias le-  
gus. vt Salye et. & Bald. dicunt in dict. S. fin autē. v  
consulunt litigantibus, qd faciant multiplices pro-  
stationes iudicis in scriptis, instantia, instantiis, & in-  
stantiis. vt ibidem Iason dicit. num. 4. versi. tna-  
de fortius. vt sic detur eis restitutio, & dici possit per  
iudicem stetisse vt etiam Gramat. sequitur in d. ver.  
num. 13. & illa secunda opin. confirmatur per hunc  
Rit. dicentem qd ipso iure perimitur instantia, adeo  
qd quicquid faceret iudex super causa post lapsum  
triennij, vel biennij, non valeret: t quia metu est ita  
posita cognitori, cognitioni, & iudicio. vt Bald. dicit in  
d. cap. primo, in princip. Alexan. consi. 136. colum.  
volum. 1. & consi. 42. volum. 3. & Marant. in d. pra-  
ct. parte 5. in versic. instantia. num. 3. versicu. aliud cō-  
stut. Scias tamea, quod hodie in Regno per Regi-  
12 pragmam. qua incip. instantia. titu. præalleg. t quas do-  
cterit per iudicem causam expedire: instantia in cō-  
ligitur restituta ipso iure: adeo quod non est op-  
petere quod restituatur, & tunc dicetur per iudicem  
stetisse: cum per duos menses ante lapsum inst-  
antia processus conclusus fuit iudicis præsentatus cō-  
petitione, & protestatione, qd ipsum expediret vt  
dic.

dicitur Ioan. de Amic. consil. 139. num. 7. vbi vero stetit per negligentiam partis tunc est necessarium petere redditum nonem, supplex à Rege, vel sacro consil. vt dicit Maran. in d. pract. parte 5. num. 32. versic. & ex hoc mox euit que restitutio secundum eum, alio vocabulo appellatur insufflatio spiritus virtutis, de qua dixi supra in 2. nota. & qd non sit necessarium adire Regem, vel sacrum consilium; quando stetit per iudicem causam expedire; sed instantia de se ipso iure per illam pragm. reuulsat: vide etiam eundem Marant. loco praetullegro num. 34. versic. item per dictam,

13. ¶ Tertio quæro cum in precedenti. quæst. dictum fuerit quod per lapsum triennii, vel biennii instantia petat ipso iure, etiam si per iudicem steterit; nisi sufficeret impeditus multitudine causarum, quis nam efficiat resalbit ex ista peremptione instantia, & quæ erunt partes iudicis hoc casu? Breuietur in causis ciuilibus effectus erit, quia acta omnia quæ tendunt ad litigis ordinationem pereunt, vt sicut libellus, litis certatio, terminus, latitudines, conclusio, & similares, licet non acta probatoria: vt sunt testes, instrumenta, & confessiones. vt dicit Spec. de iudic. deleg. 5. versi. sed nunquid omnia Bart. in l. cum lite, & de iudica, sol. n. Bald. in l. cum antea. circa fin. C. de arbitr. Alexan. consil. 58. volum. 2. & Affili. decisio. 14. adeo quod sententia quæ per iudicem in causa sentitur absoluendo, vel condemnando, esset nulla, vespere proxima, quæst. dixi. partes iudicis erunt in absoluendo eum ab obseruatione iudicij, & condannando actionem in expensis. vt dicit Innocen. in cap. fin. de iure iurian. Felyu. & Decy. in cap. de causis de officio delega. Bald. Alexand. & alii in dicta l. properandum. S. Ilo. Alexan. consil. 137. & sequent. volu. 2. Dec. consil. 14. in fin. volum. primo, Roman. singul. 788. & Maran. in dicta pract. parte 5. in princip. versi. intellige. nu. 59. quia absolucionia lata, non dicitur pertinere causa, neque ius partis; ¶ quia potest actor non sicut causam incipere, & aliam instantiam fabricare. quid properandum. S. fin. iuncta glos. in versic. vigore. vbi Doct. communiqueret idem firmant. Barto. in l. retendit. C. de tempo, in integrum restitutio. & Maran. in loco praetulleg. num. 47. ¶ In causis vero criminalibus elapsio biennio, pereunt acta nedum ordinaria verum etiam probatoria vt patet ex nota. per Salice. in Lvnica. tertio nota. num. 3. C. vt intr. cer. tēp. & dicta l. properandum. S. fina & ibi Bal. & Alexan. ¶ vobis dicunt quod lata sententia absolucionis ab obseruatione iudicij, in causa criminali propter peremptionem instantiae, accusator non admittitur vterius ad agendum: sicut in ciuilibus, & idem firmat clarius Affili. constitut. accusatorem. 2. not. per illum text. & Maran. in loc. praetulleg. num. 48. versic. limita tamē. & num. 57. versi. praedicta tamē. ¶ & partes iudicis in his causis elapsio biennio, esse debent similiter si in ciuilibus in absoluendo reuni ab obseruatione iudicij, vt dicit text. iuncta glos. in dicta l. vnica. ¶ Et intra certum temp. & ibi Bald. Io. Fab. & Saly. Lutka tamē quod dixi: quod lata sententia absolucionis ab obseruatione iudicij in criminalibus, non admittitur accusator vterius ad causam; vt procedat quocunque eius culpa, vel negligentia non sicut causa ipsa terminata; alias si per eum non stetisset, sed per iudicem; licet reus sit absoluendus ab obseruatione, vel reperiatur absolvitus: per iudicem admittendus esset ad iterum accusandum. vt dicit Salice. loca. in l. qui de crimin. oppo. quarta. num. 8. versic. in criminalibus. C. de accusa. & in dicta l. properandum. S. fin. volum. 1. quem sequitur Capici. decisio. 206. Itē luna. quod dixi: quod lapsus biennio in criminalibus, & triennio in ciuilibus, fertur sententia absolucionis ab obseruatione iudicij; quocunque liceat cōsumptum per reum, non fuerunt producti testes per acto processus agitatus fuit, secus si suillentem.

stes producti, & processus agitatus, quoniam tunc lapsus biennio, vel triennio, partes iudicis esse debent in ciuilibus, & criminalibus in absoluendo reum difinitiuē, stante peremptione instantia a tota causa, vt dicit Petrus de Bell. perti. in dicta l. vnica. Ioan. de Amic. qui ipsum sequitur consil. 139. num. 9. & Grammat. dicto vot. 31. num. 11. & effectus istius absolucionis a causa, erit secundum eos, quia taliter absolvitus non poterit vterius molestari. Ex quo se queritur prædicti seruanda in Regno nostro in causis criminalibus, nam cum in eis communiter obserueretur, qd datis defensionibus, & agitato processu, si non potest procedi ad condemnationem; non absolvitur diffinitiuē inquisitus; sed causa sic indiscussa pendente liberatur cum cautione de stando iuri, & se præsentando toties quocies fuerit requisitus iuxta doctrinam glo. Bald. & clarius glo. in l. si qui num. 6. versic. ex ista glo. sume consilium. C. de adulterio, elapsio biennio iudex tenetur ipsum absoluere a tota causa, non autem ab obseruatione iudicij, adeo qd vterius ipsum molestari non poterit; nec ad instantiam partis nec fisca. Limitata tamen istam practicam vbi cunquæ de eodem delicto reperientur inquisiti alij socij, & complices, qd non essent in fortis curie sed contumaces; quoniam tunc cum possent facile noua indicia de delicto haberi: inquisitus non esset absoluendus a crimine & causa ob peremptionem instantia, sed solum ab observantia illius instantia, prædicta cautione destando iuri, & se præsentando toties quocies fuerit requisitus, vt dicit Gram. in d. not. in fi. vbi quod ita fuit votum, & exequutum relata causa coram Illustrissimo Prorete huic Regni. Et potest illa limitatio comprobari a simili ex illa Doctr. glo. & Saly. in dict. l. si qui, nam sicut iudex non debet absoluere diffinitiuē inquisitum, qd causa esset dubia, an esset culpatus, vel ne: sed solum sub cautione liberare, pari modo allegata peremptione instantia, non debet absoluiri a causa: sed ab instantia quocunque iudex redditur di bis de innocentia vt est in causa præmisso qd complices delicti sunt contumaces: quod bene nota,

19. ¶ Quarto iuxta prædicta quæro, nunquid sententia lata ad obseruatione iudicij, diffinitiuā dici poterit? Bald. in l. 2. C. de episc. audie. dicit quod non sed qd appellabitur interloquitoria; idem Guid. Pap. consil. 69. num. 1. ver. ad primum & decis. 220 num. 3. ratio est secundum Guido, in d. dec. 1. quia non obstante dicta sententia, primaria actio semper remanet; & de novo agi potest. & quod si quicunque qd post sententiam ab obseruatione iudicij non potest vterius de causa tractari (vt est in criminalibus,) quando stetit per partem; vt dixi supra versic. limita, tamen rīc talis sententia habebit vim diffinitiuē. quod no. Sarlerni, dicit 20. Decemb. 1559. Prosper Carauita,

## R I T V S C C X L I X.

Item quod omnes interloquitoriae quo tangunt partes, assignantur vni ex fiscalibus ut ipsas legi faciat a iudicibus.

**I**ste Rit, non seruatur; quia iudices hodie non legunt ipsi interloquitorias quando curia regitur sed prædicta quæ tenerit (in Magna Curia prædictum) est ista, quod omnes citationes super quibus curia sedente sunt vocandi citati, siue pro causa ciuili, siue criminali, assignantur vni ex actuariis criminalibus, qui altant cum curia regitur; & poenes illum actuarium actitat vnu actuarius causarum ciuilium, demum ille actuarius criminalis legit. tubita vocat alta voce; iudex interloquitur; & postquam interloquitus est oretenus, illa citatio que vocata fuit, assignatur illi actuario ciuili q. scribit interloquitoriam

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

toriam dictam per iudicem: & ita sit in omnibus citationibus gradatum, & successiue donec curia regitur: & ea recta, post modum omnes actuarii conueniunt simul: & vnuſ quisque accipit citationes suas. In Regia audiencia principatus citra, & Basilicatæ vbi non est tanta multitudo causarum, & citationum vocandarum: vnuſ actuarius legit, & scribit interloquotorias, quæ sunt per iudicem curia sedēre, & ita etiam sit in alijs curiis Regni. Hodie vero in Magna Curia Vicaria prouincia est nouiter per Illusterrimum Ducem de Alcala huius Regn. Viceregim in reformationibus Magnæ Curia: pragm. 17. S quia quod diciatur de officiis magistri iusti. quod omnes citationes ciuiles vocanda curia sedente, qualibet hebdomada perueniant in posse vnius ex actuariis qui hebdomadarius dicitur per quem in uno libro annotentur: & curia sedente legantur: & postmodum in fine hebdomada distribuantur inter eos æqualiter per sortem: adeo quod non debet restituiri illi actuario per quem fuerunt expeditæ (vt proxime dixi) sed audio quod non seruatur ita, sed vt primo seruabatur, & dixi supra, Salerni die 21. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C L .



Tem quod relatio ipsarum causarum commissarū dictis iudicibus hebdomadariis fiat per ambos, vel vnu de cōſilio alterius. & quod pars quæ senserit se fore gravatam potest reclamare ad consocios iudices, quæ reclamatio debet fieri in scriptis, & cum causa grauaminis infra quatuor dies, a die datae sententia in anteā numerandos, secundum reclamationem p̄fata. & decisio reclamationis debet fieri infra decem dies, a die reclamationis factæ in antea numerandos, & ex eisdem actis, nihil de nouo addito, vel diminuto &c. sed in sententiis oportet magistrum actorum esse p̄ficiens: & sic dicitur in fine sententia, sed si non est p̄fens in banca, dum fertur sententia: Curia eligit unum notarium, qui sit publicus, vel duos scriptores, de quo vel de quibus fit mentio in sententia iuxta practicam Innocen. extra de probatio. capitulo quoniam contra falsam: sed vt plurimum eligitur notarius publicus: & ponitur alia causa propter quam non est p̄fens dictus magister actorum: puta infirmitatis: hoc modo p̄fente notario. N. publico notario &c. in absentia magistri actorum notarii dictæ curiæ infirmi, uel aliter, alias dicitur solum in absentia magistri, sine ponere aliud, & sine ponere infirmitatem.

## S V M M A R I V M .

- 1 Grauatus in Regno a sententia hebdomadarij ad quem & intra quot dies beat appellare.
- 2 Actuarij curiarum debent esse p̄fentes prolationi sententia.
- 3 Iudex in absentia actuarij quem eligere possit.

I Ste Ritu. deberet situari (prout credo antiquitus fuisse situatum) post Rit. 83. vbi de iudicib. hebdomadariis, & commissione cauſarum ipsiſ facienda dictum fuerat. & aduerte, quia loquitur de commissione cauſarum facienda iudicibus pedaneis de quibus loquitur. d. Rit vbi dixi.

¶ No. figurit ex hoc Rit. quod ille qui sentit se gravatum a sententia iudicis hebdomadarij, debet infra quatuor dies reclamare ad consocios iudices: quinque alios decem dies, ex eisdem actis, debent terminare (ut iuris fuerit.) sed istud hodie nō seruatur: quia vt in d. Rit. 83. dixi: cauſa non committuntur iudicibus hebdomadariis tantum, sed omnibus pedaneis iudicibus distribuuntur ad electionem Regentis, qui eas committit: & quando cauſa ipsa decidit, non reclamatur ad consocios iudices pedaneos: vt hic ē sit, led ad iudices ipsius Magnæ Curia, & seruatur forma per me posita supra in Ritu. 16. in 2. nota.

¶ Secundo nota, ibi, sed in sententiis, quod actuarii curiarum debent esse p̄fentes probationi sententia: idque in fine ipsius dici debet: & ita seruatur. verum in aliquibus curiis (& fere in omnibus) fit mentio de ipso actuario in principio sententia seu in rubrica ipsius: vbi dicitur. nos talis gubernator Terre Eboli assidente nobiscum magnifico tali iudice ipsius, ac notario tali actuario, vel notario tali p̄fctuario absente, seu infirmo &c. & in aliquibus curiis vbi non fit talis rubrica fit mentio de eo. in fine sententia: ubi scribitur. lecta lata supradicta sententia die talis per me talem actuarium, uel pro actuario infirmo, vel absente.

¶ Tertio t̄ nota. ibi sed si non est p̄fens: quod index in absentia actuarii potest eligere pro actuario quemlibet publicum notarium, vel supple in defectum publici notarii duos scriptores iuxta pract. pos tam per c. quoniam contra extra de probatio. licet plurimum in defectum actuarii eligatur notarius publicus, & quando eliguntur duo scriptores qui intueniant pro actuario: debet etiam de eis fieri mentio in sententia, ut supra dixi in p̄cedent. not. & quando dicitur quod ille notarius, vel scriptores sunt electi propter infirmitatem, vel aliud impedimentum ipsius actuarii: quandoque non, sed soluta dicitur, qualiter ipsi interueniunt pro actuario abesse: vt Ritu. iste dicit: quod nota. cum casus eueniet maxime in istis casalibus, & uillis, ubi non sunt aquariorum, nec publici notarij. Salerni, die 22. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S C C L I .



Tem si appellans fuerit negligens & facta p̄fentatio ne copiæ processus, & appellatorum immediate p̄ mensem non prosequendo causam suæ appellatio nis, quod eo casu si appellatus voluerit appellacionem ipsam statim proseguī: poslit, & prosequente, vel non prosequente ipso appellante, non teneatur expectare tempus a quoconque iure canonico, ciuili seu municipal i, scripto, uel non scripto, speciali, uel communis stabilitum in p̄missis.

## S V M M A R I V M .

- 1 Causa appellata quando post annum appellatio nis, & quando post mensem p̄fentati pro ceſſus,

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 134

- census, terminari possit.*
- 2 *Terminus in expeditione appellationis quare praefixus.*
  - 3 *Appellant an præfigi debeat terminus ad se presentandum cum processu ad iudicem ad quem?*
  - 4 *Index ad quem si est de maioribus: cum causa terminum abbreviare potest.*
  - 5 *Processu infra terminum breuiatum ad iudicem ad quem, non presentato, transit sententia in rem iudicatam.*

**N**ot. bene hunc Ritu. q̄licet appellans habeat unum annum de iure ciuilis, ad prosequendum suam appellationem; & ex causa bieunum, per authen. ei qui. C. de tēp, appell. tñ illud intelligitur: cum appellatus non intenterit, alias eo instanti, post mensem a die presentati processus per appellatem: potest causa ipsa tractari, prosequi, & terminari statim non expectato quod labatur totum tempus a iure concessum. vt hic dicitur, & in cap. oblatæ, in versi. si vero. & c. cum sit Romana. iuncta glo. magna ibi, verius dicas. de appella. & nota per gl. in constit. Regn. appellationum tempora. in versi. non instanter. t Ratio est ut dicit tex. d. cap oblatæ: quia dictum tempus intelligitur statutū ad hoc ut protogari magis appellatione non possit; nō autem ut breuiari, & citius expediti nequeat: & ita seruat quotidie in pract. quamvis de iur. communi ciuili. in d. auth. ei qui. appellatus non potuisset instigare causa expediretur nisi in fine ipsius anni, vel bieunus: hoc est cum unus tantum mensis supererat, ut text. dicit. in d. auth. & ibi. Bart. Ange. & Alij Abb. & Philipp. in c. oblatæ. extra de appella. & Marant. in pract. part. 6. in versi. appellat. q. 3. num. 244. versi. scias etiā. vbi per hunc Ritum dicit corrigi ius commune. in d. authen. t Et addit quod non solum post presentationem processus, elapsso mense, appellatus potest infestare quod causa terminetur, & prosequatur, & sic corere appellantem ad prosequendum: verum etiā auctoritate presentis processum, ne sit in arbitrio appellatus ipsum quando sibi placuerit presentare, potest petere a iudice quod sibi præfigat terminū infra quem habeat se presentare cum processu iudici ad quem vnde dicit Gloss. per illum text. & ibid. Bar. num. 3. & Alexan. ad eum in l. preses. G. de appella. Innoc. in c. perlitas. in fin. extra de appella. Guid. pap. deci. 336. & deci. 436. nu. 47. & plene Marant. in pract. p. 6. in versi. appellatio. num. 205. versi. 2. credo tamen quod in Regno ista termini præfixio nos prohibet: eo quia, de iure communi non reperiebatur, etiam terminus certus infra quem appellans tenebat se presentare post receptionem processus, & apostolorum iudici ad quem, sed solum erat statutus minus triginta dierum infra quos tenebatur auctorum, & apostolos a iudice a quo recipere, videlicet in l. indicibus. C. de appella. in capit. ab eo. secundum titu. in 6. & clemen. 2. eod. titu. & gloss. in d. l. presens, & merito iudex ipse a quo poterat & debet, certum terminū appellanti staruere ad se presentandum cum processu, & literis dimissoriis iudici ad quem t vnde cum in Regno habeamus constit. appellationum tempora, per quam quinquaginta dies sumuntur appellantia se presentandum cum processu iudici ad quem, infra quem terminum includuntur etiam 30. dies qui de iure dubiantur ad recuperandum copiam auctorum a iudice a quo vt. Gloss. ibid. dicit in versi. intra quod & Afflct. in 9. not. nu. 16. & est Rit. expressus in fr. 260. quem citat ad hoc Marant. in pract. loco proxime citato num. 221 versicul. sed istud non video quo modo practicari possit, q̄ terminus dictorum quinquaginta dierum abbreviatur: q̄m

aliud sit tractare dedando terminum, ad se presentandum, vbi nullus terminus reperitur statutus: prout est in terminis iuris communis, & aliud tractare de breuiado terminum qui a lege, vel statuto reperitur determinatus in d. constit. & ita teneo. t Bene tamen verum est. quod licet iudex a quo non possit dictum terminum quinquaginta dierum abbreviare per rationem quam dixi, tamen index ad quem, si est de maioribus potest ex causa illud facere. quia sic sibi permititur per d. constit. in versic. ceterum, vt etiam Afflct. ibi dicit in 3. nota. vbi quod ita vidit pluries fieri per Magnam Curiam, t & quod si infra illum terminum breuiatum non esset presentatus processus: sententia transiret in rem iudicatam, & idem Afflct. ibid. in 8. nota. numero 15. vbi disputat an Magna Curia includatur inter iudices maiores, & dicit quod sic. Salerni, die 22. Decembris. 1559. Prosper carauita.

## R I T V S C C L I I .



Tem si contingat causas per supplicationem deuolui, quod tunc debet fieri exequitio in causa principali data cautio- ne, secundum formam authen. quæ supplicatione in expensis exequitio non fit quo- usque causa ipsa supplicationis fuerit per sententiā, seu sententias debite terminata.

## S V M M A R I V M .

- 1 *Supplicatio interposita à sententia, non impedit eius exequitionem, & nu. 4. & 5.*
- 2 *Supplicatio ex gratia, & benignitate Principis conceditur.*
- 3 *Appellatio suspendit pronunciatum. Estque defensionis species. ibid.*
- 4 *Differentia multæ inter appellationem, & supplicationem remissive.*
- 5 *Supplicatio retardat exequitionem quo ad principale non quo ad expensas.*
- 6 *Supplicatio proprie quæ dicitur. & nu. 12.*
- 7 *Remedium supplicationis quando locum nabit.*
- 8 *Cautio in casu retractationis sententia, an praestanda, autem exequatur.*
- 9 *Sententia lata fuit in alicuius fauorem: qui in ali quo grauatus, ab ea supplicat: quo ad reliqua, poterit ne exequi præstita cautione.*
- 10 *Quis non debet ex eo fructum consequi, quod impugnauit.*
- 11 *Qui habuit sententiam in fauorem, pendente supplicatione, exequitionem petit: nunquid cauere debeat?*
- 12 *Supplicationis diffinitio, & supr. nu. 6.*
- 13 *Supplicatio quare inuenta.*
- 14 *Supplicatio in quib⁹ casibus denegetur. remissive.*
- 15 *Supplicatio infra quod tempus fieri possit?*
- 16 *Supplicatione quis prosequi infra annum, vel biennium debet.*
- 17 *Supplicationes, & reclamationes idem sunt.*

Notæ.

# Domini Prosperi Caraultæ Ebolitani

**N**ota ex hoc Rit. t̄ quod supplicatio interposta ab aliqua sententia, non impedit exequitionem ipsius; immo ea non obstat, fit exequio praestita cautione de restituendo in casu retractationis sententiaz: prout etiam de iure. in auth. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offre. no. per. glo. in cap. ex literis, de in integ. restitu. Abb. in c. suscitato. eo. tit. Cardin. in clé. vni. q. 10 de causa posse. & proprie. Carol. Rui. cons. 84. visis omnibus. volu. 2. & Ant. de tremo. in Appo. still. ad pract. Bonacursij in tit. de impedi. execu. ver. 5. Ratio est ut dicit Afflīct. decisio. 341. versic. nec obstat. t̄ quia supplicatio conceditur ex gratia, & principiis benignitate, cum derur aduersus sententia; contra quam non competit remedium ordinarium appellatio. ipsa non est sicut appellatio t̄ qua suspendit pronunciatum. l. 1. S. inter. ff. nihil noua. & c. 1. vt lit. p. quia appellatio innititur iustitiae cum sit species defensionis, c. cum specialis. S. porro, de appell. & no p. Socin. consi. 195. col 3. versi. confirmatur. nam appell. vol. 2. & iustitia vult quod ea pendente, nihil innoveatur, vt in dd. iurib. Et ex hoc sequitur vna differētia inter supplicationem, & appellatio. sex alias ponit Afflīct. in præfat constit. quest. 10. num. 7. septe. Marant. in pract. par. 6. in versi. appellatio. nu. 15. v. t. differtur, & quodocidem Petr. Rebuff. in commen. cōst. Franc. tract. de supplica. in præfat. q. 11. au. 84. cū seq. volu. 1. Item sequitur aliud, quod cū supplicatio exequitionem sententia non impedit, tales supplications in criminalibus locum non habent. quia fatuū esset prosequi exequira sententia vt etiam Rebuff. dicit ibidem nu. 71. versi. decimus tertius & num. 90. versi. septima, & ita seruantur.

**S**ecundo not. ibi tamen in expensis, quod licet supplicatio non retarder exequitionem sententiaz: tamen istud intelligitur quo ad factum principale p. sententiam terminatum: nō autem quo ad expensas ad quas victus condemnatus exitit, vt etiā dicit Afflīct. fuisse decisum in sacro consilio in decis. 231. & hoc est nouū in hoc Regno. vt dicit Maran. in d. loc. num. 16. vbi hunc Rit. allegat. nam text. in d. authen. quæ supplicatio. non aperit hoc dubium. sed genera. liter dicit quæ sententia exequitur: non obstante supplicatione, & ideo Petrus Rebuff. in d. tractatu de supplica. in prefatio. nu. 40. dicit quæ in Francia aliter seruant, & nedum pro causa principali, verum etiam p. expensis sit exequio.

**Q**uarto primo in hoc Rit. de quib. supplicationibus debet intelligi iste text. Breuiter licet iste Rit. dicitur Rit. Magnæ Curia, attamen est Rit. & obseruātia tenenda in sacro consilio, & sic in supplicationibus quæ sunt à sententijs facili consilij ad ipsiūmet debet intelligi. t̄ Ratio est, quia supplicatio proprie dicitur quando a sententia Regis vel præfecti prætorio supplicatur ad ipsummet. l. 1. C. de senten. præfec. prætor. & in d. auth. quæ supplicatio. iuxta gloss. in versi. præfectis not. Spec. in tit. de supplicat. S. 1. versi. folius tñ. Rebuff. in d. tract. versic. tertia in appellatio ne. num. 86. & Marant. in loc. præallegat. versi. supplicatio. num. 12. & versi. tertio differt. nume. 17. vnde cū à sententijs Magnæ Curia appelletur ad sacrum consilium, & sic cōpetat remedium ordinarium, & sententia sua non dicatur sententia Regis, neque præfecti prætorio: prout dicitur sententia facili consilij, licet iste Ritus ponatur inter Rit. Magnæ Curia non propterea voluit præsupponere quæ à sententijs Magnæ Curie supplicetur ad ipsammet: quia non cadit supplicatio, sed appellatio. vt dixi, & firmat Afflīct. in constitut. Regni Magnæ Curia. 6. not. nu. 7. & \* alias in pragm. per excellentem. S. 14. & postea. nu. 16. de Senatusconsul. Macedon. In uno tamen casu Rit. iste etiam in Magna Curia, & quolibet alio iudice in-

riori posset locum habere, & is esset quando per Re-giam maiestatem sibi committetur causa appella-tione remota: t̄ nam tunc cum ordinarium remediā appellatio cessaret: posset ab eius sententia ad ip-sammet supplicari. vt dicit Abb. in d. cap. ex literis. 4. not. & in glo. supplicavit. Maran. in d. loc. nu. 13. ver. amplia, & Rebuff. num. 37. versi. 10.

**8** **T** Secundo quero nunquid priusquam sententia ipsa exequitioni mandetur: cautio ipsa praestari debebit? Cauens. hic dicit, quæ non nisi a parte contraria cautio fuerit petita per not. per glo. in l. yniueria. C. de precibus impera. offere. tu vero teneas contrarium, eo quia iste Rit. vult dari istam cautionem secundum formam dictæ authen. quæ supplicatio. vbi dicitur, non aliter exequitioni sententia mandabitur nisi vi-trix pars fideiussionem praestiterit: ponderando verba, non aliter, & verba nisi, quæ cum sint conditionia: videtur pro forma fideiussionem requirere: ades quæ eadem nullo pacto omitti, neque renunciari posse. vt dixi alias in quæstio. simil. supra in Rit. 189. quæ. 2. vbi vide latius, & ita seruantur quotidie in sacro cō-silio. adeo quæ nisi praestetur fideiussionis etiam parte minime petente, literæ exequitoriales non conceduntur: ita etiam firmat Rebuff. in d. tract. in prefati. num. 38. vers. 7. & nouiter sanctum est in nouissimis prag. editis per Illustris. Ducem de Alcalá in reformatiō-nibus sacri consilij. \* prag. 5. ibi cautionem tñ prius. de officio sacri consilij, & ante Rebuff. scriptis Vber. de bonacurso in suo pract. in tit. de impedi. exequi. versi. quinto num. 7. & Specu. in tit. de exequi. sen-tentiq. S. j. in princ.

**9** **T** Tertio quero, pone quæ ille qui habuit sententia in fauorem, sentit se in aliquo capitulo grauatum: & propterea quo ad illud capitulum, supplicat ab ipsa sententia: nunquid quo ad reliqua, poterit exequitionem petere praestita cautione iuxta hunc Rit. Et breuiter licet iuris regula sit, quod ex eo non debet quod fructum consequi quod nixus est impugnare. cap. 5. eo. de regulis iuris, in sexto cum simil. ibi traditus p. glo. tamen illa regula non procedit vbiunque im-agnatur sententia continens plura capitula, vt glo. dicit per tex. in cap. Rainucus. & cap. Rainaldus. a testa. & ita in propriis terminis quest. nostræ firmi. Petr. Rebuff. in tract. de liter. ciuilibus artic. vni. glo. vlt. versic. etiam nu. 9. vol. primo, & in d. tract. de sup-plica. in prefatio. num. 39. versic. immo. & utrobique dicit ita fuisse iudicatum in senatu Parisien. quod hoc pro amplia. istius Rit.

**10** **T** Quarto quero nunquid ille qui habuit sententiam in fauorem, & nunc pendente supplicatione, petet exequitionem: teneatur cauere cum fideiussione-ribus? Rit. iste videtur dicere quod non, ex eo quia cautionem requirit: cuius verbum de nuda promis-sione intelligitur. l. sancimus. C. de verborū signifi-catio. & not. per gloss. in l. 1. C. de procurator. veritas est in contrarium: eo quia duni iste Rit. cautionem requirit, dicit secundum formam dictæ auth. quæ sup-plicatio: vbi fideiussionis requiritur, & ita seruantur pract. Limitat tamen istud Guid. Pap. decisio. 50. nu. 3. & decisio. 189. nisi ille qui exequitionem petit, facta diligenter perquisitione nō inneniat fideiussionem: & de eo iure: quñ tñc eius iuratoria cautio sufficeret per authen. generaliter, C. de episcop & cleric. cū simili. quæ allegat. Sublimitat tñ istam limita. Apostol. ad eundem Guido. in d. decisio. 189. procedere vbi cunque talis victor non esset suspectus, aliás si esset suspi-

## A D D I T I O.

**a** De testimoni. Adde tex. optimum in l. etiam. S. ex caussa. ff. de minor. xxv. anno. C. P.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 135

seipso fugè vel dilapidationis, non esset exequitio concedenda nisi fideiussione prestita per ea que not. Bat. in oibus, ff. de iud. & si penitus, fideiussor nō reperitur, res ipsa exequitā sequestrari deberet secundum ea quæ nota. Goffre in summ. de sequestr. poss. & finit. S. generaliter, versi, tertio quid. & versic. & nota quæ bene nota. quia sunt quotidiana.

¶ Quinto quæro quid sit supplicatio, & in hoc responder Abb. in d. cap. ex literis, colu. 2 de in integ. restitu, dicens q̄ est quædam precum porrectio, facta Principi, per quam ex quadam benignitate superior restitutus supplicantem aduersus sententiam; contra quam non competit remedium ordinarium. & idem latius Rebuff. in d. tractat. de supplicatione. in praefatione, versi. 2. nam, 9 cum sequenti.

¶ Sexto quero qua ratione fuit inuenta supplicatio, & in hoc responder Rebuff. ibidem, versi. 3. num. 14. dicens fuisse inuentam ne auxilium contra iniuriam, & iudicium incuriam denegetur. arg. l. 1. ff. de appell. iuncta l. 1. ff. de iniur. & ne contra ius subditos graui Princeps patiatur, & inde oriantur iniuriz; unde iura nascuntur. vt dicitur in l. meminerint. C. vnde vi. & capi. qualiter. lo j. de accus. t̄ sexdecim tamen casus in quibus supplicatio denegatur, vide penes Rebuff. ibid. nu. 55. ver. sunt tamen.

¶ Septimo quero infra quod tempus supplicatio fieri possit? text. in dicta authent. quæ supplicatio dicatur infra decem dies: quemadmodum in appellatio ne dicitur. in authen. hodie C. de appell. text. vero in l. 1. C. de sentent. præfecti. prætor, dicit infra bienniū: vetiam dicit Guliel. Benedict. in repet. capi. Rainiu s. in ver. mortuo, itaque lo. 1. num. 273. de testa. quæ quidem iura videntur inter se contraria. tu autem di cas vtrunque tex. procedere; intelligendo tam hoc modo, quod si publicatio fiet infra decem dies, sententia non mandabitur exequitioni, nisi præstita fideiussione: & ita procedat. d. auth. quæ supplicatio: & vero fiet post, infra biennium: tunc procedetur in ea, verum exequitio sententie fiet sine fideiussione, & ita procedat. d. 1. 1. vt gloss. ibi concordare videatur in versic. nostro numini. iunctis his quæ dicit in predictul. post successionem ibi & hoc casu: & clavis Abb. in cap. ex literis, colum. pen. versic. & in fin. gloss. de integrum restitu. post Specul. in tit. de suppli cias r̄ versic. solus tamen, & idem Bald. in d. authen. Rebuff. in d. tract. num. 89. versi. 6. Afficit. in praefatio, Regn. quæst. 10. num. 7. Anto. de tremol. in apostol. ad pract. Vber. bonacurso. tit. de impedi. exequi. versic. 5. num. 7. in litera d. Marant. in pract. parte 6. in versic. appellatio. versic. differt autem. nu. 18. quod etiā dis putum est in pragm. nouissime editis per Illustriss. Dicte de Alcala in reformationib. facri consilij prag. de offic. facri consil. sed vt ibi dicitur, predicta ve lunt quando supplicatio ipsius sacro consilio of feretur, secessi in consilio collaterali, quoniā tunc semper supplicari potest, & ab ipsa regia cancellaria litteras facro consilio directas obtineant. vt per alium consiliarium partibus nō suspectum, causam ipsam renudere faciat, t̄ Debet tamen postmodum qui sup plicat, ipsam supplicationem prosequi intra annum, vel biennium: sicuti de appellatione dicitur, in authen. ei qui C. de tempo. appell. & ita dicit gloss. in d. 1. 1. C. de sentent. præfect. prætor, in fina. versic. & licet Afficit dicat in decif. 78. in fin. fuisse decisum in consil. q̄ fatalia non currant in supplicationibus; quia in facro consilio causa semper revidetur ex eisdē actis, non obstantibus temporibus appellationum decur s, quem videatur sequi Rebuff. in d. tract. supplica. in praefatio. quæst. 9. num. 57. versic. led tamen, & nume. 77. versic. quamuis. licet dicat in Regno Franciæ seruari infra quinquennium finiri, debeat: attamē vt dicit Gramm. decif. 13. vbi hoc late disputat. decreto facri consilij (quod ipse inserit ad verbum) prouisum

est in Regno contrarium eius quod decidit Afficit. & q̄ fatalia currant etiam in causis supplicationum, siue reclamationum t̄ quæ idem sunt. vt scribit Marat. in loc. præalleg. nu. 1. 1. ver. reclamatio & hodie in nouissimis pragm. editis per illustriss. Ducem de Alcalz in reformationibus facri consilij \* prag. 54. de offic. facri consil. idem sanctum, & determinatum est: po nendo dictum decretum de verbo ad verbum. Salerni, die 23. Decemb. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCL III.

 Item in eisdem curijs, & qualibet ipsarum in omni causa appellationis procedi possit sine libello, & litis contestatione: & causa appellationis inchoet per aperturam processus.

¶ Duplicatur iste Rit. supra in Rit. 6. & infra in Rit. 254. & 255. sed quia de hoc dixi in d. Rit. 6. ibi te remitto; ne repetam illud idem.

## R I T V S CCL IIII.

Item in curia ipsa in omni causa appellationis proceditur sine libello, & litis contestatione.

¶ Iste Rit. duplicatur supra in Rit. 6. in Rit. proxime præcedens. & in Rit. sequens. vide igitur ad matrem, quæ posui in d. Rit. 6.

## R I T V S CCL V.

Item in causis appellationum quæ agitantur in dicta curia: nō datur libellus, nec lis contestatur.

¶ Quoniam iste Rit. ad literam dicit idem quod Rit. sextus & duo alij proxime præcedentes; vide quæ late dixi in eodem Rit. 6. vbi de his omnibus mentionem feci. Salerni, die 23. Decembr. 1559. Prosper Carauita.

## R I T V S CCL VI.

 Item seruat ipsa, quod appellatione in infrascriptis causibus remittitur: videlicet quando fit mandatum per ipsam curiam condemnatorum, vel absolutorum.

## S V M M A R I V M .

- 1 Appellatio in omnibus causis, & gravaminibus ciuilibus, & criminalibus est admittenda.
- 2 Appellatio defensionis est Species. Estque teria ca aduersus iniquam sententiam iudicis ibidem.
- 3 Ab interlocutoria, cum diffinitiva non speratur: licet appellari.

4 Pro-

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

4. Præcepta absolvitoria, vel condemnatoria, an sint interlocutoria?
5. A præcepto debitori confessio facta, num licet appellari.

cit Abb.in cap. peruerit. lo secundo in si. de appell. & Fely.in d.rubri.num.5. & 6. nisi essent à duabus vncijs infra iuxta dispositionem sequen. Ritus Salerni, die 23. Decembris. 1559. Prosper Carauita.

**Q**uamvis regula iuris communis sit, t. & appellatio in omnibus causis, & grauaminibus admitti debet per gl.not. in leg. qui restituere in ver. restituitur. in si. ff. de rei vndi. & per generalitatem. l. 4. ff. de appella. & relati. vt etiam dicit Philip. francus in rubri. de appella. column. 4, tam in ciuilibus, quam in criminalibus. vt scribit Deci. in ca. cum sic Romana 9. nota. de appella. t. cum appellatio sit species defensionis. vt dicit text. in capi. cum speciali. S. porro. extra de appella. & patet ex l. 1. ff. de appella. recipi. & Soc. consi. 195. col. 3. volum. 2. & vi. dicit Bald. in l. 1. C. si de mon. non possit. dicetur tiriaca aduersus venenū, id est sententiam iudicis, tamen (vt hic vides) Magna curia obseruat, quod ab eius mandatis, seu præceptis condemnatorijs, vel absolvitoria non appellatur. t. Et quo sequitur quod licet à sententia interloquitoria, postquam nulla alia diffinitiva speratur; licitum sit appellare vt dicit Bart. in lante sententiam. C. quorum appella. non recipi. & in l. 2. num. 2. versi. ex his. ff. de appella. recipi. per l. ait prætor. S. permittit. ff. de mino. tamen ab istis præceptis Magna Curia quæ aliam diffinitiam non possunt expectare: cum sint condemnatoria, vel absolvitoria: non appellatur, vt hinc dicitur. t. Et si dicet aliquis vbi probatur, quod præcepta absolvitoria vel condemnatoria sint interloquitoria: respondetur quodid voluit gloss. in capit. dudum. lo secundo, in versic. responsionem de elec̄tio. extra. & lecunda quæstio. prima, in princ. quæstio. in gloss. magna circa finem. versic. sententia præcepti. & Specul. in titu. de instru. editio. S. nunc vero aliqua. versi. ex his autem queritur. vbi quod præcepta quæ faciunt iudices, vbi libellus non est datus: nec lis contestata: non possunt appellari sententia diffinitiva, sed interloquitoria, id est Spec. in titu. de senten. S. 2. Aret. satis pulchre. in l. 5. in prin. nu. 3. in fi. versic. & quia. ff. de verbo. obliga. Gui. Papa. decisl. 12. in princ. & Fely. in subr. de re iud numer. 5. & 6. pro hoc Barto. in l. j. ff. de confess. vbi dixit quod vbi non est datus libellus: non potest sequi sententia diffinitiva. idem Bar. in l. non fatetur col. 3. ff. de confess. & Paul. de Castr. in l. si debitori. in prin. ff. de iudi. vbi quod post præceptum factum per iudicem de soluendo contra confessum. iuxta terminos dicta leg. si debitori, potest doceri de confessione erronea: quod tamen contra sententiam diffinitivam non licet cap. fin. de confess. vt etiam latius ponit Fey in loc. præallega. num. 5. ver. fortius & dixi, supra in Rit. 187. quæst. 1. t. Et ex his sequitur quæstante hoc Rit. à præcepto facto debitori confessio iuxta terminos dictæ l. si debitori de qua dixi. in d. Rit. 187. non est licitum appellare: quod nota. Intellige primo hunc Rit. procedere quo ad effectu exequitionis impedienda per appellationem, non autem quo ad tollendum penitus appellationem. vt dicam infra. in Rit. sequen. versi. intellige. nam iste Rit. cum illo eadem ratione subnectitur, quia vt plurimum, ista præcepta sunt in causis modicis, in quibus proceditur etiā sine scriptis per authen. nisi breuiores. C. de senten. ex breu. recitat. Secundo intellige procedere quotiescumque talia præcepta sunt non dato libello, nec liceat contestata: prout supra dixi: alias si libellus esset datus: & lis contestata: talia præcepta tanquam causa cognita emanata, magis accederent sententia diffinitiva quam interloquitoria. vt dicut Ang. & Pau. de Castr. in d. l. si debitori num. 5. & propterea appellatione ab eis interposita regularetur sicut appellatio à diffinitiva: & exequitionem impediaret vt di-

## A D D I T I O

- a Tiriaca. Adde Bal. etiam dicentem in consi. 145. num. 6. 3. parte verbæ illa, si expedierit, tiriacam esse contra venenum, in certumq; esse arbitrium boni via ut loco tiriaca omnem machinationem excludant. arg. l. non cogendum. S. vt si iustam ff. de procurator, & l. cum stichus in fine, ibi quatenus & commodius & c. ff. de solut. C. P.

## R I T V S C C L V I I .

Item in causis duarum vnciarum ciuili petitarum, non appellatur.

## S V M M A R I V M .

- 1 Appellatio de modica summa non recipitur: cum rationibus.
- 2 Appellatione pendente, nihil innovandum.
- 3 Appellantes communiter de nullitate dicunt ex eisdem actis.
- 4 Practica, quando transmissus fuit processus ad iudicem, ad quem, factaque eius apertura.
- 5 Coaceruatio, ad impediendam executionem: fieri non debet, & nu. 13.
- 6 Casus duo: in quibus appellatio ad effectum retardanda exequitionis: non admittitur. Et ad remissione.
- 7 Sententia si excedit duas vncias: in modica tantum quantitate: nunquid exequatio impediatur.
11 ad quem, ut dicit d. constit. & siste Rit. Item insertur aliud, quod licet de iure communii appellans teneatur petere apostolos instantanter, & instantissime, ac si quis per l. primam. ff. libell. dimisso, ut etiam not. per Gal. in l. eos. S. apostolos. C de appella, hodie in Regno non necessaria; quia siue fuerint petiti semel, huc bis, cum instantia, aut sine, satratis erit, si infra dies quin quaginta fuerint presentati, ut appellatio non dicatur deferta, ut etiam scribit idem Affic. in d. constit. 9. nota. num. 18. & ita seruatur licet nonnulli aduocati in petitionibus appellatoris multoties ponant illa verba petens apostolos, & copiam processus instanter, instantius, & instantissime, ut valeat se praesentare iudicii ad quem; & credo quod si interrogentur de ratione, & an in Regno teneantur taliter petere, ne-  
scient responderem.

12 ¶ Quero in hoc Rit. iuxta predicta, pone quod opposita exceptione desertionis ob presentationem processus, post quinquaginta dies, fuit allegatum impedimentum per alteram partem propter quod punctus desertionis redditur dubius: quid faciet iudex? Petr. de Anch. in propriis terminis desertionis in cōs. 362, nu. 2. ver. sed re vera dicit quod si exceptio desertionis, non est clara, & liquida; adeo quod sine villa dubitatione in iure, vel in facto prouideri possit super ea: iudex debet decernere, quod procedatur ad ultiora in causa principali exceptione desertionis ad merita reseruata per l. nam, & postea in princip. ff. de juri. iur. & not. per Bart. in l. fin. ff. pro suo, quemadmodum referuantur aliae exceptiones praedicationes de quibus in cap. j. de lit. contesta. in 6. ergo si est clara, & apertissime constat; non obstante impedimentoo allegato, applicationem esse desertam: iudex non debet desertionem ad merita reseruare; sed statim puidere super ea declarando ipsam desertam, ut scribit Affic. in d. constit. 1. i. no. versic. sed iuxta hoc. nu. 26. Et addetur secundum Pet. de Anch. ibi. nu. 3. q. etiam si iudex dixerit fore procedendum ad ultiora in causa opposita desertione non obstante, nullam penitus faciendo mentionem de reservatione ad merita, non prepterea praejudicatur oppoetai, qui possit postea in processu causa iterum delationem exceptionem tanquam peremptoriam opponere: quia primo loco opposita, & in initio, videtur opposita in vim dilatorie ad impedendum litis ingressum, quod not. quia quotidie euenit, sed cautius & melius faciet iudex si eam expresse reseruauerit.

13 ¶ Secundo quero necessario in hoc Rit. nunquid iudex applicationis tenebitur citare iudicem a quo, quod veniat ad defendendum suum processum? Innoc. in cap. in nostra. num. 9. versi. & nota. de procurat. & in cap. cum speciali. nu. 6. in versi. iudice. & nu. 7. & ibid. etiam Imo. & Abb. in S. fin de appella. Aly, in l. sancimus. q. 13. C. de iud. Bald. in cap. 2. in 8. not. de rescrip. Fely. in c. dilectus. num. 3. versic. regulariter. de rescrip. & Par. in tract. lyndica. in versi. appell. col. 3. nu. 6. communiter concludunt, quod no: quia reuocatio sententiae non assert sibi preiudicium: licet si velit iudex applicationis, possit ipsum citare: & p. hoc allegatur per eos tex. in c. venerabilibus. in prin. versic. secus autem. de sententia excommunicata. in 6.,

¶ Fallit tamen ista conclusio multis modis: primo secundum Innoc. in d. c. cum speciali: quotiescumque primus iudex contendet pro suo proprio iure. per cap. si quis. 2. q. 7. vel causa applicationis posset eidem ponnam inferre, ut in exemplo posito per eum, & Fely. in d. c. dilectus. num. 5. versic. secunda declaratio. Secundo fallit secundum eundem Innoc. in d. cap. in nostra. & Fely. in d. cap. dilectus. num. 8. versic. quinta declaratio: quotiescumque expedit ipsum vocari, ut ferat testimonium de his quae acta sunt. coram eo, per eap. non sine. de arbitr. vel ut per eum instruatur ipse iudex applicationis iuxta. c. cum dilecti de accu-

14. Tertio fallit ubiunque ex officio processus primus iudex ut dicit idem Innoc. in d. c. in nostra. gl. 1a d. ca. c. um speciali. versic. coram superiori. Abb. & Fely. u. i. præalleg. c. dilectus numero 4. versic. prima. Bald. in d. cap. 2. de rescrip. Roma. cons 343. num. 13. & c. tex. in terminis qui cauillari non potest. in d. capi. vobis. in erabiliibus. in princ. vers. attamen. vbi etiam Gemini. 1a. firmat. num. 7. & licet Saly. in l. fin. circa fin. C. 7. eus. vel accus. mort. fue. aliter teneat per multas. allegando, etiam pro hoc Innoc. in d. ca. cum speciali. attamen ut dicit Fely. in d. c. dilectus. num. 15. versic. prima ( vbi respondet suis rationibus ) non a c. & recedendum a communii opin. & quam est teneat Boer.

## A B D I T I O.

Communi opinionem. Adde & communis opinio not. ex maiori numero doctorum, sed ex veteri, & sequori ratione legumq; auctoritate iudicanda est. ut apertissime præcepisse videamus Iustinian. Imp. l. 1. S. cumq; ver. sed negue. C. de veter. iur. encl. Sed neq; ( inquit ) ex multitudine authorum quod ver. & equius est iudicarote, cum possit unius fortis, & deterroris sententia, & multos & maiores aliqui in parte superare, omnibus autoribus iuris aequaliter dignitate pollutibus, & nemini ( ut antea dixerat ) quadam prerogativa seruanda, quia non omnes in oatione, sed certi per certa, vel meliores, vel deterritis, inueniuntur. Et propterea inquit Abb. in c. Cap. dellanus. num. 8. extra de ser. & inter plures opiniones illa sequenda est, que nimirum melior & subtilior ratione, nec debet haberi respectus ad qualitatem personæ illam souvenit, pro quo facit etiam dictum Joannis Andr. in cap. primo, de consti. vbi dicit, communem opinionem sequendam, nisi notoriè dicere male, & probabili ratione conuincere possit, quoniam bonus iudex acutissimi ingenij arbitrabitur ut inquisit. eriam Abb. dict. cap. 1. num. 5. non obstante tex. in 1. ff. de offi. quæstor. ibi, & crebrior apud veteres opinio est, per quem tex. inquit Bald. quod vbi sunt veteris opiniones magistrorum, statim debet illi opinio: que plurimorum testimonio comprobatur, quoniam, tex. ille non loquitur de his quæ pertinent. ius, sed ad factum, Imo. fortius inquit idem Iustinian. in l. nemo. C. de senten. & interloc. om. iud. Nemo iudex, vel arbiter existimet, neq; consultationes, quæ non rite iudicatas esse putauerit, secundum, & muto magis sententias cunctissimorum præfectorum, vel aliorum procerum; non enim, si quid non benedictimatur hoc, & in aliorum iudicium vitium extendi oportet, cum non exemplis, sed legibus iudicandum sit, nec si cognitionales sine amplissime prefecturæ vel alijcius maximi magistratus prolatæ sententia, sed omnès iudices nostros, veritatem, & legem & iustitiam sequi vultigia sancimus hac ille. Non enim tam spectandum est, quod Romæ factum suit, quam quod fieri debuit l fed licet, ff. de offic. pres. Hucque conferunt quæ sanxit Philippus. Rex cognomine pulcher. ut diximus supra ad Rit. 98. Contra autem hic videatur vrgerere. c. nouimus extra de verb. signi. ibi, opinio a pluribus approbata, c. de inducijs 3. q. 3. ibi, in quo plurimi concordant l. athletas in princ. ff. de his qui notan. infam. ibi & generaliter ita oes opinantur. Nos autem existimamus eam tanquam eadem esse amplectendam, quæ plures grauioresq; tenent, per tex. in c. in canonics 19. distinc. ibi, eas, quas plures grauiores que tenent. Limitando primo, nisi opinio pauciorum fundetur melioribus rationibus argu. dict. S. cum quæ hec. 2. nisi opinio plurium sit euidenter falsa conuincere possit probabilibus rationibus, quod bonus iudex acutissimi ingenii arbitrabitur, ut per Abb. post Hostiens. & Ioann. de Andr. in cap. primo, numero 15. extra de consti. 3. nisi contra opinionem plurium,

Plenum adsit opinio gloss. vi per Iacob. Butr. in l. 1. & in pro sua iurisd. & ca. 4. nisi opinio pauciorum pro matrimonio secundum Hostiæ. in c. si uero, de cognat. spir. 5. nisi eadem fauaret potestati plenum, vt per Hostien. & Ioan. de Andr. in c. rursus 6. qui cler. vel mon. 6. nisi eadem esset in fauore manus testamenti vel similiū causarū fauorabiliū secundum Andr. Sicul. quæsti. 70. scriptum est 7. fin. extra de re iud. 7. nisi obstatet consuetudo, Hispania, & Anglia vbi statut opin. Bar. quam contra communem ut testatur Ioan. Bapt. da Caz. 8. in tract. de modo studen. & hec omnia habent aditum additum Abb. in dic. c. 1. de constit. C.P.

Decis. 259. col. penult. Guid. Pap. singu. 597. & eterni Rebuff. in commen. consti. Fran. in tract. de appell. in princ. num. 31. & quæ pro se habet tex. in d. c. generabilibus. Ratio est secundum Fel. ibi post Butr. cap. qua fronte. col. 4. ibi ex tertio nota. de appella. quia cum iudex sine parte ex suo officio motus fuerit, videtur sua interesse, eius sententiam defendere. In hoc Regno communiter obseruatur, quod primus index in orulo casu citatur, sed eius loco procurator fiscalis illius curiæ si habet fisicum, vel si non habet, ius coadiutor, qui idem officium facit, quod procurat. fiscalis: & licet ex hoc potius attendatur in hoc Regno op. Salyce. in d.l. fin. volentis. primum iudicem non esse citandum, tamen non usquequaque receditur ab opin. communis, quia fere idem est cum loco primi iudicis citetur procurator fiscalis, vel curiæ coadiutor: immo ista obseruantia inter communem op. & op. Saly. est contra aliud dictum eiusdem Saly. ibi. numero 7. & Bartol. in l. j. S. fin. ff. ad Turpi. volentium 6 procuratorem fisci non esse citandum: Adeo quod communiter seruatur in hoc Regno: quod iudex appellationis cum expediat prouisiones per transmissiones actorum, in fine earum dicit. & insuper citetur pars ex adverso & regius procurator fiscalis, seu cuius coadiutor quatenus comparere debeant vñfuri aperturam processus, processurique in causa ipsa ad omnes actus, usque ad sententie prolationem inclusive. Aduerte tamen quod licet regula sit ut supra dixi in princ. q. iudicem a quo non esse citandum, eaque in omnibus seruatur in hoc Regno ( ut proxime dixi) tamen si ipse vult se offerre defensioni sua sententia ad informationem secundi iudicis tantum, non autem ad aduersarius, non potest repelliri. ut dicit Abb. in d. c. dilectus, & Fely. post eum. numero 7. declaratione 4. & Bald. in Rubr. C. de pœn. iudic. qui male iudic. in f. 1 Secundo aduertere, quod in casibus in quibus deinceps communi dixi esse citandum primum iudicem, nisi citetur processus est nullus, ut dicit Rom. in d. cons. Fely. in d. cap. dilectus. num. 6. versic. tercia declaratio. & Bal. in l. n. ita diuus. in f. ff. de adoptio. Tertio aduertere quod in eisdem casibus in quibus deinceps primum iudicem esse citandum, si citetur comparebit ut pars; quia citatio non erit rectatores, sed ut contradictor voluntarius sicut ille qui citetur si sua putauerit interesse ut dicit Fely. in sibi al. Reg. c. dilectus num. 9. ver. sexta, & ultima. quæ bene notabis in tract. Salerni die 27. Decemb. 1559. Prosper Carauta.

## RITVS CCXLI.

Biverò denunciatus velit litigare, & non compone-re cum curia, vel velit mo-dica pecunia componere, tunc Curia procedit ad an-teriora, raro tamē venitur ad sententiam ferendam

ex capitulis, idest ex officio, si tamen veni-tur, tunc in appellatione, si est condemna-toria, seruatur per omnia ius commune, & const. & cap. Regni, si vero est absolvitoria, siue ex mero officio, siue ex officio prece-dente denunciatione nunquam appellatur in aliquo casu, licet ipsa sententia contra-fiscum proferatur, siue sit confessus tantum, siue conuictus tantum, & ita pridie de pre-senti Anno. 12. Indi. fuit in ipsa curia serua-tum, in sententia absolvitoria lata pro Bu-fillo, brancatio, qui inquirebatur per ip-sam curiam, facta denunciatione contra-eum per dominum Franciscum Calcotam de Neapo.

## S V M M A R I V M.

- 1 Compositiones inquisitorum cum quibus & qua-liter fieri debeant.
- 2 Parte concordata vbi proceditur ex officio raro deuenitur ad sententiam.
- 3 Appellatio de ritu & de iure permittitur a sen-tentia condemnatoria.

**I** Ste Rit. incipit certo modo: quod apertissime demonstrat in antiquis fuisse situatum aliquando: & cum diutius hoc quæsissem, tandem repe-ri, quod in antiquiori codice meorum Rituum, iste Ritus est vnitus cum alio Rit. quem habes infra 275. post quem legendo istu in, verba eius bene conueniunt: alias secus & miror profecto, & absque vla ratione de uno Rit. fecerunt duos.

- 1 ¶ Not. & igitur primo, ibi, velit, quod compositiones inquisitorum debent fieri cum volentibus, non autem cum iniuris, vel coacte consentientibus. de quo dic ut dicam latius infra. in Rit. 172.
- 2 ¶ Secundo tñmo. ibi raro tamen, quod vbi proceditur ex officio, quia pars querulans, vel denuncians se cōcordauit, raro causa peruenit ad sententiam quasi di-citat, quod tunc magis communiter proceditur ad cōpositio nem. Hodie quia non in omnibus casibus est licitum componere: ut dicam in d. Rit. est totum cō-trarium: & cause facilis de iustitia expediuntur, quæ componantur. verum tamen est, quod cum causa est componibilis, & querulans est concordata, facilius fit compositio: quam si adest, quia tunc nisi remittat, curia non componit. ut dicitur in Rit. præalleg. sed di-cet aliquis, quis renelauit tibi, quod iste Rit. in illis verbis ex officio, intellexit quando pars denuncians est concordata: cui responderi potest, quod cum iste Rit. debeat stare post d. Rit 275. si legatur post illum: patet ad literam.
- 3 ¶ Tertio & no. ibi, tunc in appellatione, quod quando Magna Curia interponit sententias condemnatorias, vel absolvitorias: obseruatur quod a condemnatorijs appellari: ut etiam dixi supra in Rit. 259. in 4. no. & in hoc iste Rit. corrigit illum: ut ibi latius dixi in 1. nota. & ab absolvitorij nequaquam interponitur appelle-latio: & ita seruatur ut dixi supra plenius in Rit. 258. vbi videoas: quia idem disponitur. Salerni, die 27. De-cembri. 1559. Prosper Carauta.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

R I T V S CCLXII.

**T**em seruat ipsa Curia quod quādō aliqua causa deuoluitur ad eam re medio appellationis siue sit ciuilis, siue criminalis, & siue sit deserta postmodum, siue pronunciatum per ipsam tacite, vel expresse: confirmando sententiam, vel retrahendo nullam: semper exequutio fit per ipsam curiam, & non per aliquam aliam, nisi Rex aliud demandaret.

S P M A R I V M.

- 3 Sententia que transuerunt in rem iudicatam, paratam habent exequutionem.
- 2 Index qui suam possit sententiam exequutioni demandare.
- 3 Sententiam confirmari, vel renouari est secundum ius commune. Contra vero desertam effici. cum rationibus.
- 4 Index appellationis in criminalibus mandat exequutioni sententiam.
- 5 Practica in Regno in causa appellata, quando confirmatur, vel deseritur, exequenda est a iudice a quo.
- 6 Et renovata in totum, vel partē, a iudice ad quem exequitur.
- 7 Sententia lata post quod tempus exequutioni demandabitur.
- 8 Spatio 30. ann. prescribitur iuri petendi sententia exequutionem.
- 9 Victor quonam modo sententiam in sui favorem latam, petet exequutioni demandari.
- 10 Ex sententia duo remedia oriuntur & quae.
- 11 Index nunquid ad partis instantiam, statim exequetur sententiam qua transiuit in rem iudicatam? cum limit.
- 12 Index sententiam à se, vel ab alio latam, nunquid exequutioni semper mandare teneatur: vel super sedere ad tempus vel in partem aliquādō possit? cum fallen. remissive.
- 13 Sententia lata a iudice contra non subitos, consentientes tamen in ipsum nunquid poterit eadem ipse exequi? cum limitat.
- 14 Index ubi sunt bona condemnati per alium iudicem poterit ne sententiam talem exequi sine literis requisitoris illius? cum limitat. & num. 18.
- 15 Nemo potest se intromittere in exequutione sententiae per alium latam.
- 16 Actio in factum ubique exerceri potest, ubi reus forum sortitur.
- 17 Actio est ius residens in persona partium.
- 18 Officium iudicis residet in persona ipfius,
- 19 Episcopus, sententiam a iudice laico latam, exequi quando teneatur.

29 Index ad alterius iudicis requisitionem exequen, quem stylum, sue, vel requirentis curia scrubat.

**V**oniam sententia omnes & quæ in rem iudicatam transuerunt, paratam habent exequutionem per l. minor viginti quinque annis cui fidei commissum, de mino, quia si secus ageretur, & debit exequutioni nō mandarentur parum esset interponere, vt dicit tex. in c. quod ad consultationem de re iudica. Glo. in rubr. de exequu. rei iudic. & illa in constit. Regni dilationes, col. 2. in fi. iuris communis dispositione proutsum est, & quod idē index qui sententiam tulit, valeat ipsam exequutioni demandare si ordinarius sit d. c. quod ad consultationem & l. cum quādam puerilla. ff. de iurisd. om. iud. secus si delegatus, quia tunc per ordinarium exequeretur. La di uo Pio. in princ. & ibi glos. & Bart. ff. de re iudic. nisi esset delegatus à Principe per tex. in l. properandum \$, sin autem reus. iuncta glos. in versi. ad maiorem. c. de iudi. & not. per Alex. in d. La diuo Pio, col. 3. & 4. Abb. in c. si quis contra clericum, colum. fin. de foro competen. & cap. significasti. de offic. delega. & Marrant. in pract. parte. 4. distin s. versic. decimo octauo differt num. 45. in nouis. verū quia evenit multoties quod cum a sententijs appellatur, aliquæ confirmantur, aliquæ reuocantur, & aliquæ postmodum coram iudice ad quē non terminantur, quia appellatio deseritur, & dubium esse potest quis index his casibus sententiam mandabit exequutioni, Rit. noster vnicus resolutione id decidit.

¶ Nota. igitur primo ex hoc Rit. quod appellata sententia siue criminali, siue ciuili ad Magnam Curiam tam si confirmetur, quam si reuocetur, vel deserta efficiatur, semper ipfius exequutio per ipsam Magnam Curiam demandabitur. ¶ Iste Ritus quando sententia lata confirmatur, vel reuocatur, est conformis iuri communi. vt patet ex not. per Bar. in l. pricipium \$, officij. per illum text. C. de appella & in l. tale p̄ctum \$, qui prouocavit. nu. 3. vbi etiam Bald. in 2. le. nu. 10. vers. considera. ff. de pact & idem Bald. in auth. quis litigantium. nu. 2. C. de epif. & cler. sed quando appellatio efficitur deserta est contra ius commune, quia eo casu, vt ipsi dicunt in locis præal. exequutio demandabitur per iudicem a quo si ordinarius fuerit & hoc per tex. in l. fin. \$, illud eriam. & auth. ei qui. in fin. C. de tempo. & reparo. vbi quod appellatione deserta, sententia in suo robore manet tanquam si nunquam prouocatum fuisset. Secundo quia appellatio ipsa efficitur deserta ipso iure, absque ipsa pronunciatione, vt not. in l. eos. in prin. C. de appell. Tertio, secundum Bald. in d. auth. si quis. quia talis pronunciatio super deserto est interloquitoria; & non ipsa meretur exequutionem, sed disserit quia a primo iudice lata fuit. d. \$, qui prouocauit. Quartob. secundum eund. Bald. quia talis interloquitoria non continet dare vel fieri, & ideo ex ea non potest nasci obligatio, vel actio ad dandum, vel fiendum. Et licet idem Bald in d. auth. si quis litigantium dicat quod in causa criminali appellata semper exequutio spectat ad iudicem a quo; quia cognovit in loco delicti adeo quod secundum eius opini, iste Ritus quo ad causas criminales videtur esse contra ius commune, ¶ tamen veritas est, quod etiam in criminalibus concluditur quod iudex appellationis mandat exequutioni sententiam vt dicit tex. ad literam in l. addictos ubi Bald. met sibi contrarius id, not. & Salycer. C. de appella. Imol. in l. penult. in princ. ff. de publ. iudi. & Deci. in Appofil. ad Bald. in d. auth. si quis & dictum Bald. in d. auth. non est verum, maximè quia ipse loquitur per verbum credo. ¶ Hodie vero obseruantur in hoc Regno coram quibuscumq; iudicibus appellationum, & quando sententia confirmatur, vel

appellatio deseritur; exequitio ipsius sententiæ fit per iudicem, qui eam tulit & ita etiam dicit esse de Guido Francie Guid. Pap. decisi. 436. numero 43, & non tenetur quod iudex appellationis cum suarum sententiæ profert, dicit bene iudicatum, & male apud datum, & ideo rescribendum esse iudici a quo sententiam exequatur literis inhibitorialibus per suum expeditis, non obstantibus, & quando appellatio est deferta: pronunciat ipsam defertam, & simili dicit esse rescribendum iudici a quo quod suam sententiam exequatur ut etiam docet Pet. Rebuff. in Commen. constitut. Franc. tract. de appell. artic. 5. gl. valium. 40. versic. practica est volum. 3. demum expedit rescriptum directum iudici a quo vbi inseritur tenor decreti dati per iudicem ad quem, quo tempore habito, iudex a quo expedit literas exequitio talescum inserta forma sue sententia, & rescriptum dicit ad quem, & cum illis literis exhortorialibus sit exequitio, & ita practicatur. t. vbi vero sententia iudicis a quo revocatur in totum, vel reformatur ad dendo, aut detrahendo, tunc seruantur iste Ritu. & ius commune, & iudex ad quem exequitur sententiam, ut dicebant præalleg. Doct. in dd. locis & Bal. in d. S. qui prouocavit. num. 20. vers. considera. vbi etiam de reformatione loquitur quæ bene not. in pract.

¶ Quarto primo in hoc Rit. post quod tempus mandabitur exequitioni sententia lata, ut dicitur in hoc Ritu. Spec. in tit. de exequi. sententia. S. videndum in princ. & Bart. in l. a diuo Pio. S. in venditione. versic. queto tu eris num. 3. ff. de re iudic. distinguit, quod aut sumus in actione personali, aut reali, primo casu regulariter fieri post quatuor menses, & non ante per cap. quærenti. & c. quod ad consultationem de re iudica. l. 2. & fin. C. de vsu rei iud. & l. si debitori. ff. dere iudica. ex causa tamen cognita potest fieri ante & èt post inspecta qualitate, & quantitate personarum, locorum, cause, & temporum, ut dicitur in dd. iuriis. Secundo casu si non fuit appallatum, nec restitutio postulara, post decem dies: quoniam tunc transiit in rem iudicata, & statim cogi potest, ut inst. de offic. iudi. & S. si in rem. iuncta gl. in versic. in presenti. ad alidem extra de electio, ca. cum dilecti. & capitulo significaverunt. extra de testi, & hac in cipilibus, in criminalib. post decem dies indistincte, si non fuerit appallatum. l. cum reis. C. de pæn. & cap. sicut sunt. 2. q. 1. nisi in casibus quos posui supra in Rit. 259. in 1. no. 1. Huic tamen iuri petendi exequitionem sententia prescribitur spacio triginta annorum ut dicit Bal. in l. debitori tuo. versic. tertio quarto. num. 8. C. de paet. p. hanc. C. de prescript. 30. ann. Afflict. in decisi. 245. in fin. versic. ad secundum. & Maran. in pract. in fine. 6. statis versic. vlti. numero 54. ¶ Secundo quarto quodam modo viator petet exequitioni mandari sententiam in sui fauorem latam? Spec. in tit. de exequi. sententia. S. breuiter. in princ. \* & Afflict. in constit. dilationes numero 20. dicunt quod sicut ex sententia duo remedii oriuntur, actio iudicati, siue in factum ut patet ex l. in iudicati. iuncta gloss. ff. de re iudica. & officium iudicis ut patet ex l. qui restituere. ff. de re vendi. ita dupli modo exequitio peti poterit; via petendi exequitionem sententia per actionem in factum, prolixior est illa, qua petitur per officium iudicis, ratio est secundum eum ibi numero 2, quia quando intentatur actio iudicati, debet dari libellus, & dictale aduersarium esse sibi ciuiliter obligatum ex sententia; & super eos contestari, adeo quod iudex tunc in forma iudicij, cognoscet, & partes iudicis assumet, sed quando petitur exequitio per officium iudicis: tunc nec libellas dari nec lis contestatur: nec iudex partes iudicis assumit, sed solum exequitoris faciendo exequi, & demum iubendo distrahi. iuxta l. 2. & fin. C. de exequi. rei iud. & ideo in pract. hanc viam, potius quam aliam practicamus, & te-

nemus: quod not.

11. ¶ Tertio iuxta predicta, quero nunquid index ad instantiam partis, statim sententiam quæ fecit trahit in rem iudicatam exequetur? Breuiter, aut leniteRIA est lata super actione personali ad aliquam quætitatem, vel aliud in genere, aut super actione reali. primo casu Doct. omnes communiter concludunt, quod non, sed primo citabiliam partem contra quæ exequitio est facienda: quod compareat ad dicendū causam quare sententia noua debet exequi. ita Bart. in l. a diuo Pio. S. in venditione. versic. queto tu eris. num. 3. ff. de re iudic. Innocen. in c. super. in glos. in vers. praedictio. de re iudica. Bald. in l. j. C. de iur. & fact. igno. Abb. in cap. ex ratione, de appella. & Afflict. in constit. dilationes. vers. demum. num. 15. Limitat tamen ista Afflict. in d. constit. numero 22. vers. an autem procedere vbi sententia esset de antiquo lata: securus si de recenti: quoniam tunc sicut quæ fit exequitio virtute obligationis accusat penes acta: non citatur pars, eodem modo quando petitus, virtute sententia: ut probat ad literam Ritus non. menti tenendus, quem Afflict. non allega. supra in Ritu. 127. & ita seruantur in pract. quotidie in Regno ut etiam late dixi in d. Rit. 227. in 2. not. limit. 4. & c. Secundo casu Bart. in d. S. in venditione, & in extraug. ad reprimendū in versic. exequitionem, dicit similiter: quod non, verum hoc casu non requiritur citatio partis vterius: sed tammodo quoddam præceptum iudicis, quod infra tot dies restituat iuxta formam sententia, quod termino no elapsò, si nihil allegatur fit exequitio, si vero aliquid quod requirit altiorem indaginem, similiter fit exequitio cum cautione de restituendo, ut dicit Bar. in l. ait pigror. S. Marcellus. ff. de iudic. & Afflict. in d. constit. numero 16. versic. secunda conclusio. vbi quod factum consilium ita seruatiam hodie, & tale præceptum appellamus in Regno mandatum de parendo. Limita tamen ista secundum Afflict. ibid. quotiescunque exequitio perit contra eundem, qui habuit sententiam in contrarium, & ab eodem qui etiam protulit, securus contra successorem condemnati, quoniam tunc citatio prius requiritur. vt dicit Innoc. in c. quia. in fi. de iudi. Bald. in l. j. circa finē. C. de aliena. iudi. murand. causa fact. & in l. per diuerias. q. 10. C. manda. vel ab alio iudice forte successore illius qui dedit sententiam: quoniam etiam tunc citatio priusquam exequatur, est necessaria ut dicit Glo. in l. quoties. S. fi. ff. de probat. Afflict. ibid. num. 18. versic. quarta conclusio, & latius per me in d. Rit. 127. 2. nota.
12. ¶ Quarto quero nunquid semper iudex tenebitur sententiam a se vel ab alio latam exequitioni mandare, an vero poterit aliquando supersedere ad tempus, vel in totum? Breuiter dicas, quod semper tenebitur: quia parum esset eas interponere: nisi &c. vt dixi in princ. istius Ritu. fallit in duodecim casibus quos ponit Vber. de bonacurso in sua practic. in titu. de impedi. exequi. & Specul. in tit. de exequi. sententia. S. fin. in princip. vbi quinque alias addit. ad quos breuitatis causa te remitto cum casus in pract. contigerit,
13. ¶ Quinto quarto, pone quod sententia fuit lata p. iudicem contra non suos subditos: qui tamen in ipsum consenserunt, nunquid poterit ipsem eandem exequitioni mādere? Glo. in l. 2. in versic. ex causa. ff. si quis in ius vocan. non ier. dicit quod nō, sed quod iudex ordinarius condemnatorum hoc faciet ex relatione iudicis qui protulit sententiam iuxta l. cum vnu. S. is qui possidere. ff. de bon. autho. iudi. posside. l. a diuo Pio. S. j. ff. de re iudi. & l. properandum. S. fin. autem reus. C. de iudi. idem Vber. de bonacurso. in d. pract. tit. præalleg. vers. septimo. num. 8. Specul. in tit. de exequi. sententia. S. fin. numero 3. versiculo sexto, & Guid. Pap. decisi. 77. numero 4. Limitat tamen

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

R I T V S CCLXIII.

men istud Barto. in d.l. 2. in j. lectu. numero 19. in fl. Anto. de Tremol. ad pract. Bonacur. in loc. præalleg. in versic. extra suum. & Appostil. ad Guid. in d. decif. nisi condemnati habeant bona in territorio iudicis condemnatis: quoniam tunc ipsemet exequetur: nec teneretur aliter scribere. vt etiam dicit Pau. de Cast. Alex. & Ias. in d.l. 2. & glo. no. & menti tenenda secundum Bal. in c. significati. de off. delega. in l. cum quædam puella. in princ. in ver. quod generaliter. fl. de iurisd. omn. iud.

¶ 4 ¶ Sexto iuxta præced. q. quero, nunquid iudex vbi sita sunt bona condemnari per alium iudicem, poterit illam sententiam exequi sine literis requisitoris alijs? Cy. & Bald. in l. cum quædam puella. S. fin. fl. de iuris. om. iudi. mouent. hanc q. & dicunt alias in facti contingentia suisse obtentum Florentia, quod talis exequitio facta sine literis iudicis, qui protulit sententiam esset nulla, t. quia non potest quis se in trottittere in exequitione sententiæ per alium latet. vt probat tex. mulier de iure secundum Paul. de Cast. ibi in l. properandum. S. fin autem reus, quem ad hoc etiam do. ibi Ang. & Ias. in 2. not. C. de iudi. & est tex. in c. Romana. S. contrahentes, de foro coper. in 6 per quæ duo iura ita tenent Bartol. Paul. Alex. & Ias. in l. diuino Pio. S. j. ff. de re iudi. Limita tamē istud secundum eosd. Doct. ibid. & Ant. de Tremol. in apot. ad pract. Bonacur. tit. de impedi. exequu. num. 8. ver. se primo. in versic. extra suum, procedere quādo talis exequitio peteretur per officium iudicis, secus si per actionem in factum: quoniam tunc, t. quia talis actio vbiique exerceri potest vbi reus fortitur forū secundum Bart. in d.l. a diuino Pio. S. j. Pau. & Ias. in d. S. fin autem reus. talis exequitio etiam sine literis ibid. peti. & concedi poterit. Ratio diuersitatis est secundum Ias. & Anto. de Tremol. in dd. locis. t. q. actio est ius residens in persona partium pro persequendo in iudicio quod sibi debetur: propter quod merito vbiq. reperitur debitor fortiri soru. talis actio intentari potest: t. officium vero iudicis residet in persona ipsiusmet iudicis, & est ius faciendi ea quæ sibi incumbunt ex ipso officio: vt dicunt Bart. & Salyc. in l. j. ff. de iurisd. om. iud. & ideo illud ius quod residet in persona illius, qui sententiauit, non debet posse intentari coram alio, nisi cum suis literis, quod not. Sed an tunc teneatur, & sit obligatus receptus illis literis, exequi: Bart. in ead. l. a diuino Pio. S. j. colum. fin. versic. sed quærum. cum quo cæteri Doctor. ibid. transiunt, dicit quādo sic, quia ille iudex scribendo id, facit autoritate legis. vt dicit Bal. in c. licet vndique, colum. fin. de offic. deleg. alias si recusaret, posset per superiorem cogi, & teneretur parti ad interesse. vt et scribit Anto. de Butri. in ca. postulasti, de foro competen. Et istud verum est ne dum si fuerit iudex eiusdem fori, verum etiam si alterius, (t. vt quia episcopus) nam tenoretur etiam ipse exequi sententiam latam a iudice laico, & econtra, vt dicit Bal. in c. 1. col. 3. & in c. ecclesia sancte Mariz. col. 2. de const. & in d. capit. 1. licet vndique. & Ias. in d. S. fin autem reus, vbi dicit cordi tenendū: quia multi crederent oppositum, & in d.l. a diuino Pio. S. 1. col. 4. teneretur tamen episcopus, nō obediendo præcepto arctatiuo illius iudicis, sententiam exequi sed patrocinando fouere eius iurisdictionem in licitis, & honestis iuxta. cap. 2. de excepti. in 6. vt dicit Bald. in cap. 1. de offi. ordina. & Anto. de Tremol. in loc. præalle. t. Et intellige quod iudex exequens ad requisitionem alterius iudicis, servabit stylum curia sua non exquirerentis. vt dicit Bal. in l. 1. nn. 3. de exequi. re iudi. & Luc. de Pen. in l. missi opinatores per illum textum. C. de exact. tribu. go. lib. 10. Salerni, die 29. Decembris. 1559. Prosper Carauita.



Tem nota, quod quando appellatur ad ipsam curiam, tunc citatur pars ad vidēdum aperturam processus: & datur eius terminus ad ponēdum per totum sequentem, &c. vt supra: & sic vbi debet ponni infrabiduum, habes hic omnes casus.

**D** Ispositio istius Rit. bene seruat in pract. in eo quod dicit de citatione partis advidendum aperturam processus: verum quod dicit, tunc intellige, id est quod per ipsam Magnam curiam expeditunt prouisiones iudicis a quo quod trāsmittat copiam processus, vt etiā dixi supra in Rit. 270. 2. nota in fin. Circa aliud vero quod dicit iste Rit. de termino dando ad ponendum per totum sequentem diem: concordat cu. alio Rit. supra, 86. sed vt etiam ibi dixi, in practi. nō seruat, quia in regno datur vnicus terminus tā ad probandum, quām etiam ad ponendum articulos: qui terminus quandoque est iuris dierū quindecim: quandoque breuior arbitrio iudicis, attenta qualitate causa, & locorum distanta.

¶ Nota. alia verba Rit. quia demonstrant quod iste Rit. fuit coniunctus cum alio Rit. in codicibus antiquis prout in multis alijs diximus supra, & credo quod antiquitus iste Rit. erat connexus cum d. Rit. 86. qā ibi enumerantur omnes casus in quibus debetponi. infra biduum. Salerni die 27. Decembris. 1559. Prosper Carauita.

R I T V S CCLXIII.



Tem seruat ipsa curia cognoscere de omnibus causis ciuilibus, vel criminalibus, & de appellationibus interiectis sententijs quorumcunque officialium, non tamen in prædictis casibus in feudalibus. Vnde si quis ex delegatione Regis cognovit de feudis, & dedit sententiam: non bene appellatur ad curiam vicariæ. Item si quando in debitibus casibus appellatur ad ipsam curiam, & appellatio deseritur, tunc deserta appellatione, interponitur decreatum per ipsam curiam, appellationem esse desertam, non tamen ipsum legitur, sicut leguntur alia decreta interponenda per curiam, & de ipso decreto fit testimoniale in forma curiae consueta.

S U M M A R I U M.

- 1 Cause feudales quæ in magna curia tractantur.
- 2 Præctica super decreto, quando per curiam causam desertam esse pronunciatur.
- 3 Iudex ad quem si fuit aditus, desertaque appellatio: eius pronunciatio semper requiritur.
- 4 Sententia lata super appellationis desertione, quo modo

- modo iudicabitur interlocutoria, vel diffinitiva.
- 3 Appellatio quo modis deserta dici potest, & mo-  
di qui sunt.
- 6 Ab interlocutoria iure canonico appellatur; iure  
civili vero non ante diffinitivam.
- 7 Effectus desertionis appellationis qui.
- 8 Ubique defensio competere potest: sententia de-  
claratoria requiritur.
- 9 Post desertionem habetur ac si non esset appel-  
latum.
- 10 Index ad quem deserta appellatione, debet cognoscere, &  
pronunciare potest.
- 11 Appellatione deserta, appellans tempus indica-  
tis solum, non habebit.
- 12 Deserto appellationis fingit retro.
- 13 Appellatione deserta, reus in expensis condemna-  
bitur.
- 14 Appellatio in dubio, non presumitur deserta.

**N**ota ex hoc Rit. præminentiam, quam  
habet Magna Curia ut de omnibus cau-  
sis civilibus & criminalibus, & de om-  
nibus nullitatibus, & appellationibus  
a quibusunque iudicibus valeat cognoscere, sed q.  
de hac præminentia late dixi supra in Rit. 46. 4.  
not. & Rit. 52. qui cum isto concordat: ad ibi dicta  
remitto.

Secundo not. ibi non tamen, quod licet Magna  
Curia habeat generalem, & ordinariam iurisdictio-  
nem in Regno in omnibus causis: tamē in aliquibus  
in feudalibus non habet. Et si dicatur qui sunt isti ca-  
sus: & responderetur, quod licet hic non apparetant ta-  
men apparent ex Rit. 50. in fine vbi dixi. in 4. not. im-  
mo credo quod cum hic dicatur in prædictis casibus:  
iste Rit. in antiquis codicibus stabat post illum quod  
not. t. sed vt in d. Rit. dixi in fin. in Magna Curia non  
tractantur causæ feudales nisi essent a viginti quin-  
que vniuersitatis infra quamiam tunc posset de eis cognosce-  
re in prima, & in secunda instantia, ut ibi latius scripsi.

Tertio not. ibi vnde si quis, quod quamvis om-  
nes causæ appellationum possint per Magnam Curiam  
cognosci, tamen id non procedit in illis quæ  
appellaretur a delegatis Regijs, & hoc tam in feudalibus,  
quam burgenaticis: vt dixi latius in d. Rit. 52.  
in 1. no. & licet Rit. iste solum in feudalibus videa-  
tur loqui, tamen putandum est ipsum loqui per mo-  
dum exempli, non regulæ, cum in quaçunque causa  
pronuncietur per delegatum Regum: non conueniat  
appellari ad Magnam Curiam, ut hic etiam dici-  
tur, & ibi dixi, sed ad ipsummet defendantem per tex-  
tum. in l. vbi etiam Bart. ff. qui, & a quo appelle. & Bald.  
in c. 1. col. 4. num. 11. ver. ex præmissis de aliqdij.

Et Quarto no. ex hoc Rit. quod decretum quo per  
certam pronunciatur appellatione deserta: nō legitur,  
sicut leguntur alia decreta curiæ. vt dictum fuit su-  
pra in Rit. 37. 2. not. sed solum interponitur, & postmo-  
dum de eo sit testimoniale in forma curiæ consueta,  
& idem etiā per hunc Ritum firmat Marant. in pract.  
parte. s. in ver. appellatio. limita. 19. nu. 206. Et hūc  
Rit. corrigit quod dicunt Llem. & Afflct. in constitu-  
tione appellationū tempora col. 5. in princ. post eos  
Marant in loc. præallego. nutre. 202. & Petr. Rebuff.  
in commun. constitu. Franc. tracta. de appellatio. articu-  
lo. 5. gloss. vñica. num. 41. versicu. 3. vbi quod iudex ad  
quæ viso calendario processus, si sibi liquet, appella-  
tionē esse deserta sine alio decreto de desertione fa-  
cto, potest per literas rescribere iudici a quo quod  
sum sententiam exequatur: ex quo sibi liqueret de  
sezione (nam ut hic videt) requiritur decretum: & est

conforme iuri cōmuni ut scribit Philipp. in c. ex ratio-  
ne. col. 1. 9. in diversi. circa septimum. de appella. Ale-  
xand. in l. pres. de re iudica. & Marant. in loco præ-  
alle. pume. 200. t. vbi quod quotiescumque index ad  
quem fuit aditus: si appellatio deseritur, semper re-  
quiritur eius pronunciatio. pro quo tex. in l. si contra.  
& ibi Bald. & l. præcipimus. S. officijs, & ibi Bart. C. de  
appella, licet si non fuisse aditus index a quo posset  
exequi sine pronuncia: si sibi constat ex actis de  
desertione. vt dicit Baldus in capitul. ex parte. lo secun-  
do. numero 11. & ibid. Fely. numero 9. de rescrip. Phi-  
lipp. & Marant. vbi supra. citato tamen prius aduersa-  
rio ad dicendum causam quare non debeat contra ip-  
sum exequi sententia. vt dicit nota. Angel. in l. si contra  
maiores. C. de appellatio. & Fely. in præallego. ca-  
pitulo numero. 9. versiculo secundo. Iste Rit. in hoc  
bene seruatur: quia decretum desertionis postquam  
est scriptum: non aliter legitur, sed solum partibus in-  
timatur, prout sit in omnibus alijs decretis: immo etiā  
in sententiis diffinitiis ut dixi plenius in dicto Rit. 37.  
sed in aliò quo ad testimoniola non est in vñs, sed la-  
tio decreto, illa pars quæ illud habuit in favorem, ex-  
pedire facit vnum rescriptum per iudicem, cum ip-  
certa forma decreti desertionis: in quo rescripto scri-  
bitur iudici a quo, quod suam sententiam exequatur,  
literis inhibitoribus. expeditis per eum, non ob-  
stantibus. ut alias dixi, supra in Rit. 262. in 1. nota.

¶ Quero in hoc Rit. quomodo iudicabitur sen-  
tentia lata super desertione appellationis, interloquo-  
ria, an vero diffinitiuæ Bald. in l. 2. questione 14. nu-  
mero 20. C. de episco. audien. & in l. si preses. vbi erat  
Salye. numero 3. versiculo opsono. C. quomodo. &  
quando iudex. Guid. Pap. consilio 77. numero 1. ver-  
culo præterea. & Afflct. in constitutio Regn. ve vñ-  
uersis. 12. nota. numero 29. dicunt quod iudicetur in-  
terloquitoria, sapiens tamen vñm diffinitiuæ: ideo in-  
terloquitoria, quia non fertur super facto principali-  
d. l. si preses. & ideo habet vim diffinitiuæ: quia aliam  
sententiam post se nō expectat. vt dicit Bald. in dicto  
capitulo ex parte. numero 13. & dominii de Rot. deci-  
sio. 11. alias. 183. si a sententia. de appellatio. in nouis.  
Guido. vero Papa. decisio. 11. & 12. Aufre. ad decisio.  
Tholos. 48. & Rebuff. in loco præallegato in tracta. de  
appellatio articulo. 5. gloss. vñi. numero 43. volumi.  
3. post Bartol. consilio 220. appellatum est volumen.  
primo. distinguunt quod aut appellatio fuit interpos-  
ita a diffinitiuæ, aut ab interloquitoria: primo casu  
procedunt supra allegata. Secundo vero fecus est, &  
dici deber mere interloquitoria secundum eos, quod  
bene not.

¶ Secundo querem in hoc Rit. mentionem facientes  
de desertione appellationis t. quorū modis appellatio  
dici poterit deserta? Breuerit dici potest, quod quin-  
que modis deseritur. Primus modus est quando in-  
terposita appellatione ad iudicem competentem (cū  
plures essent) appellatæ infra tempus quo poterat ap-  
pellari non declarauit ad quem illorum appellabat.  
vt dicit glo. in capitulo si is cui. in versicu. durante. de  
offic. delega. in 6. Ang. in l. prim. S. si quis. ff. de appelle-  
ratio. Alexand. consilio 12. colum. 1. volum. 6. & Re-  
buff. in d. tracta. appellatio articulo. 5. gloss. vñic. nu. 5.  
Secundus est, quando copia processus, appellationis  
præsentata fuicjudici ad quem post lapsum quinqua-  
ginta dierum statutorum in hoc Regno per comitit  
Regn. appellationum tempora. vt scribit Afflct. deci-  
si. 79. & 243. Tertius modus est, quando appellans  
præsentato processu infra tempus quinquaginta die-  
rum, non fuit postmodum appellationem prosequi-  
tus infra annum, vel biennium, capitu. cum sit Ro-  
mana. de appellatio. authē. ei qui. C. de temp. appelle-  
ratio. & clemen. sicut. de appellatio. cum similibus.  
Quartus est, quando appellans non petat apostolos  
infra triginta dies. vt dicit tex. in capitulo ab eo. de  
appella.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

Appella.in 6. & in clemen.s.codem titul.sed quia vt dixi supra in Ritu. 251. iste terminus est hodie sublatas , quia inclusus est sub illis quinquaginta diebus quos habet appellaas ad præsentandum processum , vt statim dixi. sequitur qd in regno iste modus defredi non datur: sed in eius locu successit secundus modus. Quintus & vltimus modus , est quando appellatio ab interlocutoria, verbo tantum , & non scriptis fuit interposita.vt probat tex.in capitulo 1.de appellatio.in 6. & capitulo vt debitus,extra.cod.Guid. Pap.conf. 77.versic. ad tertium dubium num. 4. & Pet. Rebuff.in loco præalleg.num.8.idem tamē Rebuff.ibid.dicit isto casu sibi videri,quod potius debet dici inutila appellatio, quam deferta . † Procedere tamen poterit iste modus de iure cano.quia eo iure a quolibet interlocutoria, vel grauamine appellatur, vt dicit.l.apertissimi.C de iudi.l.2.C de episcop. au. probat tex. in c.cum eausam. de appell.& c.dilecto. capitulo vt debitus, & c.cordi nobis.extra.eo.tit.iure vero ciuilis ante diffinituam sententiā non permittitur.& l.ante sententiaz. C. quorum appellatio. non recipiunt.& tradit Bart.in differentijs inter ius cano. & ciuile nume. 150. & quando appellaretur in aliquo casu ab interlocutoria, adhuc non procederet in hoc Regno,in quo cum cause omnes sint summariz, etiam via voce , & sine expressione grauaminū appellari potest, vt dico infra.in Ritu. 288.4.not.ver. septimo infertur.

¶ † Tertio quero quis erit effectus desertionis appellationis,& in hoc breibus me expediendo , dico effectum esse, primo, quia deserta appellatione, sententia in causa lata,rata manet.vt not.gl.post Host in d. clemen.sicut.in ver.a die.circa princ. & Guid.Pap.d. conf. 77.num.5. & iudex qui eam tulit potest ipsam ex curationi demandare, per l. quoniam.la j. C.de ap pella. & c.reprehensibilis.ibi, si forte prosequi negle xerit tunc episcopus libere sua auctoritate vratur, ex tra.cod.titu. Præcedente tamen iudicis ad quem declaracione si processus adeum fuit transmissus,& inhibito facta potest etiam,& debet iudex ad quæ, appellationem desertam esse pronunciare , vt hic patet.& probat text.in l.præses. C. quomodo & quando iudex, & a iudicij observatione absoluere,vt ingt Barto.in l.eos. C.de appellatio. Fel.in capitu. ex parte.2.col.5.de rescrip. post Bald.confil. 338. reparatio. vol.3.ratio est , quia multe exceptiones proponi pos sent,ne videatur appellatio deserta.c.ex ratione. ex tra de appell. † & vbiunque potest cōpetere defensio,requiritur sententia declaratoria vt probat tex. in c.cum secundum.de hæreti. in 6. & c. cum sit Roma na.de appell.ibid.& scribit Rebuff.in d.tracta.loc.præallego.num.39. Secundo, quia appellatione deserta, iudex ad quem nullam habet iurisdictionem in causa ipsa principali, vt dicit Bald.in ritu. quo tempore miles. S.fin. & Guid.pap d.confil.num.5. Adeo quod non potest amplius declarare male,vel bene iudicatum secundum Bal.confil.20.vol.j.& Rebuff.in d.tra cta.loc.præallego.num.14.immo neque de nullitate cognoscere, vt dicit Guido pap. confil. 10. in præsen ti num.3.& 4. plene Cagno. in l.2. quæst.166. ver. quā do vero.C.de paci.inter empro. & Brunus confil.50. numero 8. sed eam ad ordinarium remittere , secundum Anch.confil.345. iam deserta , & Rebuff.loco proxime citato.num.14.& insuper nec etiam super sententias prouidere secundum eund.Rebuff. num. 15. tuta quia si super principali non potest,nec etiam su per accessorijs posse debet tunc etiam quia post defensionem habetur ac si nō esset appellatum. c. licet, de senten.ex.com. in 6. & præfata adeo vera sunt qd si securus faceret iudex, sententia esset nulla vna cum processu tanquam à iudice incompetente, & nō suo lata,& neque ad agendum, neque ad defendendum valerer. vt dicit Bald.in auth. ei qui. in fine,C. de temp.

appel. & in d. cap. fin quo tempore miles. Anch. d. confi. 345. Alex.confil.61.viso processu, & confi. 82. vol.6.Guid.pap.confil.47.nu4 & c.confil.38. num.4. & d.confil.77.num.5 & Petr.Rebuff. in loc. præalleg. 10 num.14. t daturenem iudici ad quem in hoc solo iurisdictio quando appellatio est deserta , quid possit ipsam desertionem cognoscere , & pronunciare , & quia quo ad hoc non definit esse iudex . argu. clemen.j.de rescrip.vt scribit Guid.pap.confil.10.num. 5.confil.47.num.5 & confil.77.numero 5.& Rebuff. d.loco.numero 13.nec etiam quoad excommunicationis cognitionē de qua etiam coram eo quari potest quia de salute animæ agitur.c.licet.de senten. ex communicat.in 6.intelligendo tamen,vt per Rebuff. d.tracta.articul.5.glos.vni. numero 16.

11 ¶ † Tertio quia appellatione deserta, appellans non habet tempus quod dari solet iudicatis sed statim cogi potest ad soluēdum,eo quia longo tempore litigavit,per text.in l. quoniam.in versiculo mox. C.de appellatio.not.per gloss.in l.prima.in versiculo exequitioni. C.de tempo.appellatio. Alexand. confil. 61. & si puto.vol.3.& Iaf.in l.debitoribus.colum.2. limita. 4. ff. de re iudica. sub distinctione tamen quam tradit Petr. Rebuff.in præallego.tracta.articul.5. glos. vni. numero 12. 26.† Quarto , quia desertio appellationis, fingit retro, quod quidem non faceret sententia etiam confirmatoria prima latæ a iudice, a quo , vt dicit Bal. in l.furt.S.j.numero 2. per illum text. ff. de his qui nota.in fa. & ideo dicunt secundum eum, & Pet. Rebuff.in d. tract.num. 23. quid magis nocet desertio quam sen

13 tentia,qua pronuntiatur male appellatum.† Quinto quia appellatione deserta, reus appellatis debet condemnari in expensis instantie desertionis. c. ex parte. 2.de rescrip.& c.cum appellationibus , cod. tit. in 6. eo quia iudicis officium impedit: vt not. Cy. & alij in l.litigatur. C.de fruct. & lit. ex pen. Fede de Senis, confil.133. casus talis.Guid.pap.confil.48.neduno. column.2.& Petr.Rebuff.præallego.loco. numero 39.

14 † Sejas tamen quid in dubio appellatio non debet præsumi deserta, immo iudex potius debet interpretari, quod non sit deserta quam contra,quia tenetur semper eligere viam per quam utriusque parti consulatur.l.prima.vbi nota.per Iason.in 6.not. ff. si quæ cautio. Deci. confilio 34. & pro renui. numero 5. Rebuff.in pluries citato tracta.de appellatio. articulo quinto.gloss.vni. nume.27. quod nota. Salerni. i.e. 1.Ianuarij. 1460. Propter Carauitæ.

## R I T V S CCL XV.

 Tem si contingat a iudicem or dinarium, vel delegatum alle gari suspectū: seruetur in hoc edictum Maiestatis nostre, cuius tenor sequitur, & est talis: Ioanna secunda Dei gratia Vngariae Hierusalem,

## A D D I T I O.

2 Item si contingat. Adde primo ad materiam suspicionis iudicem quod post item contestatum , iudex ordinarius vel delegatus nō potest allegari suspectus , nisi postea suspicio emerget c. Regni. proximitatem nu.217. vbi latissime Ioā. Antonius de Nigris & cum legitur petitio suspicionis , iudex recusatus non debet adesse,led exire ab auditorio c. Regni voluntatis num.231. Item adde , quod post huc ritum se u prag Reginæ Ioanæ. Carol. v. in prag. edita anno 1533. Cum nihil S. statuimus etiam quod si contingit, ut quod i Regijs tribunalibus ciuitatis Neap. sus

tem causæ cognoscantur in eisdem tribunalibus, plene recusato iuxta dispositionem c. si contra defens. & pot. iud. de Lin. vj. nec quidquam de officiali, huiusmaius ciuitatem edixit, Idem postea, seu don Pe-  
nas de toledo, anno 1551. per propositiones directas Ar-  
chepiscopo Acheront, quarum initium, Per parte del  
iusta scripto prohibuit, extra Neapol. causas suspicio-  
nis iudicium cognosci per diocesanos dicēs hoc spe-  
ciale ad iurisdictionem sua maiestatis cum ageretur  
de suspicione syndicatorum. Deinde anno 1556. don  
Parafan de rövera, prouidit quod suspiciones officia-  
lia ex Neapo. cognoscatur per Regias prouincia-  
les audiencias, vt in prag. que incipit, semo aulati,  
Idemque fuit iterum prouisum anno 1585. per Du-  
cem Ossuni, in prag. que incipit, in questa magnifica-  
ca ciuitate, Anno 1576. per Marchionem de mondelciar  
emanata fuit prag. quod omnes officiales collatera-  
lis consilii, sacre etib[us] Regie camere & magnæ curie  
vicarie, eorumque adiutorati fiscales non possint alle-  
gari suspecti, nisi propositis causis suspiciones, &  
cognito prius, si casu quo probarentur, militarent ad-  
mittentes, casu vero quo non militarent, rejicerentur,  
& allegantes suspicionem soluerent ducaos quin  
decim, vbi vero militarent, & non probarentur duca-  
tos quinquaginta, eorumque dimidia Regio fisco, altera  
vero dimidia iudicii recusato, vt in prag. que scipit, vo-  
lend[us] no[n] proquedere & c. Nec immixto, nam quem  
nos hodie suspectum dicimus, antiqui iniquum  
dilecti solebant vt testatur Bud. in adnot. ad l. 1. ff. de  
inst. & iur. Idemque Dux Ossuni dic. anno 1585. pro-  
hibuit suspicionem allegari per quacunque perso-  
nas etiam privilegiatas post concilium in causa vt in  
prag. Semper intentio. Nec de officiis Regiarum  
audienciarum meminit, Tandem vero anno 1594. per  
Comitem Mirandæ tuis edita prag. qua confirmatis  
pragmaticis, editis annis 1576. & 1585. fuit prouisum  
quod vicinque agiatur de suspicione Regiorum iudicū,  
huc majorum sive minorū huius Regni quibus ver-  
bis videtur comprehendendi nō solum officiales Regia-  
rum audienciarum, sed etiam capitanei & iudices  
Regiarum terrarū quod de facto non seruat, quo ad ca-  
pitaneos & iudices, nam cognoscuntur per Regias au-  
diencias ex quo non habent collegas, sive sit cau-  
telem, sive collega etiam quod sint capita tribunali-  
um pendente causa suspicionis procedatur in causa  
ad ultiora per commissarium suspicionis ad omnes  
actus & decretor interlocutoria eo modo & forma  
quibus procedebatur antea usque ad sententiā dis-  
tinctiūam exclusiue, ita vt militante suspicione, acta  
omnia remaneant valida, vtque causa suspicionis ha-  
beat instantiam quindecim dierum, præcisè decur-  
rendorum à momento ad momentum à die dati ter-  
mini ad probandum causas suspicionis quibus finis  
procedatur. Itē quod suspicio proponatur ab uno  
adiutori causæ, nec recipiatur ab aliquo eius sub-  
scriptione, ita quod si rejiciatur vt nō militans, serua-  
ta forma prag. apni 1576. adiutorius soluat dimidiā  
p[ro]p[ri]etatis, alteram vero pars, & si adiutorius una vel dua  
bus vicibus proposuerit suspiciones, & in eis tuccu-  
buerit & soluerit p[ro]p[ri]etatem pro tercia vice soluat p[ro]p[ri]etatem  
duplicatam & p[ro]p[ri]etatem que erat ducentorum quindecim  
sit ducentorum triginta & que erat ducentorum quin-  
quaginta, sit ducentorum centum. & quod non proce-  
deret ad cognitionem suspicionis, nisi propositis ca-  
pitibus, & facto de posito p[ro]p[ri]etatis, & quod præsidens  
non commitat causam suspicionis nisi præcedentibus  
omnibus supradictis abdicando in hoc a se iuris-  
dictionem, vt in prag. que incipit Ancora che per le  
Pragmatiche; Quid circa huiusmodi suspiciones statu-  
tum fuerat iure ciuili quid iure pontificio, & quomo-  
do gradatim p[ro]cesserunt supradictæ Regie prag. & utru  
ad decreto suspicionis possit appellari, vide omnino  
que nos scripsimus pro Iohanne donato altamura Ta-

rentino contra præsidētem Regie cameræ Alestanam.  
Nam cū per Regiam cameram fuisse prouisum cau-  
sus suspicionis allegatas non militare habito recursu  
ad PN. Pro regem, obtinuimus relationē fieri in Col-  
laterali consilio. De processu vero factō per iudicem  
recusatum antequam fuerit captum cognosci de su-  
spitione, quod sit nullus, vide que diximus infra ad  
ritum 289, C, P.

Rusalem, & Sicilię Regina vniuersis præsen-  
tis ordinationis seriem inspeccoris, tam pre-  
sentibus, quam futuris, Principis circunspe-  
cta prouisio ad subditorum commoda suū  
frequentier convertit intentum, & ne in eo  
rum litigijs per subtilem, & magis sophisti-  
cas quam veraces aduocatorum, & procu-  
ratorum versutias veritas iustitia lateat, ne  
ve circa celerem exequitionem eius cui⁹  
debitrices existimus, in diffinitione litigio-  
rum numerus producatur congrua, & de-  
bita remedia adhibet pro futuro, sane si cū  
etis nostris fidelibus notorium esse debet,  
patulum, & manifestum, qualiter Neapol.  
ciuitas præterito tempore, fuit decorata ci-  
vibus, & specialiter Doctoribus, & iurispe-  
ritis, tam iuris canonici, quam ciuilis: qui ve-  
luti lilia pomeris floreletere videbatur, qua-  
tenusve ad præsens depopulationib⁹, ama-  
ritudinibus, alijs generibus, & mortalibus  
varijs sit imbuta, iudicet animus cuiuslibet  
judicantis, cuius rei causa, ipsorum docto-  
rum, & iuris peritorum numerus est tota-  
liter diminutus: propter quod indignū cen-  
setur, & absolum: si tam paucō restanti di-  
ctorum iuris peritorum numero, in causis  
que inter partes plerunque verterentur, su-  
spicio inordinata procedereret, & quia con-  
tingit interdum ex quadam abuseione ob-  
seruata, hic haec tenus (pro vt clamorosa in-  
sinuatio nostrum puluit auditum:) quod  
tam iudices ordinarii, Curiarum nostrarū,  
quam alii iudices per Majestatem nostram  
delegati, aut delegandi in causis quam om-  
nes alii literati sistentes in ciuitate Neapol.  
tam iuris canonici, quam ciuilis nullo exce-  
piuato, fuerant allegati suspecti, & etiam  
allegantur per alteram partium, interdum  
per vitranque partem litigantium (nulla cau-  
sa suspicionis contra eos propriè expressa)  
ob quod causæ ipsæ longitudinem reci-  
piunt, & etiam tarditatem, nec discuti pos-  
sunt, & sine debito terminari, propter quod  
prorogantur causæ in litigantium præiudi-  
cū, contra nostræ Maiestatis honorem:  
Propterea nos cupientes materne circa pre-  
misla remediabiliter prouidere, & subtilem  
aduocatorum, & procuratorum ipsorum  
in hac parte versutias amputare, & ora ca-  
lumniantium (in quantum arbitrio nostro  
possimus) refrænare: prouidemus, & hac  
edictali constit. nostra cum deliberatione  
nobis

# Domini Prosperi Caravita Ebolitani

nobis assistentis consilii statuimus, & ordinamus, quod non obstante dispositione iuris ciuilis, qua cauetur quod sufficiat causam suspicionis simpliciter allegare, nec callegans teneatur ad probationem illius, sed sequendo iuris canonici sanctionem, quæ in hac parte videtur æquius prouidere, & quotiescumque occurrerit aliquenostorū iudicium ordinariorum vel delegatorum ac officialium cum eis de putatorum allegari suspectum: causæ suspicionis exprimantur coram viro Magnifico Logotheta, & Prothonotario Regni nostri Siciliæ, Collaterali Consiliario, & fidei nostro dilecto: vel eius locum tenente, aut alio cui ipse logoteta duxerit committendam: qui extra iudicialeiter, & sine scripturis (pro ut expeditre videbitur) infra breues dies, de causa suspicionis huiusmodi se informet ore tenus: & si quidem secundum eius arbitrium & videre, videbitur, per informationē ipsam causam suspicionis, fore probatam & secundum eius arbitrium esse iustum: tunc recusationem dicti iudicis, vel alterius officialis allegati suspecti admittat: Et ubi non videbitur sibi causam ipsam suspicionis infra breve tempus praedictum, fore probatam, vel a principio non esse iustum recusationē ipsam iudicis, vel alterius officialis, nullatenus admittat: sed ad ipsius prothonotarij dictum ille allegatus suspectus in causa illa procedat (non obstante allegatione praedicta.) Nos autem arbitrio discretioni, & voluntati ipsius Prothonotarij cuiusque locum tenentis, vel alterius eligendi per eum per præsentem ordinationem nostram inspicendum committimus: si causa suspicionis iusta sit, vel iniusta: & in casu quo iusta apparet: si probata sit: vel non infra tempus praedictum: eius prothonotarii, seu eius locum tenentis dicto super hoc stetur, absq; aliqua contradictione quacunque eiusque arbitrio cōmittimus imponēdi, & exigen- di pœnas, quæ sibi videbuntur ab allegantibus, causam suspicionis: & ipsam minime probantibus coram eo, vt aut edictalis ordinatio nostra in notitiam deueniat singulorum: & ne ipsius ignorantiam valeant allegare, membranam, ipsius seriem continenter, in porticibus castri nostri noui Neapol. apponi fecimus & affigi, quæ tenorem edictalis ordinationis affatæ suo sonoro pœnario, & patulo indicio publicabit, cum non sit verisimile remanere incognitum, quod tam patenter, in oculis omnium diuulgatur, in cuius rei testimonium, præsens edictalis nostræ ordinationis scriptum exinde fieri, & pendent Maiestatis nostræ sigillo iussimus communiri. datum Neapol. per

manus Magnific. Vir. Frâcisc. Zurli de Neapol. Comitis montis auri Logotheta, & Prothonotarij Regni nostri Siciliæ, collateralis consiliarii, & fidelis nostri dilecti. Anno domini. M c c c x v i i. die penultimo Septembr. i i. indictionis Regnorum nostrorum anno quarto. Adiuentes quod in alijs ciuitatibus, & locis Regni, suspitiones prædictæ modo, & forma prædictis debeant allegari coram Diœcesano loci, vel eius Vicario, qui procedat in præmissis, sicut procedere debet prothonotarius iuxta formam prædictam.

S V M M A R I V M.

- 1 Index ut suspectus remotus, relationi, & discussione dictæ cause, non potest interuenire, & infra num. 14.
- 2 Præctica hodie coram quibus index suspectus sit allegandus.
- 3 Barones non aliam habent iurisdi ctionem, quam ex eorum priuilegijs concessam.
- 4 Barones secundas causas non habentes, an de suspicionibus suorum officialium cognoscere possint?
- 5 Limitata causa limitatum product effectum.
- 6 In allegatione suspecti iudicis, an sit necesse causam exprimere: vel simplex allegatio sufficiat.
- 7 Attuarij de iure suspecti accusatur.
- 8 Præctica super causis suspicionum notarij.
- 9 Sufficit præstatione voluntas.
- 10 Suspirio iudicium, & aliorum allegari quando possit ante, vel post lit. contest.
- 11 In notorijs non est locus iudicis recusationi.
- 12 Tota vis causa in sententia consistit.
- 13 Iudices tam ordinarij, quam delegati suspecti accusari, & remoueri indistincte possunt.
- 14 Suspitione in iudice, qui habuit adjunctum, non cessante, an recusari possit?
- 15 Officium logotheta, & prothonotarij, hodie unicum.
- 16 Officium prothonotarij in quibus versatur hodie. Et illustris ipse appellatur ibidem.
- 17 Index allegatus suspectus quando in causa procedere possit.
- 18 Argumentum, a contrario sensu in iure validissimum.
- 19 Recusatio iudicis, & appellatio a pari procedunt, & infra numero trigesimo & trigesimoprimo.
- 20 Appellatio suspendit iurisdictionem, & infra numero 30.
- 21 Index recusatus ut suspectus, an reiectis suspicionibus, in causa procedat.
- 22 Malitijs non est indulgendum.
- 23 Allegans iudicem suspectum, & non probans puniendus venit iudicis arbitrio qui super suspicionibus processit.
- 24 Teneturque iudici allegato suspecto actione iniuriarum ibidem.

25 Allegatio

25. Allegatio suspecti iudicis a principali est faciem-  
tis protuber pnam, vel a procuratore habente  
dictate mandatum.
26. Ignoratio quando verisimilis non est.
27. Caput tribunalis si est suspectum, nuncquid talis su-  
picio in eodem tribunal, allegabitur? Et infra  
nro. 3 L.
28. Commissarij, sacri, cons. presidet Reg. Cam. Iudices  
Magna Curie. Auditores provinciarum, nunquam  
adversarij, vel delegati dicuntur.
29. Balbus nubilus ignorans.
30. Index allegatus suspectus si hoc obstante, proce-  
dat in causa, etiam quid valent?
31. Alioquin indicem suspectum: si circa suspiciones:  
vel causam principalem non procedat: quid fa-  
cias est index.
32. Index ex quibus causis possit suspectus recusari;  
et quae.
33. Indicata quilibet probabilis in specie sufficit  
recusandum iudicem.
34. Quin index probatis suspicionibus in causa, de ure-  
cendo, et canonico procedet.
35. Suspectio officialis personam sigillata non Baronis  
borsuctiōnem tollit.
36. Appellari si contingat a sententia lata, per eum  
causas consilio Baro procedere debebat in causa:  
et quid adiūcātū secundarum causarū Baro-  
nis, vel ad Magn. Curie appellabatur.
37. Appellatio omniō modo, non admittitur.

**I**n scientie ponit motu; & format seruandam  
iustitiae ligantes in allegatione iudicium suspectos  
sunt: yes in civitate Neapoli, hoc est in eis, et  
Regione, & prochondratio suspicio negligetur  
cum impressione causa, si vero extra ciuitatem, i alij  
Regis partibus coram Episcopo diocesis, vel eius  
vicario, cum allegatione suspicionis proposita; logo-  
thera, et Diocesanus suo scripti infra breue termi-  
num, et informab; & prouidet; prout suspiciones  
apparitorum militare, vel no. Et licet Marant. i pract;  
parte: 4. distinet. i. i. versiculo vigesimo quarto, homo;  
ix. numero. Cauens. hic in princ. & Ioan. Anton. de  
Nigro Bispul Reg. prolixitatem versiculo & in Re-  
gula misso. 51. dicam, hunc Rit. quotidie seruari in  
prudentiam, hodie non seruantur; quia si suspicio alle-  
garur de officialibus ciuitatis Neap. puta, de aliquo  
Regis consiliario, praesidente Regie camere summa  
rumpit iudice Magn. Curie per dispositionem Regie  
per prag. V. Impera, incip. statuimus etiam prag. i.  
de his, officialium in ipso tribunali allegari non  
debet, & coram collegijs illius qui suspectus allega-  
tur, pro excepto, & ea quo suspicio omnibus, vel  
in alia parte apparebit militare; iubehunt suspectum  
abstinerere; & ipsi in causa procedent. ut etiam dispo-  
nitur in quadam ordinatione Regis Ferdinandi pri-  
mum impresa, & renouata per illustris. Duce-  
de Alcalá, huius Regni Vicerege in nouissimis prag.  
in reformationibus sacri consil. prag. 40, de offi. sacri  
consil. ubi quod isto casu, ex alijs collegijs prouidebi-  
tur de alia commissarij cause non suspecto, t idque  
ad eum est: quod illi iudex qui fuerit, ut suspe-  
ctus remorsus, sicut non potest in causa index esse pa-  
tronus, nec etiam discussio & relationi præsens.  
reprobatur Capit. decisio. 138. numero 5. & Rebuff. in  
iuris causa recusat artiu. sexto. glossa. num. 8 volum.  
3. facie opio. Regni, voluntas libera. & per aliam Re-

giam. pronosticem similiter nouiter impressam & se-  
ibidem insertam \* in d. prag. 40. S. illustres & magni,  
sicut vii a deo quod propositio iufpcionum coram lx.  
gochera facienda iuxta formam Rit nostri recessit ab  
aula, per dictas nouas ordinations. Si vero, sulpicio  
allegatur de officialibus exterritibus extra ciuitatem  
Neap. distinguuntur: quod aut de aliquo officiali aliquius  
ciuitatis tam Regie, quam Baronis primo casu, id  
seruandum est quod in officialibus ciuitatis Neap.  
diximus & quamvis d. prag. statuimus loquatur so-  
lum de consiliarijs, praesidentibus Regie Camerae  
& iudicibus Magnæ Curie, & d. ordinatio Regis Ferdi-  
nidandi soli in consiliarijs, tamen nouiter pronuntia-  
est pereund. Illustrissimum Viceregem in præalleg.  
prag. 40. S. fuit, & alii: quod dicta & ordinata de sa-  
cro consilio, obseruentur etiam in Magna Curia Vica-  
rie, & Audientijs prouinciarum & que, ac si principa-  
liter de eis esset in ipsis prag. dispositum. Secundo, ca-  
si, licet non habeant aliquid prag. que in hoc con-  
rigat hunc Rit. volentem tales suspiciones propo-  
nuntur, & proponantur coram regis tribunali bus su-  
perioribus illi Curie, cuius officialis allegatur suspe-  
ctus, prout est Magna Curia, & Audientia Regie pro-  
vinciarum, & Diocesanum hodie non se intronitupt:  
vt erit tangit Petr. Foller. ad. Marant. in loc. proxi-  
me citi, dicens vldissime literas coll. consilij Regie Al-  
dientia: Principatus circa dictas, quod capite suspi-  
cionum officialium per eandem audiantur; & non  
per Diocesanum & ego vidi de peccatis me habeo huc  
ras eiusdem collatera. consilij, tempore Illustri. Don.  
Petr. de Toledo expeditus quatenus per imprimi fecit  
inter alias prag. huius Regno & repertis in præalleg.  
pien. Reuerende vir. de suspici. officia per quas ordi-  
natur Archiepiscopo Archetrontino ad initiazianu  
vniuersitatis Petri perciat quod a cognitione suspi-  
cionum abstineret in sursum, tū talis cognitio spe-  
ceret ad iurisdictionem Regie, non obstante isto Rit-  
tu, qui non fuit obseruatus: alia: si securus ageret, con-  
tra ipsius procederetur tanquam contra usurpante  
Regiam iurisdictionem, scideret post modum ordi-  
natum fuit per prag. 3. incip. semo ausiati, eodem ti-  
tulo. Et predicta intellige etiam, quando officialis  
qui allegatur suspectus est Baroni, siue habentis  
in sua terra secundas causas, siue non habentis, & li-  
cer atrenari posset pro Barone, quod cum habeat se-  
cundas causas suspiciones primo debent allegari &  
discuti coram secundo, vel coram ipsomet Barone;  
tamen ex pluribus non procedit: primo, quia tracta-  
tur de granamine, vel meritis primæ causæ: & pro-  
pterea nec etiam tractari potest de iudice secunda-  
rii causarum: qui tunc debet adiri, cù de causa prin-  
cipali aliqua ex partibus conqueritur. Nec minus tra-  
ctari potest de ipso Barone, quoniam cum Barone  
non aliam habeant iurisdictionem quam quæ eisdē  
ex etiote privilegiorum conceditur, nullus Baro re-  
peritur, qui aliud habeat in privilegio, quam iurisdi-  
ctionem in suos vasallos, & in sua terra, & territorio;  
& propterea dicimini potest, quod de suspicionib;  
præf. erga suos officiales, cognoscere valet;  
cum istud in eius privilegiis non concedatur nec ex  
privinatur, Tertio quia in hoc Regno per hunc Rit.  
generaliter loquentem in omnibus officialibus certi  
& determinati erant iudices suspicionum, qui si ser-  
uaretur non est dubium, quod etiam in officialibus  
Baronum procederet: prout quando seruabatur audi-  
ti, quod prædictabar, quo statim, Cum Regiam coll.  
constitutas, quod cognoscere de suspicionibus spe-  
ciat a d. Regiam iurisdictionem, istaque processio de  
officialibus suspicionum successit in locum illorum  
qui per hunc Rit. dati erant: factendum est quod sicut  
antiquitus per hunc Rit. de omnibus officialibus lu-  
spectis

# Domini Prospeti Cacauitae Ebolitan

- specieis cognoscerebatur, pos illis qui numerantur in tex. eodem modo & hodie per tribunaliz. Regia que de eis cognoscuntur omnibus cognosci debet, quod nota, quia quotidie evenit. ¶ Do. tamē. Marinus Frez. 4 subfeud. lib. 2. titu. de differentia feud. quaternia numero 37. folio 243. in omniibus predictis aliter tenet dum dicit quod Barones ēt non habētes. secūdā causā possunt de suspicionibus suorum officiatum cognoscere. & ipsos removere, vel eis adiunctum dāre: argumentum tex. capituli si contra de officio delega. in 6. per quē dicit ita firmasse Boer. in singul. sīo in versiclo suspicion. numero primo. sed pace tamē viri arbitror non rebedendum abijs quę supra dixitum quę virgin rationes per me allegatæ: tamē etiam quia nō obstat capitul. si contra: primo quia loquitur in Episcopio qui ab ipso iure cano. iurisdictionem habet generalē; nos vero in Barone qui de iure est incognitus; & solum ex privilegio t certam, & limitatam habet iurisdictionem quę propterea limitatum debet producere effectum vulgat. in agris. ff. de acquirēd. rerum domi. secūdo quia in hoc Regno statuti sunt iudices suspicionum per hunc Ritum, & propterea frusta quo ad hoc, ad ius cano. recurrimus: & licet eius dispositio non seruetur, est quia Vicereges Regni ordinauerunt ut supra dixi, quod suspiciones cognoscatur per officiales Regiæ iurisdictionis, & ideo per Regios officiales tantum iuxta mentem superiorum cognosci debet & ita video ut plurimum fieri. & ad tribunal regia recurriri, & insuper considera quę illud de Episcopo est speciale, in d. c. si contra. Adverte tamen ad id quod dicit Pet. Foller. ibid. quod iste Ritu. volens suspiciones allegari coram Diocesano. loquitur solum in aliquibus Regni partibus: quę regulariter fieri deberet coram logotheta in ciuitate. Ncap. & alibi coram Regijs Audientijs provinciarū: nam iste Ritu. post sui finem, in versic. adjacentes dicit contrarium: id est quod in alijs ciuitatibus, & locis Regni suspicione allegari coram Audientijs: ut ipse dicit, non procedit ex eo quod iste Rit. non prouideat istum casum sed ex noua pract. & obseruantia, (qua hunc Rit. correxit) ora ex voluntate superiorū declarata per literas expeditas in diversis causis. ut supra dixi.
- ¶ Not. j. ibi non obstante dispositione iuris ciuilis, quod de iure ciiali in allegatiope suspicionum iudicium, non est necesse exprimere cauam: sed sufficit simplex allegatio. vt dicit Gl. in l. apertissimi, in versic. recusare per illum tex. & ibi etiā Bar. & Bald. & alia C. de iud. cummodo allegans suspiciones iurit lenē calumnię causa id agere. secundum gloss. ibidem, & post eam Bald. Salyce. Aret. & Iason. Ancha. consil. 263. subtiliter Lanfra. in repe. capit. quoniam contra in versic. recusationes. num. 11. Ang. in S. si quidē institu. de fideicom. hæred. & Alex. in l. quia poterat. Nam Trebel De iure vero canonico est fecus. vt patet ex c. secundo requiris. extra de appellatio. ex Docto. præallega. & etiam ex hoc Rit. ibi sed secundo. & secundum hanc iuris canonici dispositionē. Ritu. noster ordinat quod cause suspicionum exprimantur: idque etiam ordinatur in d. prag. statuimus. etiā, & in præallega. pragm. 30. & in pract. seruat. Illud tamen quod rit. iste dicit, quod sine scriptis audiuntur suspiciones: non obseruantur: sed pro ut etiam dicitur in d. prag. 40. datur terminus ad verificandum suspiciones, infra quem examinantur testes: & producuntur producenda ad probationem ipsorum, & postmodum fit publicatio: ut praticantibus est notoriū. Bene rameū f. verum est, quod cum actuarij in hoc Rit. includantur: ut patet ibi ac officialium cuius deputatorum, & Marcel. Bono. hic dicit nume. 2. quia etiam de iure suspecti allegari possunt. ut dicit Bald. in l. apertissimi. S. ſape. C. de iudi. Gloss. no. in S. quoniam ſape in auth. de trien. & ſemifl. & Lanfra.
- in dicto cap. quoniam contra in regle. regulae. 8. nume. 6. t. circa suspiciones. corpm. (scrutatur in pract. quod hic dicitur, & iudex, sine scriptis informatus de causis suspicionum & eis veris repetitis, prouidat de alio actuario partibus non suspecto. ut etiam videtur cell. Boni. hic num. 2. seruati deserviatur in faccioe consil. Magna. Curia. & alijs tribunalibus, & licet secundum Ancha. in dicto consil. 263. Alex. consil. 104. versic. circa secundum num. 2. vol. 5. & Affl. in consil. Regn. Iustitarij per prouincias. 4. nota. num. 1. fiducia solum iuramentum: quia non inserit in legum præiudicium: tamen in pract. temperalia quæ causatur ad remouendum eos, quamvis non curatur, quod sit nimis vrgeos, & in hoc valde versatur arbitrium iudicis: qui multoties ex leui suspicione mouet: vt fieri vidi, t quia vr. dicuntur Andon. & Alex. in loc. præalleg. sufficiat hoc prærogative voluntas.
- ¶ Secundo not ibi, quod esque occurrit, quod suspicione iudicium, & aliorum cum eis deputatorum quotiescumque occurrit: allegari potest (supple tamē tu. dñm. Ritu.) quod sequeitur occurrit ante litis contestatam: quia post inodum non potest allegari. dicta l. apertissimi. in princip. & ibi gloss. & communiter scribentes, nisi post litis contestationem, superveniat. vt est text. in l. non distinguemus. 9. cum quod dñm. ff. de arbitr. not. Angel. in Mfnz. C. de iurisdictione omnium iudicium, & Lanfra. in dicto capit. 263. quoniam contra in versic. recusationes. numero 10. sequitur sicuti etiam post conclusionem in causa, admittitur: si post conclusionem orta est, ut dicit Bely. in capit. pastoralis. numero 17. versiculò excipiuntur certicassus: de excepti. & Hippo. in l. marieus. numero 2. ff. de questio. & licet Domini. in capitulo de officio delegati. in sexto. Romap. in l. si mulier diutegit. ff. solu. matrimo. & Aret. institu. de exceptio. in rubrica numero 38. versiculò septimo querendo, in hoc item teneant contrarium, quia conclusio in causa facit. 11. sent. & in notorib. p. 16. Boduere recusatio dicitur. p. capitu. propobit. de appella. tamē sicut hinc dicit Helyn. illud capitu. loquitur in criminibus, & vbi deictum est notorium, & gravissimum in ciuitibus. Et insuper vbi p. 16. iuris orde quod: p. h. est arbitria. secundu. p. 17. iudicium. & recte inca quia suspecti. q. 5. Holsten. Regn. Andrei in capitulo speciali. de appella. & Abb. in capitulo. venit 12. sent. de iudic. & ita in p. videtur verior quia iuris causa constitit in sententia. quam oriam videatur sequi Marcel. Bonon. hic nume. 11. versic. ff. in quorum, verum tamen est quod per capi. Regi prolixitatem. quod etiam que suspicione allegatur, pot. licet contestatam, etiam quod dicatur de nouo emendatis, non aliter admittitur. quam si notorie, & evidenter appareat: vt ibi latius est videre.
- ¶ Tertio nota. ibi ordinariorum, vel delegatorum quod iudicem tam ordinarii, quam delegati, possit allegari suspecti per hunc rit. & ne dum allegari possit: verum etiam reculari veris existentibus suspicionibus, vt pater ibi tunc recusationem dicti iudicis admittat, & in hoc iste Rit. sequitur est dispositione iuris cano. in cap. suspicionis. de officio delega. in capitulo, cum speciali de appella in capitulo. requiri. comed. tenuo in sexto, & in capitulo 3. de foro competenti. vbi idem disponitur, quoniam de iure ciuilis iudiciorum non potest vt suspectus recusari, dicta lapetissimi. iuncta gloss. in versicu. iudices. circa fin. & ibi Bald. Paul. & Iaso. exceptis certis casibus, quos ibi gloss. ponit. & Lanfra. & in d. loco numero 2. versic. in dex autem. sed si suspectus fuerit allegatus, danubii adiunctus Episcopus, vt dicit tex. in articulo. si vero contigerit. C. de iudici t & si suspectio ex hac perfecta non cessaret: posset tunc etiam de iure ciuilis recusari, vt dicit Bartol. in l. secunda in 2. lectu. in fine. numero 30. ff. si quis in ius voca, non ier. in tantum quod

quod datio adiuncti iudicis ordinarii suspecti, iuxta dispositionem iuris ciuilis, per hunc Ritu. admittitur reculationem, est sublata: quod nota. quia pauci aduerterunt hunc Ritum in hoc. Et cum hoc Rit. concordat dicta Regia pragma. Caro. 5. incipient. statim etiam de suspi. officia. & ordinatio Regis Ferdinandi. primi quā supra citauimus in dicta prag. 40. in quibus disponitur de iudicibus ordinariis, & dicitur quod vera existente causa suspicionis, iudex removetur: adeo quod nec etiam præsens relationi causa esse potest, vt supra dixi in princip. istius Rit.

¶ Quarto nota, ibi Magnifico Viro Logotheta, & Prothonotario, quod officium logothetae, & Prothonotariae reperitur in uno homine vnitum. Antiquitus diversa erant ista officia: vt dicit Dominus Marinus Friz de subfend. libro primo. S. quintum officium. folio 32. numero 7. & vt ipse dicit in prin. illius. S. Logotheta, & Prothonotarius circa diuersa si impedit. bane: licet hodie vnitum sit vnum alteri: & officium logothetae sit in Prothonotorio. vt etiam scribit Luc. 26 de pena. in L. nemini. C. de decurion. libro 10. ¶ Officiū Prothonotarij consistit hodie in creationibus noctiorum, vt Dominus Marin. ibid. dicit, num. 9. ponit manum, in priuilegijs, quæ à Regia Cancellaria expedientur. vt dicit Iser. in c. quoniam inter dominū, in additio. in princ. de prohi. feud. alie. per Lotha. & item dom. Marin. loco proxime cita. nu. 28. Habet secundum eum. num. 21. nonnulla emolumenta circa suum officium. vt pura, quando a Rege aliquis legitimatur, vel fit iudex ad contractus, & quando ipse tract notarios, & insuper vt scribit in d. S. num. 22. appellatur illustris per not per Bart. in l. j. S. diuus. ff. de var. & extraordina. cognitione. & Iacobi. in l. j. col. 4. ff. de offic. assesso. & licet hic appelletur Magnificus, procedit ex eo, quia in hoc Rit. loquitur Regina cuius esse videtur si hoc titulo subditum, suumque officiale honoret, vel ideo est, quia antiquitus in hoc Regno istis titulis, & similibus non ita passim appellabantur homines: vt facimus nostris temporibus quas res deuenit ad terminos, quod( vt brevibus, me impediam) maximum vituperium est in hoc Regno quo quod circa istos titulos seruatur. Audiui tamen, ab hispanis cuperunt huiusmodi usurpationes: anteal suis, quisque titulis appellabatur.

¶ Quinto not. ibi in causa illa procedat non obstat allegatione præfata, quod iudex allegatus suspectus, tuc demum potest in causa procedere, cum auctoritate suspicionibus, prouisum est eas non militare: ergo argumento sumpro a contrario sensu quod alidum est in iure. l. j. ff. de offi. eius. antequam tueatur hoc declaratum, pendente discussione suspectum, non debet se intromittere vt etiam voluit Bar. in l. quia poterat. num. 3. ver sed quero. ff. ad Trebel. Holstien. & Ioan. And. in c. cum speciali. extra de appel. A ncha. in c. iudex. de off. deleg. in 6. Lapsus. q. Alex. consil. 104. num. 4. vol. 5. & late Rom. cōsilio. versic. quo ad secundum num. 3. Ratio istius conclusionis esse potest secundum Rom. ibid. quam etiam Alexan. sentit in d. consil. ¶ quia recusatio iudicis & appellatio à pari procedunt, vt probat text. ad literam. & ibi glof. in c. super eo. lo. 2. extra de appello. t & ideo sicut appellatio suspendit iurisdictionem toto tit. ff. nihil noua. appell. pende. & l. appellatio. C. de appell. cod. modo, & recusatio. de quo etiam vide infra q. 3. Et ex isto not. ¶ Sequitur quod postquam reiectis suspicionibus, idem iudex procedat in causa, vt etiam disponitur in d. Regia ordinatio Regis Ferdinandi primi prag. 40. de offi. sacri consil. non est vernum quod multi dicunt, quod iudex additur suspectus adeo quod iudicare non potest, sive per allegationem factam de eo, quod sit suspectus: Comprobatur, quia si id verum esset aperta causa omnibus recusandi iudicem, & quilibet alle-

garet ipsum suspectum: quod satis esset absurdum. 22. cum malitijs non sit indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vendi. Nec obstar dictum Hern. super quo se fundant in constitut. Regn. si quis rapere. col. 4. in princ. quoniam Iser. ibi non loquitur de eo qui allegatur suspectus, sed de eo iudice, qui semel grauauit, & ideo appellatur ab eo, quo casu diciptis, & bene, quod idem iudex non cognoscit de appellatione: quia funetus est officio suo, & de eo conqueritur, propter quod presumitur ei odiosus, vt etiam probat tex. quē Iser. non allegat in c. proposuit. de appell. quod not. quia multiterent aliter per illam autoritatem, quæ nihil penitus probat: & quando probaret: iste Ritu. & d. ordinatio prouident contrarium.

23 ¶ † Sexto not. ibi eiusque arbitrio, quod allegas iudicem suspectum, & post modum nec probans, puniatur arbitrio iudicis: qui super suspicionibus processit: & idem dicitur in lepius allegata prag. 40. in cip. allegantibus. de officio sacri consil. vbi quod tali poena iudicis arbitrio puniri poterit, tam principalis quæ procurator, & Aduocatus qui suspiciones ipsas proposuerint. Et insuper vt dicit Bal. in c. super. q. de off. deleg. & Ang. in l. quæ omnia. per illum text. ibi magis conutium. ff. de procur. † actione iniuriarum tenentur iudicii allegato suspecto. Et ex hoc sequitur, quod cum ex allegatione suspicionum non probatarum incidat quis in poenam: † iudex suspectus allegari debet per principalem, non per procuratorem, nisi habeat speciale mandatum vt dicit pulchre Rebuff. in tracta. recus. articul. j. glof. j. nume. j. volum. 3. Ratio est secundum eum, quia procurator non potest aliquid facere per quod dominus incidat in pñnam, si ad id non fuit specialiter constitutus. vt dicit Bar. in l. si procurator. nu. 6. & 7. per illum text. ff. de conduct. indeb. & per l. si pater. ff. quæ in fraud. creditor. Dicit tamen Rebuff. ibi fuisse decisum ibique seruatum, quod si dominus esset absens, & iudex esset suspectus: posset allegare suspectum offerendo dominum ratum habiturum, & petendo terminum ad habendam ratificationem, & speciale mandatum, & iterum ipse deberet abstinere, sed hodie ista cessant: quia communis forma omnium prourationum se habet quod in specie dicatur istud.

26 ¶ Septimo nota. ibi cum non sit verisimile, † quod ignorantia eius quod publico edicto proponitur, non est verisimilis, immo vt dicit glo. in l. fin. ff. de decret. ab ord. facie. talis ignoratia, quia non est licita: non admitti, id est Bald. in l. sed & si. S. præscribere per illum text. ff. de institor. actio. & facit text. cum Glof. in l. fin. tutor. C. de pericu. tutor. cū simil. q. gloss. ponit in d. l. fin. idq; adeo verū est: quod volens iurare cōtrariū, non auditur. vt dicit Gloss. in cap. nulli de electio. in 6.

27 ¶ † Quarto primo in hoc Rit. quid si caput a tribuna lis est suspectum: puta, in consilio presidens, in Regia Camera locmtenens, in Magna Curia Reges, & in Audiérijs prouinciarū Iustitiarius: nunquid suspicione sua corā eodem met tribunali allegabitur & probabitur, iuxta ea, quæ supra diximus. in princ. Breuiter, dico, q. nō: quia ob eius suspicionē totū tribunal est suspectū. vt dicit Bal. in l. j. C. si teſto. prouinci. & in c. j. nu. 7. ver. tertio, & ibi etiā Felyn. col. 2. de iudi. id est Fely. in c. causam q. circa princ. colum. j. de off. deleg. & Par. in tractat. Syndic. in versic. suspicio. nu. 10. & ideo hoc casu, coram tribunali superiori illius fiet, quod ibidem alias eslet agendum. Et idem etiā dico, quando maiorpars officialium esset suspecta: quoniam secundum Bald. in d. c. & Par. suspicio maioris partis totū tribunal suspectum facit quod nota.

28 ¶ Se-

## A D D I T I O

a Caput. Adde q. hoc fuit prouisum per Comité Mi-  
rande, vt diximus supra in precedenti addit. C. P.

T

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

28 ¶ Secundo quarto de vna. q. de qua alias dubitauit  
nunquid consiliarij sacri consilij, Præsidentes Regiæ  
Cameræ, judices Magnæ Curie, & Auditores prouinciarum,  
indices ordinarij dici poterunt: an delegati?  
29 tñt Bald. ( qui omnia scivit. & nihil penitus ignorauit) præcipimus. nū. j. C. de appellat. quod iudices qui de nulla causa cognoscunt, quam de ea quæ  
eis nominati committitur, dicuntur delegati, non  
ordinarij. Ex quo sequitur quod Regiæ consiliarij sa-  
cri consilij, qui nihil ex se possunt: nisi causa per Præ-  
sidentem committatur: dicuntur iudices delegati,  
non ordinarij: idque etiam patet ex prouisionibus,  
quas expeditunt, quia in earum principio dicitur Ma-  
rinus Friz. de Neapo. Miles Regius consiliarius, & ad  
infrascriptam causam commissarius, & iudex delega-  
tus per sacram consilium &c. Præsidentes Regiæ Ca-  
meræ iudices Magn. Curie, & Auditores prouinciarum  
dicuntur indices ordinarij, & licet etiam ipsis  
committantur causæ per locumtenentem Regiæ Ca-  
meræ, per Regem Mag. Cur. & iustitiam prouin-  
cie, tamen ipsi possunt ex se multa facere absq; com-  
missione aliqua, vt sunt citationes, quas expeditunt,  
prouisiones inhibitoriales, & alia mandata quæ om-  
nia si queres à consiliario: non expedit, nec expedi-  
re potest: nisi Præsidentis sacri consilij data supplicatio  
se, committat, immo præsidentes, iudices, & Auditores  
res prædicti etiam sine commissione, multoties pro-  
cedunt in causis: quia commissio causarum quæ sit  
eis potius sit ad evitandum confusiones, & vt qualibet  
causa suum proprium habeat iudicem quam ad  
dandum potestatem procedendi: sicut sit cum con-  
siliarijs: quod not. in pract. quando interrogaberis.

30 ¶ Tertio quarto quid si iudex allegatus suspectus,  
non obstante suspicione allegata, procedit in causa,  
nunquid acta erunt valida? Ludou. Roma. d. consil.  
220. numero 3. diffuse tractat istam quæstionem: po-  
nendo quinque opinio. quæ fuerunt super ea. qua-  
rum vnam sequitur Neapoda. in capitulo Regni. pro-  
lixitatem. versi. an autem. numero. 16. tandem con-  
cludit Roman. quod op. Barto. in d. l. quia poterat.  
Host. in dicto capitulo cum speciali Ancha. in dicto  
capitulo Iudex. Lap. in j. alleg. & sequacium relato-  
sum per Maran. in pract. parte 4. dist. 16. numero 4.  
versic secundo dicitur, & parte 6. in versi. appella-  
tio. numero 24. dicentium quod sint nulla, est verior  
de iure ciuili, non autem de iure cano. quia de iure  
ciuili non requiritur expressio causæ suspicionis: nec  
probatio: de iure vero cano. secus, vt supra diximus  
inj. nota. adeo quod sola allegatio de iure ciuili po-  
test tantum quantum de iure canon. allegatio, proba-  
tio, & sententia, & sicut de iure cano. per sententiam  
factam super suspicionibus, suspenditur iurisdictio iu-  
dicis recusati, & non ante. dicto capitulo si iudex. eo  
dem modo de iure ciuili per solam allegationem  
cum ipsa sola sufficiat per d. l. apertissimi. C. de iud.  
iuncta gl. o. in versic. recusare. Ex quo sequitur quod  
cum in hoc Regno procedatur circa istud secundum  
ius canon. debeantque exprimi, & probari causæ, &  
postmodum super eis decerni. vt supra diximus in j.  
nota. acta facta per iudicem allegatum suspectum  
non erunt nulla: sed venient annullanda postmo-  
dum, vt dicebat Inn. in dicto capitulo cum speciali.  
de appell. hoc est postquam fuerit decretum suspi-  
ciones militare, & iudicem suspectum debere ab-  
stinere, iuxta ea quæ dicuntur in capitulo non so-  
lum. de appell. in 6. vbi quod innouata postappella-  
tionem ab interloquutoria, tunc demum reuocan-  
tur cum appellationis causam veram esse consti-  
tit. cuin vt supia dictum fuit in 5. not. recusatio, &  
appellatio a pari procedant: & etiam iuxta tertiam  
opinionem relatam per Roma. in dicto consil. quæ  
volet quod validitas vel nullitas actorum factorum  
per iudicem allegatum suspectum dependeret à fu-

turo euentu, vt si suspiciones militauerint, acta sint  
nulla, si vero secus, valida.  
31 ¶ Quarto quarto, quid si allegans iudicem suspe-  
ctum, non aliter procedit circa suspiciones, nec  
etiam in causa principali, nunquid iudex perpetuo  
ita manebit, cum in causa procedere non debat, vt  
supra diximus, in quinto nota. Neapod. in capitulo  
Reg. prolixitatem. numero vigesimoprimo. versic.  
quare vt eorum fraudibus, mouet istam quæst. & di-  
cit quod iudex allegatus suspectus statim debet im-  
partiri terminum ad eligendum arbitros qui de suspi-  
cionibus habent cognoscere, vt probat tex. in capi-  
tulo cum speciali. iuncta Glos. in ver. terminum, de  
appell. & si est delegatus, faciat illum statuere  
per iudicem ordinarium. vt dicit tex. in lapertissi-  
mi. ver. necessitate. C. de iudi. cum comminatione  
quod elapsò termino, procedetur in causa principi-  
ali, iustitia mediante. vt latius ibi. vnde cum hodie  
in Regno in ciuitate Neap. causæ suspicionum discu-  
tiantur coram eodem met tribunali, & extra ciuita-  
tem de officialibus inferioribus coram Regiæ Au-  
dientijs prouinciarum, vt supra diximus in princ.  
Ritu. seruari debet hoc modo, quod quando id emti-  
bunal haber cognoscere suspiciones: & vide t par-  
tem differre, debet statuere certum terminum a  
probandum suspiciones allegatas: alias eo elapsò,  
procedetur ad vteriora oppositis non obstantibus:  
& vbi non idem tribunal, sed aliud superius ve quan-  
do allegantur suspecti capitanei terrarum, alicuique  
officiales Baronum. tunc idem officialis debet sta-  
tuere terminum, intra quem adeat superiores, &  
causas suspicionis proseq uatur: quemadmodum  
statuitur appellanti ad prosequendā appellationem.  
vt dicit Glos. in dicto capitulo cum speciali: & di-  
ximus supra latius in Ritu. 251. cum vt supra dicta  
fuit in 5. nota. recusatio iudicis & appellatio a pari  
procedant, & licet in dicto Ritu. 251. dixerim quod  
in Regno isto termini prefatio non potest fieri per  
iudicem a quo, illud ideo est, quia in appellatione  
est statutus certus terminus quinquaginta dierum  
ad se presentandum iudici ad quem vt latius ibi  
xi: vnde cum in allegatione suspecti iudicis non re-  
tiatur certus terminus ad adeundum superiores,  
que debeat statui per iudicem met recusatum  
dicto capitulo cum speciali. non est dubium, quin iu-  
fieri, & obseruari debeat ne iudex recusatus conti-  
nuo sit in pendentri.  
32 ¶ Quinto quarto ex quibus causæ iudex potest vt su-  
spectus reculati? Breuiter dicas, quod multæ sunt  
causæ per Doct. enumeratae quas si vellem hic pone-  
re multis membranis occuparem: ideo vicle Phi-  
llip. Franc. in capitulo cum speciali. & capitulo po-  
stremo. extra de appellat. vbi enumerat quadraginta  
causæ. Specu. in tit. de offic. delega. S. supereti.  
Doct. in l. cum apertissimi. C. de iud. Par. in tradit.  
syndi. in versic. suspicio. & plene Marant. par. 6. in  
versi. appellat. numero 28. in nouis. vbi etiam ipse  
quadraginta causas scribit. Multas insuper quæstio-  
nes possem in hoc Ritu. ponere, sed quia in loc. pre-  
alleg. Doct. latissime scribunt: Neapoda. & alii in  
capitulo Regn. prolixitatem. Capici. deci. 137. & 138.  
33 ad ipsos te remitto. ¶ vnum tantum scias, quod cum  
inter alias causas reculandi iudicem, sit inimicitia.  
vt per Docto. in dd. locis. quælibet inimicitia suffi-  
cit etiam si non sit capitalis, vel grauis, sed solum  
probabilis allegata in specie, & non in genere. vi di-  
cit Fra. in dicto capitulo postremo. in 32. causa. Gl. &  
Gemin. a. in capitulo 2. de probat. in 6. & Capici. d.  
dec. 138. numero 3. per tex. in capitulo quia suspec-  
tati 3. quæstio. 5. & c. cum super, de offi. deleg. quod  
34 not ¶ Sexto quero satis necessario in hoc Ritu. quis  
iudex procedet in causa probatis suspicionibus: de  
iure ciuili in auth. si vero. C. de iud. idem iude-  
sus

bius vna cum Archiepiscopo, vel Episcopo, vel cū alio bono viro in adiūctum. vt Bal. Saly. & Iaf. ibid. dicunt. De iure vero can. idem iudex recusatus realsumit iurisdictionem: verum tenetur causam alteri delegare, vel ad superiorem remittere ut dicit text. in e. cum speciali: vbinot. etiam Imo. nu. 11. de appell. & Gl. in s. si quis contra clericum. in ver. executor. de for. comp. & late Capici. deci. 137. num. 10. & sic cum iste Rit. in materia suspicionū sequatur ius can. videtur. expresse videtur dici posse, quod ille iudex procedet, quē iudex recusatus eliget, vel iudex suus superior. si ipse ad eum velit transmittere, sed contra iūrum verum est in hoc Regno: eo quia, licet Rit. iste sequatur ius cano. tamen in fine ipsius non dicitur q̄ quando sunt probatæ suspiciones, iudex recusatus eligat iudicem ut vult ius can. imo totum contrariū. dum dicit, quod iudex coram quo suspiciones probatae sunt recusationem admittat: quod non aliter fieri, quam prouidendo, quod ille abstineat, stantibus suspicionibus & ex consequenti, eo abstinenti, electio facienda de iudice cause spectabit ad ipsum, qui de suspicionibus cognovit: potestasque quæ de iure causa, residet in potestate iudicis recusati circa iudicis electionem: per hunc Rit. ita dicentem ad ipsum iudicem suspicionem pertinebit. vt dixi, & ita seruat hodie in Regno. Varijs tamen modis & formis prout qualitas suspicionum officialis, vel Baronis & causa videbitur requirere: quandoque enim Magn. Curia stantibus suspicionibus, remitti causam ad Baronem illius terra vbi officialis est suspectus: cū clausa quod in causa procedat cum consilio alterius officialis partibus non suspecti, eo quia suspectio per sonam tantum officialis signillat: non autem Baronis iurisdictionem tollit. prætor vbi Pau. de Cast. & alij. si. de iurisd. om. iud. & no. Dom. Marinus Friza de sub feud. lib. 2. tit. de differe. feud. quaterna. num. 37. fol. 242. quandoque si adest etiam aliqua suspectio circa ipsum Baronem, dicitur in decreto remissionis cause quod ad eum remittitur quod procedat cum consilio alterius eligendi per ipsam Magnam Curiam, & quā boque nimium vrgeante eius suspicione, deputatur iudex qui nomine ipsius Baronis procedat cognoscere, & iustitiam faciat in causa. vt idem Do. Manus tradit in loc. præallega. Verum quando ille officialis, qui allegatur suspectus non esset Baronis, sed Regius: nunc prouidetur quod causa remaneat in ipsa Magna Curia stantibus suspicionibus eo quia tali decreto nō præjudicatur Baronis: & quandoque si parcer essent de longinquo, ne cogantur venire ad Magnam Curiam: prouidetur per eandem de iudice partibus non suspecto in locis conuincinis. Prædicta causa quando capitaneus allegatur suspectus, secus quād eius iudex, siue Baronis, siue Regius, quoniā hoc iuxta huc Rit. admittitur recusatio dicti iudicis: remittitur causa ad capitaneum qui in causa procedat, & iustitiam faciat cum consilio alterius iuris partibus non suspecti. Euenit ista questio prout diebus in facto in Regia Audientia principia causa in causa Magnifici Marci Antonij ciost, dum in dicta Audientia aduocatus fiscalis, & cum predictum allegaretur suspectus magnificus capitaneus terra Eboli: fuit decretum quod dictus capitaneus abstineret: & causa remissa ad Illustr. Principem Eboli: qui in causa procedere faceret per officiale per eum in prouincia eligendum, partibus non suspectum: Sed est dubium, quid si euenit appellari a sententia lata per illum cuius consilio Baro proceperit in causa ut proxime dixi, nunquid appellatur iudicem secundarum caufarum eius Baronum auero ad iustitiarios prouinciarum, vel Magnam Curiam: Gloss. quam ibi lequitur Abb. in d. c. si quis contra clericum in ver. executor, facit quod appellatur ad eundem iudicem, qui fuit recusatus, ut ipse

causam appellationis committat: quia si appellaretur ad iudicem secundarum caufarum, iustitiarios, vel Magnam Curiam: omitteretur medium quod est ille iudex recusatus à quo gradatim debet appellari: t̄ quia appellatio omisso medio non admittitur: per c. dilecti, de appella. cum simi. Specu. vero in tit. de appell. S. nunc tractemus. versic. si vero num. 5. Host. Ant. de Butr. & Aret. quialios allegat in d. ca. si quis contra. ver. sed statim queritur num. 16. faciunt quod debeat appellari ad iudicem secundarum caufarum Baronis, gradatim, & postea ad alios: quia in causa simili quando Episcopus fuit allegatus & pronunciatus suspectus & per eum delegatus iudex iuxta d. c. cum speciali. si appellatur ab illo delegato per Episcopum concludunt communiter appellandum esse non ad episcopum, sed ad Archiepiscopum, & quāuis ad Archiepiscopum non appelletur: nisi a suo medio, quod est Episcopus, tamen ut ipsi dicunt quādo prius iudex est pronunciatus suspectus: non dicitur facere medium. argu. c. placuit. 2. q. 6. & ex consequenti non dicitur appellari omisso medio: quod satis verum videtur, ne alias sequatur Baronē amittere cognitionem secundarum caufarum, sine causa: itē aliud absurdum, quia posset esse quod cognitione primarū caufarū esset vnius Baronis, & cognitione secundarū alterius Baronis: quē nō esset iustū defraudari sua causa ob suspicionem officialis primi q̄ oīa rāquā quotidiana bene not. Saler. die 5. Ianuarij. i. Vigilia sāctissimę Paschę Epiphanię. Prosper Carauta.

## R I T V S CCLXVI.

 **a** Tem si aliquis ciuiliter, vel criminaliter & ex officio, vel via ordinaria de mādato ipsius Curiae citatus fuerit, & excusatetur per aliquam cunctam personam ipsius, quod citatus ipse sit absens, quod arripuerit iter ad sanctum Iacobum vel ad sanctū Sepulchrum, talis excusatio admittatur, nisi præsumatur malitiose proponi.

## A D D I T I O.

- 2 Criminaliter. vide omnino c. Regni post cōmissum du. 228. & ibi Ioan. Ant. de nigris vide & prag. Regis Ferdin. Chat. pro serenissima. &c. Affic. decis. 29. & 289. num. 28. Capic. decis. 123. C. P.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Citatus in omni causa tanquam absens excusatetur cum ampliat.*
- 2 *Practica, quando allegatur absentia citati, & ipsius practica limitatio.*
- 3 *Excusatori absentiam in genere alleganti, ignorante vbi citatus reperiatur: terminus ad compare faciendum dabitur.*
- 4 *Ius publicum in defensione absentium consistit. Et in allegatione absentie.*
- 5 *Ius publicum ciilibet de populo competit etiam minori.*
- 6 *Excusans citatum, regulariter de eum infra certum terminum presentando, promittere tenetur sum limit.*

T 2 7 Malitiose

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

7. Malitiose opponi, p alicuius absentia, qn dicatur.  
8. Pro contumace nemo loquatur.

**N**ot ex hoc Rit. t quod si citatus pro causa ciuili, vel criminali excusatur tanquam absens: talis excusatio admittitur. vt etiā probat tex. in l.pen.S.ad crimen. ff. de publ.iud. & licet Rit. non se extendat vltierius, tñ Rit.inf. 268. supplēdo istum, dicit quod oblata petitione absentia, datur iuramentum excusanti, quod non calumnioso & fraudulenter excusat citatum: licet tale iuramentum non scribatur vt dicitur in praetalle.) Rit. 268. & postmodum datur terminus comprens. attenta loci distantia ad comparendum. t Et in præct. fit isto modo: quod citatus curia sedente, vocatur in vltimo peremptorio, efficitur contumax & batisit forma solita, & in illa interloquitoria in qua sit contumax: dicitur quod si cōparuerit inf. tot dies: deleatur a contumacia: & qñque in calce petitionis absentia scribitur decretum hoc modo, per Regiam Audientiam visa dicta petitione fuit dictum, quod si dictus talis comparuerit infra tot dies, deleatur a cōtumacia. Et quod de iuramento dictum est, & dicitur per d. Rit. 268. in præct. non multum obseruat, quia in rei veritate vt plurimum periuratur in excusando citatos, quo casu bene facit iudex si iurum non defert. Quo termino ad comparendum dato, si prætentitur in contrarium per partem, vel curiam, quod talis excusatio non sit vera: sed quod citatus sit in loco, vel post citationem se absentauerit, aut post delictum (vt infra dicam) fuerit visus, tunc in eadem prædicta interloquitoria, vel decreto dicitur, verū si fuerit coniunctus de contrario, dilatione non gaudeat, sed sit, & remaneat ex nunc contumax, & condemnatus.\* Limita tamen istam præct. quādo proceditur contra citatos super tenore instrumenti vel de periegio: quoniam tunc allegata absentia vel infirmitate non sit condemnatio sed datur terminus ad comparendum, & seruatur vt dixi in Ritu. 166. in. 4. not. vers. scias tamen. Sed dicer aliquis, quid est quod iste Rit. dicit in illis verbis, sit absens, quod arripuerit iter &c. nunquid non dicitur absens, qui iter arripuit ad sanctum Iacobum vel ad sanctum Sepulchrum & cui responderi potest quod iste Rit. in his verbis ponit præct. seruādam per excusantes citatos absentes, vt in petitione absentia nominent locum vbi reperiuntur citatus, vel ad quem dixit velle accedere quam præct. sentit etiam Rit. infra 2. 8. vbi dicitur quod terminus dandus absenti ad comparendum iuxta locorum distantiam dari debet, & ita seruatur. Multoties tamen, quia re vera nescitur locus vbi sit, vel ad quē accessit, admittitur excusatio, & datur terminus magis breuis arbitrio iudicis, t quia excusant alleganti absentiam in genere, & ignorantis locum vbi reperiuntur citatus, ex iuri dispositione, terminus ad comparere faciendum dari debet, vt dicit Bart. in extrauagan, ad reprimendum in ver per edictum, nu. 7. ver. quid si intra terminum, & Anton.de Canar, in tracta. de excusa, quæst. 22. Nec obstat iste Ritus in verbis prædictis, ac etiam quod iudex non potest arbitrari terminum competentem ignorato loco, quia ex cōmuni obseruantia, de æquitate (adhærendo potius iuri communi, quam his Rituribus) talis excusator admittitur: sed in alio oneratur absens, quia non allegato loco, iudex facile præsumit fraudem, & concedit minorem terminum, vt dixi. Amplia, primo hunc Rit. procedere nedum si excusat absentia per coniunctā personam vt hic dicitur: verum ēt per quamcunque: vt dicit expresse Bart. in l.seruum quoque S. publice, numero 3. versi. vbi cunque per illum tex. ibi quamnis pro eo verba facientem. ff. de procura, vbi Barto, loquitur in excusatore allegante causas innocentias,

quod est pluquam allegare causas absentia, & **Gandi**. in tract. malefi. in titu. vtrum procurat. nra meo quinto. Secundo amplia procedere etiam sine mandato vt dicit Innocent. in cap. veniens in prima glos. & ibi Ioan. And. in secunda glos. de accusa, perte. in capit. querelam. extra de procura, & l. si prætor. ff. de iudic. idem Barto. in l. pen. S. ad crimen. nume. 16. versic. quero quod est officium. ff. de publ. iud & Bal. in l. reos. circa fin. C. de accusatione quod maxime procedit in hoc Regno. per Riticum 269. in illis verbis pro parte citati, nec alias sic dicendo, de vento seruiat. Tercio amplia etiam si talis excusans sue mandato, non satisficeret rato. vt dicit gl. in l. in eo. S. nemo. ff. de regul. iur. Ioan. Andr. ad Specul. in rubr. de coniuncta persona in Apostilla incipien. huiusmodi versic. firmat Innocent. Bart. & Bald. in locis proxime citatis. Ratio est secundum eos: quia talis excusans allegans absentiam, non deducit in iudicio ipsa absentis: sed solum ius publicum, quod dicitur consistere in defensione absentium t ut dicit text. in dicto. S. publice. & **Gandi**. in tit. p̄allega. nu. 5. Quartio amplia, siue excusans sit masculus, siue feminus, siue maior, siue minor, siue liber, siue seruus, vt dicit Inn. in d. cap. veniens. Car. in d. S. ad crimen. num. 17. versic. ad eudentiam Ang. in l. exigendi. & de procura. Alex. ad Bart. in d. S. ad crimen. versic. fit mulier. Bar. in d. S. publice. col. fin. numero 3. & Bald. in d. l. reos in fine vbi allegat ratione, quia in allegatione absentia, consilit ius publicum, t quod cuiilibet de populo competit, & etiam minori per text. in d. S. publice. Quinto amplia procedere etiam, si talis excusator allegans absentiam, non satisficeret de presentando citatum finita causa absentia. vt dicit Ioan. Andr. ad Specul. in d. rubr. de coniuncta persona in Apostilla incip. sc̄ite debes, Glot. in d. S. nemo Alex. in l. exigendi. 2. nota C. de procur. Canar. in d. tracta. de excusa. q. 30. & **Gandi**. in loc. p̄alleg. nu. 4. & loā. Anto. de Nigr. in c. Regn. post commissum num 44. versicu. limita. prædicta t licet regulariter excusare alijs de causis, teneatur promittere de presentando citatum infra certum terminum vt dicunt Bal. P. de Castr. & ceteri scribentes in rub. ff. de in ius vbi vt eat. **Gandi**. in tract. malefi. in titu vtrum procurat. in malefi. col. 3. circa fin & Afflict. decisio. 29. Limita primo istud not. non procedere quotiescumque talis absentia malitiose allegaretur, vt dicit text. illius Ritus in fin. t Dicetur tamen malitiose opponi quoniam sc̄e cunque appareret ex p̄ processu citatum siisse visum in loco delicti tempore quo fuit commissum, aut dicit præcedenti, vt dicitur in p̄alleg. c. Regn. post commissum. idem etiam seruatur si esset visus die sequenti: intelligendo tamen. prædicta omnia vt etiam Loā. Ant de Nig. scribit in d. c. num. 1. 1. limita. j. quotiescumque delictum pro quo nunc citatur aliquis, de recenti esset commissum, secus. si non de recenti, (arbitrio in hoc rel. tō iudicanti:) quoniam tunc licet exactis appareret siisse visum; non nocet, nec terminus denegatur, quia esse potuit in delicto, & etiam quod nunc ex causa reperiatur absens, & non ex fraude, & ita seruatur. Aduerteretamen, quia licet iste Rit. dicitur non admitti excusantem absentiam: quando præsumetur malitiose opponi, adeo quod videtur solum p̄sumptione malicie requirere, tamen intelligi debeat de p̄sumptione, q̄ colligit ex processu modo quo dixit nā si ex actis appareret Titiū de homicidio inq. sū, si se visū die delicti aut p̄cedēti, vel sequēti; licet nū sit verē absens à territorio, p̄sumitur q̄ malitiose absentia, alijs si secus intelligere ista verba raro, & forte nūq̄ absentibus daretur terminus: q̄a fiscales semper præsumunt contra inquisitos: quod not. quia it seruatur. Secundo limita non procedere in citato D. sopaliter: quia tūc multo magis præsumitur malitiose opponi

stopponi absentiam, quæ post citationem orta est: adeo quod iste Rit. solum in citato domi, locum habet, & ita seruatur. Tertio limita quoriescunque talis citatus, pro quo allegatur absentia, reperiatur cōmax pro alio crimine, & etiam bannitus: t̄ quoniā nunc (cum pro contumace nemo loquatur, vt dicit Rit. supra 220 vbi diximus) nulla dilatio ad compendium dari debet, & ita quotidie obseruatur in curia, & presertim in Magna Curia Salerni, die 7. Ianuarii. 1560. Prosper Carauta.

## RITVS CCLXVII.

 **T**enui si aliquis, vel aliqua ciuiliter, vel criminaliter ex officio, vel via ordinaria de mandato ipsius curiæ citatus, vel citata fuerit, & excusetur, per ciue idoneum, vel aliam coniunctam personam, quia infirmus, vel infirma, vel mulier grauida sit, adeo quod sine sua personæ periculo, in dicta curia comparere non potest, quamvis in instrumento excusationis ipsius, unus medicus, vel obstetrica sit, nihilominus eius excusatio, ex quadam æquitate admittitur per curiam supradictam.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Citatus tanquam infirmus excusatur.*
- 2 *Mulier citata infirma, vel pregnans excusatur.*
- 3 *Practica super excusatione citatæ personæ cum ampliat. & limitat.*
- 4 *Excusatio pro citato per quacunque personam porrigitur.*
- 5 *Fides medici pro excusando infirmo, quid continere debeat.*
- 6 *Fides infirmitatis ad excusandum infirmum, an unus medici sufficiat? & in num. 8.*
- 7 *Numerus pluralis duobus est contentus.*
- 8 *Fides medici pro infirmo, cuiuscunque gradus conditionis, & sexus, valet.*
- 9 *Cuilibet perito creditur in arte sua.*
- 10 *Sententia ex peritorum iudicio lata, an transeat in rem iudicatam?*
- 11 *Medici maioris autoritatis, quam obstetrices non sunt.*
- 12 *Obstetrices medicorum numero ad scribuntur.*
- 13 *Medici & notarij adeo viles, & propter ea non posse de iure postulare?*

**S**vra in Ritu præcedenti sit dictum qualiter citatus ciuiliter, vel criminaliter excusari potest tanquam absens, ad præfens in hoc Ritu ponitur qualiter eliciti potest tanquam infirmus: ut etiam de iure fieri potest. vt dicunt Bart. Emo. & Alex. in l. quæst. ff. de iud. & in l. ea quæ in fin. C. quomodo & quando id est. est tex. in l. 2. S. si quis vbi not. Alex. & alijs ff. si quis cautio. & Afflct. decisi. 289. num. 25. & Rebuff. in act. de excus. numero 26. 2 vol. 3. vbi hunc Rit. alleg. ¶ Nota. igitur primo ex hoc Rit. quod. Si citatus, vel citata pro causa criminis

li excusetur, tanquam infirmus, vel infirma, aut mulier tanquam grauida talis excusatio admittitur, dāmodo præsentetur instrumentum in quo citatus se excuset, propter infirmitatem, ac etiam fides medici, vel obstetricis. ¶ Et istud adeo verum est, quod si præsentaretur solum instrumentum excusationis, sine fide, aut sola fides sine instrumento, non releuaret, sed citatus condemnaretur tanquam contumax. Multoties tamen de æquitate iuxta facti, & personæ qualitatem, in interloquitoria, in qua talis condemnatur ut contumax: dicitur per iudicem, verum si infra tot dies comparuerit, vel legitime docuerit de infirmitate allegata, deleatur à contumacia. Sed dicitur aliquis iste Ritus dicit, quod excusatio citati infirmi admittitur, sed non dicit ultra, & quid erit agendum cui (supplendo hunc Rit. respondet) quod practicæ aliquarum curiarum seruat isto casu, cōdemnare absensem, tanquam contumacem: & in eadem interloquitoria dicere quod si comparuerit, cum primum conualuerit: absque alia requisitione deleatur à contumacia: melior vero præfactus seruat dicere, quod si comparuerit infra tot dies, deleatur: quia primo modo cōparitudo ad citati arbitriū differri posset, secundo nō, & si infra illum terminum datum non conualescit, facta alia fide, prorogatur terminus, sed si fiscus, vel pars prætenderet ipsum conualuisse, vel nunquam stetisse infirmum: capitur informatio, & quandoque per curiæ mittitur alius medicus, & reperta fraude, dilatione non gaudet: sed vt contumax reputatur, etiam diximus supra in Rit. præcedent. in prin. & ponit Mansuer. in pract. rit. de contumacia. nu. 24. ¶ Amplia istud not. & Rit. procedere nedum si excusatio præsentetur per coniunctam personam, vel ciue idoneum. vt Rit. iste dicit: verum etiam si per quamcumque personam per ea qua diximus supra in Rit. præcedent. in prima ampliat. Limita istud not. & quæ dicitur non procedere quotiescunque citatus qui ut infirmus excusatur, esset in ciuitate, vel districtu loci iudicij: quoniam tunc etiam quod non præsentaretur instrumentum excusationis cum fide medici: admittetur petitio illius, qui ipsum infirmum diceret, & ita seruatur in Magna Curia, verum practicatur isto modo, quod citatus qui tali modo excusatur, condēnatur. tanquam contumax: & in eadem condemnatione dicitur, quod illa die, vel sequenti accedat actus iurius cum medico, & ex reperito infirmo, deleatur à contumacia, virtute cuius interloquitoria accedit actuariorum: & si ipsum (vt præfertur) inuenit infirmus, & delictum est graue, & grava adfuit indicia: facit sibi caueri de se præsentando, cum primum conualuerit, absque requisitione facienda, vel de se præsentando infra tot dies: & si delictum non est graue, facit sibi præceptum panale, quod non discedat vel prout ipsi curiæ melius visum fuerit, considerata causa, & persona, & alijs considerandis, & demum ad hoc ut deleri possit citatus à contumacia: penes acta refert, qualiter accessit, & ipsum inuenit, & fecit ita, vel ita (pro yr sibi per iudicem fuerat ordinatum.) Si vero inuenit non infirmum: tunc tanquam contumacem, duci facit carceratum in præsencia iudicis. Secundo limita, non procedere quotiescunque infirmitas non est talis, propter quam sine periculo venire non posset, vt iste Rit. mer dicit, & ideo fides medici deber dicere qualitatè, & speciè infirmitatis, & cōcludere qd absque periculo vitè discedere nō posset alias citato nō opitularetur: ¶ Nota. ¶ Secundo not. ibi quæuis in instrumento unus medicus qd licet de stricto iure fides infirmitatis p duos ad min⁹ medicos fieri debet: qd iura regrentia medicos loquuntur in numero plurali. l. semel. C. de re milit. libro 10. & l. j. S. ff. de ventr. inspici. & capitulo significasti. lo 2. de homic. tradit Bart. & ibid. Bald. in j. constitut. ff. Ana. in capitulo significasti, col. 5. de homicid. Petr. Iaco. ibi

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitanæ

pract. titu. de actio. exempto. Guid. pap. conf. 176. nobilis. & nouissimè Petrus a Plaza. in Epito. delicto.  
 7 lib. I capit. 13. nume. 10. t qui numerus pluralis duorum numero est contentus. l. vbi numerus. ff. de testi. & iuris iurandi. C. eodem. tamen per hunc de æquitate non curatur si fides infirmitatis est vnius medici: sed admittitur, & ita seruatur. t Amplia istam conclusionem, & Ritum. procedere: sive medicus sit Doctoratus, sive non, sive seruus, sive liber, & sive masculus, sive foemina, vt dicit Alexand. in conf. 15. in fi. volum. 1. Afflct. in constit. Reg. terminum vitæ quæstione quarta. numero 42. in fin. versi. Bart. eleganter in l. scindendum. ff. de ædil. edict. Ana. in rubr. de magistr. Ias. in l. 2. in princip. ff. quod quisque iuris, & Petrus a Plaza. in loco præalleg. numero 9. Aduerte tamen, quod quædo fides medici eset facta per illum qui est depuratus a publico, vel in loco vbi non est nisi unus medicus tantum: tunc in admittendo eius fidem, non versatur æquitas; sed iustitia, quia in talibus casibus statur dicto vnius. vt dicit Bar. in l. secunda, in fi. C. de pondera. lib. 10. & in procera. ff. columna quarta. tex. in S. vt autem nobis in auth. de non alien Coepoll. in l. quod si velit. S. si mancipium. numero 12. versiculu sed iuxta prædicta. ff. de edict. Petrus a Plaza. satris pulchre in præcitatō loco num. 10. Afflct. in d. constit. & late Boer. decisi. 323. numer. tertio. licet Abb. in cap. proposuisti. extra de proba, alij dixerit. distinguendo, & sic limitatur dispositio. d. l. semel. cum supra alleg. vt Doct. præallegati, & alij quos refert Boer. ibidem cōmuniter concludunt.  
 9 ¶ Tertio no. ex hoc R. quod creditur medico, quod aliquis sit infirmus, & obſtetrici, quod aliqua sit grauidæ: similiter Doctoratus creditur de discipulo, & magistro militum de milite. l. prima. C. de offici. magistri. mili. Fabro & Architectori de fabrica. vt in auth. de non alien. S. quod autem dictum Mensori de officio suo. l. prima. ff. si men. fals. mod. dixe. & l. si irruptione. S. primo. ff. fini. reg. Naturali de natura. l. septimo mense. ff. de statu hom. Discipulo de opinione magistri. l. talem qualē S. penultimo. ff. de arbitri. tabelloni de officio suo. l. si quisdecurio. C. de fal. legato principis sine literis legationis, si ple est vir magnæ virtutis, capit. nobilissimus. 97. distinct. Cardinali, de his quæ acta sunt coram eo. secundum Ianoc. in capit. cum dilectus extra de accus. & in capit. cu olim. lo. 1. de priuili. Et tandem culibet perito creditur in arte sua. 50. dist. c. vt cōstitueretur. in proce. ff. S. j. tex. in d. l. femel. Gl. in l. cum quidam S. quod dicitur in versic. obſtetrices. ff. de acquir. hæred. Afflct. decisi. 236. in fi. & in d. const. numero 17. Boer. decisi. 220. & 10. Luc. de pen. in l. furioso. C. de decur. lib. 10. t sententia tamen lata ex iudicio peritorum, nunquam translat in rem iudicatam, & per iudicium aliorum peritorum reuocari potest. vt dicit Bal. in l. ab hostibus. S. si vir. ff. sol. mat. Bart. & Pau. de Cast. in l. arbitrio. ff. qui satista. cogan. Ang. & Cxpol. in d. S. si mancipium, vbi hoc dictum dicunt singulare, & menti tenendū.  
 ¶ Quarto no. ex hoc R. it. quod tanta fides adhibetur obſtetrici, quod mulier sit grauida, quanta medico, 11. quod aliquis sit infirmus. Ratio esse potest: t quia medici non sunt maioris autoritatis, & precij, quæ obſtetrices vt probat tex. optimus in l. fin. in princip. C. commu. de lega & no. in cap. non lase. in versic. nec medico. 14. quæstione quinta. Spec. in tit. de sala. S. fin. in princip. & lo. de Ana. in cap. primo. columna 12. secunda. de Iudæis, t itamo iurecons. in l. prima S. sed & obſtetrices. ff. de variet. & extraord. cognitio. 13. obſtetrices numero medicorum adscribit. t Ethinc ortum purat Tiraquel. in tract. nobili. c. 31. num. 414. versiculo quis nunc, quod cum medicina sit adeo vi lis, medicina non possunt de iure postulare. l. placet. C. de episc. & cleric. quemadmodum nec notarij, propter eorum vilitatem, aduocati munus exercere. L.

yniuersos iuncta Gl. C. de decur. lib. 12. sed quia reveror, ne quandoque liber iste in manus perusnari me dicorum, cum talis sun valetudinis, quod eorum remedijs indigem sapissimè: nolo locum istum taliter pertransire, quod irati quandoque vindictam sumant in infirmitatibus meis. Dico igitur ad huc Rit. quod ratio ipsius est peritia obſtetricis circa artem suam, non autem æqualitas authoritatis cum medicis & cum pateat ex his quæ dixi in precep. nota. qd eo ipso, quod aliquis est peritus in aliqua arte; creditur sibi circa illam artem: non est bona consequētia, quæ fit per hunc Rit. creditur obſtetrici, quod mulier sit grauida: ergo æquiparatur medico, cui creditur, quod aliquis sit infirmus. Et si quis dicet quod licet consequentia non probetur per hunc Rit. tamen satis bene probatur per tex. in d. l. fin. vbi tanti extimatur serua obſtetrica quanti seruus medicus: responderetur quod non propterea se quitur, olim medicina ipsa non sit omnium artium, atque doctrinarum nobilissima aut nulli postponenda: sive ipsius originem spectemus, sive materiam, sive finem: & sive eos quæ eam exercuerunt: vt late, diffusèque ac not. multis comprobat Tiraquel. in dicto cap. 31. in princ. & per totum. & numero. 522. hæc lunt. vbi particulariter respondet obiectis in contrarium. Salerni die 8. Ianuarii. 1560. Prosper Caranita.

## R I T V S CCLXVIII.



Tē seruat ipsa Curia: quod petitiō excusationis absentiæ non admittitur per ipsam Curiam: si datur petitiō postquā lata est interlocutoria ciuilis, vel criminis: & non sufficit quod sit lata: nisi etiam lata sit scripta in actis. Vnde si esset lata, id est lecta per rānum ex iudicibus: (vt est de cœsuetudine Curie) & non est scriptū in actis, lata est dicta interlocutoria: & tūc datur excusanti iuramentum: quod animo differendi iudicium, & calumniose non facit: cuius datio iuramenti nō scribitur in actis: item datur dicto excusato, quod veniat, & ad comparere faciendum: qui terminus datur secundum distantiam loci: iuxta formam iuris communis, si verò ille excusator cum vellet offerre dictam petitionem, fuit forsitan impeditus: puta, quia ad locū, vbi curia regitur, intrare nequivit, & Curia hoc constat verbottenus per aliquem, vel aliquos qui illa hora, qua Curia regitur, fuerint in Curia, tunc ipsa eadē hora antequam Curia descendat, recipitur dicta petitiō cum prædicto iuramento: & fit in ea prædictus actus, & habet locum prædicta in ciuilibus, & in criminalibus, secundum antiquam obſtruantiam dictæ curie, quod nota.

S V M M A R I V M.

1 Excusans absentē, non aluminia causa fecisse iū rare debet. Et in quibz curijs obseruetur ibide.

2 Impe-

3 Impedimento in persona venientis ad excusandum citatum, cessante, dum constat curia quando admittitur, cum amplitat.

4 Index quando de impedimento, solo iuramento credet.

5 Catus venies ad comparendum, si in itinere prope fluminis inundationem pertransire non posuit as propterea a contumacia excusabitur?

**Q**uoniam supra in duobus Rit. precedentibus dictum sicut qualiter citati ciuiliter, vel criminaliter possunt per quascunque personas excusari, tamquam absentes, vel infirmi. Ritu. noster statuit tamen ut usquequo possunt tales petitiones presentari, & presentatae admittantur.

¶ No. igitur primo ex eo quod petitiones excusationis absentie citatorum tam ciuiliter, quam criminaliter non admittuntur: postquam citati curia sedente factum contumaces, & scripsa est interloquutoria eorum condemnationis: ac etiam lectum latum, quod scribi solet post decreta. vt etiam dicit alius Rit. supra nos. sed quia (vt ibi dixi) nec in ciuibib, nec in criminalibus obseruantur: si tamen curia adhuc regitur ad ibi dicta te remitto.

¶ Secundo no. ex hoc Rit. quod excusanti citatum tamquam absentem, datur iuramentum: quod non calumniz causa excusati ipsum: vt etiam dixi supra in Rit. 266. in prin. & scribie Guid. pap. decit. 338. nu. 3. Ista datio iuramenti in curia Baronum obseruantur: sed in Magna Curia & Regia audiencia principia-  
tis curia non multum est in ritu: qui velle obseruare com maximè suspicatur quod non est ita: bene potest hoc facere. Ego autem nunquam seruauit: ne haec author perirent: cum certus sim quod multiores allegantur absentie que non sunt veræ: vt dixi in d. Ritu. 266.

¶ Tertio nota. ibi, si vero ille excusatur, quod impedimentum causatum in persona illius qui veniebat ad excusandum citatum, si constat Curia de impedimento: non obstante quod fuerit factus contumax citatus: si postmodum cessante impedimento, venit ante quam curia discedat: admittitur. (vt hic dicitur) dixi etiam supra in d. Rit. 206. 4.no. & facit tex. nota. in l. per ff. de in integ. rest. Amplia istam conclusio-  
nem procedere etiam quod talis excusator non venierit: quia forte impedimentum duravit: nam postmodum veniendo principalis; & probando qualiter miserat suum excusatorem, qui denum tali impedimen-  
to impeditus, venire non potuit. excusari debet a contumacia per tex. no. ad hoc in l. cum à magistris. C. qui peta. tut. per quem in propria. q. nostra  
ita fitmat Mansue. in pract. tit. de contumacia. nu. 26.  
ver. item si quis. ¶ Quarto no. ibi constat per aliquos, quod impedimentum, de quo dicitur in hoc Ritu. per testes probari debet. De iure communie exceptis tribus in iure expressis arbitriarum est iudicis qualiter impedimentum probari faciat inspecta qualitate causa, impedimenti, loci vbi fuit impedimentum, & persona: impedite, & quoniam attentis istis, potest ali quando solo iuramento credere de impedimento. vt dicit Bar. & Imo. in l. quæsum. ff. de re iud. Ant. & Imo. in c. querelam. de proc. Bar. in l. contumacia. S. fin. de re iud. & in l. si quis. C. de naufr. lib. 11. Bal. in l. fin. per illum tex. C. de fide instrum. & in l. j. C. de dilatio. & Bar. in l. 2. S. quod diximus vbi Alex. nu. 2.

4 dicit communiter teneri. ff. si quis cautio. ¶ Quero iuxta predicta, quid si citatus veniebat ad comparandum, & cù esset in itinere, ob aliquā fluminis inundationē, transire non potuit, nunquid constito postmodum de eo ipsi curia, talis contumax excusabitur a contumacia? tex. in d. l. 2. S. si quis in iudicio. & S.

quod diximus ad literata dicit quod sic, idem Bart. Alex. & alij ibidem. & Bar. in l. præses. C. de app. qd tamen verū est: nisi nimium se arctaferet relicto hoc in arbitrio iudicantis, vt dicit tex. in d. S. quod diximus. & Alex. ibid. post Bar. & ideo Bar. in l. qui com meatus. ff. de re milit. & in d. l. præses. Bal. in l. in pecuniarijs. ff. de fer. Alex. conl. 4S. vol. 2. Aret. in l. lex Cornelii. in ff. de vulg. & Fel. i. cap. fiscitatus. de rescrip. dicunt quod impeditus ne dura debet probare impedimentum, verum etiam quod nisi fuerit impeditus perfecisset illud pro quo veniebar. Salerni, die 7. Ianuarij. 1560. Prosper Carapita.

## R I T V S CCLXIX.



Ie 21. mensis Iulij primæ in di. Neapo. anno domini. 1378. prouisum est per dictam curiam, & decretum cum consilij Reginalis deliberatione matura, quod in quibuscumque causis criminalibus per quascunque personas, in dicta curia pro tempore mouendis, nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi aut citandorum, per procuratorem, scilicet ipsius citati offerenda, nisi fuerit exceptio infirmitatis, aut absentie aut captiuitatis.

## S V M M A R I V C M.

- 1 Exceptio declinatori fori in criminali causa, an per procuratorem opponatur in regno.
- 2 Opponens declinatori fori, se non defendit nec indicium suscipit.
- 3 Bannitus potest impune occidi.
- 4 Inquisitus de criminis, indultum sibi competens, an per procuratorem potere possit?
- 5 Contumaci, & bannito denegatur audiencia.
- 6 Index ex se rei absolutione quodam prouidere debet.
- 7 Citatus exceptionem loci sibi non tuti opponere poterit.
- 8 In criminalibus a redagatione supra exparte rei non admittitur procurator.
- 9 Veritas cause liquebit magis per partes litigantes ex se, quam per procuratores. cum ampliat. & limitat.
- 10 Citatus criminaliter in citantibus carceribus detenus, an per procuratorem comparere possit?
- 11 Criminaliter contra mortuum etiam, idest eius memoriam, agi potest.
- 12 Deligatus in criminalibus, non cognoscet civiles causas.
- 13 Exceptiones in Regno quæ & quæ per procuratorem opponantur.
- 14 Practica exceptionis opponende quando citatur aliquis repertus alibi carceratus.
- 15 Citatus per maiorem, & minorem iudicem, coram quo comparere teneatur.
- 16 Carceratio affectata quando dicatur.
- 17 Exceptio probabilis, & non necessaria a comparando non excusat.

# Domini Prosperi Caravita Ebolitani

- 18 Aufugeve non dicitur qui vadit ad superiores.
- 19 Cancer priuatus potest committi respectu duplicitis finis.
- 20 Exceptio nullitatis ex eisdem actis apparet per quemcunque proposta impedire processum ad damnationem non comparentis.
- 21 In dubio relationi nuncit citantis standum erit.
- 22 Absolutus ab uno iudice a contumacia & delito, an dicatur absolutus ab alio iudice a quo sibi contumax ex eodem delicto.
- 23 Praeventio minoris pena affectate procurata ab uno iudice non prodest delinquenti quin possit ab alio iudice puniri.
- 24 Infirmitas qualis excusat aliquem a contumacia.

**V**erba istius Rit. formaliter habes post Regiam prag. 4. Regis cath. que incipit nihil est, sub tit. de posse. non turba. vt pares ibi latius vide. ¶ No. igitur primo ex hoc Rit. quod nulla exceptio admittitur per procuratorem ex parte citati, pro quaenamque causa criminis, preter enumeratas per ipsum. † Ex quo sequitur primo quod licet exceptio declinatoria fori possit de iure communi opponi, & discuti per procuratorem: † quia opponens eam non se defendit, nec iudicium suscipit. vt dicit Bar. in Lpen. S. ad crimen. nu. 18. vers. 4. ergo si de pub. iud. Bal. in I. reos. circa fi. C. de accul. Aret. in c. veniens. nume. 57. versicu. adde de Accul. Gandi. in tract. malefic. in tit. vtrum proc. nume. 2. versic. kmt. quer. Guid. Pap. decis. 338. num. 2. & resert Gramma. in cons. de foriudica. post decis. num. 39. & 76. tamen in hoc Regno per hunc Rit. non admittitur, nisi personaliter comparatur. vt et dixi supra. in Rit. 230. in 1. nota. & 205. q. 2. & ita practicatur in omnibus curiis: scias tamen unum q. Doct. præalleg. loquuntur in terminis iuris comm. per quod ind. S. ad crimen est prohibita defensio per procuratorem. item loquuntur presupposito statuto, quod inquisitus de crimen nullam possit proponere defensionem per procuratorem: quo causa benedicunt ipsi in exceptione declinatoria: qd cum per eam reus non defendatur super crimen, admittatur procurator, sed presupposito statuto dicente prout Rit. iste dicit, quod reus inquisitus nullam possit opponere exceptionem: ipsi non dixissent quod possit opponi per procuratorem, quia aliud est dengare defensionem per procuratorem aliud exceptio nem, & ideo idem Aret. in d. c. nu. 39. ver. consequenter. presupposito statuto dicente non admitti exceptiones pro inquisito per procuratorem, dicit quod talis casu declinatoria fori non possit per procuratorem opponi: quod no. Miror tamen quod Gramma. in d. consil. sciens Ritum nostrum, firmet cu. dictis Doct. quod exceptio declinatoria fori possit per procuratorem opponi ad instantiam inquisiti, & citati † Secundo infertur ex hoc Rit. quod licet de iure communi inquisitus de homicidio possit per procuratorem excipere qualiter occisus erat bannitus, & poterat impune offendendi. vt dicunt Bar. Bal. Salyc. Pau. de Cast. & Alex. in l. vbi pactum. C. de transact. Bar in l. fi seruus. C. de his qui ad eccl. confugi. Aret. in tract. malefic. & August. post eum in vers. comparent dicti inquisiti & in termino defensionis. versic. quid si dicit nu. 13. Cxpol. cons. crimin. 74. & Gandi. in tract. malefic. in tit. vtrum proc. col. fi. vers. nunc restat. maxime quando notoriè constaret; quod ille occisus erat bannitus, vt dicit Bar. in d. S. ad crimen. ver. quodam sunt nu. 19. ea præserum ratione, quia ista exceptio venit examinanda separatum a crimen, tamen & tan-

te hoc Ritu, siue talis exceptio notorie constet, siue non: nullo modo admitti potest per procuratorem. † Tertio infertur, quod licet inquisitus de crimen possit de iure communi petere indultum pro illo crimen, sibi ex aliqua causa competens per procuratorem, vt dicit Bal. in l. reos. nu. 35. vers. quarto hic. C. de accus. & Nell. in suo tract. bannito. in 3. par. 2. temp. q. 68. mortuione quam nuper diximus, quia in ita exceptione non disputatur de crimen & an illud fecerit, vel ne tamen postquam iste Rit. dicit nullam exceptionem admitti, præter illas quas enumerat exceptio, indultum per procuratorem peti nos posset in hoc Regno: vt etiam firmit. Pet. Fol. in prag. foriudiciorum. nu. 55. vers. decimoquarto. licet ipse nos, fundet se per hunc Ritu, sed per dictum Nell. in loco præalleg. qui dicit contrarium. vt supra dixi. Aduentum tamen, quia iste Rit. loquitur in inquisito de crimen, & citato pro eo, quo casu bene fateor, quod cum curia citavit ipsum ad informandum: nisi ipse personaliter compareat, non admittitur procuratorem allegaudum alias exceptiones quæ hic enumeratas, sed quando esset inquisitus tantum, & non citatus, & sponte mitit per procuratorem: tunc quia iste Rit. non loquitur de illo casu mihi videtur, tam in exceptione qua oppositur, quod occisus tanquam bannitus poterat impune occidi, quam etiam in exceptione indulti, quod pertinet ex aliqua causa: distinguendum esse hoc pacto, quod aut iste talis inquisitus pro quo nunc sponte compareat procuratorem, reperitur alia contumax super illo crimen, vel alio, aut non. Primo casu, quia per Rit. supra 220. vbi dicitur tamen inquisiti denegatur audiencia, adeo quod in Regno, est expeditum quod pro conuincere nemo debet loqui, sieneo. indubitate, quod procurator nullatenus debet admitti. † Et. si dicatur quod Bal. & Nell. in dictis locis loquitur in bannito-emi etiam de iure omnium denegatur audiencia. d. sed si per prætorum, sicut prætor. it. ex quibus cau. maior. & tamen concidunt admitti per procuratorem. & respondetur quod dispositio dicti S. sit prætor, intelligitur in alio contumace, qui compareat iudicio ut actor voluntarius secus si ut reus necessarius, quoniam tunc secus per cap. intelleximus, deinde ideo non est maxime si bannitus admittitur de iure communi, ut ipsi ei cludent ad petendum indultum per procuratorem: quia talis bannitus noui vñit ad hoc voluntarii. Coacte ad sui defensionem, ut reus, sed dispositio de Rieus nostri 220. procedit. ut ibi diximus, tam quies bannitus compareat ut actor, quam si ut reus: quod si bannitus denegetur audiencia, propter quod eorum Doct. non obstante quod non in præc. quia quotidie euenerunt quod inducta petantur per procuratorem proprias contumacias, & licet in aliis curiis aliter seruari vidi: est malefactum. Secundo casu, ego distingui rem cum Bar. in dicto S. ad crimen. num. 19. q. 2. dictæ exceptions sunt notoria: & tunc procuratorem deber admitti, ad ipsas allegaudum quia in talibus facti index ex se, nemine per certe, debet prouidere quod reus absolvatur, vel s. on. molestatus. l. qui cum maior S. libertus. cum ibi non. de bo. liberto cum maior & no. Cxpol. cons. 21. num. 18. Aut exceptions insunt dubia: & tunc secus, ne factum procuratoris possit reo vocare. Sed dicit aliquis, ergo ex prædictis ratione sequitur quod inquisitus de crimen, nondum pro Reo citatus, potest mittere procuratorem ad petendam notoriam declinatoriam fori: propter Doct. quos supra allegant in princip. communiter concludunt: non obstante isto Rit. prohibente opinioni per procuratorem alias exceptiones, quam hic enumeratas: quia intelligitur procedere, quando inquisitus est citatus, sed huiusmodi obiectione respondendo, dico quod licet ita verum sit de iure: cum illo casu cesseret dispositio istius Rit. tamen in hoc Regno in præc.

in p[ro]cessu seruatur quod exceptiones declinatoriae in criminalibus non pertinetur per procuratorem inquisiti, sive sit citatus, (quia tunc obstat iste Ritu.) h[oc] uenit: quia tunc omnes curia replicant, & dicunt quod hoc capia sit informatione: nam non infertur inquisito molestia, quâdo pro crimine citabitur, compareat & nunc providebitur super remissionem cause, vt etiâ dico infra in Rit. 299.2. nota. & ideo per sacrum Regum coll. consilium in instructionibus datis Regie[re] audience principatus citra, prouisum, & ordinatum est, quod remissiones tam consumacium, quam inquisitorum nō tractentur, nisi ipsi inquisiti, vel contumaces personaliter compareant ut dixi latius supra in Rit. 205. quart. 2. vbi ad verbum inserui istam instructionem. Sed ut dixi in prag. prima. q. 17. num. 167. de exulte communione obseruatio introductum est concedi indulcta etiam per procuratorem petentibus adeo q[uod] non obstante d. R. 220. cause indultorum indistincte tractâtur per procuratorem inquisiti, vel contumacis anno ad id admittitur quilibet pro eo etiam quod non sit procurator ut dixi in dicta prag.

¶ Quinto infertur ex hoc Rit. quod quamvis de iure communicatus per iudicem pro aliqua causa possit opponere exceptionem loci non tuti: ut dicit gl. in c. cum locum extra de sponsa. Specu. in tit. de offic. ord. S. 3. & de offic. omni. iud. S. sexto, versic. ante litem. Fely. late in ea accedens. lo 2. extra ut li. non contest. & Affl[ect]. decisio. 189. numerô vigesimo, ea quidem ratione, quia ut dicit Bartolus. in l. quia poterat. S. si quis alio, qui legitur cum. l. de xate. ff. ad Trebellia. cuius ad locum nostrum, non tenetur compareare tamen in hoc Regno per h[oc] Rit. rei clementem omnes exceptiones, præter quasdam talis exceptio pro parte citati non admittitur, credere tamen quod quan de iudicio constaret postmodù quod in rei ventitate, lo cus non erat turus citato, licet ipsum non admiserit quando reputauit consumacem in debet salutem postmo d[omi]num a consumacia excusare, & delere. si tamen ipse compareat nunc, & exceptionem alias oppositam ve[n]eficar alioquin pro contumace nemo loquitur, ut supra dixi. Quinto, & ultimo infertur, quod exceptiones quas latissime ponit Affl[ect] in dicta decisio, & sunt tamen sibi similes quas in iure facile reperies, licet a legi latribus, & Doct. adiunctis, & comprobatoribus: tamen si pro parte citati opponuntur: eo modo comparete, non admittuntur per Ritum nostrum nisi hoc deponeratis hic, & ita practicatur & obseruat[ur]:

¶ Secundo nota. ex hoc Rit. quod in quibusunque causis criminalibus non admittitur procurator pro parte rei citati: quo ad causas criminales a relegatione, & concordat cum iure communione in l. pen. S. ad causas si. de publ. iud. & ca. veniens. de accusa. cum alijs quas ponit Spec. in tit. de proc. S. j. num. 9. versic. tamen quod causa est criminalis, & Cepoll. cau. 66. sed a relegatione infra est contra ius commune. ut patet in libro quoque S. publicæ ff. de procurat. gl. vbi scribat nume. 4. versiculo tertio oppono, in d. S. ad Causam. Gaudi. in tit. viii. procurator. in princip. 272. bene & subtiliter. & alij qui communi concidunt talibus post procuratorem intermixtis, ut latius dixi supra in Rit. 108. Ratio istius R. se potest: quam ponit illustris, & acutissimus Doct. Aret. in d. cap. veniens. num. 61. versic., & reiectis, quia partibus litigantibus per se melius colligere de veritate causæ, quam si litigent per procuratorem, dicente Iurisconsul. in l. de minore. S. 10. cap. 2. de q. quod veritas melius elucescit in iudicio criminali ex sermonibus, trepidatione, & constanza patrum. Amplia primo hunc Ritu. procedere ne compareat simpliciter procurator, verum etiam si compareat procurator, qui etiâ esset coniuncta persona iuris. in l. secunda, in 3. nota. per illum

tex. C. de proc. Secando amplia etiam si pro delicto imponeretur pena corporalis, vel pecuniaria arbitrio, iudicis. quoniam tunc pendente arbitrio, iudicatur ut de poena capitali. vt dicit Bart. in l. fin. per illum tex. ff. de iniur. iuncta. l. fi. C. eo. Anch. in d. cons. in princ. & Fely. in d. cap. meminimus. num. 18. versic. item additum quod circa fin. latius dixi supra in Rit. 41. 2. nota. in fi. & Rit. 68. 2. no. in fi. Tertio amplia etiam vbi pro delicto imponeretur pena pecuniaria, quæ efficeretur corporalis per inficiatio[n]em. vt dicit idem Fely. in d. c. meminimus. circa fi. Quarto amplia etiam in delicto, in quo de iure communi imponitur pena pecuniaria, cum tamen per statutum imponatur corporalis. vt dicit Fely. in p[ro]p[ri]etate. cap. meminimus. num. 18. circa fin. & faciunt istot. per Bart. in l. penult. S. ad crimen. versic. quarto extra. nume. 14. ff. de publ. iud. vbi quod ex genere poena iudicatur crimen capitale vel non, & an possit procurator interuenire. Quinto amplia procedere etiam circa media causa. vt dicit alius R. magnæ curiæ supra 106. vbi dixi latius. Sexto amplia procedere etiam si inquisitus, & citatus esset vidua vel pupillus: ut dicit Rit. supra 230. vbi etiam late dixi in 1. nota. & per totum. Septimo amplia etiam si mulier coniugata citaretur per curiam, non obstante consti. Reg. generalia iure, quæ aliter disponit, & per hunc Rit. corrigitur. ut dixi supra in Rit. 10. Octavo amplia etiam si citati essent personæ illustres, quæ in actione injuriarum citarentur non obstante. l. fin. C. de injur. quæ aliter disponit & per hunc Rit generaliter loquenter quo ad personas, & causas corrigitur: ut etiam in d. Rit. 108. dictum fuit. Nono amplia etiam si dominus inquisitus, aut pater vellet in causa comparere, ipsum defendendo pro suo proprio interesse. Nec obstante quod Bart. in l. penult. S. ad crimen. numero 6. ff. de publ. iud. aliter teneat de iure, & idem Fely. in d. capit. meminimus, numero. 12. versic. tercia conclusio. & Cepoll. cons. 46. num. 6. cons. 48. 55. & 56. quoniam, ut dicit idem Cepoll. causa. 66. in princip. secundum veram opin. tex. in l. si cuiusdam. C. de accus. cu[m] alijs per quos mouetur Barto. intelligi deber in inquisito carcerato, & non aliter prout videtur etiam dice re ipsa. si cuiusdam. si re[cte] ponderetur. ¶ Limita primo istud nota. quando inquisitus, & citatus pro crimen esset iam detenus in carceribus iudicis citatis, quoniam tunc potest per procuratorem in causa comparere, excepta sententia, & litis contestatione: ut dixi supra in Rit. 106. nota. per Bart. in dicto. S. ad crimen numero. 10. versicu. possumus. Pau. de Cast. in l. serum quoque S. publicæ ff. de procurat. Ang. & Imo. in dicto S. ad crimen. Gaudi. in tracta. malefic. in tit. viii. procurat. nume. 3. versic. item pone quarto. vbi latius philcre. Specu. in titu. de procurat. S. j. versic. sed nunquid media. Aret. in tracta. malefic. in versic. qui index videns. Alexand. consi. 116. volum. 2. Ioan. de Ara. consi. 1. sum. 3. & Bologni. ad eum in Apostoli. numero 14. & Domini de Rota. decisio. 203. de procurat. vbi quod vxor clericis carcerati potest pro matre procuratorem constituere. Ratio istius limita. est, quia cessat ut ratio prohibitionis, quam supra posui. ut etiam Felyn. scribit in dicto capitulo meminimus. numero 15. versic. septima conclusio. Secundo limita in vniuersitate accusata, ut dixi supra in Rit. 108. limita. 2. & scribit Felyn. in capit. meminimus. versic. quarta conclusio. de accusa. & idem in ecclesia. ut nota. Specu. in titu. de procurat. S. j. nume. 11. versic. de causa quarto. & Idem in moniali secundum Fely. ibid. num. 13. versic. tercia conclusio. Tertia limita quando citati pro eadem causa, essent plures numero decem: quoniam tunc per cap. Reg. statutum. possunt ordinare syndicum, qui eorum nomine respondeat, sed istud satis raro evenit: quia inuenta lege, ex cogitatur fraus, & actuari hoc casu quando de eodem criminis sunt plures inquisiti, faciunt plus res

# Domini Prosperi Carautæ Ebolitani

His citationes, & sic cap. predictum evitatur.

verborum oblig. Item pro hac limita. facit, quod in causa suspecti tutoris in qua posset resultare crimina lis effectus potest intervenire procurator, quia solū agitur ad ciuilem effectum. vt patet ex l. nō solum. S. si. iuncta Gl. & l. penultima. ff. de suspect. tut. & not. per Imol. in dicto S. ad crimen. colum. 8. vbi dicit nō fuisse ab alio factum, & per Io. de Ana, & Fely. in sa- pius alleg. capit meminimus. numero 19. de accusa.  
¶ Tertio no. ex hoc Rit. quod in Regno tres tantum exceptiones opponi possunt per procuratorem. vide licet infirmitatis, absentiæ, & captiuitatis. De prima diximus supra in Rit. 267. de secunda in Ritu. 266. de terciâ loquitur iste Rit. quarta exceptio qua etiam ad mittitur per procuratorem tam de iure, quam de obseruantia huius regni est exceptio carcerationis pe- nes alium iudicem. vt dicit tex. in l. 2. S. similimodo. ff. Si quis cautio Bart. in d. S. ad crimen. num. 18. verificu- dic ergo sic. Alexand. in l. 2. S. quæ situm. ff. de re jud. Ang. in l. eos. S. super his per illum tex. C. de appella. Hipp. in pract. S. sequitur. numero 31. & Affict. decis. x. 389. nume. 34. ¶ Et ista exceptionis oppositio practi-

14389. num. 34. ¶ Et ista exceptionis oppositio practicatur in Regno hoc modo: quod si inquisitus carcereatus ab alio iudice, detinetur in eodem loco: in quo citatur per alium iudicem: in ultimo per epitorio sufficit, quod si fides de carceratione per fidem authenticam actuari curia, vel officialis, si vero extra illum locum, & extra eius districtum, siue territorii: tunc fides carcerationis debet esse per publicum, & authenticum instrumentum: alias ea non obstante, condemnatur, multoties tamen admittitur etiam quod non sit per instrumentum publicum: quia per fisca non opponitur, & satis est, quod sit fides authenticata. Et adde quod pract. in hoc Regno se habet, quod opposita carceratione inquisisti coram iudice citante, siue admittitur, siue non, statim per curiam ipsius iudicis citantis, si est maior illo qui detinet expeduntur prouisiones iudicii penes quem inquisitus detinetur: quod ipsum caute detineat: ne succedat locus fugae, & ipso inconsulto, non liberet, & post modum discutatur penes quem remanebit cognoscendus, & puniendus carcereatus: & si pro eodem crimine molestatur per ipsum secundum iudicem: causa ipsa remittitur ad primum nisi legitima causa ad sit: propter quam cogitario spectet ad eum: si vero alio crimine, tunc licet de iure communi indistincte deberet comparere coram ipso maiore iudice: ut dicit tex. in leg. contra pupillum. S. si. ff. de re iud. & Gl. & Bart. in l. secunda. S. si. ff. de custod. reorum. tamen per constitut. Reg. contingit. la secunda, debet destingui, quod aut crimen pro quo citatur per iudicem maiorem est par etiam eo pro quo inquiritur a primo, & tunc non tenetur coram secundo venire, & propterea tali casu sunt prouisiones iudicii inferiori, quod si remanebit locus

pēnē: nō liberet eum ipso īconsulto, si vero crīmē  
est maius; quia venit puniendus poena mortis, & p̄  
primo non, tunc debet coram secundo venire, & ab  
dem cognosci, ut dicitur in d. constitu. & ideo expe  
diuntur tunc literæ iudicii inferiori, quod carceratum  
ipsum confignitus seruantibus quos ad hunc effe.  
Etū mitit: quæ no. in Præctica aduerte tamen secun  
dum Afflīct. in d. constit. in j. nota. versic. & prædicta,  
quod ista dist. in facto. per illā constit. vera est & pro  
cedit quotiescumque citatus per secundum iudicem  
detinetur per primum: t̄ secus si citaretur, quoniam  
tunc indistinctè citatus per minorem, & maiorem in  
dicem tenetur comparere corā maiore. ut dicit Glos.  
& Barto. in d. l. secunda. S. fin. Intellige tamen istam  
exceptionem esse veram: dummodo carceratio noa  
fuerit affectata, & procurata: quoniam tunc ea non  
obstante, proceditur ad contumaciam, ut dicit tex. in  
d. S. simili modo. Spec. & Io. And. in tit. de cīta. S. j. ver  
sic. item quod citatus detentus. Fely. in cap. fin. extra  
de testib. cum simil. late. & no. collectis per Tiraquel.  
in tracta. retract. consanguini. S. 35. gl. 4. num. 27. cum  
seque. & Cassa in consu. Burgu. tit. des fidei. S. primo  
numero decimō. licet alias videatur sentire Hipp. in  
pract. S. sequitur, numero 31. vbi dat cautelam ad cī  
parensum per procuratorem. t̄ Dicitur tamen co  
muni obseruantia affectata quotiescumque facta t̄  
post inximationem factam citationis ipsius iudicis ci  
tantis, in tantum quod communiter seruantur, quod  
vbicunque carceratur quis per iudicem inferiorem:  
postquam citatus fuit per maiorem: exceptio carcer  
ationis sibi nō admittitur tanquam præsumpta affe  
cta, sed contra ipsum proceditur tanquam contra  
contumacem quod nota. Et quando hoc modo affe  
ctatio nō appareret: posset, alijs modis verificari per  
scripturas, vel per testes, & ea constita, nō gaudeat be  
neficio exceptionis carcerationis opposita, & ita se  
uatur: Intellige secundo, dummodo carceratio sit  
loto a quo non posset aliquo modo recedere ad sui  
bitū; de factō impeditus: ut quia esset inclusus in ca  
ceribus: secus si teneretur cum cautione per ciuitatē  
vel territorium: quoniam tunc cum facti impedi  
tum non habeat, quia si vult compare, bene potest

**t** talis exceptio dicitur probabilis, & non necessaria, quia a comparente non excusat. ut dicit Bartoli. in b. penitentia. **S**ed crimen humero decimo octauo. v*e*s*c*culo quzda sunt ff. de publ. iudic. \* & ita in proprijs terminis voluit Ang. in l. qui in carcerem. ff. quod me t*u*s causa. & Aegidius Bossius in tracta. suo. ita. de carcer. numero vigesimo octauo. dientes quod n*o* diceatur esse in carceribus qui dimislus est fideiussoribus. & si dicatur quod index ille inferior ratione contraventionis fideiussionis, molestabit eum: responde tur quod hoc nihil est, quia index maior statim proponit, quod eum non molestet; quia comparuit coram eo t*u* & non dicitur aufugere qui vadit ad superiores l. capitalium. s. ad statuas. ff. de poen. & l. quis sit. ver- sculo item nec eum, ibi haec ita. vbi Cepoll. nota n*o*. Vigesimodprimo. ff. de c*o*ndil. edict. verum hoc casu de equitate fit: quod si infra tot dies comparuerit: delegatur a coniuncta: quod no. quia quotidianum. Et si dicatur t*u* in Rit. 47. numero 16. dictum fuit quod p*o*ri priuati carceris exercetur etiam tenendo aliquem sub fideiussoribus, responderetur quod respectu finis committendi priuatum carcerem ita committitur detinendo sub vinculis sicuti sub fideiussione per ciuitatem aut territorium, quia vtroq*ue* causa dicitur de c*o*n*u*teri sub custodia licet quando est in vinculis dicitur custodia carceralis, & quando non, custodia tantum ut dicit l. si grauius. C. de dignit. lib. 12. sed respectu finis nostran*o* possit vel non possit compareare, clare patet sine legibus, quod si stat sub fideiussoribus ne est impeditus fact*o*, & merito non stat carcero*o*. **Q** Quinta t*u* exceptio quam in practica iernagius i*u*

lego, est exceptio nullitatis notoriz ex eisdem  
ad apparentis, vt puta, si dicatur relationem esse  
festibus, aut carere nomine nuncij citantis, cita-  
men fuisse factam die festiu, vel esse circundu-  
cta: & contumaciam non esse accusaram suo die,  
vel fuisse accusatam die feriato, aut alias quævis nul-  
lis allegetur: quæ similiter in promptu pateat ex  
actis, & ista exceptione allegata, nedum per pro-  
curatorem, sed per quenq[ue]cunque, inspicitur relatio, cita-  
tio, aut contumacia accusata, seu actus ille, qui dici-  
tur nullus: & aliqua ex nullitatibus allegatis reperta  
nō proceditur ad condemnationē nō comparentis;  
de calice fit contumax, verum si quoquomodo nul-  
litas allegata notorie ex actis non appareret: sed ali-  
quam indaginem, dissectionem, vel extrinsecam pro-  
barionem requireret: vt quia diceretur relationem  
esse falsam, quia talis nunquam fuit citatus: vel quia  
locus vbi fuit citatus non erat domus sua solita habi-  
tationis: vt in relatione asseritur per nuncium: aut q[ui]  
vis aliud opponeretur, quod ex inspectione actorum  
appare non potest: t[em]p[or]e quia in dubio standum est re-  
lationi nuncij citantis & referentis ipsum citasse, &  
in domo sua solita habitationis: exceptio ipsa non ad-  
mittitur: sed proceditur ad contumaciam non com-  
parentis, etiam si offeratur in promptu probatio eo-  
rum quæ opponuntur: & quandoque in eadem inter-  
loquitoria contumacia dicitur, quod ipsi compa-  
rente de oppositis habebitur ea ratio, quæ de iure ha-  
benda erit, & licet non dicatur, idem erit si post mo-  
dum apparet.

12 Primo quærot in hoc Ritu. iuxta ea quæ supra dixi-  
mus de carceratione affectata pone quod aliquis pro-  
eadem causa fuit querulatus de aliquo delicto corā  
præside prouinciaz, & coram iudice originis aut do-  
micilij, vel delicti, & in vitroque tribunali effectus cō-  
sumax, demum sponte accessit & se præsentavit coram  
iudice præfato originis, domicilijs, vel delicti, a  
quo fecit se expediri absoluendo cum debuisset con-  
demnari, vel leuiter condemnando aliqua poena mo-  
dici exilij, cum tanquam conuictus debuisset grauo  
poena condemnari, immo etiam torqueri ad sciendū  
complices, qua absolitione vel condemnationē  
aliter sequuta, purgata prius poena contumaciaz  
coram præside prouinciaz, comparet coram  
eocam copia sententiaz late per illum iudicē petens  
decem, quod non molesterū stante quod de causa  
semel cognitum est, nunquid poterit de eodem ite-  
rum molestarī. tex. in capitulo de his. extra de accusa-  
tione. & l. si cui. S. iijdem. & l. senatus. ff. eodem titu. de-  
cidant, quod de eiusdem hominis facto sacerdos queri-  
nos debet, quod etiam firmant passim Doct. in dd. iu-  
ribus. & late Boer. decis. 289. numero sexto. Couar.  
lib. varia. resolu. 2. capitulo decimo. & Excellens Dō-  
minus Clarus. lib. quinto. senten. recepta. S. finali. q.  
73 in princ. & in fine, versiculo dictum est. vbi alios  
Doct. allegant. tu autem teneas in hoc easu contrariū  
sane collusione habita inter inquisitum & indicem  
que præsumitur ex illa spontanea comparitione iun-  
cta cum indebita absolitione. velleui condemnatio-  
ne & etiam omissione tortura ad sciendum complices,  
quia quotiescumque aliquid de sua natura habet  
prodest, si illud fuit affectatum vel procuratum non  
prodest. L. spadonem. S. finali. ff. de excusa. ruto. S. item  
tria. onera. institu. cod. not. Bartol. in l. secunda. S. simi-  
li modo. ff. si quis cautio. Cœpoll. C. auce. 3. & 4. & alij  
quos citat Tho. Ferra. caute 19 iudex maleficiorum.  
Numerico primo, ex quo Ang. in l. si seruus plurium S.  
si quis ante. versicu. sed si ff. de lega. primo. Cœpoll.  
caute. 5. quando quis delinquit. Ferra. d. caute. 19. &  
Boer. in prefata decis. numero decimo in fi. inferunt  
23 t[em]p[or]e quod si quis procurauit vel affectauit inferiorem iu-  
dicem habere mihiorem poenam, talis præuentio  
inconspicua sibi non prodest. vt etiam firmat Cla-

rus in præalleg. quæst. versiculo dictum est. in fine. di-  
cens posse iterum puniri vbi ex parte iudicis qui ini-  
mitem penam imposuit, aliqua fraus siue collusio in-  
tercessit, & ide o Praes prouinciaz in quæstio. propo-  
sa ita iterum de causa cognoscet & iustitiam faciet nō  
obstante cognitione taliter facta per alium Iudicem  
habita tamen aliqua consideratione ad penam exilij  
impositi si ei patuit & quo ad complices torquebit  
inquisitum ne quo ad eos delictum transeat im-  
punitum. contra dispositionem. l. ita vulneratus.  
circa fin. ff. ad legē Aquil. Immo plus dico quod etiā  
si iste talis fuisset debita pena condemnatus tanquam  
de delicto conuictus, & non prouisum super eius tor-  
tura quo ad complices, cum ex processu liqueret del-  
ictum patratum cum socijs, poterit modo præses pro-  
vincie ipsum torquebit solum ad sciendum socios, ne  
ipsi impune pertransiant, & de eorum scelere glorien-  
tut. cum Reipub. intersit delicta puniri. l. licitatio. S.  
quod illicite. ff. de publicia.

24 Secundo quæro t[em]p[or]e ad hanc Ritum quid si pro parte  
citati allegaretur infirmitas suorum. Alber. Alex. &  
Iaf. in l. 2. ff. si quis cautio. dicunt q[ui] sicut excusatur quis  
a contumacia ratione propriæ infirmitatis eodem mo-  
do ratione infirmitatis suorum. idem Boer. in confue.  
Bituri. de iurid. omn. iud. S. 19. Iaf. & alij in l. colum.  
pen. ff. de offic. eius. in l. j. colu. 2. in ius voc. vt eant. &  
in l. de pupillo. S. si quis ipsi prætori. quæst. 9. ff. de no.  
ope. nunciat. mouent onines per tex. in cap. com-  
muni's filius. iuncta Gl. 23. distinct. Sed profecto ille  
tex. si consideretur hoc non die t, sed tantum narrati-  
vè ponit de illo Episcopo qui discessit propter infir-  
mitatem suorum. & ideo Rebuff. in commen. const.  
Franc in tract. de excusat. nume. 31. volum. 3. tenens  
eand. opin. allegat alium & meliorem tex. in l. inter-  
dum. in princip. versic humanum. iuncta Gl. & in si-  
milibus ff. de iudic. qui tex. non loquitur ita generali-  
ter de suis, sed tantum de patre, & filio, ac de viro &  
vxore. dicit tamen postmodum idem Rebuff. ibid. q[ui]  
hodie vix excusaretur quis etiam ob duram valetu-  
dinem aut mortem patris vel matris aut vxoris. quid  
tamen dicendum in hoc Regino: iste Ritus non lo-  
quitur nisi de infirmitate ipsius citati, sed quia posset  
dici quod in casu omisso recurrendū sit ad ius com.  
per l. commodissimè ff. de libe. & posth. dico ne dum  
vt dicit Rebuff. quod vix quis excusaretur, sed quod  
moueretur risus omnium in tribunali astantium si in  
casu vbi citatur quis vt personaliter compareat excu-  
saretur propter infirmitatem predictorum, quia in  
præc. non vtimur talibus excusationibus, immo ob  
fraudes quæ quotidie sunt in excusandis citatis, ma-  
gnacum difficultate admittit excusatio ratione pro  
priæ infirmitatis. Salerni, die 13. Ianuarij in octaua  
Epiphania. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S      C C L X X .



Tem seru at dicta curia, pro  
peti utrio scienter commis-  
sio vel ignoranter, in iu-  
dicio, vel extra iudicium:  
non possit foriudicari de  
æquitate antiquata, potius  
quam de iure:

## S V M M A R I V M .

- 1 Foriudicatio in qui bus delictis locum habeat.
- 2 In criminis periurij, curia ex officio, an procedere  
possit parte non querelante? Cum limitat.

3 Pro

# Domini Prosperi Caraultæ Ebolitani

- 3 Pro iuris iurandi violatione diruuntur domus.
- 4 Crimen per iurum num publicum vel priuatum sit?
- 5 Crimen repetundarum est publicum.

**N**ot. ex hoc Rit. quod pro per iurio tam iudiciali, quam extra, & tam ignoranter, quam scienter commisso, ad sententia foriudicationis procedi non potest de sequitate: licet de iure possit, quia pro per iurio imposta est poena manus per Rit. 17. vbi latius dixi, t & foriudicatio locum habet in omnibus delictis in quibus imponitur pena mortis naturalis, ciuilis, abscissionis membra, aut carceris perpetui. vt dicitur in cap. Regni. siue quis. no. per Affl. in consti. Regni. gran dis utilitas. 3. no. in f. & in consti. poenam eorum. nu. 22. vers. quartodecimo requiritur. Ratio istius sequitur, & Rit. est, quia licet de iure const. Reg. cum iuxta prouidum. & consti. eos qui scienter. & dicti Rit. 17. in per iurio locum habeat poena manus: tamen ut plene dixi in eodem Rit. ex communis obseruantia recessum est ab illa poena: adeo quod quando agitur extraordinariè: exigitur certa pena pecuniaria, & quando ordinariè, nūquam peruenitur ad penam manus nec etiam ad actum sententia, quia per iurus ex multis potest se defendere ut ibi dixi, & cum ex pena im positione iudicetur: quando foriudicatio locum habeat. vt patet ex d. ca. siue quis, visum fuit antiquioribus practicis, & conditoribus istorum Ritu. prouidere quod in per iurio non procedatur ad foriudicationem, quod non. quia seruatur in pract. inconcusse.

¶ Quero in hoc Ritu. nunquid in criminis per iurij potest curia procedere ex officio, nemine querulante? Breuitate attenta poena statuta per dictas consti. Reg. posset ex officio procedi: quia vbi venit imponenda poena mortis naturalis, ciuilis, vel abscissionis membra, potest absque querela partis iudex ex officio inquirere: vt dicitur in cap. Reg. vt delata. sed attenta obseruantia, que in poena per iurij aliter se habet. vt supra dixi, quemadmodum ratione poena a qua recessum est: non proceditur ad foriudicationem eodem modo nec etiam ad inquisitionem: & ita etiam firmat Par. de Pute. in tracta. syndica. in versiculo inquisitione. S. & aduerte. col. 5. numero 3. versic. & in per iurio. vt dicit quod ideo videmus in pract. seruari quod in per iurio proceditur porrecto libello ut etiam dixi supra in d. Rit. 17. in f. & ita seruatur quotidie. Limitat tamen istud Luc. de penn. in l. si vacantia. col. 5. versiculo & ideo videtur melius. C. de bon. vacant. lib. 10. procedere vbiunque in iuramento deductum erat aliquid quod seruari priuatum. sicut si publica, vt ipse ponit exemplum in pace iuramento firmata: t pro cuius violatione diruuntur domus per capitulum primo S. conuenticula. in fine. de pace iuramen. firma. Item in iuramento praefito per officialem publicum, quod postea seruatum non fuit per l. finali. in f. C. ad l. Iul. repetu. vbi casus videtur in terminis, & ratio est secundum eum; quia isto casu crimen ipsum censetur publicum non priuatum. Ego autem licet magna sit authoritas Luc. talem limita. non sequor.

¶ & omissa disputatione, quam ipse facit an crimen per iurij sit publicum, vel priuatum: cum satis possit apparet ex l. finali. iuncta l. prima. ff. de crimi. stellio. dico, quod cum in Regno habeamus expressum in dicto capitulo. vt delatas. quando potest ex officio procedi: & in per iurio non imponatur pena manus: vt supra diximus: nulli dubium esse debet: quod in eo ex officio inquiri non potest, vt Par. concludit & in pract. indistincte in quo iuris per iurio seruari videmus. Nec obstat text. in l. fin. C. ad l. Iul. repetu. qui videtur aliquatenus vrgere: quoniam contrauentio illius iuramenti non remanet in finibus per iurij: sed transit

in delictum legis Iuliz repetundarum: t cuius acer-  
fatio est publica. vt dicit tex. in leg. prima. in S. finali.  
ff. de publ. iudic. quod bene nota. quia quotidie pos-  
terit euenire. (Salerni, die 14. Ianuarij. 1560. Pro-  
sper Caraulta.)

## R I T V S C C L X X I .



Tem seruat ipsa Curia, q  
actor, vel accusator, fecit a  
quæ citari: & in perempto  
rio termino citatus comp  
rimit: & etiā accusator vel acto  
si accusator vel actor i dicti  
peremptorio coram curia dixerit se non  
habere paratum libellum: & habeat al  
quam iustum causam, tunc Curia ipsa di  
terminum arbitrio Curiæ utriusque parti  
reo, vt veniat pro libello: & accusatori  
actori, vt veniat ad dandum: qui termini  
rarò scribitur in actis dictæ Curiæ.

## S V M M A R I V M .

- 1 Actori comparenti, dicentique non habere para-  
tum libellum: dabitur terminus iud. arbitrio.
- 2 Querela scribitur in libro in curia ad hoc deputata.
- 3 Lex aliqua per non rsum non tollitur, sed per ca-  
trarium rsum.

¶ **N**ot. ex hoc Rit. t quod reo citato ad  
stantiam accusatoris, vel actoris, com  
parente in ultimo peremptorio, si actor  
vel accusator compareat: & dicat se non  
habere paratum libellum datur sibi terminus arbitrio  
iudicis ad illum presentandum, & reo ad iterum ve  
niendum pro eo, licet talis terminus rarè scribatur.  
Intellige hunc Rit. loqui in illis casibus in quibus pro  
ceditur super libello: vt est in criminis per iurij: vt di  
xi in Rit. præcedens. & in Rit. 182. & etiam in actione  
in iuriarum: vt dicit Rit. infra. 3. 1. vbi dicam in s. no  
nam cum istis casibus citetur reus responsurus super  
libello contra ipsum porrigo do, per ralem de peri  
cio, vel de iniuria, tunc poterit contingere quod dicit  
ur in hoc Ritu. in alijs autem causis criminalibus, ut  
quibus non seruatur porriger libellos, t fed solum ex  
ponere querelam quæ scribitur in lib. ad hoc in cuius  
deputato, vt alias in hoc opere dixi post Gand. in trad  
malefic. in titulo qualiter fiat accusatio. in principio  
posset euenire quod dicit iste Rit. tanto magis, qua  
to in eis non citatur reus ad respondendum super  
libello: sed ad informandum curiam. & eo compar  
te, sibi non legitur querela: sed examinatur per di  
uersa interrogatoria: donec iudici visum fuerit ope  
tunum examinare, & interrogare, sed adhuc etiam  
dico, quod in casibus, in quibus proceditur porrect  
libello, non video in facto contingere quod hic dic  
tur: quia litigantes sunt adeo diligentes, & solliciti  
quod etiam multoties antequam citetur reus: por  
gitur libellus, & quando non porrexerunt eum in  
ultimo peremptorio tempore coparent cum eo: quæ

domen accideret de facto, & actor opponeret non habere libellum paratum; seruandus esset iste Ritus, & ipse non vñsum, non tollitur: sed per contrarium vñsum, dicit Gl. in S. quibus. & S. pen. inst. in pioem. & Alex. conf. 136. numero 19. volu. 2. Salerni, die 24 Januarij. 1560. Prosper Carauita.

## RITVS CCLXXII.



Tem quod vbi proceditur ex officio curiae ad denunciationem alicuius cum obligatione poenali, maximè in maleficio; curia nunquā componit, nisi prius parte denunciante contenta, & concordata. a

## A D D I T I O.

Concordata circa remissiones partium vide plures rag. sub tit. De composit. quas citauimus infra ad n. 273. C. P.

## S V M M A R I V M.

Denunciatio iudicaria duplex: publica & privata. Et de utriusque effectu, & multa de materia remissionis tam respectu partis offensæ, quam eius consanguineorum, & successorum.

Pars offensæ quandocunque in eius præiudicium non fisci, potest se concordare.

Denunciatio in delictis pœnam merentibus, & non merentibus fieri potest.

Iudex an habita partis remissione absque alio possit inquisitum componere?

Iustitia causa componendi existente, an possit iudex super quolibet delicto componere? Et quæ in compositione requirantur. ibidem.

In delictis non bursa, sed persona deliquit, & pena suos teneat authores.

Officiales Baronum in Regno quam potestatem habeant circa commutationem pœnam, & delicta componenda, & remittenda.

Pœna pecuniaria commutata ex personali num ad Barones ciuilium causarum spectet?

Iudici communis in condemnatoria sententia, an potestatem gratiam faciendi, moderandi vel penam minuendi liceat reseruare? & ibi quid in officialibus Baronum, & Regis.

Iudici in sententia, vel ante compositionem, vel pœna commutationem facere licet: non post.

Commutare pœnam, vel remittere post sententiam, solius principis est: cum dubitat.

Compositio vicem legalis pœna obtinet. & in n. 23. & 24.

Iudex in impositione pœnae, & compositione valde circumstans effe debet.

Delicta impunita non transeant.

Remissio peccati delinquendi audaciam non prebeat.

Parcer in pecuniarijs pœnis mitius quam diu-

tes puniendi.

17 Qualibet pœna personalis etiam minima, maiori quacunque pecuniaria.

18 Vera iustitia compassionem habet.

19 Compositionis summa qualis esse debeat, & cum licentia cuius fieri possit, vide numero 30.

20 Commisum est delictum, & per curiam ex officio processum: pars offensa non querelatur, nec remittit, si tamen remitteretur possit componi: potest ne per aliquod remedium deueniri ad compositionem?

21 Nemo inuitus cogitur agere, vel accusare.

22 Vindicta criminum reipub. debetur.

23 Iudex inquisitum compositum cu principalis offensi remissione. Nunquid ad instantiam alterius possit eum iterum molestare?

24 De eiusdem hominis facto non iterum queri debet.

25 Authoritas iudicis componentis illicitum facit licitum.

26 Transactionis effectus in criminalibus quis.

27 Consanguini quando ciuiliter, vel criminaliter, vel criminaliter tantum, possint accusare, remissive.

28 Perpetrato delicto in persona incognita, qua propter incertum sit unde haberi possit remissio.

Nunquid in tali casu index possit componere?

29 Clausula generalis refertur ad ea ad quæ commode referri potest.

30 Clausula ad impossibilia non obligat.

**N**ota primo ex hoc Rit. quod etiam vbi proceditur ad denunciam, iudex non potest delinquentem componere nisi parte denunciante concordata, aduertere tamen ne erres, quia vt dicit Salyc. in leg. ea quidem. numero 8. verificulo iudicaria. C. de accusat. denunciatio iudicaria est duplex: publica, & privata: prima spectat ad vnumquenque etiam interesse non prætentendum, quæ antiquitus siebat per officiales ad hunc effectum deputatos. vt dicit glos. in dicta leg. ea quidem. & Salyc. ibidem numero decimo. versus primo igitur, & dictum fuit supra in Ritu. 199. in fi. secunda spectat ad illum qui laesus, & offensus fuit, & propterea Ritus noster debet intelligi de denunciante quietiam est pars laesa, sive offensa: non autem de eo, qui nullum interesse prætendit: a quia alias est aburdissimus, & omni ratione careret. Et quod iste Ritu. debeat intelligi de denunciante qui interesse prætendit, tanquam laesus, vel offensus, patet, primo ex eodem met Ritu. qui denunciantem appellat

## A D D I T I O.

2 Prætendit. Adde, quod si in crimine falsa monetæ esset facienda compositio quod minime credendum est utique esset necessaria concordia denunciatoris, ob interesse præmiti, quod sibi debetur ex dispositio ne leg. 2. C. de falsa monetæ per quam legem alias nos obtinuimus in crimine falsæ monetæ admitti denunciatorem, ad faciendum partem in iudicio vt in nostris allegationibus pro Prospéro Cosenza. non obstantibus ritibus 5. 191. 192. & 195. per quas nemo admittit ad accusandum nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. C. P.

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

pellat partem. Secundo patet ex Ritu. seq. qui etiam quando proceditur ad denunciationem: dicit quod curia nunquam componit, nisi prius & ante omnia, pars lesa fuerit i cōcordia denunciantis, ille Rit declarando istum, non nominat amplius denunciantem, sed partem lessam: quod bene nota, quia ista est ipsa veritas, & fateor, quod diu cogitauit super vero intellectu istius Rit. in his verbis. Ite Rit. taliter intellexus, & requirens partis concordiam, antequam fiat compositio: concordat cum Rit. seq. & eum Rit. 275. vbi idem disponitur, & licet alius Ritus infra 274. dicat posse fieri compositionem, etiam vbi non extat remissio partis, dum tamen compositio fiat salvo iure partis: tamen per dictum Ritum. 275. qui est post illum: corrigitur, ut dicam ibi, & dispositio istius firma manet, & ad presens etiam vbique seruator in hoc Regno. Intellige tamen quod dictum est de remissione, non solum quo ad remissionem principalis offensi mortui, verum etiam omnium personarum, quae de iure ad querelandum admitterentur non obstante quod principalis remiserit. alias licet principalis remiserit si adsunt alii qui propriam iniuriam prosequendo possint querelare, cum solius principalis remissione compositio fieri non posset: quia aedet adhuc pars, & ita post hec scripta sacram Regium collaterale consilium declarauit per quasdam litteras Regiae Audientiae principatus citra & Basilicatz in causa Ascanij Capocrassi de Salerno inquisiti de homicidio, cum peteret se componi, quia principalis remiserat, cum tamē eius soror querelasset: scribens insuper sacram collaterale consilium, quod ipsa Regia Audientia nedum in illa causa, verum etiam in omnibus alijs in futurum non faciat compositiones solum cum remissione principalis: verum etiam omnium remanentium, & qui quarelare possunt quas literas inuenies nouiter insertas inter Regias prag. in titu. de compo. prag. 6. Qualiter tamen intelligatur d. prag. requiring remissiones omnium remanentium post morem principalis offensi, vide prag. 8. codem titulo. vbi quod remissio requiritur ab omnibus illis tantum qui sunt in eodem gradu, & ad quos successio defertur. Et quod remissio habita, a vulnerato etiā de morte, eo mortuo non sufficiat de consuetudine, licet aliud sit de iure, vide Excellentem D. Clarum lib. 5. sent. recepta. S. fin. quest. 8. versic. quarto pone. Et ex hoc Ri. cum similibus, sequitur quod curia quae non potest se concordare ante partem offensam, dete<sup>2</sup> moris conditionis est: quam partes. tque possunt quā docunque in earum praeiudicium tantum, & non sīci, iniuriam eis factam remittere, & se con cordare, vt dicit glof. in l. 2. ff. ad Sillan. Barto. in l. prima. S. vi. que adeo. ff. de iniurijs. in confi. 175. domino potestati. in l. si tibi. vbi etiam Alexand. & Ias. ff. de paet. & in leg. si vnuis S. pacta. quae turpem. ff. eod. titu. Corse. in suis singu. in versic. poen. & Boer in consuetu. Bitturi. titu. des constumes. S. 16. in glof. fin. Ratio istius diuersitatis esse potest: quia quando curia delicta componeret parte non concordata, licet diceret salvo iure partis, tamen semper ius eius esset debilius, quia officiales non ita procederent diligenter, & rigorose sicut quando curia non est concordata, quae quidem ratio non militat in casu cōtrario, vt clarum est. Limita hunc Ritum, ex similibus procedere quo tiefcunque compositio fieret super delicto principali, secus si super aliquo incidenti: puta contrauentione mandari, aut fideiussionis, vbi ad partem nihil attinget, quoniam tunc iudex potest super eo componere, licet pars non sit concordata super causa principali.

¶ Quero primo, quid volunt dum dicant maximē in maleficio? Breuiter ego dico, quod pro eorum intellectu laborani multis horis, tandem credor quod cum denunciatio fieri possit, & debeturne dum de

lictis, quae penam merentur, verum etiam de his quae penam non merentur. vt dicit Salyc. in dicta l. ea quae dem. nume. 13. versicu. quarto quero. vbi ponit exemplum in marito occidente adulterum. per l. Gracchus C. de adult. & de occidente bannitum. per leg. secundā. C. de deserto. & occul. libro. 12. ista verba debent coniungi cum precedentibus, qua dicunt cum obligatione penalii. vt Iep̄sus Rit. sit dicere, quod obligatio penalii quae requiritur a denunciantibus iuxta ea quae diximus supra in Rit. 199. in 1 nota debet fieri maximē in maleficio, id est quando denunciantur crimen quod est punibile cogitabis tamen.

¶ Secundo quero in hoc Rit. nunquid habita pars remissione, poterit absque alio iudex inquisitum compонere? Breuiter dicas quod non, sed requiritur et aliud, & secundo, quod ad sit iusta causa componendi: vt dicit Luc. de pen. in leg. j. colum. 10. versicu. econtra. C. de deserto. libr. 12. vbi multas causas emerat, & idem Par. ibi in tracta. syndi. in versic. compositio. ia princip. Hipp. cons. 24. nume. 37. cons. 30. nume. 20. & cons. 39. nume. 59. vbi ponit minorem. etatem. Afflīct. decis. 287. & Hipp. sing. 454. vbi ponit antiquitatem delicti. Tertio requiritur, quod causa de quo inquisitus componitur, sit talis, quod valde iudex super eo componere. Et licet de iure communi eo ipso quod exrat iusta causa componendi, potest iudex regulariter super quolibet delicto componere vt dicunt Luc. & Par. in loc. præalleg. & Afflīct. in titulo quo sint rega. S. poenarum. numero 21. tamen in Hoc Regno secus est: & distinguitur inter officiales Regis, & Baronum. Primi namque officiales non possunt componere, seu commutare poenas delictorum pro quibus poena mortis naturalis vel mutilationis membris infligenda veniret, sed quando ex aliquibus causis id eis videretur agendum, tenentur prius Illustrissimum Proregem Regni, & eius collaterale consilium consulere: a quibus obtinent postmodum licentiam per literas eorum manibus firmatas, quae inquisitum condemnent ad remigandum, vel componant, vt dicitur in Regia pragm. secunda. Cap. Quinti Imperatoris. incipiente. & ne sperata. in de compositio. quam nuper confirmauit in suis uissimis Pragma. Illustrissimus Dux de Alcala huius Regni Prorex in reformationibus Magna Curia, sub titu. de offic. magistri iuitit. prag. 11. & ante dictam pragm. statutum etiam fuerat per Regem Ferdinandum primum per aliam ordinationem, quae ibidem etiam renouata, & nouiter impressa est, & incipit ē quia, per quas prag. corrigitur capit. Reg. ne quis. vbi strictius ordinabatur quod vbi quis veniret personarum plebētus, non posset inquisitus ad compositionem admitti: sicuti etiam in Francia ordinauit (magis stricte) Carolus Quintus Francorum Rex. iudices Regni in quibuscumque delictis neminem recipierent ad compositionem ut refert Guliel. Beddi. in q. an licet occidere peccatores. nume. 27. potest repet. cap. Raynatius. Ratio predictarum prag. & ordinationum est, vt dicit Guliel. ibid. tque in delictis non deliquerit bursa, sed persona quae puniri debet, vt poena suos teneat autores iuxta l. sanctius. C. de poenis. Alias penas aliorum delictorum nec etiam possent in Regno componere, nisi in eorum commissionibus concessae essent eidem quatuor literarum arbitrii inserta inter capitula Reg. & præsertim illa, quae incipit exercere volentes: vbi de hoc late disponitur. vt etiam scribit Afflīct. in d. tit. quae sint rega. S. poenarum. num. 23. & Par. in d. vers. compositio. num. 6. dicens insuper ibid. in vers. & aduerte, quod ideo in omnibus commissionibus officialium specialiter conceduntur illa quatuor literarum: quia cum fuerint arbitrii, mortuo illo Rege qui eas concessit, fuerint extintae, & amplius non durant sive alia capitula Reg. quae sunt perpetua. Secundi vero officiales Baro nulli,

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 152

qui eorum Baroness habent in specie in priuile-  
giis concessas quatuor literas arbitriarias & (quod  
bus) potestate commutandi poenas personales, &  
quacunque delicta componendi, ac etiam remitten-  
ti totum, vel in partem satisfacto prius parti læ-  
si, ut communis forma priuilegiorum se haber, pos-  
sunt indistincte omnes causas, & casus componere,  
penas quacunque personales in pecuniarias, vel  
las commutare: vt omnibus est satis notum: dum  
modo habeat ab ipsis Baronibus in commissis poten-  
tiam faciendis sed an tunc pena pecunaria  
quæ haberur ex pena personali commutata, spectet  
Baronem causarum ciuilium? vide Capic. decisi.  
& Joan. Ant. de Nigr. in ca. Reg. ad peruersorum.  
am. 21. Aduerte tamen quod licet Barones talem ha-  
bit potestatem: tamen semper debent cum causa  
ca vti iuxta secundum requisitum per me supra  
positum: quia dictæ Regia prag. eiusdem Caroli Quin-  
ti Imperatoris quæ incipit mandamus prag. 6. in tenu.  
de Baronibus, quod Barones taliter hac potestate vtā  
ur: quod non cogatur pro iustitia cultu, pro eorum  
abusu debite prouidere sed profecto (vt vera narrem)  
opus esset iam opportunum, quod Regia maie-  
stas desuper prouideret, quoniam Barones hodierni,  
splutum, omnia delicta commutant in pecuniam  
pecuniarum ob eorum auaritiam: & aliqui etiam in-  
dulgent absque aliqua pena: quia forte delinquentes  
aut eorum domestici, aut famuli, vel tralium consan-  
guinei, de quo in specie contra Barones, valde doler-  
sunt. in d. quæst. numero 28. t Immo aliqui eorum  
officiales (quod vilius est) vt Guliel inquit, proferunt  
sententias condemnatorias, & in fine reservant sibi  
ipsa, vel eorum Baronii potestatem faciendi gratiam  
vel moderandi, aut minuendi penam quod fieri non  
potest secundum eum post Baldum. in l. prima. C. de  
statu. & in auth. interdicimus. C. de episc. & cler.  
quod verum credo: nisi in eorum priuilegijs dicere  
quod possint penas commutare in totum, vel in  
partem, tam ante sententiam, quam post, vt vidi ego  
in multis privilegijs Baronum. Hodie vero in hoc Re-  
gno etiam quod Barones habeant in priuilegijs talē  
potestatem commutandi poenas tam ante sententia-  
m post, prohibitum est eorum officialibus & e-  
orum Regis tales reservationes ponere in suis sente-  
ntijs. vt patet in vigesima prima pragma. incipien. per  
Baron. in tenu. de Baronibus.

t Quare requiritur, quod iudex qui vult compo-  
nere, vel penam commutare ante sententiam, vel in  
la sententia hoc faciat: quia post sententiam, vt  
non potest, vt dicit Glossa. per illum textum. in  
scip. in verbo facti. ff. ad Turpil. & in l. ordine. in  
scip. cum facti. ff. ad municipa. Iser. qui etiam illos  
allegat in capitulo primo, in versiculo & bona  
compositione. numero 75. quæ sint regal. Luc. de  
& Par. in locis præallega. & in S. an facta com-  
positione. numero quarto, versiculo nam alij iudi-  
cald. in lege secunda. numero quinto. C. de sen-  
tentijs breuij recita. & Afflct. in constitutio. Regni  
Baronum. 4. vota. numero 4 t'commutare enim  
sententiam post sententiam, vel remittere, ad Regem so-  
n spectat vt dicit tex. in l. relegati. in fi ff. de pen. in  
l. prima. S. finali. in fi. ff. de quæst. & leg. j. C. de legi.  
& Afflct. in locis proxime circa. & idem Afflct.  
ff. scip. quæ sint rega. S. poenarum. numero 30. li-  
ta tamen istud requisitum non procedere in Baro-  
nibus, qui ex forma suorum priuilegiorum potestate  
componendi, commutandi, & remittendi habent tā  
sententiam quam post: vt paulo ante diximus:  
nam possunt parte tamen concordata, quando-  
unque componere, commutare, & indulgere eorum  
vulnus: prout quotidie videmus facere, & per supre-  
matorialia approbari. sed vt vera dicam, nonnulli  
Baroni taliter in hac parte se habent: quod nedum

tali potestate mererentur exi, sed etiam tota jurisdi-  
ctione priuari: cum homicidas fere omnes, alijsque  
grauioribus criminibus inquisitos nullo, aut modico  
dato concordent. immo qui in maioribus criminibus  
scelestas manus immiserunt: hi sunt qui Baronibus  
istis favorabiliores existunt & (quod pesus est) quoru  
opera ad proprias vindictas vindicandas spissime  
vtuntur: & postmodum receptant, fouent, & alunt.  
Quintum requisitum ponitur infra in Ritu. 276. vbi  
te remitto. t Sextum requisitum est quod cum istæ  
compositiones succedant in locum penæ legalis: &  
eius vicem. obtrinat. vt dicit Luc. de pen. in d. l. j. co-  
lum. 11 versic. ergo & componere & Par. in d. versic.  
compositio. S. an facta. nume. 5. versiculo nam pena.  
arg. l. ff. donat. S. j. cum similib. quæ Gl. ibid. allegat.  
ff. de donat. inter virum & vxorem. t quemadmodū  
iudex in grauioribus delictis, grauiores penas impo-  
nit: & in leuioribus leuiores iuxta. leg. respiciendum  
ff. de pen. attenta insuper qualitate personæ, loci, tē-  
poris, & eventus. vt dicit text. in l. aut facta. in princ.  
ff. de pen. & l. ff. ff. de iniur. eodem modo in composi-  
tionibus tenetur aduertere ad prædicta: t ita quod ta  
liter componat, quod delictum impunitum non tran-  
seat contra. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. t & remissio  
peccati non præbeat audaciam delinquendi, quod  
iustitia abhorret vt in capitulo exigunt. 1. q. 3. vt etiā  
dicit Luca. de pen. in d. l. j. colum. 12. versiculo secun-  
do ad pleniorum. & Par. in dicto versiculo composi-  
tio. S. quæro. item quod taliter componat quod pau-  
peres, & impotentes nimis non grauenf. t quia paupe-  
res in penis pecuniarijs mitius puniuntur, quam no-  
biles, seu ditiores. l. properadum. S. sin autem vtrin-  
que. vbi Bar. & alij. C. de iud. Glo. in cap. j. S. si quis  
vero ausu. in vers. centu de pac. iura firma. Cy. Alber.  
& Bald. in l. nemo. C. de summa Trinit. Barto. in l. illi-  
citas. S. de offic. præsid. & in l. prima. S. finali. ff. de  
pen. vbi dicit quod illa regula quæ se habet quod  
quælibet pena personalis etiam minima, est maior  
quacunque pena pecunaria per l. in seruorum ff. de  
pen. non habet locum in personis vilibus, & pauperi-  
bus vt etiam scribit Tiraquell. in tract. nobilit. cap. 20.  
numero 125. secundo intellige. & numero 127. cete-  
rum. miscendo semper lenitatem cum saueritate: &  
faciendo ex vtroque temperamentum. vt dicit text.  
in capitulo disciplina. & capitulo omnis. 45. distinct.  
18 tnam, & vera iustitia compunctionem habet. vt dicit  
tex. in capitu. vera. eadem distinct. alias qui nimium  
emungit elicit sanguinem. vt dicitur in capitulo nisi.  
S. proper malitiam. in fi. iuncta Gl. extra de renun-  
ciat. t Et in summa, talem summam compositionis  
nomine recipiat, quod pro pena statuta, Deo seu iu-  
stitia videatur verisimiliter accepta vt dicit tex. iuncta  
Gl in cap. de vot. & Lucas de pen. in d. l. j. col. 10.  
versic. talis ergo.  
20 t Tertio quero, pone quod commissum est delictu  
super quo ex officio per curiæ processum est, & pars  
offensa non querelat nec aliquid dieit: sed nec etiam  
remittit. catus tamē est talis quod si remissio adesseret:  
posset iudex ad compositionem admittere: quonquid  
poterit aliqua via prouideri quod non obstante defe-  
ctu remissionis, possit curia inquisitum componere.  
Luc. de pen. in d. l. j. q. 4. versic. hoc autem col. 18. C.  
de deserto. & Par. in d. versiculo compositio. S. an si  
compositio. mouent istam q. & dicunt quod sic, quā-  
do iudex facit requisitionem partibus quod infra cer-  
tum terminum compareant ad accusandum si accu-  
fare intendunt. quæ facta, ac nemine comparente, po-  
terit postmodum inquisitum componere, & partes  
non admittentur vterius ad accusandum. arg. c. la-  
tor. iuncta Gl. qui fil. sine legit. cap. ex tuarum. iuncta  
Glos. fin. de purgat. cano. capitulo cum in tua. iuncta  
gl. cap. repellendus. qui matrimo. accus. pos. & leg. si  
maritus. la. S. si negauerint. ff. de adul. vbi gl. dicit,  
quod

# Domini Prosperi Caraultæ Ebolitani

quod si maritus requisitus noluerit accusare: & lis post modum ab alio cepta est: non potest amplius maritus admitti: quasi velint ex hoc dicere Luc. & Par. quod si lite post modum ab alio cepta, qui noluit accusare, amplius non admittitur, multominus in hoc casu licet fieri a iudice per compositionem. Ego autem licet magna sit authoritas Luc. & Par. arbitror parte non remittente, nullo modo posse iudicem inquisitum componere, cautelamq; per eos positam nihil penitus valere † per iuris regulam, quæ se habet quod nemo iniuritus cogitur agere, vel accusare. l.j.C. vt nemo iniuritus. Et si dicatur quod regula. d.l.j.C. vt nemo iniuritus limitatur vbi cunque præcedit diffamatio per l. diffamari. C. de inge. manu. & propterea q; cum iste reperiatur de ermine diffamatus, & inquisitus, possit iudex partibus certum terminum prægere iuxta eandem l. diffamari prout viderit inter dentes sentire Luca ibidem: respondetur quod tex. d. l. diffamari. non habet locum contra tacentem, sed solum cōtra dicta diffamatum. vt dicit pulchre Cagnol. ibi. in versicu. quinta difficultas. num. 14. idque adeo verum est secundum eum & Rom conf. 53. in prin. & ver. item quod si vnuis est qui diffamat: ratione istius diffamatio non debet præfigi terminus quibuscumque prætentibus actionem, sed solum diffamantiae alias sequatur, quod qui filiet: cogatur agere. contra d.l.j. confirmatur: quia si eorum op. procederet: sequeretur q; offensa facta alicui pauperi quia postea ob eius paupertatem non posset accusare, suamque vindictam proseguiri, possit iudex delinquentem componere, pauperi offenso, & læso, pro suo interesse non satisfacto: quod quidem satis esset impium, & iniuriam: † quia & si vindicta criminū reipublice debeatur. l. si a reo. cum concor. ff. de fidei iusto. tamen debetur etiam & principalius priuato offenso. vt dicit tex. in l. si quondam. in fi. C. de adulter. l. finali. in fi. ff. ad Turpil. & l. licet. in princ. & S. j. ff. de procur. Iser. in. tit. quæ sint regal. in versic. & bona committentium. num. 75. & idem Luc. de pen. in d.l.j. quæst. 4. circa 20 princ. colu. 17. Tertio confirmatur quia Ritus noster priusquam iudex inquisitum componat, preambulā remissionem partis requirit: dicens, quod alias curia nunquam componit, ex quo Rit. sequitur quod licet offensus non accusat, nec aliquid dicat: ramen eius remissio non adest, & si absque eius remissione componeretur, nec iuri suo esset satisfactum, nec etiam Ritu nostro requirenti in compositionibus remissionem partis cum illa dictione, nisi, quæ videtur eam requirere pro forma, per ea quæ diximus supra in R. 189. quæstio. 2. & R. 25. 1. q. 2. Non obstat tex. in cap. lator. iuncta Gl. quæ Luc. pro se allegabat: quia ideo ibi dabatur certus terminus, post que postea ille non admittebatur: quia præcedebat diffamatio de illegitimate, & Gl. ibi allegat tex. in d.l. diffamari. non obstat gl. in capit. ex tuarū. quia similiter debet intelligi quando terminus datus erat præcedente diffamatione, cum essent incerti diffamantes: quod patet, quia ibi de purgatione can. tractatur. Non obstat tex. in ca. cum in tua. quoniam ibi non statuebatur certus terminus ad accusandum pro prosecutione propriæ vindictæ: cū fieri non possit per d.l.j.C. vt nemo iniutus: sed ad accusandum impedimenta matrimonij contrahendi iuxta consuetudinem ecclesiæ. vt tex. ibi dicit in princ. quæ quidem satis differt a prima accusatione: vt clarum est. Ultimo non obstat tex. in l. si maritus. S. si negauerint. quoniam vt Bart. ibi dicit in princ. versic. quid ergo. verus intellectus illius tex. est. quod ibi proposita fuerat accusatio per maritū: & postmodum distulerat accusare requisitus, & ideo vtterius non admittitur: quia videtur destituisse. vt dicit tex. ad literam. in l. qui destiterit. ff. ad Turp. in tantū q; ita intellectus non obstat in aliquo q; nostræ in qua presupponimus q; partes nunquam accusauerint. quod bene no

ta. quia poterit quotidie evenire, cū maximè operariatur multi iudices qui nimium anhelant ad compositiones: vt ego noui, & vidi multis. & vide quæ dixi supra in R. 202. vers. quæro iuxta præfata. num. 7.

23 ¶ Quarto quæro pone quod iudex componit inquit, sicut cum remissioe principalis offensi, vel eius ad quem principaliter spectat vindicta: nunquid instantiam aliorum quietiam ad accusandum adiunguntur, tanquam suam iniuriam prosequentes, vt sumus supra in Rit. 191. q. 5. poterit iterum de eodem molestari? Luc. de pen. in d.l.j.q. 4. col. 17. C. de def. & Par. in d. ver. compositione S. an si compositione avertit istam q. & plene examinant: & tandem credunt, quod sic: isti qui secundo loco accusant, sumi prosequuntur iniuriam: & docent se ignorasse quod factum fuit, vel si sciuerunt, docent per collusioe actum esse: mouentur per tex. in l. 3. S. si tamen iuncta gl. in vers. amplius. ff. de liber. hom. exhi. l. 3. in p. ff. de prævaric. l. eum. S. in popularib. ff. de iur. m. & l. is cui. S. ijsdem. ff. de accus. & pro eis faciunt nota. per Alex. cons. 11. num. 7. vers. circa quintu. 1. Rom. pulchre cons. 2. 13. præsupposito. & Marant. in pract. parte 6. in versic. inquisitio. num. 5. 4. vers. mita tertio. vbi dicta iura allegant. alias his cessionibus, tenent contrarium & compositionem factam tractari non posse quia cum solutum nomine compositionis succedit in locum penæ legalis. le. si eum qui iniuriarum. ff. si quis cautio. vt etiam diximus

24 pra q. 2. in requisito. tde eiusdem hominis facto ita queri non debet. l. licet. ff. naut. Caupo. stabu. cū aliis quam pluribus simil. quæ ijdem allegant: quid dicendum? breuiter licet eorū authoritas sit adeo magna Regno, quod videatur os ponere in celum quæ si fos reprehenderet: nihilominus, ego teneo indicare quod talis compotus, vtterius molestari non test per iura supra allegata per eos, quæ dicunt eis de eiusdem hominis admissio sepius queri non debet, non obstant iura primo loco adducta, per quæ ipse cerunt distinctio. predictam, quoniam si bene adiunguntur: loquuntur quando reus fuit de crimine adulterio, & eo casu allegant etiam per Alex. Rom. Marant. in locis præalleg. quo casu bene procedunt. distinctio. facta per iuris consultos in dictis iuribus, vero loquimur quando reus punitus fuit per compositionem, cum proximè dictum fuerit quod compositione succedit in locum penæ legalis, & quando se meliam punitus est: distinctio dictarum legum non habet locum, sed dispositio tex. in l. sepulchri. secunda. vbi etiam nota. Bartol. in princip. & Albert. ff. de sepulc. viola. etiam si minus sufficienter puniatur: vt lare, & pulchre scribit Boer. deciso. in numero sexto cum sequent. volum. secundo prærea (pro intellectu dictorum iurium) dici etiam test, quod (vttra quod loquuntur in reo absoluto) procedunt reo absoluto in accusatione facta alium quam per principalem offensum, vel eum quem principaliter vindicta spectaret: vt patet Rom. in d. consilio. versi in quo breuiter dicendus ita expressim. intelligit, non autem quando factus est per offensum proprium, vel eum ad quem me tuo offensio, principaliter vindicta spectaret, quoniam tunc cum collusio aliqua presumi veritatem non possit, sed vera absoluti iustitia, secus fore esset: & dicta iura locum non haberent, & ideo istam q. allegari non possent. Confirmatur op. ut quia Rit. iste in compositionibus faciendis, non aliquid requirit, quam partis offensæ remissionem, & ita semper quod iudex componit habita remissione principalis offensi, vel eius ad quem principaliter spectat pertinet, huic Ritu satisfacit, & compositione facta vtterius retractari non potest per prædictum. \* & per d. prag. 8. in titu. de compositione. † & etiā 25 authoritas iudicis qui componit, etiam illicitum

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 153

et scitum. I. ferri. S. qui ius fu. ff. de his qui no. infam. & eleganter. S. si q. post eum ibi nota. ff. de condic. debet. ne alias autoritate ipsius, homines circumue- ntar, quod esse non debet. I. secunda. C. de his qui in ita. & I. qui testamento, in f. ff. de excu. tut. cū dīs quæ idem Luca. & Par. ibid. allegat. Intellige ta- tis predicta quoiescunq; isti qui vellent postmo- tam accusare, vellent id agere cum eodem processu instantia. quia ut dicit Bar. nota. in I. transfigere nu. C. de transact. quem sequitur ibi Alexand. colum. Abb. in c. j. col. fin. de collu. detegen. & Maran. in iact. parte 6. in versic. inquisitio. num. 55. ver. limita. parto, & trāfactionis effectus is est in criminalibus, super veteri processu, neque index, neque alij pos- senviterius procedere, secus si nouam accusationē summq; processum vellent instruere, quoniam tūc admittentur cum ex his quæ diximus in d. R. i. 191. s. quilibet quis uam inturiam prosequitur, ad accu- andam per ilum Ritum admittitur nō obstante prin- capali remissione. illud vero quod seruatur i pract. quod facta compositione cum remissione principi- alis offendit vel eius ad quem principaliter isti que- diadipertinet, neque ex eodē neque ex nouo pro- tractatur amplius de causa, parea quæ proximā per me dicta fuerunt. quæ bene nota quia quoti- diana in pract. An tamen, & quando isti consan- tiani possint accusare criminaliter, & civiliter, vel criminaliter tantum. vide Bart. in I. lex Cornelii. ff. de iur. & late Maran. in loco præalleg. num. 6a. versic. Similia tamen cum num. seq.

34. Quinto quarto pone quod delictum pro quo in- quisitus vult se compонere, fuit commissum in pso- nam aliquis homini incogniti pp quod non est cer- tum a quo sit habenda remissio: nunquid index pote- rit in hoc casu componere? Rit. iste facit quod non, claus dicit, q. curia nunquam componit, nisi pars la- sa & concordata: ut etiam dicit Rit. sequens. Barto. Vero in confil. 167. quod minister fratum, quem re- terit, & sequitur Apostil. ad Angel. in tracta. malefi. in versic. & ad querelam. num. 11. in litera c. videtur di- vere contrarium: quia clausula de obtinenda remis- sione partis, intelligitur, quando est certa, non autē quando ignoratur a quo sit petenda. ratio est secun- dum eas, t. quia clausula generalis refertur ad ea, quæ commode referri potest. I. S. ceterum, iuncta glōff in versic. ex superioribus. ff. de postula. Quid di- ceandū regoreno quod index etiam hoc casu non potest componere: quia pars la sa non est concordata: indicit iste Rit. sed debet hoc modo se habere, quod index est in pbatia: ita q. possit deuenire ad sen- tientiam poenæ ordinariæ, vel extraordinariæ, etiam unaniq; & tunc debet condemnare, aut non, & debet absoluere, vel liberare cum cautione de- presentando quoies fuerit requisitus iuxta practi- cōff. Bald. & Salyce. in I. si qui. nu. 6. C. de adulter. quia etiam dixi supra in Rit. 248. q. 3. & ita facien- dum causam de iustitia expediat: parum eget re- quisitione partis. Non obstat consilium Bart. in contra- allegatum: quia Bart. non dicit, quod vbi adest offensa: si tamen est incerta, non sit petenda re- misio, sed solum quando non reperitur offensus: q. a. si homo offenditur, vt ponit exemplum in blasphemante. Vnum tamen fateor, quod si causa esset quod in ea multa concurrent: propter quæ iudex etiā inquisitum componere, & esset quasi certum, si unquā pars superuenient, possit iudex hoc casu, tare Ritum. 274. & inquisitum componere pro p- ca curia, & pro interesse partis recipere cautionem & dādo iuri cum parte quandocq; superuenient, vidi fieri multoties, t. quia clausula istius Rit. de medietate remissione partis, non debet obligare ad im- positiu. iuxta I. impossibilium cum simi. ff. de regul. Ita tamen nos obstante consule iudicibus, vt calē-

compositionem non faciant absque licentia Domini. Prorégis ut supra dixi. in secunda quæstione, versic. tertio requiritur, quem arbitror nunquam talem licētiā in concessum etiam præsupposito casu præfato vt patet ex d. pragma. 2. de compositio. quid autē ser- uetur isto casu in statu Mediolanensi, vide per Excel- lentem Do. Claram. libr. 5. sentent. recep. S. finali. q. 58. versic. led quid si nullus. Possem in hoc Ritu, ad materiam compositionum alias quam plures q. pone re. sed quia Luc. de penn. & Par. in locis præallegat. ad saturitatem loquuntur ad eorū dicta te remitto. Salerni, die 15. Ianuarij. 1560 Prosper Carauta.

R I T V S C C L X X I I I .



Tem quod dictus locum te- nens non debeat neq; pos- sit aliquem pro quo cunq; delicto componere, vel ali quem ad compositionem admittere, siue procedatur per ipsam curiam ad denunciationem, siue ad accusationem partis, siue etiam ex officio ipsius curiæ: nisi prius, & ante omnia, pars la sa fuerit concordata, & tunc com- positio ipsa fiat præsentibus iudicibus, acto b rum magistro, & ærario ipsius curiæ. b Ve- rum in casu quo propter absentiam prædi- torum a civitate Neapolis non posset hoc facere: & si propter dictam absentiam hu- iusmodi compositionem facere contige- rit, subito teneantur, & debeant reuelare eisdem officialibus: & poni facere in quin- terno prouetuum dictæ Curiae, & quod lo- cūtenens ipse in his recipiat, nisi prout con- suerum est, in ipsa curia, & antiquitus ob- seruatum:

## A D D I T I O N E S .

a. Concordata. Adde quo ad cōpositiones delinquē- tium. q. non fiant nisi parte concordata, plures prag. sub rit. de compositionibus videlicet prag. 2. & ne- sperata. &c. prag. 4. per quam statuitur, esse haben- dam remissionem omnium qui admittuntur ad quæ relandum prag. vij. qua præcipitur non sufficere re- missionem principalis morientis prag. 7. qua caue- tur remissiones fieri debere in iudicio coram iudici- bus & in magna curia hodie recipiunt per actuarios cauilarū prag. 8. Neli anni passati, qua declaratur re- missionem esse necessariam proximiori qui admittuntur ad successionem, & quod requiratur remis- sio omnium & quod non sufficiat, remissio maioris partis vide et ad rem Affl. decisi. 287. & Ioan. Ant. de nigris in c. Regni ad peruersorum. nu. 252. C. P.

b. Curia. Adde ultra dicta in precedentibus addit quod remissio debet recipi et adnotari nō per scribam sed per actuariū ordinariū, qui interrogare debeat partem remittentem, qua causa facit remissionem, & timore precio, vel amore, & si habuit vel sibi pro- missum fuit aliiquid pro dicta remissione, ex disposi- tione Regis prag. & ne ex multitudine nu. 29. S. item quod nemo cū S. sequen. sub tit. de offic. iusticiar. seu magni. Cur. vicar. C. P.

S V M M A R I V C M .

- Index in partis la sa præiudicium delicta compone- re minime potest.
- Nec princeps idem facere potest. ibid. nisi de abso- luta potestate.

# Domini Prosperi Carauitæ Ebolitani

3. *Absum non censetur ex absolute potestate, nisi expreßum fuerit.*  
 4. *Institutiones Regie audiencie pro compositionibus faciendis.*  
 5. *Fieri non potest compositione sine partis remissione,*  
 6. *Baro an possit reuocare compositionem non legitime factam per suum officialem, & etiam per seipsum.*

**P**rinципium istius Ritu. tractavi supra in... Ritu. præceden. in principio. & per totum: ideo ad ibi dicta te remitto. ¶ Nota primo ibi non debet, neque possit, quod index in præjudicium partis lassæ non potest delicta cōponere, & idem Innoc. in cap. Odoardus, in fi. de solutio. pro quo facit text. in authen. de quæsto. S. si vero aliqui, & in authen. de administra. S. si quis autem, & capitulo pessima. 43. q. 8. vbi quod primum debet 2. Iæsis satisficeri, & postmodum delinquens puniri. ¶ Et addo quo nedum iudex, sed nec etiam princeps potest in præjudicium partis offensæ delicta indulgere: vt latè scribit Luc. de Pen. in l. 1. q. 5. C. de deserto. Iser. in titu. quæ sunt rega. in verific. & bona committentiū numero 73. Glos. & Bald. in leg. venia. C. de in ius vo ca. vbi etiam Angel. & Iason. Angel. in le. si docueris. C. ad le. Cornel. de falsi. Afflict. is. consti. Reg. mulier quæ dotarium. 10. nota. numero 25. Abb. consti. 6. in 2, dubio volu. 2. Fely. in cap. j. nume. 4. verificulo secundando declara. de probatio. Afflict. in titulo quæ sunt rega. S. penarum. numero 32. Casla. in confue. Burgu. titu. des instices. §. 5. numero 163. & consilio 27. nisi ex absoluta potestate hoc faceret ex causa, vt plene scribit Gramma. consti. 3. 4. vbi quod non censetur actum ex hac potestate, nisi expresse dictum fuerit: vt etiam refert Carre. in prag. S. circa. numero 373. versi. item non valeat, aut concessio aliter non valeret vt scribit Ioan. de San. Iulia. inter consilia Bru. consti. 3. num. 18. ¶ Secundo not. ibi & tunc, quod locutu[m]en[s]s, siue Regens Magne Curia, quando facit compositiones, debet eas facere in præsentia iudicium, actuariorum, & Aerarii, seu perceptoris prouentuum ipsius Magnæ Curia. Et insuper cum interuentu Aduocati fiscalis, vt nouiter prouisum est per nouissimas pragma. editas per Illustrissimum Ducem de Alcala huius Regni Viceregem in reformationibus Magnæ Curie sub titulo de offic. magis. iusti. pragm. 11. S. in primis & postmodum duplicatur in pragm. 30. S. item volumus. & S. in primis. immo cum voto aduocati fiscalis, vt patet in pragm. 5. S. & piu perche. in fi. & ante dictas pragm. cum male seruaret iste Ritus in Regia Audiencia principatus citra, & Basilicata, quia compositiones siebant per gubernatores prouinciarum solum, vel per vnum ex auditoribus in domo, per Regium collaterale consilium instantे Dominio Ioanne Nicolao Carauita fratre meo, in ipsa Audiencia fisci patrono, inter alias instructiones ordinatas ipsi Regia Audiencia fuit expeditem capitulo tenoris sequentis videlicet. ¶ Item quod gubernator, & auditores qui pro tempore fuerint in dictis prouincijs, in compositionibus quas faciunt aliquarum poenarum: seruare habeant tenorem Regiae nouelle pragm. quod poenæ corporales nullatenus commutentur, & in casibus in quibus ipsi Regiae Audiencia permisum est: facere debeant compositiones in audiencia, & banca cum præsencia, & interuenitu aduocati fiscalis, & in præsencia magistri Cameræ, actuariorum, & aliter factæ sint ipso iure, ipsoque facto nullæ, & inualidæ. quod capitulum inuenies insertum inter pragm. 6. quæ in cipit per bona. S. ite & gubern. de offic. iustitia. Et nota. bene dictam nouissimam pragm. in d. S. & piu. & cum requiratur votu aduocati fiscalis in compositionibus aliter non valent,

ipso reluctante fieri non possunt. ¶ Tertio not. ex hoc Rit. & compositiones postquam facte sunt: scribi debent in libro prouentuum ipsius curia; luppleri, in Magna Curia per perceptorem ipsius, qui facit, & tenet hunc librum, vt nouiter etiam prouisum est in dictis pra. in reformationibus Magnæ Curie in tit. de offi. magistri. iusti. prag. 11. S. ite vogliamo el 6. qui idem ad literam. Et in Regis Audiencie peractuari, qui talet librum faciunt, & conseruant. Vnum item aduerte: quod licet in dd. SS. item vogliamo ordinetur quod scripta compositione in libro prouentuum Magnæ Curie qui fit per perceptorem, inde post compositione, ponantur manus Regens iudicium, & aduocati fisci, tamen in audiencie prouinciarum non seruatur: quia compositiones omnes sicut per decreta quæ firmatur per manus officiales, postmodum annoferunt per actuarium in libro prouentum. ¶ Quero in hoc Rit. h[ic] dicitur q[uod] iudex non potest neque debet inquisitum componere, parte non contenta: quid si fiat compositione sine remissione partis. Par. de puto, in tracta. Lynd. in verific. compositione prin. nem. 7. dicit quod est nulla, & quod poterit si superior qui in causa habeat procedere. arguit fin. ff. ad Turpilla. l. adoptio non iure. ff. de adopti. sciu nullff. de re iudica. Lcū hi. S. prætor. ff. de mactio. Dicit m[od] idem Par. quod si superior postmodum componeret, quia pars remisit: excomparari debet inquisitio q[uod] soluit in prima compositione. Ego autem contrarium teneo: & q[uod] iudex secundus quib[us] habita remissione partis, componit non tenebitur in sua compositione excopaturae acceptu indebet a primo facta tota summa, pro qua componit, exiget & inquisitio recuperabit a primo iudice quod dedit pro compositione, vel transactio[n]e facta, quæ nunc est resoluta per text. nota. in proprijs terminis (quæ Par. non videt) in l. eleganter in prim. verific. idem puro. ff. de condicione debet. ¶ not. quia facile poterit quotidie eueneri. ¶ Secundo iuxta prædicta quæsto quid si is qui nouiter querelat adeat Magnam Curiam vel iusticiam prouinciarum, cum tamē compositione ab illo eius ratione facta fuerit in Curia domiciliij in Terra Regis, aut in Terra Baronis, primo casu absq[ue] dubio discerni potest compositionem nullam, & merito causam remanendam in ipsa Magna Curia vel coram iusticio prouinciarum & ibidem procedendum ad viatora iusticia mediante per ea quæ scribit Par. in S. compositione num. 6. in fi. ver. & ideo consului. & in d. S. si delinquens. vbi quod per superiore[m] deberet compositione retractari & in causa procedi. vt in præcedente q[uod] etiā diximus. secundo calu subdistingue, aperte per Baronem, aut per suum officialem, primo casu indubitanter teneas idem quia Baronibus præceptum est per Regiam pragm. quæ incip. mandamus etiam in titu. de Baronibus. ne in compositionibus facientur abulantur eorum privilegijs, cum in casu nostro negari non possit abusus facta compositione absque remissione partis, quæ attenta forma privilegiorum omnium Baronum debet compositionem præcedere. & dato quod non extaret d. pragm. neque privilegium aliquid dicerent de remissione partis requirenda in compositionibus faciendis, adhuc iurisdictio cancessa

Cardinalis.ca. quod super his, de fid. instru. sigillum. principis secularis.d. cap. cum dilectus. sigillum capituli vel conuentus cap. 3. de proba. & in cap. in nomine patris. in fine. 73. distinct. & cuiuslibet collegij, seu vniuersitatis, cap. cum dilecta. de excessio. prelato. sigillum legati. cap. cum dilecta. de confirmata. ut. vel in util. sigillum Abbatis c. statutum us. 19. quest. 3. & capitu. notatur. de his quæ sunt à prelatis. si tamen es set de magnis Abbatibus: ut dicit Specula. ibid. item sigillum vnius tribunalis, prout est sigillum Regiae Camere summarie, Magnæ Curie Vicaria, & Regia rum Audienciarum, quemadmodum diximus supra de sigillo capituli per d. cap. tertio loco. de proba. & quemadmodum diximus de sigillo vniuersitatis, per d. cap. cum d. lecta, de excessio prelato. ¶ Sigillum pri natum dicitur illud quod est aliarum personarū, quæ de supradictis, & ideo sigillum etiam vnius Comitis Ducas, Marchionis, vel alterius Baronis, aut officialis habentis ordinariam iurisdictionem, non dicetur authenticum, nisi secundum Innoc. in d. cap. 2. Specul. in d. S. videndum. num. 13. & Ioā. Fab. in d. S. possunt. num. 3. apponetur circa concernentia eorum officium, vel iurisdictionem: quoniam tunc secus esset: & authenticum reputaretur. argumen. capit. cum à nobis. iuncta glos. in versic. scriptum. extra de testi. vt etiam scribit Rebuff. in tract. de liter. ob. lig. art. j. gl. 7. num. 2. vel nisi consuetudo faceret aliud sigillum authenticum: vt ipsiusmet Innoc. Spec. & Rebuff. dicunt in lo gis supra citatis, argum. dict. c. cum dilectus. de fide instrumen. Dicitur tamen sigillum authenticum ex eo quod autoritatem certa habeat: sicut dicitur de instrumento authenticō in dicto cap. 2. de fide instru. & l. 2. ff. eod. tit. vt scribit Rebuff. in loco proximè ci ta. articu. 1. in princip. & vt dicit Bald. in l. bonæ fidej. num. 5. in fine C. de rebus credit. facit scripturam in dubitatā. Et ex eo quod est authenticum: dici potest etiā publicum: ¶ quia vt dicit Innocen. in sepius allega. cap. 2. de fide instrument. in princip. omne authenticum est publicum per dictum capitulu. secundum, sed non è conuerso.

¶ Quarto not. ibi etiam si literæ faciant mentionem, quod sigillans sigillo alieno, tenetur facere menti onem qualiter sigillavit sigillo alieno, apponendo etiam cautam propter quam sigillo proprio nō sig illavit, & propter quam alienum fuit appositorum. vt dicit Innocen. in c. 2. num. 2. in h. de fid. instr. & specul. in tit. de cita. S. am de citatione. num. 13. versi. literis. vbi ponit verba dicenda in fine literarum per illum qui aliud sigillum posuit, quam proprium. Ratio est, secundum eos ibidem. ¶ quia sigillum ponitur in literis, prouisionibus, & alijs negotiis diuersis de causis. vt etiam dicit Bald. in sua Marga. in versic. sigillū: quandoque in signum authoritatis: cap. cum redemptor. & capi. sacerdotum. 12. quest. 2. quandoque in signum confessus capit. sine exceptione. 12. quest. 2. l. hdeiusfor. S. finali. cum l. sequen. ff. de pign. & l. 2. C. de rebus alienis non alien. quandoque in signum testimonij. l. ad test. um. S. si ab ipso. ff. de testa. & S. possunt institu. eodē & l. Caius. ff. de pignor. action quā doque in signum confirmationis. capitulo inter. extra de fide instrumen. & dicta l. secunda, & quandoque in vim subscriptionis. vt dicit not. Roma. consil. 303. & Hippo. in repert. rubr. de probat. nu. 300. versi. nis expeditis, & ideo vt dicit idem Specul. ne suspicetur citatus, vel alius ad quem perueniunt literæ cum sigillo alieno: quod fint falsa: & propterea possit excusari à comparendo, vel faciendo, contenta in eis:

¶ prædicta omnia in fine casum scribi debent. ¶ Et in hoc differt à sigillante sigillo proprio, qui ita exprimere non tenetur: nec etiam in fine literæ sigillantē dicere qualiter ipse suum sigillum apposuit; quia eo ipso quod appositorum reperitur: standum est: vt dicit Jeno. in d. c. 2. nupt. 2. argum. l. fin. in princ. C. arbit. tu

te. cum alii quæ allegant. Et si dicatur qd idem Innoc. ibidem dicit, quod non sufficit apponere sigillum nisi etiam dicat qui apposuit, te illud apposuisse per. hac consultissima. & I. iubemus. C. de testamē. quod etiam videtur velle Bart. in procēm. ff. num. 7. versi. item quæro. & in l. ad testium. S. si quis. in fin. ff. eod. dicens, qd ulta sigillum, requiritur etiam subscriptio. sigillantis: qui dicat se apposuisse. Respondeatur, vt p. Alex. in l. quæ dotis. num. 38. ff. sol. matri. & in apostol. ad Bar. in d. S. si quis, qd allegata procedunt in calu speciali testamentorum, in quibus de solemnitate requiritur etiam subscriptio: quia de magno iudicio agitur in eis: vel secundo qd procedunt, quando in vng. carta reperitur appositum sigillum aliquius, nec aliter appetit: quod ipse apposuit, vt etiam expresse so tie idem Ian. ibid. paulo inferius versic. fed si in literis: secus est vbi de hoc appareret, quia nou est appositorum sigillum absolute. fed est facta litera per alii quem, & postmodum eius sigillum appositum, vt patet ex l. diuus la. 2. ff. de cust. reo. quod noe. qd ita seruatur. Multoties tamen in aliquibus testimonialibus dicitur in fine. in quorum fidem has præsentes, fieri fecimus nostri sigilli impensione unitas. ¶ Et add. secundum Innoc. in d. c. 2. num. 3. versic. episcopus at tem. Io. Fab. in d. S. possunt. in princ. & Bal. in sua Marg. in versi. sigillum. post Specul. in d. S. videndum. num. 17. quod sigilli vocabulum à iure can. ortu c. quia à iure ciuili appellatur annulus. vt in d. l. testiu. vbi not. Bartol. in S. signum. & de testa d. S. possunt. insti. eodem.

¶ Quarto primo in quo loco sigillum apponi debet in literis, vel prouisionibus. Petr. Rebuff. in p̄zal leg. tracta. artic. 1. gl. 1. dicit qd in fine per tex. in l. hac consultissima, ibi. fine autem testamenti subscriptio nes, & signacula. C. de testa. & l. hac consultissima. C. qui testa. facere poss. ibi & in fine subscriptio. quod bene seruatur in hoc Regno in prouisionibus aperi tis, secus in clausis, quæ sunt per moduni literarum: quoniam tunc non in calce, & intus, sed à tergo ponitur: & tandem circa hoc standum est consuetu ni: vt idem Rebuff. ibid. dicit.

¶ Secundo quero, an sicut per hunc Ritum & tra p̄zal allegata creditur portanti literas sigillatas, eodem modo credatur portanti solum sigillum, & ideo admitti debeat tanquam procurator Domini sigilli. Goffr. in ca. 2. per illum tex. de foliatio. dicit quod sic. Holt. vero, & Io. And. ibi dem tenent contrarium: nisi portans sigillum caueat etiam de rato argu. l. vni. C. de latida. & id etiam sequuntur Roma. conf. 446. num. 12. versi. 2. ex eo, & Hippo. in repert. reb. de proba. nu. 304. quia tamen sublimitant, nisi perlona portans sigillum, sit domestica, vt cohabiter cum Domi no sigilli: quia tunc facile esse posset, quod furto subtraxerit. Bald. autem in tit. de pac. constan. S. im prialis. nu. 7. in l. si procuratorem. in l. lect. versic. qd si procurator. ff. de pro. ura. & in l. falsus. in sp. num. 33. versic. dubitari potest. C. de furt. indistincte tenet contrarium: quia sigillum de per se nihil loquitur, & est sicut testis mutus, & sicut Cyfra & chimera. Ge minia. vero in c. quamvis. num. 7. versi. vnde dico. de procurat. in 6. melius & plenius quam alij super hoc artic. facit duo capita, dicendo, 2. utractatur nūquid sola ostensio sigilli inducat probrationē mandati, vel alterius negotij, aut nūquid ostendēs sigillum, pos sit admitti vt procurator cū cautione de rato. Primo casu, dicit ipse indubitanter proge dicebat Bal. quod non: quia iure cautum non reperitur quod sigillo soli sit data ita authoritas: sed tantum quando est val rum alicui literæ, vel scripture cap. 2. & c. tertio loca de probatio. cum simil. quæ ipse adducit; & pulchro loquitur. Nec obstat, vt ipse dicit tex. in d. c. 2. de foliatio. qui videtur probare contrarium, quia ibi non dicit simpliciter literas, seu sigilla sed subdit text. qd bus

has possent ecclesiæ obligari: sentiēdo propterea de illis sigillis, quæ essent iuncta cum aliqua scriptura; alias solum ipsum non posset hoc operari. Item quia illa dictio, seu, ibi posita, debet intelligi copulatiue de literis sigillatis, vel de sigillis vñitis cum scripturæ: cum alterum de per se non sufficiat. Limitat tamē ipse, & bene, nisi conuenito se haberet, quod comparenti cum sigillo vniuersitatis, vel domini, credatur; & ita dicit ipse videlicet Senis, ubi hominibus castorum subiectorum comparatibus cum sigillis Comitatus, creditur tanquam nuntijs, & procuratoribus; pro quo est text. in c. cum dilectus. de fid. instr. Secundo casu distinguit, quod aut apparet qualiter ostendens sigillum illud habuit à domino, & tunc procedit opin. Host. Ioan. Andr. & sequa. quod admittatur cum cautione de rato: aut non apparet, & tunc seculs: quia prælumitur, vel esse potest, quod furto subtraxerit. vt Imo dicit in d. c. 2. nume. 11. & hæc est ipsa veritas iudicio meo. Salerni, die 28. Ianuarij, 1560. Prosper Carauita,

## R I T V S C C L X X V I I I .

 Tem seruat ipsa Curia, quod nulla litera Reginalis, puta, litera delegationis, seu rescriptum in ea expeditur nisi sit manus propria Regentis, vel eius locumtenentis, ubi ipse scribit manu propria nomensum tantum, alias dicta litera nullatenus habeatur pro admissa. Et nota. quotiescumque quis præsentat aliquam literam, sufficit, qđ scribatur in ea, præsentata fuit &c. & non dicitur per quem, quæ dirigatur ipsi curie cuiuscunque officialis, vel domini sibi de remissione, vel alio modo.

## S. K M M A R I V M.

Regens Magnæ Curie locumtenente sibi an constitutus.

In casu impedimenti licita est delegatio.

Præsentatio literarum Magn. Cur. directarum sit a quo cumque,

 Ota primo ex hoc Rit. quod nulla litera Reginalis, id est Regie Maiestatis in ipsa Magna Curia expeditur, id est exequitur, nisi in ea ad sit manus Regentis ipsius Magnæ Curie, vel locumtenentis sui, alias si dicta manus non adest habetur pro non admissa. Sed hodie sed non seruat, quia ad hoc ut habeatur pro admissa: sufficit quod eidem Domino Regenti, & iudicibus fuerit præsentata, & acceptata: dicendo pro ut communiter dici solet: quod fuit recepta supra caput, cum omnibus qua decet reverentia, & parati lebulerint obediens, in tantum quod si aliquis habet aliquam literam Regie Maiestatis annis regentis expeditam, & etiam tunc præsentatam ipsi Magnæ Curie, & ex præsentatione annojata appetet qualiter fuit recepta supra caput, & paratus obligit obediens: satis dici posset hodie quod fuit sive admissa: licet manus Regentis non ad sit, & ita seruantur.

Secundo not ibi vel eius locumtenentis, quod

Regens Magnæ Curie potest habere locumtenentem ut etiam scribit. Afficit in constitu. Regn. officia quæ. num. 2. versic. an autem, & licet illa constit. videatur in hoc obstat, tamen ut ibidem Afficit, dicit semper fuit seruatum, ut etiam hodie seruatur, quod Regens cum est aliquo modo impeditus, facit in suum locumtenentem unum ex iudicibus criminalibus, vel ciuilibus ad eius electionem. Nec obstat illa constit. 2. t quoniam in casu impedimenti licita est delegatio de iure: vt probat text. in l. 2. ff. de offic. eius, & in L. 2. C. eod. tit. cum simili.

¶ Tertio not. ibi, & nota, quod præsentatio literarum quæ diriguntur ipsi Magnæ Curie cuiuscunque officialis, vel domini sint: qui forte scribant de remissione, vel alio modo, potest fieri per quamcunq; personam, & in annotatione præsentationis non dicitur per quem fuerit præsentata, ut dicitur in hoc Rit. qui aliquatenus est intricatus, & propterea legi, ac construi debet ut proxime legit, sed licet primum seruetur, qđ sufficit præsentari literas per quemcunque, secundum tamen non practicatur, & communiter in annotationibus præsentationum dicitur præsentata fuit per talem &c. Salerni, die 31. Ianuarij. 1560. Prosper Carauita.


## R I T V S C C L X X I X .

 Tem quod nullus officialis, audeat trahere, vel expeditire aliquam literam absque licentia Locum tenentis, & quod primo ponat sigillum Locum tenentis in ipsa litera: deinde sigillum magnum, seu paruum dictæ Curie: sicut exigentia facti requirit. Item quod omnes qui sunt in gaga curie debet interesse lectionibus literarum.

## S V M M A R I V M.

1. Index plura sigilla, an habere possit?

2. Lectioni literarum Magnæ Curie præsentes, interesse qui debent.

 Ota 1. ex hoc Rit. quod nulla litera potest expeditir in Magna Curia absque licentia, & sigillo paruo Regentis ipsius Magnæ Curie, ac etiam alio sigillo magno, vel paruo eiusdem Magnæ Curie: prout facti exigentia requirit. Hodie seruat aliter: quia in locum licentia, & sigilli parui ipsius Regentis, apponitur eius manus: adeo quod nulla litera expeditur in Magna Curia absque eius manu. sigillum etiam quod in ipsis literis apponitur non variatur (ut hic dicitur) sed semper ponitur paruum licet in prouisionibus apertis scilicet, ut statim dicam.

¶ Secundo Not. ibi sigillum magnum, siue paruum, quod Magna Curia habet duo sigilla magnum, & paruum: primum ponitur in exequitoris prouisionibus, quæ expediuntur ad exequendum virtute instrumenti, vel alterius cause. Secundum ponitur in omnibus mandatis, citationibus, literis, & prouisionibus, que per eandem expediuntur. ¶ Potest enim index plura sigilla habere ad diuersos effectus ut platus. cū gl. in c. significavit, de appell. not. Firm. in suo repert. in vers. sigillū, nu. so. ver. sigilla plura, & Petr. Rebuffi in tracta de liter. oblig. att. glof. 6. volum. ¶ Terc.

# Domini Prospere Carauitæ Ebolitanæ

**S** ¶ Tertio Not. in fine Rit. quod quando leguntur aliquæ literæ in Magna Curia: earum lectioni debent interesse omnes illi qui sunt sub gagis ipsius Curie. Hodie vero aliter seruantur: & solum coram Regente & iudicibus leguntur per actuarium: ut etiam nositer prouisum est per Illustrissi. Ducem de Alcala in suis nouissimis prag. in reformationibus Magnæ Curie prag. 24.5 volumus. de offic. magi. iusti. & licet ibi non dicatur de Aduocato fisci: tamen etiam ipse est prælens lectioni literarum, & omnibus quæ in Rota tractantur. Limita tamè, quæ dixi nisi aliquis ex prædictis esset suspectus: quoniam tunc secus, & interesse non deberet: ut probat tex. c. Regn. voluntas libera. Salerni, die 31. Januarii 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S CCLXXX.

Item quòd Curiae ipsæ, & quælibet ipsarum etiam inter longobardos repulsationem, & reprobationem sacramentalium non admittant.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Sacramentalium quo iure mentionem habemus.*
- 2 *Sacmentales qui, & quomodo dicantur.*
- 3 *Ancipites iuramentum subire non cogendi.*
- 4 *Contra sacramentales repulsa non admittitur.*
- 5 *Sacmentales recesserunt ab aula.*

**P**remitto prius tamen de istis sacramentalibus, de quibus loquitur Rit. noster: nihil habemus in iure communi: ut dicit Afflct. in rubrica const. Reg. crebra. sed solum in iure longobardo. vt Iser. ibidem dicit, & patet in tit. quæliter quis se defende. debe. l. omnia. & l. suspicio. & per totum in longobard. item in iure feudo. vt patet in tit. de contentio. inter domi. & fidel. de inuesti. & de consue. rect. feud. s. sacramentum. & etiam in præalleg. const. crebra. t. Dicuntur autem sacramentalles secundum Iser. in tit. præalleg. de cont. inter domi. & fidel. num. 7. & Afflct. in d. rubrica. illi qui postquam delatum est iuramentum alicui in defectum probationis, iurant se credere quòd ille talis verum iuravit. vt etiam patet ex dicta l. omnia in longobard. & vt dicit Iser. in loco præalleg. nu. 7. per l. si quis alij. eodem tit. qualiter quis se defen. debe. in longobard. antequam iurent, possunt petere terminum ad certiorandum se si possunt iurare, quòd credant illum verum iurasse: t. adhuc ne ancipites cogantur subire per iurum iuxta l. 4. in principe. ff. de in lit. iur. Itis sic 4 præmissis Not. ex hoc Ritu: t. quod contra sacramentales non admittitur repulsa: etiam si lis esset inter 5 longobardos. vt etiam dicit alius Rit. infra 293. t. Sed vt etiam Afflct. sentire videtur in d. const. l. not. in fin. isti sacramentales non sunt in ysu, quando tamen casus accideret, forte inter longobardos, vel viventes eorum iure: seruandus esset iste Rit. si contra eos pateretur repulsa. Salerni, die primo Februario. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S CCLXXXI.



Tem seruat ipsa curia non concedere repulsa alicui contra aliquas scripturas: videlicet instrumenta, vel alias scripturas; facta publicatione in causa, post

terminum datum ad probandum, sed pars potest denunciare de falso, vel accusare videntes.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Terminus ad rppulsandum scripturas presentatas infra terminum datum ad probandum, & post conclusum: non conceditur.*
- 2 *Vera scripturarum repulsa quæ sit.*
- 3 *Scripturarum appellatione quæ veniant.*
- 4 *Utens qualibet scriptura falso, poterit de falso accusari: cum limitat.*
- 5 *Falsificans priuatam scripturam quæ probat, ex falsi pena puniendus sit, sicut videntis?*

**N** Ot. primo ex hoc Rit. t. quod dato termino ad probandum in causa, & facta publicatione, si forte infra terminum fuerunt presentata, instrumenta, vel aliæ scriptura non potest peti terminus ad repulsum eas, & casu quo pateretur: non debet concedi, vt dicitur, & firmat Marat. in pract. parte 6. actu. 13. 9. vers. fuit autem, & Petrus Foller. in pract. crim. 1. parte 2. partis in versi. concedatur repulsa. num. 2. vbi hunc Rit. allegant: t. Ratio est, quia vera scripturarum repulsa est, ipsas redarguere de falso: & propterea dicit Ritusnot., quod qui velit ipsas redargueret de falso, bene poterit, & ita seruatur.

**S**ecundo Not. ibi aliquas scripturas, iunctis aliis verbis ibi, instrumenta, vel alias scripturas: t. quod appellatione scripturarum veniunt instrumenta, quæ sunt publica, & scripture priuate: & ex consequenti quod Rit. noster loquitur in instrumentis: & factis scripturis publicis, & priuatis.

**T**ertio Not. ibi accusare videntes, quod hic est fatus volens, t. quod videntis scriptura falsa, siue sit instrumentum, siue scriptura priuata, potest accusari de falso. ad idem tex. in l. fin. C. de fide instrum. & I. damus. C. de fal. quæ iura ad hoc citat Bald. in l. si quæ decurio. in princip. C. de fal. intellige tamen verum quando scripture priuata effettualis, quæ probatur, dicit Gloss. in dicta l. damus. & Bart. in l. 1. S. ex illi. num. 1. ff. de fal. aliter secus esset: cum nemini oceire posset secundum Gloss. in eadem l. damus. Itera limita, nisi ille qui produxit renunciet ypsi scripturam falsam. vt dicit tex. & ibi communiter Docto. in l. fin. falso codicillos. C. de fal. t. An autem falsificans scriperam priuatam, quæ probat, puniatur pena falsi, sicut videntis. tex. in d. l. si quis decurio. vbi etia Bald. probat quod sic. ad idem tex. in l. 1. S. qui in ratione ff. de fal. & l. qui veluti. C. eod. tit. Bald. in rub. C. de fide instru. nu. 36. versi. sed queritur, & versi. seq. vbi pro hoc etiam allegat pulcherrimum text. in l. Tit. cum esset. ff. ad municipia. & Alexand. consilio. 7. numero primo. Salerni, die primo Februario. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S CCLXXXII.



Tē seruat ipsa Curia, quòd in exceptionibus & articulis primis nulla exceptio, vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis testis partis aduersus, cum tempore repulsa quilibet possit reprobari. iuxta q. pre-

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 159

presentium. extra de testi. in dictis tamen primis exceptionibus & articulis quando reprobatur testis, quia inimicus, tunc ante repulsam, recipitur talis exceptio. iuxta aquathen. si testis productus. C. de testibus. quādoque etiam vidi ipsam Curiam non recipere talem exceptionem inimicitiae, antequam detur repulsa.

S V M M A R I V M.

- 1 Repulsa testium an infra terminum datum, ad probandum fieri possit?
- 2 Articuli repulsatory infra terminum ad probandum datum, non miscentur cum causa principali articulis. Et pœna secus facientis. ibidem.
- 3 Exceptio ad impedientiam testis receptione quādo admittatur.

**N**ot. primo ex hoc Rit. quod articuli repulsatorij testium non admittuntur cum articulis causa principalis: † & ex consequenti repulsa testium non potest fieri infra terminum datum ad probandum, idem etiam Marant. in pract. parte 6. actu. 13. nume. 8. verific. quid autem, & Pet. Foller. in pract. crim. 1. parte 2. partis, in verific. defacta lis contest. detur terminus num. 12. & in verific. concedatur repulsa. nu. 8. vbi hunc Rit. allegant, ratio istius conclusionis est, quam Rit. met dicit, q̄a in termino qui datur ad repulsam, omnes testes repulsi poterunt: quod not. quia seruatur nisi dato termino in causa ad probandum, qui vult eodem tempore repulsare renunciet futuræ repulsa: quoniam tunc secus, & cum eidem articulis qui sunt in causa principali fieri etiam poterunt repulsatorij. vt etiā dixi supra in Rit. 73. in j. no. & Petr. Foll. in loc. præalleg. in verific. concedatur repulsa. nume. 8. † Et addē quod sicut infra terminum datum ad probandum, non possunt commisceri articuli repulsatorij cum articulis causa principalis, eodem modo infra terminum datum ad repulsam, alias si secus fieret, pro quolibet articulo impertinenter posito in termino repulsa pars ipsa principalis teneretur pœna quinque tarenorum: & procurator pœna decem vi dicit Regia pragm. quæ incipit. contigit sepe quæ est prag. 12. mutu ut ordine iud. & Maran. in loc. præalleg. actu. 13. num. 5. verific. ad euitandas, vel vt dicitur quædam ordinatio Regis Ferdinandi Primi nuper impressa inter nouissimas pragm. Illustrissimi Ducis de Alcala in reformat. sacri confi. pragm. 30. incip. quisquis. de offici. sagri consi. pœna carlenoru decem & alia arbitria atenæ qualitate personarum, & causæ, vt ibi plus disponitur,

Secundo Not. ibi in dictis tamen, quod licet repulsa non admittatur infra terminum datum ad probandum; tamen quando testes repulsiarentur ex causa inimicitiae, secus esset. arg. zuth. si testis. C. de testi. vbi quod exceptio opposita ad impedientiam testis receptionem, non admittitur nisi fuerit inimicitia ex causa criminali, & apparuerit de ea idem Maran. in placit. loc. præalleg. nu. 8. & Pet. Foll. in d. versi. Concedatur repulsa. nu. 8. sed in hoc iste Rit. non servatur; & etiam si repulsa esset ex capite inimicitiae quantumcunque capitalis: non admittitur infra terminum datum ad probandum; nisi renunciet futura repulsa: vt supra dixi. & videtur etiam sentire hic Rit. in fin. dum dicit, quod quandoque videt exceptio inimicitiae non admitti ante terminum repulsa, possem hic multa dicere in materia repulsa:

sed quia late scripti supra in d. Rit. 73. ibi videtur Salerni, die primo Februarij. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S C C L X X X I I I .



Tem seruat dicta Curia, qđ dum petitur repulsa, terminus ad repellendum testes, datur isto modo, adponendum hodie, vel cras, ad probandum per totum talem diem, & seruatur ista practica.

**N**ot. ex hoc Rit. quod cum petitur terminus ad repulsa: index debet dare vñsi terminum ad ponendum, seu producendum positiones, & articulos; & aliū terminum ad probandum: dicendo quod per totū hodiernum, vel crastinum diem ponat, & per totum talem diem prober. vt etiam dicit aliis Rit. supra 89. sed vt ibi dixi; non seruatur in pract. tum quia, terminus qui datur ad probandum; intelligitur etiam, datus ad ponendum, seu præsentandum articulos. (vt omnibus est satis notum) tum etiam, quia terminus ad repulsa semper intelligitur dat: & quotidie datur medietas termini dati ad probandum in causa principali, vt dicit Regia pragm. curfu dilatione prag. 11. de ordine iud. & dixi supra in Rit. 73. in nota. qđ nota. Salerni, die primo Februarij. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S C C L X X X I I I I .



Tem seruatur in petitionibus beneficij restitutioonis, in illo videlicet beneficio in quo nō datur terminus ad probandum sicut petitiō restitutioonis dierum præteriorum feriotorum infra ferias non in honorem Dei, sed de aliis feriis, quæ concurrent alicui in aliqua causa, cui aliquis terminus datus erat, ita quod infra illum terminum sibi datum, puta ad probandum, fuerunt dies feriati puta 20. propter ferias messium: nā restituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur, quia notorium est iug dici, vt judici. (ferias indixisse, & terminum illi dedisse) per acta Curie, dies enim feriati in honorem Dei nō restituuntur per ipsam Curiam, quod nota.

S V M M A R I V M.

- 1 Notorium iudicii vt iudici quid quomodo dicatur.
- 2 Index an ex allegatis, & probatis magis iudicet, quam ex his quæ priuatus videt?
- 3 Index secundum purissimam conscientiam indicabit.

Dixi

# Domini Prosperi Caraultæ Ebolitani

**D**ixi plene de hoc Ritu supra in Ritu. 92. qui cum isto concordat, ideo ad ibi dicta me remitto.

Nota, in fine Ritu. ibi notorum iudici per acta curiæ, t̄ quod notorum iudici, vt iudici dici tur esse illud quod constat ex actis, & id adeo vereum est, t̄ quod iudex ex allegatis, & probatis potius quam ex his quæ vti priuatus aliter cognovit iudicare debet. vt probat tex. iuncta gl. & Bart. in l. illicitas. S. veritas. f. de offic. præsid. & tex iuncta gl. in cap. pastoralis. S. quia vero. de offic. deleg. gl. in l. 2. de fer. in cap. j. de offic. ord. & in cap. iudicet. 3. quæst. 7. Iason. in S. si minus. num. 15. instit. de actio. Præposi. in d. ca. iudicet col. pen. And. Alcia. in cap. j. num. 83. de offic. ord. Siluester in sua summa in versiculo. iudex lo 2. quæst. 5. & Sanctus Thom. in 2. Secundæ. quæstio. 77. artic. 2. & late Fely. post Imo. & Barb. in dicto. S. quia vero. nume. 23. & licer Martinus antiquus Glosiator relatus ab Accur. in dicto S. veritas. Calde. & Abb. in dicto S. quia vero, & idem Abb. & Imo. in cap. j. de offic. ord. aliter voluerit tenetes potius abstinentiū à iudicandi munere, quam contra propriam consciētiam iudicadum: tamen vt ex predictis, & alijs quos citat Fely. in d. S. quia vero. communis opin. est contrarios. vt late, & pulchre scribit Dida. Cœur. in libro varia. resolu. c. j. numero 6. Vbi in utrunque partē arguit, & ita refidet. Ego autem semper tenerem contrarium, & à iudicando potius abstinentiū iuxta op. præceden. pro qua facit maxime constit. Regni iudices ubique, vbi etiam Afflict. not. & Apostill. ad eam t̄ quæ vult quod iudices iudicent secundum purissimam conscientiam, quod no. Salerni, die 2. Februarij. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S CCLXXXV.

**D**icitur Curia, quod cū auctor, vel reus petit repulsam: tunc Curia interrogat aliam partem si vult etiam repulsam, & vbi voluerit, datur ambabus partibus: vbi non vult, sed abinde ad quindecim dies petat, vel circa, iste aliud: tunc Curia præsumit, quod ille qui tunc non voluit: fecerit causa protelandi, quia tunc noluit, cum poterit petere, & esset facta publicatio pro utraq; parte, & ideo quādo postea petit Curia cum maiori deliberatione concedit diçam repulsam ei qui tunc petiit, id est, magis differt curia, antequam concedat, multoties ante concedit ex causa prædicta, vel alia arbitrio dictæ Curiæ.

**I**ste Rit. non est in obseruantia: quia quando petitur repulsa ab una partium, non exquiritur vñluntas alterius partis: sed solum eidem intimatur petitio illius qui petit repulsam, ad hoc vt de ea notitiam habeat, & si quid habet in contrarium: valeat opponere, quia intimata, siue velit, siue nolit: si nihil quod iustum, & legitimum sit opponit, conceditur terminus ad repulsam, qui est mēdias primi termini, vt dixi supra in Ritu. 73. in 2. no & Ritu. 283. Et circa aliud, quod tractat iste Ritu. de termino repulsa petitio post quindecim dies, per vnam partium quod curia ipsum concedit cum maiori deliberatione, quia postquam, tam diu stetit videretur animus

habere protelandi litem: adde quod per regiam pragmatis dilationum. S. quibus ultimis, lo j. de ord. iud. certus terminus statutus est ad repulsa petendum: quo elapsi, ulterius non auditur, etiam tertigi supra in d. Ritu. 73. in princ. licet vt ibi dixi, in pract. non multum aduertitur ad d. prag. quod no. cætera in materia repulsa, vide in d. Ritu. 73. ibi late dixi. Salemi die 3. Februarij. 1560. Prosper Carauita.

## R I T V S CCLXXXVI.



Tem seruat ipsa Curia, quando creditor præsentat instrumentum debiti contra debitorem suum, & instrumentum non est liquidum de se, & velit creditor liquidare instrumentum per petitionem præambuli, & per testes examinandois in dicta petitione, vt puta, quia est haeres creditoris defuncti: primo & ante omnia presentare debet in ipsa Curia instrumentum, & exprimere pro quanta quætitate præsentat instrumentum, & se obligat ad poenam vnius floreni, pro qualibet vñcia debenda ei per debitorem, & prosequi causam infra duos menses, & deinde offerre petitionem præambuli, ad hoc vt si appareat, quod dictus haeres, seu alius creditor non deberet habere integrum pecuniam, pro qua se obligauerat, teneatur soluere eidem Gurie. Etiam obligationem ad rationem de florino uno per vñciam, & si instrumentum sum non præsentabit in dicta Curia, & obligationem ipsam nō faciet, primo, & ante omnia (vt prædictur) non admittatur predictam Curiam ad obligationem petitionis præambuli pro eo quod Curia ipsa non intendit vexare partes, & iudicium esset clausum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Cessionarius nunquid præambuli petitionem affere, cessionemq; verificare, & liquidare instrumentum possit, ad modum haeredis.
- 2 Quæ sunt stricti iuris, extendi non debent.
- 3 Habens utilem actionem, potest petere executionem.
- 4 Cessionarius dicitur creditor.
- 5 Statutum executionem instrumentis præbens, quando locum habeat.
- 6 In contractibus persona extrinseca nunquam subandatur.
- 7 Cautela vt possit cessionarius instrumentum accusare.

**T**ra factis iste Ritu. materialia preambuli, & eius formam, sed quia dixi plenè de ea supra in Ritu. 178. & plenius in Ritu. 181. ad ibi dicta te remitto. Scias ramen. qd ea quæ in hoc Ritu. dicuntur de instrumento praefabendo, & obligatione praesentanda ante quam detur petitio preambuli: in pract. non seruantur (vt omnibus est notum). **S**i Quæsto in hoc Ritu, nunquid cessionarius ad modum heredis, poterit offerre petitionem preambuli, & verificare cessionem, & demū instrumentum liquidare iuxta formam R. 166. Afficit. in const. Reg. eos qui scienter, q. 10. nume. 14. dicit quod non: tunc quæ esset constandum cessionem factam ex causa onerosa, citato prius debitore, vt dicit Bald. in leg. per diversas q. 10. C. mand. quæ quidem de debitoris citatio in preambulo heredis non requiritur & secundum vniuersitatem opin. quam supra tenui in R. 181. vers. que rotam etiam, quia iuramentum præstitum in instrumento, non fuit præstitum ipsi cessionario de facie ad faciem; vt requiritur secundum eundem dec. 64. & pro parte cum sit stricti juris, non debet extendi. secundum Abb. sic in c. clericus. de iure iur. Bar. vero in l. 1. col. 4. verific. quæsto ex forma statuti ff. de actio. & oblig. & Bald. in lege ex legato. in f. verific. C. de leg. tenet quod sic ea quidem ratione, t quia habens vires actiones sicut habet cessionarius, potest petere exequutionem. leg. si procurator. ff. de procurat. & l. A.S. & 2. ff. de re iudic. vt dixi etiam supra in R. 178. quæsto 2. idem I. And. in addi. Spec. in titu. de cessione. Bal. in d. leg. per diversas q. 10. Pau. de Cast. & Adam leg. postulante. in prin. nu. 5. ff. ad Treb. Rom. cons. 38. & melius. cons. 142. Roder. Suarez. in le. post rem ampliat. 7. ff. de re iudic. & Maran. in reperi. le. si actor. nu. 20. & 22. ff. de prob. moti alia ratione, t quia cessionarius dicitur creditor. leg. ab Anastasio. verific. & in alium creditorem. C. mand. & ideo sicut ad instrumentum creditoris, eodem modo & cessionarij fieri intercedit que etiam firmat Cauens. hic. & Grauine. Ritu. 164. qui secundum meam compunctionem est 16. 2. par. 23. declara. num. 94. Non obstat secundum Maran. & Cauens. qd iuramentum non sit præstitum debitore cessionario de facie ad faciem; vt dicebat Maran. in d. const. & decis. quoniam etiam dici posset obrede, & tamen non est dubium, quod potest instrumentum liquidare. vt hic patet & in Ritu. 178. & 181. Ed ista responsio non placet Grauine, in loc. præalleg. quia ideo heres potest instrumentum liquidare, quoiam iuramentum etiam sibi præstitum fuit: cum semper pro se, & heredibus stipulentur creditores, quod quidem in cessionario dici non potest. Mihi vero ista. non non satisfacit, quia licet iuramentum sit receptu profe, & hæreditibus, tamen non propriea dici possit, qd sit præstitum hæreditibus, tamen non propterea dici potest, qd sit fætū hereditib. de facie ad faciem, tantu quod dici potest, vt etiam Maran. & Cauens non secundum eorum responsonem, quod sicut herede non obstat ratio iuramenti non præstiti de facie ad faciem, eodem modo non debet obstar in cessionario. Tanto magis, quia vt Cauens. hic dicit, nullus Ritu. dicit, quod requiratur iuramentum efficitum de facie ad faciem: vt Afficit. afficerit. Quid secundum? ex predictis patet, quod ista secunda opinio communis est inter Doct. & eam communem dicitur Cepol. in leg. creditores. quæsto. 4. nume. 21. ff. de oblig. licet ipse ibi alter teneat sub dist. adeo quod Rode. Suarez. dicit in loco præalleg. nullum habet dubium, licet Maran. dicat in loc. præalleg. quod in Re de facto non seruantur. Ego autem arbitror prius opin. (vñtra quod in pract. seruantur vñique in hoc Regno) etiam in puncto iuris vniuersitatem, ea quidem ratione, quia communis est etiam Doct. conclusio, t quod statutum præbets exequutionem instrumentum. Non habet locum nisi ad instantiam creditoris no

minari in instrumento non autem tertij non nominari licet interesse pretendit; nec etiam contra tertium non nominatum. ut dicit Bal. in l. si pro te per illum rex. C. de dot. promis. Alex. in l. i. S. si heres. ff. ad Treb. Aret. cons. 86. diligenter. col. fi. Dec. cons. 198. col. antepen. & cons. 410. col. 3. Ias. in leg. iuris gentium. S. prior art. num. 13. ff. de past. & Roder. Suarez. in l. post rem. limita 2. ff. de re iudic. licet fallat in ultimis voluntatisbus. secundum eundem Bal. in l. i. si pro te, & in leg. si cui legetur. S. Titio. ff. de leg. i. item in alio casu polito per eundem Bal. in leg. vni. S. videamus. nume. 3. vers. aduertatis. C. de rei vxo. act. & Roder. in loc. præalleg. † Ratio istius conclusionis est, quia in contractibus persona extrinseca nunquam subaudiatur. leg. si ita stipulatus. S. Chrisogonus. ff. de verb. oblig. Vnde cum cessionarius, in instrumento non nominetur, non est mirum si Ri. Regni dantes exequitionem instrumentis in ipso locum non habent; nam & in simili habetur, quod appellatio remota per rescriptum intelligitur quo ad litigantes, non autem quo ad tertium in rescripto non nominatum. vt pater ex cap. super eodem. in fine de offic. deleg. & no. per Bart. in l. i. S. interdum. ff. a quibus appell. non licet; itē quod nota. gl. in leg. si creditor, in princ. ff. mand. ubi quod regula quæ habet nihil nouari appellatione pendente, non habet locum quo ad tertium in processu non nominatur, vt etiā referendo sequitur Intol. in leg. si quis filio exheredato. S. hi qui. ff. de iniust. testa. & leg. qui a latronibus. in fi. ff. de testa. Non obstant allegata per Doct. tenentes secundam opin. & primo non obstat, quod dicitur de habente vijile actionem, quod possit per tere exequitionem: quia iura pro hoc allegata loquuntur in domino pro cuius procuratore fuit lata sententia, quo casu non est mirum, quæ sententia ipsa quæ fertur pro procuratore; semper non minat eius dominum. Secundo non obstat aliud, & cessionarius sit creditor, quia licet sit creditor & interesse pretendat, tamē non propterea sequitur quod sit nominatus in instrumento. Ex qua opin. & eius ratione sequitur, quod ideo heres admittitur per hunc Rit. & alios præalleg. factō prius præambulo ad liquidandum instrumentum, quia in omnibus instrumentis creditores stipulantur pro se ipsis, & suis hereditibus, & propterea censentur nominati sicut principales creditores, quæ bene nota. quia quotidie eueniunt in tribunibus; & vt credo, non reperties ita discussa, & quæ diximus circa liquidationem instrumenti, iudicile procedere circa accusationem obligationum penes acta, ad quam cessionarius non admittitur, licet procurator cum speciali mandato sic, † & ideo cautela est, quod adhoc vt cessionarius postea obligationem accuset, constituantur procurator primitus ad exigendum a tali tot aureos sibi debitos virtute obligationis, eumq; quietandum, &c. & ipsam obligationem cassanduni, & casu quo renitens fuerit; poenam ipsius obligationis accusandam & accusaram exercitū faciendam, &c. & dictis aureis ex dictis penes se retinendum prototidem ab eo receptis; ponens eum in locum & vicem suam, &c. constitutus ipsum procuratorem velut in rem suam, &c. ac cedens ei omne ius omnemq; actionem, &c. quam formam bene nota. in pract. vt scias illa postmodum vti. Salerni, die 3. Februarij. 1560. Prosper Carauta,

R I T V S · C C L X X X V I I .



**I**Tem quia iudicia claudicare non debent & omnibus equa liter sunt obseruanda, & ini quia iura concessa tollenda, & iure æquo confirmanda, de certa nostra scientia, ac proprio metu no stro

# Domini Prospere Caravita Ebolitani

stro predictis volumus, mandamus, & de  
cerminus quod omnes illae persone vniuer  
sitatesq; Regni predicti quibus forsitan per  
nostram Maiestatem, seu per nostros præ  
decessores salui conductus, seu moratoria  
concessis fuerint, seu in posterum forsitan  
concederentur, de non trahendo ipsis, &  
quemlibet ipsorum in iudicio: motu pro  
prio concessi & concedendi cuiuscunque  
dignitatis, status, gradus, præminentie &  
conditionis existant, vel existat, teneantur  
& debeant ac teneatur, & debeat idoneam  
fideiussoriam cautionem eorum creditori  
bus, ad omnem ipsorum creditorum re  
quisitionem præstare de soluendo debitum,  
ad quod eis tenentur post tempus statutum,  
& eis in dictis saluis conductibus, seu mora  
torijs indultum iuxta formam in morato  
rijs a iure communi statutam, alias effectu  
dictorum saluorum conductorum, & mora  
toriarum careant ipso facto, & eis huius  
modi saluus conductus, & moratoria in iu  
dicio, vel extra non opituletur, quibuscun  
que clausulis derogatoriis in eisdem saluis  
conductibus, & moratorijs forsitan appo  
nendis non obstantibus quoquomodo, &  
præcipue si in ipsis contineatur quod non  
teneantur præstare fideiussoriā cautionem.

## S V M M A R I V M.

- 1 Moratoria & salvi conductus a quibus concedun  
tur. & num. 3.
- 2 Forma petendi moratorium pro debitis remissio.
- 3 Moratoria, seu saluus conductus duplex.
- 4 Saluus conductus pro delictis quando. & a quibus  
concedi possit.
- 5 Moratoria ad tempus concessa, quam condicio  
nem, & clausulam habeat. Cum limitat.
- 6 Moratoria, seu saluus conductus nunquid ad in  
rata debita extendatur?
- 7 Princeps & Pontifex actui iurato derogare non  
intendunt. & in num. 10.
- 8 Iuramentum per creditorem non solum dispensa  
ri, sed remitti potest.
- 9 Iuramenti remissio ad quem spectet.
- 10 Princeps, super iuramentis vim Apostolici habet.
- 11 Debitor in instrumento, si exceptioni moratoria  
vel salvi conductus renunciant in specie: nunquid  
moratorium allegare poterit?
- 12 Concessa moratoria a Principe motu proprio, quod  
a creditoribus non molestandum: an de credito  
ribus ex delicto intelligatur? Cum ampliat. &  
limitat.
- 13 Creditor ratione delicti an sit proprius creditor.
- 14 Delinquentes in paupertate semper marcescere  
digni sunt.
- 15 Ratio legis, vel statuti, legem ipsam, & quamli  
bet dispositionem ampliare debet.
- 16 Moratoria si concessa est ad tempus: nihilque de

fideiussoribus dictum in ea: termino durante, &  
posset reconueniri?

- 17 Cautela dua per quas moratoria etiam fideiussor  
ibus proderit, cum limitat.
- 18 Fideiussores largo sumpto vocabulo, creditores di  
cuntur.
- 19 Moratoria, an aduersus dotem etiam impetrar  
possit?
- 20 Moratoria, & bonorum cessiones contra Ne  
politanos non admittuntur.

**N** Ot. j. ex hoc Ritu. in princ. quod æquali  
tas in iudicij est seruanda: sed quia d  
hoc late dixi supra in Ritu. 46. vbi id  
disponitur ad ibi dicta me remitto. S  
eundo † Nota ibi per nostram Maiestatem, quod mo  
ratoria, & salvi conductus per Regem ipsum conc  
duntur, vt hic & in leg. quoties. C. de prec. impe  
offer. & formam autem petendi a Rege moratoria p  
debitis, vide per Ant. Caium. in Apostil ad Ang. inf  
de exceptio. in rub. num. 13. † Addetamen quod cu  
moratoria, seu saluus conductus sit duplex: unus e  
fundatur in sola gratia, alter qui fundatur in iustitia.  
Ritus iste, & tex. in d. leg. quoties procedunt in mo  
ratoria, seu saluo conducto gratiolo: adeo quod i  
dex inferior à principe non potest ipsum conceder  
vt dicit Pau. de Cast. in l. j. S. qui magistratam, nun  
9. per tex. ibi, & gl. ff. quod quilibet iur. in morator  
verò, vel saluo conducto fundato super iustitia: vt e  
propriè quando maior pars creditorum petit à iud  
ce, & minor pars concurat cum eis ad dandum qui  
quenam dilaitionem debitori: secus est dicendum  
& is potest per iudicem. quemcunque dari, & con  
di per tex. in l. fin. C. quibon. ced poss. vt etiam n  
Ang. Pau. de Cast. & Alexan. in l. & suum. S. hodie. f  
4 pra de pac. † Et istud nedum verum est: cum conces  
tur debitori, verū etiā si concedatur delinquenti,  
modo siat cū causa, vt dicit Bart. in l. illicitas. S. ne  
tentiores. nu. 10. ff. de off. præsid. & in l. is qui reu  
Gl. ibi. ver. vltierius. nu. 12. ff. de pub. iud. vbi etiā  
Bal. in l. fed si hac. S. & si pena. ff. de in ius vocan. Al  
de. 4. & Gram. no. 15. nu. 1. alias si sine causa, id fieri  
effet ex gratia: & ab eo fieri nō posset sed solū a Pri  
ncipe. vt dicit Bal. in l. reos. col. 9. C. de accus. Bart. i  
d. S. ne potentiores. Affl. in d. decif. & Boer. dec  
179. vol. 1. vbi late de poena infringenter saluum co  
ductum, & per Guid. decif. 4. 18.  
5 † Tertio No. ibi teneantur, & debeant, quod mora  
toria seu saluus conductus debitori concessus ad cer  
tempus, tacitam habet conditionem, & clausulam  
dummodo fideiussoribus caueat de soluendo finis  
tempore: alias moratoria sibi non prodest: vt hinc di  
tur, & concordat cum l. vniuersa. C. de precibus h  
perat offerre. Et istud adeo verū est: q; etiā si in mo  
ratoria remittatur adhuc tenetur ipsam præstare. vt li  
dicitur in fi. & voluit Gl. quā ibi sequuntur Bal. Sal  
Pau. de Castro. & Fulg. in d. l. vniuersa. Quod tame  
limatur nō procedere secundum Cyn. Bal. & Dod  
præalle in dicta l. vniuersa. quando in ipsa moratoria  
esse clausula, non obstante, & licet lal. in. d. l. vniuersa.  
nu. 15. videatur tenere q; etiā sine tali clausula p  
sit remitti: tamē communis opinio, est in contrariū  
quod tanto magis procederet in hoc Regno: quia R  
noster expresse ordinat, quod remitti nō possit per i  
scriptū i ipsius moratoria. Intelligerū istud nota. vt R  
met. dicit: dummodo petatur fideiussio à creditori  
bus: vt etiam dicit Gl. quam ibi sequuntur Comuni  
ter scribentes. in d. l. vniuersa. in ver. præbeatur. in tri  
quod clausula fideiussoris præstande quod in eis  
moratoria: habet etiam sub se alia clausula, & co  
ditionē dummodo à parte petatur (vt dictum est.)  
valde exclamat Pau. de Cast. in eadem l. vniuersa  
ibidem

ibidem Ias. in princi. vbi per hanc Regulam infert ad multas quæstio. idem Alexan. confi. 2. 10. vñsis his que narrantur in themate. vol. 2. & Aret. confi. 137. clarissime domine.

¶ Quæro prima in hoc R. i. nunquid moratoria, seu saluus cōductus exēndatur ad debita iurata: ista q. habet duo capita, primū est, qñ sumus i dubio: scđm est qñ sumus in claris. primo casu Alex. in confi. 38. nu. 4. vol. 3. & Ias. in Lqueries. 2. nota. ¶ C. de prec. Imperat. offerend. concludunt, quod non: † quia Princeps, & et Summus Pontifex nunquam intelligitur velle derogare, actui iurato, vt probat text. expressus in cap. cōstitutus. extra de rescr. cū simili. quæ Alex. allegat etiā si ad sit clausula nō obstante, vel alia clausula derogatoria, vt dicit Gl. singu. in ca. cū non deceat. in Gl. fin. de electio. i. 6. Cyn. Pau. de Cast. & Ias. in l. fin. nu. 5. C. si contra ius, vel vtil. publ. Imo. & Abb. in ca. 1. de his quæ sunt a maiori parte capituli. Alex. conf. 125. vol. 1. Rom. conf. 393. 426. 435. & 404. & Thom. Ferra. cautela. 55. oculata fide. Secundo cadit in quæ, quod aut sumus in moratoria fundata super iuris, vt qñ conceditur a maiori parte creditorum. ut dixi supra in 2. nota. aut in ea quæ fundatur in sola gratia principis. primo casu, indubitanter cōclude, quod sic: † quia iuramentum nedū dispensari potest, sed etiā remitti per creditorē. ut patet ex ca. j. de iur. iur. & cap. 2. iuncta Gl. in vers. interpositio- ne de sponsa. & in iure ciuili per tex. apertissimos. in Labec. ff. de iure iur. & l. fin. in princip. ff. qui & a q- uis manu. libe. non fiant, & ita videmus quotidie ser- vi, & practicari in istis moratorijs, quas vulgariter concurrentis creditorum appellamus. † Secundo ca- su esset dicendum, quod nō valeat, quia Princeps se- cularis non potest iuramentū remittere, nec etiam super eo disp̄sare cum spectet ad ecclesiam, vel ad Romanum Pontifi. per cap. Venerabilem. de electio. c. nouit. de iud. vt tener Host. in c. quāto. & iu. iur. ant. de But. in cap. conringat. in vers. terius casus, & ibid. Imo. in 3. Membro. & Abb. eod. r. Cyn. Saly. & au. de Cast. in l. fin. C. si cōtra ius, vel vtil. publ. Alex. conf. 38. vol. 3. & confi. 7. vol. 4. Bal. in l. fin. C. de nō pec. & Ias. in l. qui iurato. nu. 26. versic. quarta fuit quid tenendum. ff. qui satisf. cog. sed quia vide- mus in hoc Regno fieri contrarium, vt ego pluries, & pluries vidi concedi in debitoribus per instrumēta, & obligationes iuratas: dici etiam potest, quod sic. Nec obstat allegata in cōtrarium, quod Princeps nō possit in iuramento dispensare, vel aliter disponere: qm cum illud dictū tres alias habeat op. vt dicit Ias. in l. qui iurato. versi. tu aduerte. nu. 23. videtur in hoc Regno recepta secūda opin. per ipsum relata, † quae habet quod Princeps habet vim Apostolici super iuramenti iuxta opin. Gl. & Bar. ibid. in l. adigere. S. quamuis. ff. de iure patr. Bal. in c. 2. col. pen. de prob. in l. 2. q. 6. C. rescin. vendic. in l. quis inquilinos. S. fi. in illū tex. ff. de leg. j. & in l. iurisgentium. S. genera- ff. de pact. Anchār. in c. quamuis. de pact. in 6. & in conf. 120. cum simili. dūmodo id faciat cum causa redic. idem Bal. in l. 2. in f. versi. C. de ind. vidui. tol. & tuer semper. videmus ex causis vrgentissimis ipsas moratoria concedere. quod nota. In Francia tamen sentitur, vt dicit Ant. Caius ad Ang. institu. de ex- cep. in rub. nu. 13. qd isto casu apponitur clausula dū modo dispensetur super iure a iudice Ecclesiastico.

¶ Secundo quæro, pone, quod in instrumento es- set renunciatiū in specie exceptioni moratoria, siue saluus conductus: nunquid debitor poterit moratoria allegare. Cy. in l. fi. nu. 4. vers. vñterius quæro. & ibid. Saly. ver. quæro. cum Iacob. nu. 6. C. si contra ius, vel vtil. publ. Pau. de Cast. in l. fi. nu. 3. & Ias. ibid. nu. 22. ff. qui satisf. cog. dicunt quod sic si in petitione mora- toria de renunciatione fuit facta mētio: quia tūc vi- deatur dispensatum per principem: quod potest, iux-

ta ea, quæ in preced. quæst. diximus: alias secus, & p- sumeretur subrepitia per ea quæ in precedēti quæst. diximus in prin. quod princeps in dubio non censem- tur derogare actui iurato, & ita seruatur quotidie, & seruari vidi.

12. ¶ Tertio quæro in hoc R. i. pone quod concessa est moratoria alicui à Principe motu proprio: quod nunquam præsumitur nisi dicatur, vt dicit Barto. in l. 1. num. 15. C. de peti. bon. subla. lib. 10. & in ea moratoria ordinatur q. a nullo eius creditore possit per tantum tempus molestari: nunquid intelligetur de creditoribus ratione delicti? Guliel. de Cane. in l. si exparte. S. quanquam. ff. quod cum c. Roma. singu. 182. quid si titius. Coepoll. in l. eruditores. 8. nota. nu- me tertio. de verborum significatione. & Rip. in l. 1. numero 97. ff. si certum petatur. dicunt quod non: ra- 13. tio est, secundum Coepoll. ibi, † quia creditor ratio- ne delicti, nō dicitur propriè creditor per illum tex. vt etiam no. Bar. in dicta l. prima. ff. si certum petatur. licet Rip. ibidem num. 94. disputando aliter teneat: & propterea verba ipsius moratoria in proprio cre- ditore, qui est ex contractu debet intelligi, item po- test alia ratio assignari secundum Ripam in dicta le- ge prima. quia si secūdū diceretur, sequeretur quod Princeps faceret ḡziam delinquenti: quod quidem dicere non debemus: non facta mentione de delicto per cap. postulati. in verificulo non ita de leui, de re- script. & p. ea quæ nota. late Ias. in authent. res quæ. numero xigesimo. C. commun. de leg. Ampliatur ista conclu. 10 secundum Rip. ibidem. etiā si propter pau- 14. peratem effet concessa moratoria: † quia delinquē- res digni sunt in paupertate temper marcescere. lege quisquis. C. ad l. ful. mai. ita. & l. bona fides. ff. depo- si. cum simil. quæ ponit Ias. in dicta authent. res quæ. Limitatur tamen secundum eundem, nisi ratio moratoria effet talis, quæ etiam in creditoribus ex dc- 15. licito locum haberet: quoniam tunc secus effet: † cū ratio legis, vel statuti debeat legem ipsam, & quam- liber dispositionem ampliare. l. regula. S. cum quis. ff. de iur. & fact. ignoran. & l. cum pater. S. dulcissimis. ff. de lega. 2. exemplum est secundum eum quoties- cunque datus est alicui saluus conductus ad finem veniendi in ciuitatem pro aliqua causa, nam tunc cū sub illo fine subintelligatur etiam data securitas re- cedendi, vt dicit Bartol. in l. vñtimur. ff. de sepul. viola. & l. prima. nume. quarto. ff. ad legem Iuliam maiest. & Guido Papa. decisiō. 418. numero tertio, talis sal- uus conductus etiam credores ex delicto, compre- henderet, vt ipsum molestare non valeant, & in rece- fu impedit, ne alias sibi de nihilo seruat. vt etiam firmat Bartolus in proprijs terminis confilio 169. statutum ciuitatis Tuderti. qui secundum Rip. taliter, & ob hanc rationem intelligi debet consuluisse.

Concessiones, & gratias benemeritis fidelibus nostris gratosè concessas, licet perpetua firmitate, consistant, plerunque ad maioris cautelæ præsidium, non solum nostræ confirmationis munimine roboramus, sed libenti animo de nouo concedimus, atque damus: sanè. motæ nouiter supplicationibus vniuersitatis, & hominum Ciuitatis nostræ Neapolis nostrorum fidelium dilectorum per eorum speciales syndicos, ad nostræ Maiestatis præsentiam destinatos: humili cum deuotione porrectis, volentesque cum eis benignè, & gratosè agere: eisdem Vniuersitati, & hominibus præfatae Ciuitatis nostræ Neapo, omnes & singulas fran- chitiæ, immunitates, exemptiones, priuilegia, gratosè factas, & facta, ac con- cessas, & concessa eis per claros memoriæ dominos Reges, & Reginas prædeces- sores nostros a tempore, scilicet domini Regis Roberti octauj nostri citra, per co-

rum literas, & priuilegia, & omnia si- gula in eisdem literis, & priuilegijs con- tenta iuxta earum, & eorum continen- tias & tenores quos haberi volumus, d- certa nostra scientia præsentibus, pro- ficienter expressis, specifice declaratis. ne non & omnes consuetudines, statuta, ri- tus, & obseruantias, & capitula antiquat tempore Regis Roberti, & successiue vi- que ad præterita tempora obseruata in di- cta Ciuitate nostra Neapo. eius casalibus & pertinentijs omnibus, quæ hic etiam ha- beri volumus pro sufficienter expressis, i- quarum & quorum possessione, seu quasi ad præsens existunt, tenore præsentium de certa nostra scientia, speciali que gratia confirmamus, & ad maiorem cautelam de dicta certa nostra scientia, de nouo con- cedimus, atque damus. Declarantes tu- men expresse, ac eadem scientia certa no- stra, eatundem tenore præsentium, que per huiusmodi nostræ confirmationis, & nouæ concessionis dictorum priuilegio- rum, franchituarum, immunitatum, & exemptionum, & omnium, aliorum su- perius expressorum literas, seu priuilegium eisdem Vniuersitati, & hominibus per no- factas, sive factum nos, & nostra Ciuitas nostrisque in dicto Regno haeredes, & suc- cessores non teneantur, nec teneantur solutio- nes prouisionum quarumcumque pagamenti, seu solutionis, alterius cu- cunque: nec etiam per eas, vel ea volunt aliorum iuribus quomodolibet derogantur, confirmantes, ac de nouo concedentes, runderem tenore præsentium de dicta ci- ta nostra scientia iam dictæ vniuersitati, hominibus præfatae nostræ Ciuitatis Neopol. infrascriptas alias gratias, & priuilegia videlicet quod ciues nostræ Ciuitatis Neopolis, & habitantes in ea, & eius distri- ctu, non possint vocari, vel ad iudicium trahi ciuiliter, vel criminaliter, etiam ex delegatione, extra ciuitatem Neapo- ratione rei, ratione contractus, & rati- ne delicti.

S V M M A R I V M .

- 1 Meritis gratiam princeps facit: remittitque le- gales penas.
- 2 Merita ad gratiam consequendam, qualia esse debeat.
- 3 Gratia benemeritis concessa, an possint per Prin- cipem revocari? Excipitur causa publice utili- tatis. ibidem.
- 4 Princeps concedendo, vel confirmanda, iurito- ry derogare non intelligitur.

5 Causa

*limes Neapolitani, & habitantes ibi in omni causa trahunt, & non trahuntur. Cum ampliat, & limitat.*

*limis Neapolitanus an foro alterius officialis pos-  
sit consentire?*

*Confirmatio quando iura nouae concessionis*

Conjunctio, quoniam sua noua coniunctionis operetur.

*Aliud est dare; aliud confirmare,*

*Confirmatio ex certa scientia fieri dicitur alio ex quinque modis. 12.13.14.15.*

*Cuius Neapolitanus quis dici potest, nouem mo  
dis. 17.18.19.20.21.22.23.24.25.*

*Sola domus comparatio sine habitatione hodie  
an sufficiet ad efficiendum quem ciuem Nea-  
politanum?*

### Differentia inter ciuem & incolam.

*Habitans civitatis Neapolis quis dicatur.*

*Vobis domus, habitationem signi-*

### *Incola & habitans qui dicantur*

*Habere domicilium, & habitare differunt.*

#### *Appellatione habitantium qui veniant.*

### Differentia inter habitantem & habitatorem.

Habens ciuitatis Neapol. numerus  
hunc eius primilegii gaudebit?

#### **4. Differentia inter privilegium fori, & alia priu- leria.**

103  
104

**N**ota primo in prin. Ritu, ibi gratias bene-  
meritis, tu quod gratiae sunt per princi-  
pem benemeritis, ratio est quia merita  
sunt illa propter quae princeps facit eas:  
anno remittit poenas legales: ut probat tex. & ibi  
ad. & Doct. in S. sed quod princi. instit. de iure natu-  
ri. & in catalo. gloriae mundi parte 6. considera. 19.  
et sic istud vero. & considera. 38. in fi & Gram. con-  
sidera. 1. & in catalo. 29. num. 40. & decis. 23. num. 15. Dicunt ta-  
ces Rahl. & Salyc. in l. illud. C. de sacro sanct. ecclies.  
lxx. & hinc l. si donatione. C. de collatio. & Guliel.  
en. edit. in quest. de episcopatu. num. 23. post repe-  
. cap. Rainius de repta. tu quod quotiescumque me-  
sunt causa alicuius concessionis, vel dispositio-  
nis alijs a iure prohibita; debent esse talia, quod ad  
tempo fuerit obligatae ille in cuius fauorem concec-  
tum est. vel dispositum fuit: alioquin concessionem non  
potest sustinere secundum eos.

undo nos ibi perpetua firmitate, quod gratia, cessiones benemeritis fidelibus per Regem eos

, dicuntur consistere firmitate perpetua: ratio  
quia cum sine concessa, benemeritis: yidentur  
ab meritorum seu servitiorum communione.

so meritorum, seu servitorum remuneratio-  
nem & propere transire in vim contractus: quo ca-  
munitur concluditur per Doct quod per Re-

, reuocari non possunt. yprobat text. quem pro  
soc Angel. & Roma. ibi, in l. pater. S. fin. de don.

*Bald. in lucum mitti, ss de dol. not. idem Bald. in l.  
sc patris, num. 14. verific. sed Nicolaus. C. de bo-  
postle synde lib. I. In p. cap. 20. in Ecclesiaturam*

*Spapel,vnde libe,Inn.in cap. quæ in Ecclesiârum,  
et de constit. Bartol,in l. hi qui ss. de iure immut.  
al,de Cast,in l,digna vox.C.de legi.Roma,consili*

in 6. Afflct. decisio. 228, num. 10, & Capic. de-  
cisi. 191, num. 16, & decisio. 166, cum alijs quos allega-

pragm. per excellente m. S. 11. & de expresso con  
numero 54. de senat. cons. Macedo. nisi causz

publicæ utilitatis id veller agere. ut dicit Afflict. in  
constitu. Regni priuilegia. nume. 2. versic. sed stat du-  
biuum. per tex. in l. quod semel. s. de decreto ab ordin.  
facien. & alia quam plura quo ipse allegat.

4. ¶ Tertio not. circa finem, ibi, aliorum iuribus derogari, quod princeps concedendo, aut confirmando nunquam intelligitur iuri tertij derogare, ad idem tex. in l. quoties. C. de preci. impera. offeren. & l. fina. C. si contra ius, vel vtil. publ. cum simil. idque etiam procedit, quamuis, vellet id agere per viam legis: si tamen non subiecta causa publica vtilitatis. l. venditor. S. si constat. ff. de commu. prædio. not. Inn. ind. c. quæ in Ecclesiastum. & Bart. in proœm. ff. & in l. j. in fine. ff. de constitu. princip.

¶ Quarto no. in fine Rjt. quod ciues Neapolitani & habitantes in ea, speciali priuilegio eisdem concesso, nec ciuiliter, nec criminaliter vocari possunt extra ciuitatem Neapolis: etiam ex delegatione: supple Regia, siueratione rei siue ratione contractus, & siue ratione delicti; & nedum conuenti habent priualegium declinandi quemcunque forum, & petendi se xmitti ad Magnam Curiam; verum etiam conueniendo alios, non tenentur sequi forum reorum, sed possunt eligere tribunalia ciuitatis Neapolis, adeo quod dicuntur habere priuilegium electionis fori: & possunt in ciuitatem Neapolis trahere; & ipsi extra eam non trahuntur ut patet inter priuilegia Neapolitanorum ad quæ latius te remitto, & ex Gram. de cisi. 87. circa princ. & ita quotidie practicatur, & obseruatur. ¶ Amplia primo prædicta procedere etiam si post delictum, vel contractum, obtentum esset priuilegium ciuitatis Neapolitanæ, ut dicit Ioan. And. in cap. i. de obligar. ad ratio. est de intentione Bartol. quem sequuntur communiter scribentes in l. j. ff. de pen. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisdictio. om. iud. habetur in l. j. quis postlea. ff. de iud. & dixi supra in Rjt. in fine in quo postea. ff. de iurisdictio. faciunt cleri

in Rīt. 6. in fine in eo qui post delictū fecit le clericū. ¶ Secundo amplia etiam si Neapolitanus semel consensisset foro alterius officialis quam Ciuitatis Neapolis : quia non potuerit prorogare iurisdictionem iudicis non sui in priuicidū vniuersitatis Neapolitana, scui per Hunc Ritum concessum est, quod eius cives & habitantes non possint trahi in alijs tribunali bus, & pro hoc Bart. in l. priuilegio, num. 1. C. de decurio. libro 10. vbi allegat l. asumptis in princ. ff. ad municipia. item per aliam rationem quam reperi dedisse Dominum Federicum longum, laudatissimum fisci patronum Regis Cameræ summariz in quibusdam allegationibus alias per eum editis in fauorem notarij Gulielmi Silvij de ciuitate Melis, quas habeo ad pennam in 1. volu. alleg. fol. 344. versiculo preterea. dicit enim ipse ibi, quod Regina Ioanna dum in hoc Ritu disponit, quod Neapolitanii non possint alibi conueniri quam in Ciuitate Neapolis ; nullam penitus iurisdictionem ipsis, nec alteri concedit: sed solum cognitionem, & iurisdictionem quo ad eos sibi ipsis in suis tribunalibus Neapolitanis referuauit propter quod cum sint sub ipso Rege relicti. & reserpati, siue vel int, siue nolint postquam sunt Neapolitanii; non possunt alterius iurisdictionem prorogare, vt dicit not. Bal. in cap. imperiale, §. fin. colum. penul. de prohib. feud. aliena. per Federi. est de mente Inno. in cap. cum M. Ferrarensis, de constit. & in cap. inter dilectos. de excessio. prælato. Guliel. bened. in terminis in c. Raynati in versic. & vxorem nomine Adelasiam decisi. 2. num. 54. de testa, & refert & sequitur Iacobi. in l. 2. §. conuenire. ff. de iudi. Limita primo prædicta non procedere quotiescumque Neapolitanii extra ciuitatem Neapolis delinquerent vel contraherent tanquam Baropes : quoniam tunc coram ordinario loci delicti, vel contractus possent conueniri pertex in c. j. §. fi. de priuil. in 6. per quem ita fuit in concilio alias decisum, vt dicit Capici. de cisi. 5. 9.

# Domini Prosperi Caraultæ Ebolitani

l.59. & seruatur in præct. Secundo limita quotiescunque priuilegium Civilitatis Neapolitanæ esset obtentum post delictum commissum, vel contractu in fraudem iuxta.l.fin. ff. de bonis eorum qui sibi mortem consci. vt not. Bart. in d. leg. j. ff. de poen. & Oldr. consil. 4.

- 8 ¶ Quæro primo in hoc Ritu tractante materiam confirmationis priuilegiorum, quid est confirmatio & quotuplex, quo ad primum respondendo cum Hosten. Imol. & Decio in rubrica de confirmata. vtil. vel inutil. dico quod est iuris prius quæstionis corroboratio, & ideo dicitur iuris prius quæstionis: quia vt dicit Bald. in l. nominationis. circa fine in versiculo conclude. C. de appella. confirmatio semper præsupponit aliquid esse prius, quod confirmetur: adeo quod secundum eund. ibid. in versicu. illud certum est, commensuratur ad illud quod confirmatur: & non extenditur ultra quam actus confirmatus se extendat. Et eius natura est secundum eund. Bald. in l. aduersus: in fin. C. si aduer. rem. iudi. Cuma. consil. 97. Itante dicto statuto Alex. consil. 122. viso puncto. numero 2. l. volu. 4. & Corne. consil. 278. visitis consilijs. volum. 1. addere confirmato, & non extendere, nisi in ipsa confirmatione adesset clausula ex certa scientia: quoniam tunc pedum daret robur actui confirmato: verum etiam ipsum extenderet. vt dicit singu. Bald. in cap. penul. colum. fin. versicu. quæro ergo, de constit. Alex. d. consil. numero 22. & Cott. in memora. in versiculo confirmationis sit. & omne obstatulum tolleret vñ scribit Bart. in consil. 196. 2. colum. versicu super secundo, & vt dicit Bald. post Cyn. in l. ex verbis, versiculo & inducit. C. de donat. inter virum, & vxor. & Cott. vbi sup. ¶ quando actus qui confirmatur ex certa scientia alias est, nullus; talis confirmationis operaretur causam nouæ concessionis. & idem Bart. in l. & quia. ff. de iurisdict. om. iudic. Imol. in cap. inter dilectos, in glos. appellari, de fide instrum. & Deci. in præalleg. rub. num. 6. versiculo & retenta. cum alias si non esset dicta clausula, illa confirmationis nihil de novo daret. vt dicit Bald. in d. l. ex verbis, ¶ quia aliud est dare & aliud confirmare, secundum Deci. vbi supra numer. 3. per tex. in d. cap. inter dilectos, & glos. in c. veniens. S. nec obstat de præscripto. Quo ad secundum, dico cum Deci. in præalleg. rubr. num. 8. versic. tertio, & Cott. in memora. supra citæ. quod confirmationis duplex est, vna quæ sit in forma communis: de qua loquitur tex. in c. quia diuersitatem de concep. præb. & c. illa. ne sed. va. altera quæ sit ex certa scientia, de qua loquitur tex. in c. pastoris. S. præterea, de off. de lega. & in clem. j. de iudi. confirmationis in forma communis secundum eos, dicitur fieri tunc, cum sine causa cognitione aliquid confirmatur. vt quando dicitur confirmationis tibi tales possessiones, vel tale officium, quod iuste possides: vel sicut iuste possides. vt etiam not. Abb. in c. j. & c. examinata, de confirmata. vtil. vel inutil. consil. 62. volu. j. & consil. 57. volu. 2. & Alexan. consil. 39. volu. 4. cuius confirmationis formam ponit Spec. in tit. de rescript. præsenta. S. ratione quoque formæ versi. sequitur videre. ¶ Confirmatio vero ex certa scientia dicitur fieri altero de quinque modis: primo cum confirmans dicit se ex certa scientia confirmare, vt dicit gl. in clem. 2. de rescript. Imo. in clem. præsentis eod. tit. & pulchre Rom. consil. 327. illæ sunt in 2. col. Abb. in d. c. j. & c. examinata. Card. consil. 44. quid retificatio, & satis notat Dominus Felix de Rubelis Sacri Regij consiliarius in quibusdam allegat. quas alias fecit in fauorem Hectoris de pazis. versi. nec similiter. & ego habeo ad pennam in 2. vol. 12 allegationū. ¶ Secundo cupi tenor rei confirmata inferitur. vt dicit Specul. in tit. de instru. editio. S. namq. autem. versi. item opponitur. Aret. consil. 15. reuerendissime pater. versi. præterea certa scientia & est tex. quæ Deci. in d. rubr. allegat. in c. penul. de confirmata. vtil.

- 13 vel inutil. ¶ Tertio quando cum causa cognitione tradidit Bal. in d. l. ex verbis. Aret. consil. 8. abunde e. j. & 2. Barba. inter consil. A. Alex. consil. 124. scripsit ec. 14 siast. volu. 4. & Cott. in d. memora. ¶ Quarto quando secunda iussio emanat. ve not. Abb. in ca. porrecta. 15 confirma. vtil. vel inutil. ¶ Quinto cu apponitur clusa non obstante secundum eund. Abb. in proxim. allegato. cap. & Deci. in d. rubrica. nu. 10. & istius de confirmationis formā ponit Spec. in præal. tit. de 16 scrip. præsenta. quem vide ¶ Secundo quæro quid dici poterit ciuis Neapolitanus: & in hoc breuiter pondendo, dico primo dicendum qui in ciuitate Nopolis ortus est, vt probat tex. in l. j. in princip. ff. ad nicip. & l. ciues. C. de inçol. lib. 10. intelligendo dicit glo. in d. l. j. siue ipse ortus sit ibi, siue eius p. vt probat tex. in l. assumptio. S. filius. ff. ad municip. 17 municipes. ff. de verbis. signifi. ¶ Secundo quidem ciuitate manumissus fuit. d. l. j. vbi etiæ not. 18 nu. 7. & d. l. ciues. ¶ Tertio ille qui ab aliquo Neapo adoptatus fuit. vt probat tex. eiusdēl. j. vbi Bart. & eiusdē l. ciues. intelligendo tamē vt dicit glo. l. ciues. & Bart. in d. l. nu. 9. donec durat adoptione. nō aliter. vt dicit tex. ad literā i. l. sed si is. ff. ad m. 19 ¶ Quarto ille qui ab ipsa ciuitate Neapolis in ci. receptus est, vt quotidie videmus fieri per spec. priuilegia, quæ ciuitas ipsa & alia concedunt. & probat tex. in d. l. j. cū ibi not. per Bart. nu. 16. ff. ad nicip. Bart. consil. 61. punctus talis est. & ibi 3. 8. verba. ff. de nogoc. gest. pulchre. Alex. consil. 137. vii instrumento donationis. nu. 13. volu. 2. Deci. consil. 352. col. j. & Affict. decisi. 3. 84. nu. 14. intelligendo secundum Bartol. & Alexan. in d. l. consil. etiæ si ibi non habitet & munera non subeat. vt etiam dicit de R. in d. l. j. versi. veniamus ad tertiam particulam. nu. 20. in ff. ad municipa. ¶ Sed hodie a ista tolluntur in a ciuitate Neapolis, quia nō ibi quis habitet. & don. habeat, non recipitur in ciuem, nec priuilegium conceditur. nam & sola domus comparata in habitatione non sufficit de iure, vt probat tex. in l. t. S. sola domus. ff. ad municipa. & gl. in c. xxvii in verbo. andegauensi, de fero. comp. Verum est, quod post receptionem in ciuem & priuilegium sibi concessum, si non habitat per vnam, aut de nos tantum adhuc priuilegijs, & pragmati. politanorum gaudet, vt vidi in multis ciuiis ciuitatis Neapolis per fides scriptas attestantur etiam in supra allegatis allegationibus. Dicimus. Ricardus longus folio 344. versic. fauet quoque. 21 ¶ Quinto ille qui in ea est electus ad aliquam offici. seu dignitatē pura & officialis ipsius. vt dicit gl. d. l. ciues. in versi. electio. in primis illi tempore in illis verbis ita intelligit, sed quia Bart. in d. l. j. in versic. 2. not. ff. ad municipa. altera dicta verba legit, scilicet in electione facta per receptionem & proxime dixi & eius intelligentia melior videt. dicio meo. iste quintus casus probatur. pen. quam. d. glos. allegat. eod. titulo. C. de inçol. 10. & hoc maiori ratione dicimus quod Bart. est in suæ terræ, vt etiam probat tex. in d. cap. ex parte primo primus ciuis. vt probat etiæ Regia prag. 5. 21. S. item perche li Baroq. inxit. de administ. vnu. 22. ¶ Sexto ille qui in ipsa ciuitate vti miles. Aperte meretur ut probat tex. in l. municip. la. a. in hi. ff. ad municip. per quem etiam ita firmat glo. in l. ciues. Et ex hoc credo procedere, quod ouranes Hispani qui sunt in ciuitate Neapolis g. uide. priuilegio Neapolitanoruin, quod nota quād. in gabinis

A D D I T I O  
2. Sed hodie Adde, q. per pragm. don Petri de tolo editam anno 1539. Perche sono molti &c. Neapo. priuili. alibi habitantes nō gaudet immunitatib. C.

Intelligendo predicta secundum Bar. in ead. Municipis. siue sit miles armatae militiae: siue legatus. Doctor. quod quidem potest etiam trahi ad Doctorum exteros qui in studio Neapolitano conducuntur legendum, & ibi stipendia merentur. Et Separatio ille qui in ea est rector alicuius ecclesiarum. vel prebans. ut dicit Inn. in cap. ex ote. ver. 16. in casibus de privilegiis Bar. in d. l. j. num. 13. versi. quare etiam. si ad municipi per tex. in c. cum nullus de temp. ord. in 6. facit tex. in d. c. ex parte. de fo. compet. & not. Abb. in e. quia in tantum. si fina. ver. extra de praben. Et Ostia si ille qui in ipsa ciuitate est monachus alicuius monasterij. ut dicit Bar. in sapientia allega. l. j. num. 14. ver. 13. propositam. ff. ad municipi. ratio est. secundum eum. sicut adoptatus transit in potestate adoptantis. & eiusdem ciuitatis efficitur cuius. ut supra diximus: eodem modo monachus in potestate capituli; & Abbatum; qui secundum eum ibid. nu. 12. sunt ciues ciuitatis. darat isti ista ciuitatis donec monachus durat in ipso monasterio & ipso inde recedente. finitur sicut. in adoptione conclusimus. Et Non secundum Bar. in d. l. j. num. 13. ff. ad municipia. illa mulier quae cum habet Neapolitanum per tex. in l. fin. S. item rescripsit. ff. ad municipia. ad idem tex. in l. cu quaecumque puella. ff. de iurisdict. omniū iudic. & l. sominaz. ibi nota. per Docto. ff. de senato. istud non puto sum: quia mulier per hoc non efficitur ciues Neapo- lana: ut dicit Bar. sed incola tantum. ut dicit ad litteram tex. d. S. item rescripsit. cum nulli sit dubium. differentiam esse inter ciuem. & incolam. ut probatur. in pluries allegata. l. ciues. C. de incol. lib. 10. Ita autem non sit cuius sed incola. tamen gaudet eisdem privilegijs quo alij ciues. ut dicit Bar. in tract. repre- sent. q. princ. Bal. in l. ciues. num. 4. C. de appella- tione. late consi. 129. verific. circa secundam. volum. j. Roman. consi. 20. in fi. volum. 2. & satis pulchre Silua. l. ciues. num. 10. quem vide.

¶ Tertio quare in hoc Ritu. qd poterit dici habitans Ciuitatis Neapolitanæ text. in l. j. S. hæc autem ut. habitare. vsq; ad si. ff. de his. q. deiece. vel estude. ibi Bar. videtur dicere. qd tantum qui in loco do- micilium habet cum uxore. & familia iuxta. l. ciues. ibidem Bar. allegat. C. de incol. libro. 11. idem l. 4. S. totiens ff. de damn. infect. iuncta. l. j. S. do- minum de liber. agnos dicitur. enim in d. S. totiens. qd alij debet citari ad domum & verbū domus signi- ficationem. & in d. S. domum. dicitur quod illa sit esse domus alij cuius in qua larem constituit uxore & familia. id est Bar. in l. j. S. permititur. nu- de liber. agn. Rom. pulchre. consil. 264. Fely. in c. sum. 2. de offi. ordinarij. & alij quam plures quos Afflict. decif. 3. 4. num. 1. & Grama. decisio. 87. qd quod secundum ista. t. cum incola dicitur ille in loco habet domiciliū animo ibi perpetuo per- tendi ut probat tex. in d. l. ciues. is tantum dici pos- sit habitans dicta ciuitatis. qui eiusdem est incola. Tero in l. lex Cornelii. S. si tamen. vers. ego puto. t. iur. dicit qd habitans dicitur etiam ille qui in loco non habet domiciliū. & exemplificat in scholari. item Glos. in l. 3. C. de incol. t. vbi facit differentiam inter habere domiciliū. & habitare tantum. Vince. in cap. repellantur. quem ibi refert. & sequitur lati- fine. & notabiliter Areti. verific. quare etiam hic nu- 23. de accusa. dicit similiter. & quod satis dicitur ha- bitans. qui non paruo tempore manet. nec vti hospes. per tex. in l. licet. S. in factum. ff. haut. capo. stabula. & idem Archidia. & lo. And. in cap. penul. per illum tex. de verbis. signifi. in sexto. vbi quod etiam in ma- teria priuilegiacione ille dicitur habitans. qui in loco est ad tempus. dummodo non stet in loco ad momentū temporis. vel paucis diebus. & quod habitans dica- tur etiam si qui domiciliū non habet firmat Bar. cōs. 42. nu. 3. vbi de famulo qui statq; seruitia dicit. qd di-

citur habitare. quia non momentū temporis hospita- tur. siue tantisper iuxta verba. dicta. l. 1. S. hæc autem. versiculo habitare. ibi tantisper. & idem satis pulchre Neapoda. in ultima consuetud. Neapo. in versiculo habitatoribus. num. 10. & Afflict. in costrit. quisquis. tertio nota nu. 6. pertex. in l. est differentia. ff. in qui- bus caesis. pignus vel Hippo. taci. contrah. vbi quod serui dicuntur habitantes. & tamen non habent domi- cilium. & ad idem potuerunt etiam allegare tex. in l. q. si- tum S. j. S. de leg. 3. & ista secunda opin. est verior se- cundū Areti. in d. capit. licet iura super alta materia. loquentia satis ambigue loquantur secundū eū. In- telligendo tñ. dummodo habitans maiore parte an- ni habitet iuxta declarationem Regia camera summa- riæ. de qua faciunt mentionem. Afflict. & Grama. dd. decision. Non obstant iura pro prima opin. allega- ta qm responderi potest vt per Areti. in d. cap. ad quē te remitto. vel (melius iudicio meo) quod non sunt contraria. dicunt enim eadem id solum. quod habita- re dicitur qui habet in loco domicilium. & hæc plus- quam verum est: sed quod solum ille dicitur habi- tare nequam decidunt. & propterea ad alias le- ges id disponentes recurrere debemus. Et ex ista se- cunda. & veriori opin. sequitur quod exteri qui habi- tant in ciuitate. vñscolares. vti Magistri Gramaticæ. veluti Artifices. dicuntur habitantes ipsius. & habitantum priuilegio gaudere debent per predicta. & per tex. admodum. not. in l. si vero plures. S. si horrearius 31. ff. de his. qui deieci. vel efflide. t. vbi omnes predicti. habitantium appellatione veniunt. cum illud edictū contra habitantes detur. l. j. S. summa. versi. hæc eodē tñ. & istis diebus evenerit in facto in Regia Audien- tia Principatus citra. & Basilicarum in quodam homi- nē qui vxorem suam tenebat in Ducatu Amalfia. vñ de erat oriundus. qui tamen cum apotheca cōducta maiore parte anni habitabat in terra sancti Seuerini. tanquam Artifex. & quandoque declinabat ad vidē dum vxorem. & quia priuilegium Illusterrim. Don Cesari de Gonzaga utilis domini sancti Seuerini lo- quitur. quod habeat merum. & mistum imperiū con- tra habitantes. cum essem in dicta audientia aduoca- tus fiscalis. & peteretur remissio predicti hominis fa- ciebam in eo dubium per iura prediagata: tandem ex predictis fuit causa remissa. quia reperto tunc per me Areti. in d. capit. & Neapo. cum Afflict. vbi super acqueui. & a dubio recessi. t. Aduerre tñ secundum Neapod. & Afflict ibidem. quod differentia est inter habitantem & habitatorem. & si primus est: licet non habeat domicilium: tñ secus in secundo. nihil alle- gent: sed est text in terminis. in l. j. S. hæc verba. verfi. habitare. ff. de his. qui deieci. vel estud. quæ omnia vti quotidiana bene nota.

32. ¶ Tero iuxta predicta quæ nunquid eo ipso. quod aliquis est habitans ciuitatis Neapolitanæ gau- debit oibz priuilegijs. prærogatiis. immunitatibus. & exemptionibus quibus ciues Neapolitani gaudent. Breuer inspecto iure cōmuni. ex his. quæ dicta sunt in quest. predicti: esset dicendum quod sic: sed inspe- ctio nostro Ritu secus est. nam vt faris clare patet ex eo. dū loquitur de immunitatibus. priuilegijs. & exem- ptionibus: sic generaliter non nominat nisi univer- sitatem. & hoies ciuitatis Neapolis. dū vero loquitur 34 de priuilegio fori: nominat ciues & habitantes: t. & propterea videtur facere differentiam inter priuile- giū fori. & alia multa priuilegia quibus Neapolitani gaudent: in tantu qd quest. predicta respondendo. sic puto distinguere debere: quod aut sumus in priuilegio fori: aut in alijs exemptionibus. & priuilegijs. Primo casu. eo ipso quod aliquis est habitans gaudet. & gau- dere debet tali priuilegio: quia sic est de iure: vt in- predicti. quest. tractauit etiam quia sic Rite iste determinat. Secundo vero casu secus. quia nisi sit ho- mo Neapolitanus eisdem non gaudet: vt hic patet:

# Domini Prosperi Caraulta Eboltani.

& confirmatur per Reg am prag. Regis Ferdinandi, quæ incipit, pateat, vniuersis, in titulo de immunit. Neapol. vbi quod exteri habitantes in ciuitate Neapolis non aliter gaudent vti ciues omnibus priuilegijs, libertatibus, & exemptionibus quam si vxorem duxerint Neapolitanam. & ibi domum adiequeantur, aut emerint, sive videmus in pract. seruari in Regia Camera summarie vbi nō aliter obtinet quis decretum ciuitatis Neapolitanæ, quæ si dicta prag. adimpleuerit, quod nota. Salerni, die 27. Maij. 1560. Prosper Carauta.

## R I T V S   CCCII.



Tem quod curia capitanei ciuitatis nostra Neapol. nō possit coguoscere de causis ciuilibus, nec super tenoribus instrumentorum, sed tantum habet cognoscere de causis criminalibus iuxta antiquum ordinem antiquitus obseruatum.

**N**ot. ex hoc Rit., quod antiquitus in ciuitate Neapolis erat Curia quæ regebat per capitaneum: & vt credo, erat illa quæ appellabatur Curia Vicaria, in qua præsidebat dictus capitaneus: differens à Magna Curia in qua præsidebat Magister iustitiarius & eius nomine Regens, vt de his duabus Curiis latius dixi supra in Ritu primo in fine. Hodie tale officium in dicta ciuitate non preest in aliqua Curia, sed cum Curia Vicaria, & Magna Curia sint vnitæ, & faciant vnu tribunal. vt in eodem Ritu primo dixi, extinctum est officium capitanei in curia: & solus Regens p̄est Magna Curia Vicaria. de hoc Ritu tertigi aliquid supra in Ritu. 109. in fine. versicu. vide quæ ibi dixi, Salerni, die 28. Maij. 1560. Prosper Carauta.

## R I T V S   CCCIII.



Tem q̄ carcerarius quarūcunque Curiarum ciuitatis nostra Neap. non possit, nec debeat aliquid exigere à carcerato, vbi non pernoctauerit, in carcere, & si pernoctauerit, quocunque tempore steterit in carcere, habere debeat tarenū vnu Amalſiç tantū, iuxta formam c. Regni.

**D**e materia istius Rit. & eius intellectu, in illis verbis, iuxta formam cap. Regni, dixi plene supra in Rit. 43. ad ibidicta te remitto. Salerni, die 29. Maij. 1560. Prosper carauta.

## R I T V S   CCCIV.



Tem quod honestatis causa, mulieres Ciuitatis Neapol. citaræ pro testibus in causis ciuilibus, in quacunque Curia & p̄ quavis causa coram iudice ordinario, vel delegato, non compellantur ire ad iur-

randum, & ad deponendum pro testibus sed mittatur ad domū earum vnu scriptor ad recipiendum iuramentum: & examineretur in domo sua, vel in alio loco honesto iuxta antiquam obseruantiam in talibus consuetâ: & sic similiter si dictæ mulieres litigarent in Curia, & essent citatae a respondendū super articulis, in quibus fuit citatae ad respondendum.

## S V M M A R I U M.

- 1 *Practica pro examinandis mulieribus, honestatamen in ciuilibus, & criminalibus in Regno, cum ampliat.*
- 2 *Mulieres vagari, nec virorum cœtui immisceri oportet.*
- 3 *Omnes curiae Regni obseruare tenentur, quod magna cur. vic. obseruat.*
- 4 *Actuarius cuius expensis mittendus sit ad examinandum principales, remissione.*

**N**ot. ex hoc Rit. † quod mulieres Neapolitanæ, & honestatæ in testes citatae pro causa ciuili, non tenentur accedere ad iudicem ad deponendum, & se ipse examinandum, & minime pro alia quacunque causa tenentur personaliter accedere ad deponendum, vt hic dicitur, sed in loco honesto, vel domo sua nisi ti debet actuarius qui eas examinaret. Et licet Rit. supra 142. disponat qđod iudex eo casu debet accedere ad domos earum, vel locum honestum, puta Ecclesiam; dici potest quod loquatur generaliter omnibus mulieribus; ite vero specialiter in Neapolitanis: vt cunque tamen sit, in pract. seruatur, quæ in ciuilibus mittitur actuarius ad earum domos, ut in mulieribus Neapol. quam exteris, tam in ciuitate Neapolis quam in aliis Curiis Regni, & in criminalibus quandoque accedit iudex ad Ecclesiam, quæ doque actuarius iuxta naturam cause, & qualitate personarum, qui actuarius etiam aliquando accedit ad domos, † Ratio istius Rit. & etiam illius est honestas mulierum, vt tex. iste dicit & constitut. Regni mulieres, eas enim non conuenit vagari, nec cœtibus virorum immisceri vt probat text. in capi. mulieres de ind. libro sexto, & latius Affili. in dicta constitut. mulieres, prima not. inquiens quid iudices iuuenes male seruant ista, & facile mulieres præsertim pars procurant ad se venire: sed est malefactum. Amplia hunc Ritum secundum Cauens. hic (vñc proxime dixi) in omnibus mulieribus honestis etiā exteris, cum militet. eadem ratio honestatis, vt per eum hic, & ita videmus obseruari in Ciuitate Neapolis, & in omnibus Curiis Regni, † quæ per ea quæ dicta sunt supra in primo Rit. tenentur obseruare, quod seruat Magna Curia, maxime cum sit iuris. firmat Bartol. in l. ad egregias numero tertio. ff. de iure iurand. Secundo Amplia secundum Barto. in ead. l. ad egregias. Iser. in constitut. Regn. in pecuniaris. colum. 2. in fine. & Marant. in pract. parte sexta in versicu. citatio. numero 27. versiculo vigesimo limitata etiam parte aduersa absente, & non citata, sed vt dicit Abb. in cap. si qui testium extra de testi. & Alex. ad Bart. in d. l. ad egregias ista opin. (licet æqua) de iuris rigore non procedit: quia sicut va dit actuarius ad examinandum mulierem: pari modo debet posse pars accedere: quod mihi magis placet, & videtur teneare etiam Marant. ibidem dum postea allegat Abb. in d. cap. si qui testium.

¶ Scenun-

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 178

**S**ecundo not.in fine Rit.ibi,& sic similiter,quod mulieres nedum quando vt testes citantur,nō tenentur accedere ad se examinandum coram iudice : sed etiam qn̄ citantur ad deponendum tanquam principales , & melius scientes veritatem , ratio est quam supra dixi in principio istius Ritu. Cuius autem exponens isto casu vltimo mittetur actuarins ad eas examinandum tanquam principales , dixi supra in Rit. 153. Salerni,die 29.Maij.1560. Prosper Carauta.

## R I T V S   CCCV.



**T**em quod de accusatione contumacij in citationibus in Magna Curia , soluatut torniensis unus tantum : iuxta antiquum ordinem , & obseruantiam dictæ Magnæ Curiæ : & eodem modo de sigillo magno citationum .

**C**rea accusationem contumacij de qua loquitur iste Rit.habes Regiam pragm.s.incep.suscepti.in titulo de actuaris. per quam mandatur solui unum granum. Sed hodie licet soluatut. & extra pandecta Magnæ Curiæ Vice nouiter impressa inter pragm.Illustriss.Ducis de Alcala in reformationibus Magnæ Curiæ pragm. 38 incip.item diciamo. in verificulo item per accusato de contumacia de officiis magistr. iusti. per quam mandatur quod pro accusatione contumacij ad citationem factam intus ciuitatem & districtum : soluatut unum granum , tam per ciues , quam per exterios : & extra Ciuitatem , & districtum per Neapolitanos grana duo cui dimidio , & per exteros grana sex . intellige , pro prima contumacia : quia pro ultima , tamen soluat grana decem : & ita etiam seruatur in legia audiencia principatus citra , & Basilicatæ : vbi dicta pandecta aderat antequam fuisse impressa . alij Curijs Regni alter seruatur & qualibet secundum suos styllos . Quo ad solutionem figilli de qua loquitur iste Rit. similiter aliter seruatur , & pro figillo quod apponitur in mandatis cum clavis ciuitatis , & Bannis .qua quod die ad partium in ciuitatem expedituntur : soluatut unum granum : pro figillo vero quod apponitur in prouisionibus , inhibitoribus duo carleni : & pro exequotorijs virtute instrumenti accusati iuxta formam Ritus , soluatut secundum quantitatem : a certa summa supra : & infra , & aliter Neapolitanis , quam exteri . Salerni , die 29. Maij. 1560. Prosper Carauta.

## R I T V S   CCCVI.

**T**em quod vbi aliquis citatus vel citata ciuiliter , vel criminaliter in quacunq; Curia fuerit bannitus , vel condemnatus , seu bannita , vel condemnata : deinde se possunt presentare eadem die , Curia sedente pro tribunali , vel post leuatâ : & nihil recipiatur pro presentatione iuxta antiquam obseruantiam Curia Vicariæ , & tempore presidatus quodam domini Ludouici de obiecisis .

**D**ixi de hoc Ritu supra in Rit. 93. in 3. not. ibi vide . scias tamen , quod id quod hic dicitur de presentatione : vt nihil soluatut . non seruatur , & siue presentet le quis Curia sedente , siue de sero , semper soluit grana decem . primo casu , pro petitione presentationis . secundo casu , pro illa cartula quam firmat iudex manu sua . ve dixi supra in d. Rit. 93. & ita etiam cauetur in pandecta Magnæ Curiæ Vicariæ , nouiter impressa in pragm. editis per Illustriss. Ducem de Alcala: in reformatiobibus Magnæ Curiæ pragm. 38. incip. ite diciamo . vers. item per la comparsa che si fa per li contumaci . in titulo de officiis magistr. iusti . Hic non sunt alia . Salerni , dio 29. Maij. 1560. Prosper Carauta .

## R I T V S   CCCVII.



**T**em quod pro presentatione instrumenti , & prima ciratione quæ fit super tenore instrumenti nihil exigitur : nec recipiatur : sed pro interloquitoria soluantur grana decem .

**I**ste Rit. in eo quod dicit , quod nihil soluatut in ciratione , super tenore instrumenti , & pro presentatione ipsius : non seruatur , sed vtoque causa solui debent grana decem : quinque pro ciratione , & alia quinque pro presentatione instrumenti : iuxta formam Regis pragm. s. incip. suscepti . in titulo de actuaris , sed quia actuarij curiarum omnia usurpant , multoq; exigunt grana decem pro quolibet ex dictis casibus . Salerni , die 29. Maij. 1560. Prosper Carauta .

## R I T V S   CCCVIII.

Item pro syndicatione omnium officiium ciuitatis Neapol. interfint duo syndici eligendi per vniuersitatem , & homines ciuitatis Neapol.

**V**biique seruatur quod hic dicitur de electione duorum ciuium , eligendorū per vniuersitatem ad syndicandum officiales vt dixi supra in Rit. 195. q. 1. & quia ibilate de hoc dixi , ad ibi dicta me remitto . Salerni , die 29. Maij. 1560. Prosper Carauta .

## R I T V S   CCCIX.



**T**em quod magistri actorū , & subactarij Magnæ Curiæ non debeant per substitutū seruire , sed personaliter debeant vacare in exercitio officiorum ipsorū non obstantibus quibuscunque literis & priuilegiis factis , vel in ante faciendis , sub quacunque forma , & expressione verborum .

Dixi plene de hoc Ritu supra in Rit. 2. in quinto nota . ideo ibi vide . Salerni , die 29. Maij. 1560. Prosper Carauta .

# Domini Prosperi Carauta Ebolitani

R I T V S   CCCX.



Tem iudices Magnæ Curiæ tempore prolationis sententiæ debeant taxare expensas, & condemnare, & non reseruare eis taxationem in futurum, & ita obseruatur per omnes curias prout antiquitatem erat fieri; & etiam consuetum.

## S V M M A R I V M.

- 1 Practica super taxatione expensarum.
- 2 Index expensarum condemnationem sibi reseruare non potest: sed earum taxationem sic.
- 3 Quis index taxabile expensas in sententia reseruatas.
- 4 Index successor est eadem persona cum predecessor reffctu officij.
- 5 Taxatio expensarum nunquid diffinitiuæ, vel interloquitoria dicatur. Et ab ea an appetetur, remissio?
- 6 Index inique expensas taxans, an possit revocare, & moderare?
- 7 Taxatio expensarum ante quam fiat, num partis citatio requiratur.
- 8 Taxa debet parti intimari, cuius appellatio suspedit executionem.
- 9 Appellandi tempus quando currat.
- 10 Qua forma iudices ad expensarum taxationem procedent.
- 11 Munera aduocatorum non veniunt in expensarum taxatione, & quare.

- D**e intellectu istius Rit. dixi plene supra, in Rit. 297, in princip. vbi etiam late posui materiam condemnationis expensarum, & in Rit. 298, ad ibi dicta te remitto.
- 1 Nota ex hoc Rit. quod antiquitus in Magna Curia Vicaria primo taxabatur expensa, & postmodum de eis sic taxatis siebat condemnation; quæ practica sumpta erat ex tex. capituli constitutis, iuncta gloss. in versiculo taxatione, extra de procur. vbi idem ad literam disponitur. Secundum quam pract. idem index taxabat & condemnabat, & ita dicit Cauens. hic multo reseruari, si certi plurimum, contra huc Ritum taxatione expensarum referuerit. Hodie vero quicquid Cauens, dicat, Ritum iste non reseruatur, & taxatione expensarum semper sententia condemnationis reseruatur in omnibus curiis Regni, idque antiquitus esse scribit Joan. Faber in l. sancimus. C. de iudi, & dicit communiter, & quotidie reseruari Mansuet. in practic. in titulo de expen. numero 8. versiculo item si index Marant. in practic. parte 6. actu ultimo. numero 22. in fine, & Petr. Rebuff. in commen. confit. Franc. tract. de expens. artic. 5. glos. vñica. numero 12. versiculo item taxationem, & numero 15. versiculo nec valeret, nam licet index non possit condemnationem expensarum sibi reseruare, vt late dixi supra in d. Rit. 397. quæst. j. tamen taxationem earum bene potest sibi reseruare, vt dicit Bart. in l. fructus. in fine, ff. de rei vendic. Bald. in authen. generaliter. pume. 11. versiculo item. C. de episcop. & cleric. Anto. de Butr. in cap. grauis. in fine de restitut. spol. Hipp. in l. parte,

num. 73 ff. de quæst. Pract. Papien. in forma libellæ actio. reali. in versic. expensis num. 15. & Alex. co. 37. vol. 2. alias si non reseruaret, non posset postea taxare, quia functus esset officio suo. l. j. in princip. & Paul. de Castr. ff. adl. Falcid. not. Luc. de Pen. in l. v. nica. col. 3. quæst. 12. C. de sumpt. recuperata. & Petr. Rebuff. in loco præalleg. pume. 13. & secundum istam pract. Regni & quæ vbique ex predictis generalis videtur: reseruare iudices in fine sententiarum diceat, & cum victori in expensis condemnantes, quarum taxationem nobis & nostra curia in posterum reseruamus: ut etiam scribit Lanfranc. in cap. quoniam comm. in versic. expensæ. num. 10. versic. quæro nunquid probati, & Rebuff. vbi supra num. 12.

¶ ¶ Quæro primo iuxta præfata, quis index taxabit expensas: quarum taxatione in sententia fuit reseruata? Bart. in l. ab exequatore. numero 10. & 11. versic. item prædicto. ff. de appella. & Pract. Papien. in forma libelli. in actio. reali. versic. & expensis. num. 16. & Lanfranc. in dicto cap. quoniam. contra. nu. 13. resiculo quæro quis. mouet istam q. & ex eorum dictis elicitor ista distinctio, quod aut sumus in iudice ordinario, aut in delegato, aut in arbitrio: primo dicunt ipsi, quod taxabit idem qui condemnavit eius successor, & qui est eadem persona respectu cij. l. cum quærebatur. ff. de re iudica. & cap. si granse. de re script. in 6. & sequitur Petr. Rebuff. in loco præ citato. num. 24. dicens id maxime procedere in tibus dictis verbis sententia, quarum taxationem in his, & nostra curia &c. Secundo, & tertio casu, taxabit iudex ordinarius: quia ipsi functi sunt eorum officio. ad idem Bald. in l. terminato. num. 10. & 11. C. fruct. & lit. expen. & tex. in l. a diuino Pio. in princip. de re iud. Verum si duraret adhuc tempus compliciti, posset arbitris taxare, secundum eosdem. Bald. Lanfranc. & si iudex delegatus esset talis, quod ad sibi iurisdictio remaneret ad sententiam exequatur idem esset secundum Barto. in d. l. ab exequatore. Papien. in loco præalleg.

¶ ¶ Secundo quæro nunquid taxatione expensas dici poterit sententia diffinitiuæ, an vero interloquitoria? & an ab eadem poteris appellari? & brevi respondendo, quia de verio dixi supra in Rit. in 7. nota. remitto me ad ibi dicta.

6 ¶ ¶ Tertio quæro nunquid iudex postquam se taxavit expensas: videns se inique taxasse: poterit taxationem revocare, & moderare? Inn. in c. per eo, in fi. quod met. cau. dicit op. sic. idem Bald. in eleganter. S. si quis post. col. pen. ff. de condi. inde l. in l. j. col. 2. C. de iudi. Rom. confil. 358. in princ. l. m. in l. quod usit. num. 4. ff. de re iud. & Hippo. in pract. Papien. in forma libelli in actio. reali. in versic. expensis. in fine. num. 19. & idem Pet. Rebuff. in loco præal. num. 32. ver. & si iudex dicens reseruari in Francia, dummodo taxatione fuerit consignata parti. Ego autem arbitror non esse recendendum à prima opinione: tum quia habet text. pro se in d. l. quod usit. iudicetiam quia Inn. relatus à pract. Papien. allegatur. l. quod usit, vbi non habentur eius scripta: proprie quod credo, quod sit litera depravata, & quod vbi allegare Imo. immo Papien. ibi videtur tenere primæ opin. quia dicit quod sententia taxationis, suscipit ym interloquitoria, & illud credo verum.

7 ¶ ¶ Quarto quæro nunquid partis citatio requiritur ante quam taxatione expensarum fiat? Bald. in l. terminato. nu. 9. ver. sed nunquid. C. de fruct. & lit. expen. moyet ista q. & rādem relatis aliquibus opin. & dist. dicit, quod aut in sententia principali aduersarii non comparuit, sicq; in eius contumaciam fuit prolata: aut non. Primo casu dicit ipse, quod si suis citatus ad sententiam ad certam horam: requiritur noua circu-

# Com. super Ritibus Magnæ Curiae. 179

Si quis prima est consumpta; si vero ad diem: tunc quætitatio intelligitur facta cum suis accessorijs, & plurius est interpreanda per l. fina. C. de anna. exceptio non est necessaria noua citatio, secundo casu indistincte tener quod requiritur citatio partis, per l. de quoque ff. de re iudicata. & idem etiam sequitur Hipp. in l. patre vel marito. numero 92. ff. de quest. & Marant. in practica, parte sexta. actu fina. numero trigesimo secundo. & ita ieruatur. Et adde f. quod ne dum requiritur citatio partis ad videndum taxatio nem expensarum, verum etiam postquam facta est ipsa taxatio, debet parti intimari, quia cum ab ipsa taxatione si index excesserit in ea, appellari possit. vt lxxi supra in Rit. 298. in septimo nota. & ponit Marant. in loco proxime citato. \* & si appellatum fuerit exequitio impeditur. vt tradit nota. Rebuff. in tracta. sentent. exequi articulo decimo sexto. gloss. 7. numero secundo & tertio. f. appellandi tempus non cur eret nisi a die intimationis, vel scierie. vt probat tex. in l. prima. S. finali. ff. quando appella. sit & capitulo concertationi, de appellat. in 6. quod nota. quia habui in facto in hac ciuitate in causa Magnific. Ioannis Comitis eiusdem ciuitatis & multi erant qui te lebant contrarium. \* Et licet Petr. de monte forte in spere Bart. de capua constitut. Regni poenam exorum. in versiculo, in glossa magna dixerit non esse necessariam citationem, sed posse taxari in absentia & qui post decē dies, nec posse appellari iuxta notam per glo. in l. si cum exceptione. S. hæc autem actio. in versiculo darum. in fine. ff. quod metus causa. non recedas a distinc. Bal. supra quo ad citationem predictam, & quo ad exequitio. & apellationem non recedas a predictis quia Bart. in d. S. hæc autem. non sequitur illam Glossam immo communiter reprobatur ut Albert. ibi latius dicit quem vide.

\* Quinto quero in hoc Rit. qua forma, & modo procedent iudices ad taxationem expensarum? Lanfranc. in saepius allegato capitulo quoniam contra. in versiculo expensarum, numero vndecimo. versiculo & tractate de probatio. dicit quod primo iudex debet rāre, secundo victor iurare illas fecisse. Tertio iudex declarando, condemnare: vt probat text. iūi authenti. post iusurandum. vbi etiam Bald. not. C. de iudi. & idem Marant. in practica, parte sexta actu. 9. numero trigesimo tertio. Rebuff. vero in præallegato. tractat. de expens. articulo quinto. glossa vñica. numero decimo. volumine tertio. quod in illo Regno Franciæ non seruatur talis practica, attenta forma dictæ auctoritatis. sed iuxta formam. in l. sancimus. C. de iudi. que fuerat correcta per illam auth. practicatur ibi, adeo quod primo præsentatur lista, seu nota omnium expensarum quas victor fecisse prætendit. secundo per eundem victorem iuratur fusse illas expensas in ille factas. tertio per judicem taxantur non omnino iuxta partis assertionem, & notam: sed prævidendi arbitrio, inspecta personarum, & causæ conditione, & qualitate vt tradit Bartolus. in l. ab exequitore. questione finali. ff. de appellat nec aliter requiritur quod iudex post taxationem condemnnet. vt Lanfranc. dicit per dictam authen. quia iam facta est condemnatio, quando proceditur ad taxationem, & secundum istam practic. quam tradit Rebuff. etiam in hoc Regno obseruatur, & proceditur. Et intellige, quod iudex absque aliqua probatione, ex suo officio taxabit expensas, considerata qualitate causæ, & temporis prolixitate, per l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. vt dicit Bart. in l. prima. in fine. ff. si quis ius dicit. non obtempera. plene Alexand. consilio trigesimo primo, numero trigesimo tertio. volumine secundo. & Rebuff. in loco præallegato, numero vige simo quinto. f. semper aduertendo, quod in honorarijs aduocatorū multa solent partes fundere quæ non veniunt in taxationem: ne homines facile litigent. vt

dicir Rebuff. & seruatur in hoc Regno, vbi nō quantum promissum, aut solutum est adjocari, taxatur, sed quantum iudici iustum videbitur. Salerni, die 2. Iunij in die Pentecostes. 1560. Prospet Carauita.

## R I T V S C C C X I .



Tem quod actorum notarij nihil exigere debeant pro scriptura sententiarū. Item pro copijs processuum, & aliarum scripturarum recipiendarum exactis Curiae soluatur ratus unusauri: videlicet pro singulis cartis octo & quod quilibet facies dictarum cartarum contineat virgulos. 25. & quod quilibet virgulus decem contineat partes. Et insuper volentes cum eisdem vniuersitatibus, & hominibus præfatæ ciuitatis nostræ Neapolis ad supplicationes eorum, & petitionem gratiosius agere: earum tenore præsentium de dicta nostra certa scientia decernimus statuimus, volumus, & mandamus, quod nulla Curia ciuitatis Neap. tam scilicet Magna Curia Domini Magistri iustitiarum Regni Siciliae, seu eius locum tenentis, ac Regentis curiam Vicariæ, quam Capitanorum, vel aliorum Officialium habentium mierum & militum imperium, cum gladij potestate de homicidio & de damnis clandestinis cōtra vniuersitatem, & homines dictæ ciuitatis Neapol. ad poenam, & damni satisfactionem damnū passo a malefactore procedere possint sed contra eundem malefactorem secundum iura communia Regni & constitut. & capitula. Statuentes etiam insuper & decernentes, ea runderem tenore præsentium de dicta certa nostra scientia, quod nulla curiarum predicatorum dictæ ciuitatis Neapolis, ex officio procedere possit de verbis iniuriosis ad denunciationem partis, sed per libellum accusatorium institutum secundum constitut: Regni, & iura communia procedere debeat, atque possit: in alijs vero criminibus, & delictis dicta Magna Curia Vicariæ procedere possit, & valeat non ex mero officio, sed ad denunciationem partis, exceptis duntaxat criminibus, & delictis vbi imponitur poena mortis ciuilis, vel naturalis, aut membra abscessio: in quibus quidem casibus per ipsam Magnam Curiam procedatur secundum iura communia Regni, constitutiones, & capitula: Curia autem prædicti Capitanei Ciuitatis nostræ Neapolis procedendo in criminalibus, & delictis contra quoslibet,

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

bet, per omnia seruent iura communia Regni constitutiones & capitula. Rituibus, obseruantis, priuilegijs, literis, & rescriptis quibuscunq; præsentibus forte contrarijs sub quaçunque forma, & expressione, verborum, etiam si de illis præsentibus esset specialis mentio facienda; quibus in quantum præsentibus refragantur tenore præsentium, & de dicta nostra scientia totaliter derogamus: non obstantibus quoquo modo, mandantes propterea præfatis vniuersitis, & singulis aliis nostris officijs maioribus, & minoribus quoçunque nomine nūcupatis, ac officio, & iurisdictione tangentibus eorumque locumtenentibus vñlibet in toto Regno Siciliæ, & præsertim in prouincia terræ laboris, præfatae nosra Ciuitate Neapolis præsentibus & futuris ad quos spectat & spectabit quatenus forma præfatarum literarum, & priuilegiorum præfatorum Regiarum, & Regionum predecessorum nostrorum de præfatis franchitiis, priuilegiis, immunitatibus & exemptionibus eisdem vniuersitati, & hominibus, ( ut præfertur, ) concessarum, & concessorum ac præsentium nostrarum literarum per eos & eorum quemlibet diligenter attenta, nec non & attentis præfatis consuetudinibus, statutis & obseruantis, & capitulis antiquis, illas, & illa ipsi & quilibet eorum: officiorum suorum temporibus eisdem vniuersitati & hominibus præfatae ciuitatis nostra Neapolis eodem modo quo in ipsarum, & illorum possessione, seu quasiad præsens existunt; nec nā & præfatas omnes alias concessiones, & priuilegia præsentibus nostris literis expressas, & declaratas obseruent inuiolabiliter, obseruare, & obseruari facere: sicut habent gratiam nostram charam, & benevolam; nec contra faciant præsentes, si prædicti & ipsorum quolibet indignationem cupiunt euitare, eisdem eadem scientia certa nostra, ac sub fidelitate earum tenore præsentium similiter & bona fide eiusdem vniuersitatis verbo, & fide Regalibus, pureq; sub nostra concessione ad omnem ipsorum de huiusmodi nostra confirmatione intime pro eisdem requisitionem, & voluntatem vniuersitatis, & hominum, seu per præsentes literas præsentibus similes, bullæ aurei, fieri facere mādare nostras lucidas, seu laudandas, in cuius rei testimonium præsentes literas exinde fieri fecimus, magno nostro pēdenti sigillo iussimus communiri, quas pro validiori robore earum, deditus, & subscriptissimus propria manu nostra: Ritu, & obseruantia nostra Curiæ contrario non obstante, Dat in castro novo Neapolis,

per manus nostræ prædictæ Ioannæ secundæ Reginæ, Anno Domini. 1420. die 19. Mensis Januarij. 12. ind. Regnorum nostrorum. Anno 6.

S P M M A R I Y M.

- 1 Forma eorum que actuarij pro sententiæ scriptris exigere debent.
- 2 Vælet consequentia, actmarius ergo latro.
- 3 forma, seu taxa salariorum, que actuarij pro copijs actorum exigere debent.
- 4 Magna Curia dicitur curia magistri iustitiarij.
- 5 Ciuitas Neapol. & eius homines pro homicidij, & damnis clandestinis, non molestanter ex privilegio.
- 6 Nec vlla alia ciuitas, vel locus Regni pro eius molestatur propter nouam contributionem Barricella seu capitanœ campania, faciendam.
- 7 Pro verbis iniuriosis per Curiam ex officio ad partis denunciatam, non potest procedi; sed per libellum cum limitat.
- 8 Pro iniuria illata factio, competit recusatio non actione.
- 9 Iniuria facta ecclesiastica persona, totam ecclesiam tangit: Deoque facta dicitur.
- 10 Remissio pro damnis clandestinis facta Regno præsolutione facta Barricellis campania qualiter intelligenda.
- 11 Princeps iuri tertij præiudicare nunquam intelligitur num. 14. Quod minime sine causa cere poterit. ibidem.
- 12 Dispositio principis alterius dominium auferre non seruanda.
- 13 Cessante causa, cessabit effectus.
- 14 Omnis redditus ad ius commune favorabilis, recessus vero odiosus.
- 15 Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.
- 16 Qui ad custodiæ tenetur: satis erit, si faciet quod potest.
- 17 Forma quam iniuriati libellando seruabunt.
- 18 Pro iniuria civiliter, & criminaliter agi non potest.
- 19 Index extimabit iniuriam suo arbitrio.
- 20 Injurians nunquid iniuriato ad satisfactionem iniurie, vel honoris teneatur: ita quod possit de hoc a iudice in sententiâ condemnari?
- 21 Casus in quibus homo homini iniuriarum actioni teneri potest remissive.
- 22 Verba aliquando iniuriam non sonant: sunt enim in effectu iniuriosa, & ibi adducitur Salernitanorum proverbiu[m] in hoc.
- 23 Iniuria num alio modo, quam verbis inferri possit?
- 24 Ponens famosum libellum, an & quando pena ultimi supplicij, & qua alia puniendus.

Priu.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 180

**P**Rincipium istius Ritus in alijs Ritibus impressis vsque nunc non est impressum in forma Ritus, sed ut rubrica alicuius Ritus sequentis: sed verè est Ritus; & pro Ritu augatur per Afflict. in constit. Regn. causas alias. 8. mot. num. 9. in fine. & Ioan. Anton. ne Nig. in cap. Regn. Item statutus quod sive in Magna Curia. & sius dispositio concordat cum d. cap. Item statutus in Regia prag. 5. incipit. suscepiti. in titulo de actuariis. & alia ordinatione eiusdem Regis nuper impressa in eis nouissimas prag. Illustris. Ducus de Alcala in reformationibus sacri consilij. pragma. 25. incipiens magna Ritu in titulo de officio sacri consilij, vbi statutum capitulum seruari mandatur.

¶ Nota. igitur primo ex hoc Ritu. in sui princip. q. pro scripturis sententiarum actuarij non debent aliquid recipere. Ratio istius R. & aliorum iurium suorum actuariorum est secundum Neapod. in dicto capir, & Afflict. in constit. Regn. pro scripturis. num. 2. quia antiquicrus actuarij habebant gagia a Regia curia ut etiam dixi supra in Rit. nono, in princi. & propterea statutum erat quod essent contenti eorum stipendijs, sed quia hodie talis ratio cessat; & actuarij emunt officia a curia: vi etiam dixi in dicto Ritu. nono. meritoque capituli praetallagari. neque dictarum ordinationum, & nostri Ritus dispositio obseruat; sed sua dispositionem Ritus 25. quem citat Afflict. in dicta constit. pro scripturis. possunt actuarij exigere pro scripturis sententiarum prout exitit laudabiliter obseruarum. Est autem laudabiliter obseruarum in sacro Regio consilio, & Magna Curia Vicaria in causa ciuilibus, quod a ducatis quinquaginta supra usque ad sexaginta, solvantur quinque carleni, & a sexaginta usque ad ducentum, carleni decem, a ducentum usque ad sexcentum, quatuordecim carleni, et a sexcentum supra usque ad quamvis quantitatem, triginta carleni; nisi esset sententia Magnæ Baronie, comitatus, & alterius status vel cuius hereditatis ducatorum decem male: quoniam tunc ad arbitrium sacri consilij, & eius praefide solueretur actuariis vt pater ex pandecta sacri co- nupti impressa in dictis pragm. Illustrissimi Du- cito titulo de officio sacri consilij. pragm. 5. in fine, statuto item perciascuna sententia. & ex pandecta Magnæ Curie. prag. 3. 8. versic. item per ragione de la sententia. in titulo de officio magistri iusti. mandatur exigere actuarios, pro scriptura sententiarum iuxta formam pandecta sacri consilij. & in causis criminalibus dicter nemor in Magna Curia, neque in Audientiis suis prouinciarum, absoluatur per sententiam dif- famam, sed solum per decretum ordinetur libera- bonis sub fideiussoribus de stando iuri, & se- cundo mandato toties quories fuerit requisitus, vt dixi in Rit. 248. questio 3. pro illo decreto soluuntur actuario tres carleni: si non factis defensionibus responitur, & si factis defensionibus, nihil exigitur per Illustrissimum Ducem de Alcala in his nouissimis pragm. sancitum est in reformati- bus Magnæ Curie pragm. 24. 5. hoc capitulum, officio magistri iusti, sed actuariorū incorrigibilis ad quadrum habitus, nunquam cessat ab inquisitis ex- spere. & multo plurisquam dictum est exigere, tamen Magna Curia Vicarie, quam in omnibus curiis Regni, tamen quia valida est consequentia, actuarius ergo (pace tamen bonorum dixerim.)

¶ Secundo nor. ibi, item pro copijs, q. por hunc statutum data est actuarijs forma, & taxa quam habent actuarij circa eorum salaria pro copijs processuum, & aliarum scripturarum: & iste Ritus in hoc quotidie versatur in tribunibus Regni per ora litigatiū: verū actuarij (qui semper omnia latenter ad se trahunt veluti per allusionem de quo in S. præterea in- struimus) continuo fraudem faciunt haic

Ritu, & ordinat eorum scribis, quod faciant literas magnas, vt cito impleant chartas, & copia processus appareat chartosa; sed reddent rationem, quando de his, & alijs penitentiam agere non poterunt: & ego ingenue fateor, quod in hoc nihil mihi conscient sum, quoniam quatenus ad meum officium aduocati fiscalis spectauit, & spectat, temper contra ipsos exclamauit in Regia Audientia Principatus citra, vbi ad presentes dictum officium exerceo; & continuo excludabo. Scias tamen quod in Magna Curia Vicaria circa Salaria actuariorum pro copijs processuū, extat. d. prag. 3. 8. in versic. item per la copia. per quam mandatur solui iuxta ordinem, & stylum sacri consilij. impressum in eisdem nouissimis pragm. in reformationibus sacri consilij. d. pragm. 25. Sex prouisione, versic. item per le copie de li processi. vbi actuarijs ordinatur, quod pro qualibet tareno habeant dare decem chartas scriptas; ita quod qualibet charta contineat viginti virgulos, & qualibet virgulus quaruor partes, prius aliter inter ipsos & partes fuerit conuenient, que quidem taxa si recte consideretur in istam redit. Adiuverte tamen quod licet iste Ritus dicat, tamen pro copijs processuum quam aliarum scripturarum, tamen non quam fuit in observatione, pro copijs scripturarum: quia pro eis arbitrio soluitur, sed solum pro copijs processuum (vt omnibus, notum est.) Limita illud non procedere in personis pauperibus; quoniam vel latius diximus supra in Rit. 194. nota in versicu. 2. est immunes sunt a solutione sportularum, tam in dictu, quam actuariorum.

¶ Tertio Nota. ibi Magna Curia domini magistri iusticiarum, quod Magna Curia, dicitur esse Curia magistri iusticiarum. & idem supra in Rit. 68. circa finem. quod est contra aliquos iudices deridentes aliquos procuratores dicentes in petitionibus, in Magna Curia domini magistri iusticiarum. Intellige tamen hunc Ritus loqui eo respectu, quia in ipsa Magna Curia presidet magister iusticiarum, & pro eo locumtenens, sive Regens, non autem, quod Curia sit sua; quia immo est Curia Regia: tum quia Rex, sive eius locumtenens generalis creat in ea Regem, & iudices, non autem ipse magister iusticiarum, tum etiam quia ipse Rex nominando ipsum magistrum iusticiarum, non dicit magistrum iusticiarum sive Magnæ Curie, sed nostræ. vt pater ex constit. Regni statutus, vt magna, & constit. Magna Curie.

¶ Quarto Not. ibi, de homicidio, & damnis clandestinis, qd ciuitas Neapolitana, & homines ipsius per hunc Rit. sunt priuilegiati; quod pro homicidiis & damnis clandestinis non possint molestari; neque pro pena Curie, neq; pro emendatione damni parti lassæ: Ex quo sequitur, qd in aliis vniuersitatibus Regni, ius commune Regni est in contrarium, vt teneantur ad poenam Curie, & satisfactionem damni parti per constitutio. Regni, si damna clandestina, & constituta super incisionibus. iuncto cap. Reg. frequens & incessuata. per quod etiam ad poenam Curie vniuersitates tenentur. vt latius per Gramma. decisio. 47. intelligendo tamen, quod vniuersitates teneantur ultra damni emendationem, ad penam Curie in duobus casibus tantum, positis postea per aliud posterius cap. Regni, quod incip. clædestinis, & clarius notatis per Gramma, in prealleg. decis. num. 2. videlicet quando vniuersitates vellent occultare malefactores, aut officiabibus ipsos querentibus nullot exhibere, quia extra dictos duos casus dictum capitulum ultra damni emendationem, nullam poenam impónit, corrigendo in hoc dictum capitulum frequens. & vt attestatur

## A D D I T I O.

¶ Latro, vide quæ diximus ad ritum 13. & 19. C.P.

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

Statu: ibi Gramma facta diligent perquisitiope in sacro consilio, & Magna Curia Vicaria, nūquam sive reperta aliqua vniuersitas condemnata ad aliquam poenam Curia, vtra damni emendationem. Sed hodie nulla vniuersitas Regni molestatur pro homicidiis, siue dānis clandestinis: eo quia annis ab hinc decem Regia Curia in singulis prouinciis constituit capitaneos, seu Barricellos cāpaniæ cū quiinquaginta hominibus cum unoquoque, pro custodia territoriorum, quibus oībus soluitur stipendium per easdē vniuersitates, quæ sub hoc paço consenserunt huic noua impositioni, & solutioni, quod ad custodiā territoriorum nō tenetur, & proinde pro clandestinis non molestarentur, in tantum qđ quotiescunq; euenerit aliquam vniuersitatem molestari pro tali causa, qđ per eandem exponitur Illustriss. Proregi Regni, & eius collaterali consilio illōc expedientur prouisiones, quād stante, contributione quam facit solutioni Barricelli cāpaniæ, non molestetur. vt plures vidi expediti in multis causis vertentibus in Regia Audientia principatus citra & Basilicatæ, \* & nouiter videre poteris per pragm. vniq. in titu. de damnis clandestinis.

¶ Quinto nota: ibi statuentes etiā insuper, qđ pro verbis iniuriiosis non potest per Curiam ex officio procedi ad denunciationem partis iniuriatae: sed per libellum institutū secundum formam constitutionis Regni, & iuriū communis, & idē etiā firmat. Affl. per hunc Ritū in tit. de pace iuram. firma S. in iuria. num. 7, & Gramm. decis. 37. num. 22. & Pet. Foller. in frag. post pract. titu. de iniur. num. 139. versi. & est notandum. & limitat Ritū iste dispositionem alterius Ritū supra 291. per quē dicitur, quod qui suā vel suorūtq; iniuria prosequitur, admittatur ad de quaesiendū. vt ibi dixi in 2. not. Et adde quod nedum non potest procedi ex officio ad denunciationem partis, sed nec etiā ad querelam: nisi querulans libellū portigat, vt pateat ex parte Magna Curia impensis, nouiter in prag. Illustriss. Ducis de Alcala in reformationibus magna Curia dicta prag. 38. versi. item che nessuno, vbi ordinatur actuariis, qđ non debeat accipere querelas de verbis iniuriiosis, & casu quo accepit, non possint aliquid consequi pro eius casatu, neq; pro decreto, sed teneat partis ad expensas, & licet iste Ritū videatur solum loqui in ciuitate Neapo. & pandecta solum in Magna Curia, tñ per totum Regnū idem seruatur, & seruari video. Et ideo Affl. in d. S. iuria, & Gramma. in dicta decis. dicunt qđ stan te hoc Ritū, ita seruatur in Regno, & maximē in ciuitate Neapo. Maran. tñ in pract. parte 4. distin. 1. vers. ex predictis. num. 11. videtur contra hunc Ritū. & praefata loqui dū dicit, quod in Regno est communis stylus curiarum quod in criminē iniuriarum solet procedi per libellum, & per querelam, & ideo Pet. Foller. ibi in apostol. ad eum dicit, qđ eius dictū contraria tur huic Ritū: sed saluari potest Maran. quia nō loquitur in verbis iniuriiosis, in quibus loquitur Ritū, sed in criminē iniuriarum, intelligendo in aliā iniuria, quam in verbali. vt infra dicam. ¶ Limita primo hūc Ritū non procedere secundum Pet. Foller. ad Marat. in loco præalleg. nu. 166. vbi cuncte iniuria illata esse facta, qm tunc quia complicit accusatio, & non actio, per l. iuria. ff. de iniur. & l. legē Cornelii. S. si quis libellū ff. eo. tit. & l. ynica. C. de famo. lib. etiā sine libello per accusatiōnem siue querelā procedi potest. sed ista limita non est necessaria, quia Ritū. nō est non loquitur generaliter in actione iniuriarū, sed in verbis iniuriiosis, & valde miror quod ipse nō ponderavit hunc Ritū in hoc. Secundo limita secundum Affl. in d. S. iuria. num. 8. quotiescunq; iniuria fieri vaſallo per eius Dominum per capitu. Reg. quod ipse alleg. Tertio limita secundum eundē Affl. ibi. & Pet. Foller. ad Maran. in loco præalleg. nu. 13. ver.

fallit; quotiescunq; iniuria esset facta viduis, p̄ lis, ecclesiasticis, & aliis miserabilibus personis, tunc ex officio procedi potest per Doct. Bal. in ad hāc. circa fin. C. de iur. & in l. si quis in hoc C. de epis. & cler. & per c. Reg. de iniuriis. vt etiā Maran. in pract. par. 6. intit. de inquisitio. num. 1 seq. versi. 11. inquirit. ¶ vbi quod iniuria facta clericis ecclesiasticis personæ, dicitur facta Deo, & tota ecclesiam tangit secundum gl. in c. nonnulli. 3. q. 1. Abb. in c. 2. de foro comp. & c. cū sit generale. col. 4. eo. tit. Sublimitat tū Pet. Foller. ista limita, in prox. cito loco, & in fragmen. post pract. c. tit. de iniur. num. 141. versi. illud adnotandum est. procedere in gravissimam iniuria tantum per ea quæ dicit Bal. in l. si quis in hoc genus, in fin. & Hippo. cons. 1. oī. num. 20. vbi qđ statutum puniens offendentem clericum, cōprehendit solum inferensem ei grauem, & atrocem iniuriā, nō autem leuem, sed istam sublimitat. non puto verum quia dictum ca. Regni de iniuriis loquitur generaliter, nec obstat Doct. Bald. & Hippo. quia Bal. nō dicit id ad quod Hippo. ipsum allegat, vt videri potest sed quia tēx. dicta l. si quis in hoc loquitur de aucta iniuria. Bal. in fi. illus l. dicit. nota quod non omnifensa facta clericō, dicitur offensa sed tantum atque supple quo ad terminos illius l. loquentis de aucta iniuria. & ista est intentio Bald. alias non recte dicit, nec verum esset, quod clericus nō dicitur offenditus, vel iniuriatus nisi atrociter offendatur vel iniuriatur dicitur persona, curia ex officio procedere potest, & quotidie procedi videremus.

¶ Sexto Nota. circa finē, ibi, in illorum possessiones seu quasi quod priuilegia omnia Neapolitanis cōficiantur per hunc Ritū confirmantur; cum clausula, scilicet, eo modo quo in possessione existunt.

¶ Quarto satis necessario ad hunc Ritū. super quarto nota. dictum fuit, qđ hodie in Regno valentes non molestantur pro clandestinis, ex cancellationum quas faciunt barricellis, nunquid capia pena curia, quam pro emendatione damni maturatur, an vero solum pro pena curiae, salvo ad manente iure parti laicæ contra vniuersitates in ritum territorio damnum commissum fuit? Vnde primo quod dicta cōtributione solutionis exonerant vniuersitates solum ad penā curiae, t̄ quia iuri tempore, nō nunquam intelligitur Princeps velle prædictum, vt probat text. in l. secunda. S. si quis a principe concordant. traditis ibi per glo. ff. ne quid in loco publico, sed nec etiā potest ad facere, etiam per viagis absq; causa. vt not. Innoc. in cap. quæ in ecclesiis. rum. de constit. & Bart. in præocem. ff. & in l. prima. fine. ff. de constit. princip. pro quo. l. venditor. S. si cōstat. ff. commu. præd. adeo quod vt inquir Bald. inde bermus, in princip. C. de sacrosan. eccles. late. Pet. dicto cap. quæ in ecclesiis. & Affl. in cōstit. Regni. instrumentorum. quæst. 12. verificulo. sediata hanc num. 15. t̄ dispositio Principis per quā dominium alterius auferitur non est sequanda, neq; infamia fori neque in foro poli. contrarium tñ arbitrio de iure verius, pluribus ex causis: prima, quia recte considerando omnia iura Regni, quia de hac materia haec quantur nullibet reperitur quod vniuersitates teneantur ad poenam curiae ultra damni emendationem; ratione territorij non custodiri, propter quod crederunt, qđ nunquam in Sac. consil. & Magna Curia, vniuersitas aliqua ad talēm poenam reperitur condemnata. vt attestatur Gramma. decis. quadrageinta septima & licet per cap. Regni. quod incip. clandestinis circa finem. in duobus casibus vniuersitates teneantur ad penam curiae, vt supra etiam dixi in quarto not. si recte illud cap. consideretur, in illis duobus casibus, non teneantur ratione territorij non custodiati. sed quia scientes malefactores, vel p̄nes se habentes, volunt ipsos reuelare, & officialibus querentiibus exhibe-

ribere, quo stante pro vero, & verissimo, nisi contributionem, quam faciunt yniuersitates Barricellis ponearent eas ab emendatione damni paru eisdem profuisset creari facere Barricellos pro custodiis territoriorum, & de nihilo penitus eisdem seruiret, & si diceatur, qd satis eisdem prodest, si in illis duobus casibus, in quibus possent ad penam curie teneri, non tenetur. Respondeo quod ego indubitanter reneo, & etiam hodie stante dicta contributione, yniuersitates non sunt exemptae ab illis: quia Regia curia, a cu*stodia territoriorum* exemit eas, non auta delictis, prout esset proprie occultate malefactores, vel nolle exhibere. Secundo, quia dato quod teneretur yniuersitates ad emendationes, & penas ob malam custodiā, prout ex supradictis contrarium patet aperte sume, cum Regia Curia a lumpserit in se hoc omnis custodiendi, deputando in qualibet provinciā suū Barricellum & milites; videntur ipsae exemptae ab omnibus, ad quod ratione custodiz tenebantur: t quia custodiz causa cessante, cessat ipsius effectus, cap. & si Christus, in fin. de iure iur. c. qd cessante, in princip. de appell. & l. adigere. S. quamuis. ff. de iure patr. cum s. nullius late cumulat Tiraquell, in tract. suo cessante causa, in princip. nu. 12. Tertio, quia ut inquit Iser. in consti. super incisionibus, circa finem, & in constit si dama clandestina, non reperitur scriptura de iure communione, quod subditū teneantur ad custodiā, secundum Disput. Thom. in 2.3. quæst. 63. art. 7. Rex Regni qui habet redditus, & prouentus, tenet custodire, & oes violentias, & latrocimia emendare; quo sit, quod cum d. const. & cap. Regi, quæ volunt contrariū, sunt contra ius commune per ultimam contributionem reddimus ad ius commune, & omnis redditus ad ipsum compone est fauorabilis, recessus vero ab eo odio. Sicut ut dicit Silua. Nup. lib. 6. nu. 25, & consil. 12. inter confilia Brunii. nu. 182. & Tiraquell, in tract. cessa. cau. 12. parte 1. in versiculo necessitatis. num. 182. & secundum istam ylcam op. vidi ego literas Regij collateralis consilij tempore Reuerendiss. Card. Pacechi anno Domini 1554. 21. mensis Iunio expeditas, & registratas in registro partium octauo. folio 144. p. quas ad instantiam yniuersitatem terræ Eboli ordinabatur Regie Audientie principatus citra, & Basilicatæ quæ dicta contributione solutionis Barricelli, eandem yniuersitatem non molestaret tam pro pena, quam pro damno, ut ex eis colligitur, & etiam hodie videri potest quæ literas inuenies impressas in dicta ynica in tit. de dam. clandest. Non obstat contra ius supra allegatum, quod iuri tertij Princeps non videretur neque potest prædicare; qm quo ad ius terri, circa damna emendationem non negarem, quod idem ius quod competebat partibus lass, contra yniuersitates, posset hodie competere contra Regiæ Cuniam eximètum yniuersitates, a custodiis territoriorum, cum quoad custodias præfatas, ipsa Regia Curia sit subrogata in locum yniuersitati, & subrogatum supiat naturam eius in cuius locum subrogatur, per text. ybi Bar. no. & ceteri scribentes in l. si eum. S. qui iniuriarum ff. quis cauio. Verum quia Regia Curia qd hodie ex causa præfata contributionis tenetur ad custodiā, ut dictum est, deputavit iam Barricellos, & homines in provincijs pro custodia territoriorum, arbitror quod nec eriam ipsa cōueniri potest a partibus lessis ad damnorum emendationem, qd ut inquit Iser. in præalleg. const. Regni super incisionibus, circa finem, cum provinciæ Regni sint multæ, & territoria ampla, & nemo possit tam perpetue tamquam connoieret etiam arctum locum continuo ire, quin possebat alij interpellari. vt inquit text. in l. seruitutes. la 4. in princ. ff. de seruituti, nō est possibile taliter custodire ynam partem territorij, vel provinciæ, quin in alia latrones depredentur, & occidant. ut clarum est, & proprieat qui tenetur ad custodiā, satis est

secundum cum, si faciet quod potest. l. si. C. de his bus ut indig. immo, & quod commode potest per L. nepos procul. ff. de verb. leg. & cap. faciat 22. q. 2. & ideo videmus quæ à constitutione facta de dictis Barricellis, cause clandestinorū penitus conqueretur in hoc Regno: quæ omnia bene nos, quia ad præsens lis est in limine in Regia Audientia Principatus citra, & Basilicatæ, inter Illastriss. Comitissam Pollicastri ac tricem ex una, & yniuersitatem terræ Eboli rea conuentam ex altera super emendatione furti clandestini in territorio dictæ terræ commissi in persona cuiusdam hominis, seu vasalli dictæ Comitis, qui ad eandem Comitissam asportabat in ciuitatē Neapolis quandam pecuniarum quantitatem.

- 17 ¶ Secundo quæro hic dicitur, qd libellus in actione iniuriarum debet institui secundum formam iuris communis, & const. Regni, quæ nam erit illa forma, 18 quam iniuriati seruabunt circa hoc? Breuiter t cum pro iniuria possit agi cūliter, & criminaliter, ut probat tex. in S. in summa. institu. de iniur. nota. per Affl. in cap. 1. S. iniuria. num. 6. de pace iura, firman, & Marant. in pract. parte 4. in princip. versiculo quia tamē, num. 9. quotiescumq; agitur cūliter, debent in libello dicere secundum eos, & iurare quod potius voluerit tot aureos de propriis bonis amittere, quam talem iniuriarum pati, perendo eundem iniuriarum in illis condemnari sibi secundum dispositionem iuris communis: per quod tota poena applicatur parti. ut no. Bar. in l. iniuriarum. ff. de iniur. Affl. & Marant. in dictis locis. secundum vero dispositionem constitut. Regi varietates poenarum, condemnari sibi solū pro tercia parte, alijs duabus partibus ipsi Curie applicandis, quo libello taliter instituto, t iudex postea iuxtabit illam qualitatem quæ sibi iustior apparebit; personarum loci, temporis, & iniuriæ qualitate pensata. vt dicit tex. in S. poena. institu. de iniur. & consti. præalleg. varietates poenarum, condemnando ad eam partem iniuriarum, & distribuendo in sententia modo quem dixi in Regno, vel alio modo extra Regnum vbi seruabitur ius commune. Dicit in Marant, in loco præalleg. versiculo & hoc fuit inductum. num. 10. qd inspecto iure communi præfato, secundum quod tota poena applicatur parti; dicitur agi mere cūliter; sed inspecto iure Regni in dicta constit. per quā pro duabus partibus applicatur Curie; dicitur iudicium mixtum; in tantum qd si peteret iniuriatus tota poena applicari sibi; libellus non procederet, secundum eum ibidem num. 11. Quotiescumque verò agitur criminaliter iniuriatus petet iniuriarum condemnari & puniri; prout iura & Regni constit. volunt, & mandant. vt scribit Affl. in dicto S. num. 6. & Maran. in loco præallegato, num. 16. versiculo criminaliter. & eo casu poena erit extraordinaria secundum qualitatem personarum, loci, temporis, & iniuriæ. vt dicit tex. in d. S. in summa l. fin. ff. de iniur. & l. pedius. S. 1. ff. de incend. rui. & naustag quamvis in Regno habeamus alia const. quæ incepit: vt dignitatum, per quam certæ poenæ determinantur quando criminaliter agitur. vt etiā Maran, dicit in loco proximè citato. & in isto iudicio criminali iniuriatus nō extimabit iniuriarum; nec aliud petet, quam quod dixi, quia extimatio in tali iudicio pertinet ad iudicem, qui extraordinariè condemnabit, alias si pars secus faceret, libellus, siue quæla non procederet. vt no. Maran in præalleg. num. 12. versiculo ex prædictis infero.
- 20 ¶ Tertio quæro nunguid iniurians tenetur iniuriato ad satisfactionem iniuriæ sue honoris, puta metiendo vel veniam petendo, aut famam restituendo, adeo quod ad id iudex debeat in sententia ipsum condemnare? Maran, in pract. parte 4. in princip. nu. 17. versiculo sed iuxta hoc, videretur firmare quod sicendum quo ad primum sed etiā quo ad secundum, & quod iniurians teneatur ad satisfactionem honoris firmat

# Domini Prospere Carautæ Ebolitani

Armat Hostien. in summa de poenitentia. S. quibus. ver.  
siculo tu dicit. Diuus Tho. in secunda secundæ. quest.  
62. articulo 2. Floren. secunda parte. titu. 1. cap. 2. S. 3.  
Par. in tract. syndicæ. in versiculo compositione. S. quia  
plures. & Dida. Couar. in libro variarum resolu. lib. j.  
cap. 11. versiculo iustissimum tamen. & probari po-  
test ex cap. inter solicitudines circa finem de purga-  
tione canonica. & cap. peccatum de regu. iuris. in 6.  
Petr. vero Foller. in apostill. ad Marant. loco prealleg.  
tenet contrarium quo ad id quod dictum est posse iu-  
dicem ad talen satisfactionem condonare. inquit  
quod satisfactione fieri consuevit cum partes inter se  
concordant. non autem cum in iudicio res agitur.  
quoniam tunc iudex non aliam poenam imponeret.  
quam quæ sibi oibüs pensatis iusta videtur. & quod  
Par. qui de istis satisfactionibus tractat. ita procedit.  
vt patet cui libet legenti. & Hostien. dictum cum in  
soro conscientia agit coram sacerdote loquitur. & ve-  
rum est. quam opin. ego verissimam puto. tam de iu-  
re. quam de consuetudine. quæ non seruer in senten-  
tia condemnare ad satisfactionem honoris. & eā etiā  
tenet Dida. Couar. loco prealleg. num. 4. versiculo  
verum. dum dicit quod iudices frequentius omittunt  
hoc in sententijs. & aliam penam eorum arbitrio im-  
ponunt. Non obstat tamen capituli inter solicitudines.  
de capituli peccatum. quoniam licet aliquid videan-  
tur in argumen. probare. tamen de satisfactionibus  
honoris partium non loquuntur. & quando id dico-  
tent. expresse de iure cano. procederent. quæ bene  
notæ. quia facile quotidie eveniunt. & poteris inter-  
rogari. In Hispania tamen per l. 2. titu. 9. lib. 8. ordin.  
alter est statutum in sex tantum verbis injuriosis. ut  
dicit Didacus Couarrias loco proxime citato. in  
princip. capi. 11. num. 2. & Petrus a Plaza. in epitome  
de delictorum. lib. j. cap. j. num. 2.

¶ † Quarto quarto in quibus casibus homo homi-  
ni teneri potest actione iniuriarum? Matthæus de Af-  
flic. in titulo de pace iuram. firmans. in S. iniuria. num.  
23. versiculo & ideo quarto. latius super hoc scribens  
enumerat multos & penè infinitos: idead eius di-  
cta te remitto. † scias tamen ultra eum. quod nedū  
cum expressum iniuria dicitur: actio iniuriarum locū  
habet. verum etiam cum aliqua verba proferuantur  
quæ quo ad cōtingentem iniuriam non sponant: & in ef-  
fectu iniuriosa sunt. ut scribit Card. in capitulo ex li-  
teris. tertio nota. nu. j. de confus. Ioan. Neuiza. in sua  
flua. lib. 4. num. 76. Petrus de Rauen. in allega. confus.

inter suum Alfab. co. 34. folio 171. & Petrus a Plaza in  
epitome delictorum preallega. cap. j. nu. 13. vbi ex-  
plification eo qui dicit aliquid mulieri. tu es yna bona  
mulier: firmat Ang. in l. vestem. ff. de eo qui dicit. de  
leo quod suisisti verberibus affectus. & Soci. consil. 6  
volum. j. vbi de eo qui dicit aliquid tu es bonus homo  
& communiter intelligit quod appellat ipsum con-  
natum. \* Salernietiam sunt aliqui qui sub specie pi-  
tatis iniuriant alios dicendo talis est persona suis  
prudens. sed doleo quod ei successit illud sinistrum  
quod a tali fuit multis verberatus. vel quod ei⁹ vox  
fuit inuenta cum tali. vel alia similia dicendo. de quo  
bus non est mirum. quia vt inquit Luc. de Pen. in L.  
col. 4. C. de exact. tribu. lib. 10. proverbum est Salern-  
itorum mel in ore. & passiorum in manu.

¶ † Quinto quero. in hoc Ritu fit mentio de iniuria  
verbis tantum illata: nunquid non alius modis iniu-  
ria infertur? Breuiiter dicas quod sic: & ideo iniuria  
non tantum verbis infertur. vt hic dicitur: & probat  
textus in l. si non conuidij. C. de iniuria. l. eum qui no-  
centem. & l. item apud Labecom. ff. codem titulu.  
& cap. cum te. a. b. extra de re iudicata. verum oratione  
facto. vt patet ex l. lex Cornelii. & rito citu. ff. de iu-  
ri. nota. Dida. Couar. loco prealleg. in princ. & Pe-  
tros a Plaza in epitome delictorum. cap. 1. in prioc. & pe-  
trotum. Item scriptura vt probat text. in l. prima. S. 5.  
quis libellum. & l. lex Cornelii. S. si quis libellum. ff. de  
injuri. & rotus titul. C. de famo. libell. † Scias tamen  
quod licet ponens famolum libellum poena velim  
supplici puniatur per l. j. C. de famo. libel. tam si co-  
tentia in libello sint vera quam si sint falsa. vt scribit  
Rom. consil. 96. nume. 3. versico. secundo vero casu.  
post Glo. in dicta l. j. Dida. Couar. dicto cap. vnde  
cimo. nume. sexto. versiculo secundo eadem. & Pe-  
tros a Plaza. dicto capitulo primo. nume. 5. tamen vt in-  
quit ibi glo. j. quam sequitur ibi Petr. Cyn. & Angel.  
procedit quotiescumque in libello est descripsum de  
dictum pro quo disfatuatus veniret puniendus post  
mortis. alias secus esset. & pena iudicis arbitrio in-  
poneretur secundum Glo. & Doc. prealleg. & no-  
tum satis pulchre Petrus a Plaza in loco preallego.  
capitulo tertio. nume. 2. vbi qd hōc latius tractat.  
per ista ad laudem omnipotentis Dei ac Gloriam  
mæ Virginis Mariæ cuius hodie festum celebramus.  
sit impositus operatus finis commentarijs super Ritu  
bus Magnæ Curia Vicariz. Eholi. die 15. Mensis Ap-  
rili. 1560. Prosper Carauta. V. L. D.



# ITVS MAGNAE CVRIAE VICARIAE REGNI NEAPOLIS,

*Im expositionibus eximij Iuris Vtiusque Doctoris, Domini  
Annibal Troysij, ciuis Cauensis.*

*Quam utilibus, ac necessarijs, maxime in tribunalibus: Quibus accedunt  
Appendices Ioannis Michaelis Troyssii. I. V. D.  
Et Hieronymi de Lambertis.*

*quod nouiter emendationes facti, & à quā pluribus, quibus antea, impressorum in-  
curia, scaturiebant erroribus, repurgati.*

## R I T U S P R I M U S.

### S U M M A R I U M.

- 1 Ritus huius voluminis, & omnia que in Magna Curia seruantur, in ceteris Curis Regni serua- ri debent.
- 2 Verbum, editio, pro lege exponitur.
- 3 Curia qualibet suos Ritus, ad causarum ordina- tionem habet.
- Index appellationis quem seruabit Ritus, sua Curia, vel iudicis a quo?
- Milites etiam suos habent Ritus.
- Ritus diffinitio.
- Magna Curia caput, domina, & fons aliarum curiarum.
- Stylus Curia seruandus pro lege.
- Stylus quando ad causarū decisionē possit allegari.
- Stylus in quo a consuetudine differat.
- Stylus an ius faciat?

O ANNA secunda, &c.) In tex. ibi quod oes, &c. tnot. extext. isto a quod omnes Ritus descripti in hoc volume debent in Magna Curia seruari, & consequenter. In quavis Curia Regni t b Neapolitan, vt probat. tex. in S. fi. inst. de satisd. per quē tex. dixit And. de Iler. in consti. Reg. si quis in postem. in 4. col. probat etiam tex. in consti. Regni, nihil veterum. in fi. & const. Regni Magnē Curia. in princ. probatur ex illo verbo posito in tex. Ritus p̄dicti, sicut constitutionum editio, &c. quia illud verbū, dicto, exponitur, id est lege generali, vt probat tex. & gl. in vers. oraculo. in l. digna vox. C. de leg. & ege. Ita editali. C. de secūdis nuptijs. quod verum est ad litis decisionem, secus vero quo ad litis vna- rationem, t quia quo ad ordinacionem litus vna- ne Curia habet suos Ritus & secūdum Matth. in consti. nihil. in fi. dicentem fuisse declarationem Bar. de Capua. facit. tex. in l. terria. S. finali. ff. de testi. Quid autē in indice causa appellationis, an de

beat seruare Ritus sua Curiae, vel Ritus Curiae iudi- cis a quo? vide gl. in c. licet. Canon. de ele&t. in 6. & in l. sanctissimus. C. de sac. san. ecc. Fel. in cap. si. 2. col. vers. quarto limita. de constit. Matt. in constit. si quis, cap. in decis. 86. nu. 19. per Alex. in l. 2. in fine. ff. de leg. 2.

¶ Etiam milites habent suos Ritus per const. Re- gni hostiei excep. & ibi per scribentes, in fine tex. ibi decernimus, &c.

¶ Nota clausulam decreti annullati: concordat tex. in clem. j. S. j. extra de concess. præb.

¶ Et de non obseruantia Rituum antiquorum, vi- de per Matth. in constit. Regni humanitate. 5. nota. in tex. ibi statuimus, &c.

¶ Adde quod tale verbum indicat auctorem velle promulgare noua iura. vt probat gl. in c. vt litigantes, in versic. statuimus. extra de offic. ord. in 6. & in cle. fin. de refcrip. secundum Abb. & alios in ca. decerni- mus. in fi. extra de iud.

a † ADDE quod Ritus est lex non scripta. S. ex non scripto. insti. de iū. nat. gen. & ciui. & dicitur quasi re- chtus: & si non rectus dicitur corruptus. Iler. in consti. si quis in posterum. 6. col. lo. Mich. Troy. I V. D.

b † ADDE quod Magna Curia Vicaria est caput, & domina aliarum curiarum Regni huius, quia est curia Regia constit. appellationum tempora. Matth. in constit. in pecuniaris. secundo vol. immo supremum tribunal idem Matth. in d. constit. appellationum. 6. no. & est velut fons a quo, ceteri riuiuli derivantur, d. consti. nihil veterum, & in iurisdictionem Regiam commendaram, vt pote vt membra regis, potiusquam propriam & ipsi soli, & prouinc. Iustitiariis antiqui- tatis concedebatur merum & mixtum imperium. glo. in procem. const. in ver. gladiis, & intus alias Curias, tanquam iustitiae speculum. in const. mag. curia, immo luminare maius. in consti. seq. lo. Mich. Troyius.

c † ADDE quod Ritus & etiam stylus curiae seruan- dus est Bar. in l. iurisperitos. in fi. ff. de excu tut. & Fe- lix. Malleolus in tract. de marr. num. 6. dicit quod si- cut stylus Curiae Romanæ seruatur pro lege, ita &

d alij. † Et quando stylus possit allegari ad decisionem causarum. vide lo. de Monta. in tract. de parlamentis in Add. numero 8. f. Et in quo stylus differat a con- suetudine Pau. de Cast. in l. j. nume. 2. C. de sacro san. eccl. † & an faciat ius, apostillam ibid. allegantem plures quotas; in sacro tamen consilio Neapolitano longeuus stylus facit ius. Afflct. in prælud. consti- tua. not. 9. loan. Michael.

RITVS

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

## R I T V S II.

### S V M A R I V M.

- 1 Ordo seruandus.
- 2 Instrumenta duo si in vna eartha scripta reperiatur: quod primò scriptum censeatur.
- 3 Quietationibus duabus factis, num duplicita solutione censeatur.
- 4 Bonorum obligatione facta pluribus, cuius hypotheca sit.
- 5 Instrumenta duo si stipula sunt à diuersis notariis eadem die: quod prius presumendum remis sine. Et de prioritate horarum. ibidem.
- 6 Et quid de instrumentis habentibus ordinem à natura.
- 7 Ordo facit conditionem.
- 8 Concurrentibus patre, & matre ad accusandum de morte filij: quis preferendus.
- 9 Rex in Regno, an propriè fiscum habeat?
- 10 Ordo iudicij unde ortum habuit.
- 11 Ordo quid sit, pluraq; de ordine. Et quod aliquando non seruetur.
- 12 Instrumenta duo coram eodem not. iud. & rest. confecta, diuersa si reperiantur: quādō pro uno censeantur.

**I**N primis quia, &c.) In tex. ibi ordo. † Nota ordinem debere seruari adde tex. & ibi not. in auth. in med. lit. non fieri sa. ius. S. finali. l. j. ff. de orig. iur. in l. fin. ff. de hæred. instit. l. reg. S. si quis. & ibi Barto. ff. de iu. & facti igno. habetur per Bar. in l. ambicio. antepen. col. ff. de decr. ab ord. fa. & in 2. in princ. ff. de trâfa. Car. in cle. pe. in fi. extra de elect. per Can. in c. pen. in fi. extra de cler. cōiug. Bar. & Bal. in prima constit. C. S. quibus. per Alexand. consil. 19. fin. colum. primo volu. & in consil. 72. 2. volum. † & in tantum ordo seruandus est quod si reperiuntur duo Instrumenta scripta in vna carta, primo scriptum intelligitur primo celebratum, secundum Barto. & Bald. in d. s. quibus. & Bald. in l. de rebus. C. de donat. ante nup. probat tex. in l. si quis. S. initium. ff. de eden. † vbi vide Alex. de duabus quietationibus factis an censemur duplicita solutio, & text. in l. quotiens. ff. de vñf. & etiam in eadem scriptura seruabitur idem. † hinc est, quod si in eodem instrumento obligasti bona tua Titio & Seio: Quod hypotheca Seij erit posterior tanquam ultimo nominati. & ita dixit Ang. in auth. de hære. & fal. S. etenim. vñlate de materia. per Doct. in l. 2. S. prius. ff. vulg. & pup. & per Fely in cap. dilecta. ver. ordo. extra de rescrip. Quid autem si reperiuntur † duo instrumenta eadem die stipulata, & confecta à diuersis Notariis: quo casu non potest de prioritate constare: pro quo erit presumendum? vide Bar. late. & alios, maximè Soc. in l. j. in princip. ff. fol. matt. vbi ponit regulam & fallentias, & ibi reperties. Quid si probetur prioritas per horam? vide etiā per gl. in l. si ex pluribus. ff. de sol. per Bal. in l. Imperator ff. de statu homi.

**6** † Et quid si instrumenta & habent ordinem à natura, puta, quia vnum continet debitum: aliud quietationem: vel vnum habitum, aliud priuationem; quod presumitur pro habitu secundum Cyn. Bald. & alios in l. cum propona is. C. de codicil. & in d. S. quibus, vide Soc. in d. l. j. & Matth. in decil. 387 pen. col.

Quod facit ad questionem, quid si tres sunt ordinari ad officium hoc ordine. I. primus, & si primus

non erit: secundus, & si secundus non erit: tertius, primus acceptauit, & sic fuit secundus exclusus, per exclusionem secundi tertius volebat admitti: quo purificata fuit conditio in persona secundi: clusi per quam videtur quoddēterius debeat admitti. In contrarium dicitur per rationem: quia

- 7 † Qd̄ Ordō facit conditionem, & per acceptationem primi ceteri sunt exclusi secundum Bal. & Imo. l. ci in testamento. ff. de hæred. inst. habetur per Aret. ii l. quandiu. in 4. colum ff. de acquir. hæred.
- 8 † Quid enim si pater & mater concurrunt in accusando de morte filij quis ipsorum preferatur & certum est: quod pater, tanquam Primo nominatus consti. Regni summo periculo. & ibi hoc not. Matt. in 9. nota. & idem de iure communis secundum Salyc. in l. vñor. C. qui accusa. non poss. & per rationem & iura prædicta. Et adde prædicta his quæ dixi in cimento Prag. Regni quæ incipit. Statiuimus. in tex. ib 9 fisci, &c. † Adde an Rex. in hoc regno habeat fiscum c proprio loquendo. vide per And. de Iser. in prælud. constit. & ibi Afflict. in 15. q.

- 10 ADDE qd̄ Ordō iudicij habuit ortum in paradi. Spec. in proce. S. ceterum: & seruatur inter dignitates, ita Bar. Brixien. in tract. de rescrip. q. nu. 4. † quid sit ordō Roland. in tract. nos testamen. rub. 5. plura de ordine. vide per Nic. Boerii in tract. de ord. graduum vñiusque fori. Aliquando ramen ordō non seruatur, vt puta in notorio secundum Bar. in l. Scriptus hæres. ff. de relig. & sumpt. ius. & Par. in tract. synd. in vers. notorium. & Spec. in tit. de noto. crimin. Io. 12 Mich. † Adde quod si reperiuntur duo instrumenta vnum post aliud scriptum coram eisdem iudice not. & testibus, videlicet primum vñditionis, secundum de mutuo: censetur vnum. Bald. in l. Sempro. de leg. 2. & post eum Afflict. in consti. diuꝝ memoriz. 11. 7. & post num. 54 Ioan. Mich.
- 11 ADDE Bar. in rub. de iu. ff. & post eum Franc. L. cani in tract. de fisco & eius priu. in j. quest. numer. primo vol. Ioan. Mich.

## R I T V S IIII.

### S V M A R I V M.

- 1 Non potens prohibere, non incidit in pænam, reuelando. cum fallent.
- 2 Episcopus coniurationem contra temporalem dominum non reuelans, qua pæna puniendus.
- 3 Quis reuelare secreta, quando teneatur & que pæna reuelans puniatur.
- 4 Delicta enormia in clericis, que.
- 5 Casus in quibus punitur affectus, non secundum effectu.
- 6 Pæna sacerdotis confessionem reuelantis, & similia circa idem.

- 7 Tem quod adde † præter terminos huius ritus, si aliquis sciret aliquem cōmisse enormia, & non tenetur ad pœnam ex sola scientia, non reuelando, si non possit prohibere per regulam. l. culpa caret. ff. de reg. iur. & in l. in delictis. in prin. ff. de noxa. habetur per Bar. in l. vñrum. ff. de parri. dato quod non reuelasset, secundum gl. in l. culpa caret: vide per Abb. Panor. in c. j. 2. col. extra. de rest. spol. & hoc est regulare. Sed fallit qn̄ delictum esset committendum contra eum cui conscius delicti erat subiectus, vt in patre, & filio, in seruo & domino, in vasallo & domino. ve vñallus domino. cap. j. S. præterea quæ sit pri. cau. bc. ami. quæ intellige si potest probare. tex. & gl. q. 7. plerunque Alex. consil. 55. 4. volum. q. Cleri-

Clerico & episcopo, & clero parochiali, & hoc sequito maleficio.

Præter in vasallo & principe, quia tunc secus per quisquis. & C.ad l.Iul.maiest.& c.q.i.S.rerum.versi. equis cum militibus vide plene per Abb.in d.c.1. & per Oldra. in consilio 43. f Sed qua poena punitur. Episcopus non reuelans coniurationem contra dominum temporalem, vide Lud.Rom.in sing. suis. folio 21, t Et an alio casu quis teneatur reuelare secreta. vide per Innoc.in c.officium, extra de poen. & remiss. per Abb.in c.qualiter & quando, lo primo. extra de accusa. in cap.si sacerdos.de ost. ord. & in cap. dilectus.extra de excess.præl.

Quia alias reuelans secreta & aliena, sine iusta causa, tenetur poena falsi.l.j. S.is qui. ff. de falsi. per Aret. in tract. malefic. in versicu. falsario. & etiam tenetur actione in factum, & iniuriarum si iniuriandi animo fecit: secundū gl. in l.in lege. S.sed & si quis. ff. ad l.Aquil. per text. ibi.

t QVAE sint delicta enormia maximè in clero: vide Cepol.cons. 11.4.col.Ioan.Mich.

t Quia est unus de casibus in quo punitur affectus non sequito effectu.

t ADDE alios, qui notantur in l.siquis non dicam sapere per gl.& Doct.C.de epis. & cler. & alium per pouellam pragma. punientem mittentes ictus baliatuum & archibusorum poena mortis; etiam non sequito effectu. & Hypo. in l. qui falsam ad l. Cora. de fal. qui ponit regulam in fallentis & limitationibus. Ioan. Mich.

ADDE quod in sacerdote reuelante secerata contentis, est alia poena per c.omnis vtriusque, de pen. Et quid in consiliariis Regum & aliis reuelantibus secerata Regum. & quid in teste deponente in secreto, & postea reuelante. vide ller.in c.j. quibus modis feudami. 4. & 5. Ioan. Mich.

## Ritus Octauus.

## S U M M A R I U M.

Duo officia incompatibilia eodem tempore quando quis exercere possit.

**I**N tex.ibi duo officia, &c.) de ista materia, t an & quando quis possit exercere duo officia incompatibilia vel non, uno & eodem tempore. vide text. & quæ ibi habentur per Albericum Ros. Barto. & alios Docto. in l.2. ff. de adopcio. per Ban. in l.iubemus. S.fane.C.de sacros. eccl. per gl. in Imperio'. C.de prox.sacro scri. & in l. hac parte, eodem titulo.

t ADDE quid in beneficiis & dignitatibus Abb. in cap.ad hæc, cum cap.seq. & cap.de multa, & quæ ibi made præb. & dign. Ioan. Mich.

## Ritus Decimus.

## S V M M A R I V M.

Miserabiles personæ que sint. & num. seq.

Vidua diues luxuriose viuens, an priuilegio miserabilis perso. gaudeat? & num. 7.

Pauper quis dicatur. & num. 6.

Modus probandi paupertatem.

Miserabilis persona iudicis arbitrio iudicabitur.

Vidua in honeste viuendo, expellitur a conuincia.

Pasper dicitur quando preferatur.

**I**N tex.ibi miserabilis de isto Ritu fuit memor Matt. in 23. rubrica const. Regni: t quæ au tem hæc persona miserabiles; vide per March. de Afflic.in const. Regni, quæ incipit lege pre senti in tertio nota. ibi vide, t an Vidua diues gaudet ipsi privilegio huius ritus: & quid de luxuriose & viuente. Late scripti in prag. Regni, quæ incipit cursu dilationum, ultima carta. dicam infra in Rit. 186. Itē quod nullus in materia iuris cessi habetur per Ioan. And. & Abb. in c. significantibus. extra, de offi. deleg. Et inter miserabiles, personas numeratur. pauper. ut ibi per iplos. t Quis autem dicatur pauper & dicitur ille qui habet quinquaginta solum in bonis. l.no nulli. ff. de accusa. Bart. in lq.accusare. ff. cod. in Spec. de accusa. S.item excipitur contra accusatorem, qd est pauper. & in tit. de teste. S. versicu. quod est pau per. t De modo probandi paupertatem, vide p. Bart. in l. si constante. in princip. vbi per omnes. ff. solu. matr. & in l.vbi adhuc. C. de iur. doti. vbi per Bald. per Ang. in l. si vero. S. qui pro rei qualitate. ff. qui satisf. cog. & in l. in fundo. ff. de rei vend. vbi dixit.

Paupertatem probari per fallimentum mercatoris habetur in l paupertas. ff. de excula. tuto in l. s. q. C. de epis. & cler. & in auth. quod locum. vlt. col. C. de colla. & in l. si pro ea. C. mand.

Probatur etiam per famam publicam gl. & Bart. & Doct. in l.2. C. cù fiscus, vel priua. per Ang. in auth. de hæred. & falci. S.hinc bis.j.col per Alex. plene in d.l. si constante. Et de a paupertate vide & de eius pri uilegiis, infra Rit. 186.

t ADDE quod aliquando t miserabilis persona dicitur secundum quod iudici videbitur Barto. in tract. de car. in fi. Ioan. Mich.

t ADDE quomodo & quando dicatur quis pauper. Christ. por. insti. quibus ex cau. ma. non po. nu. 20. Ioan. Mich.

t ADDE quod vidua committens stuprum amittit donem. Pau. de Cast. in l. foro. num. 4. C. de is quib. vtr. ind. & licet vidua retineat domicilium p. pri uilegium viri. & l.filij. S. viduas. & ibi gl & Bart. ff ad mun. Alex. in l. cum quidam. nu. 9. & idem Pau. nu. 4. de iur. fid. om. iud. attamen si luxuriosè vixerit amittit. vtr. unq; ibide per supradictos Docto t & alias in honeste viuendo, potest expelli a conuincia; idem Pau. in l. nullus. C. de epis. & cler. post eum Dec. in l. semper in contractibus. & apostill. ad eum in l. Femi næff. de reg. iur. Ioan. Mich.

t ADDE, an & quando pauper preferatur diuiti & econtra Afflic. in capitulo primo, quibus modis feud. amic. Hiero.

## Ritus Trigesimus nonus.

## S U M M A R I U M.

- 1 Ac captura quando incipi possit.
- 2 Captus de facto, de facto etiam relaxabitur.
- 3 Cuius relaxationis cognitio, spectat ad Magnam Curiam.
- 4 Carceratus iniustè a priuato eximi propria authōritate an possit?

**D**E materia supradicti Rit. vide dicta per me in pragma. Regni quæ incipit inole uit, t vbi reperties, an & quando possit incipi a captura: quibus adde Bald. in l. inquis curialis. C. de epis. op. & cler. vbi dixit quod potest a captura incipi, idem dixit Bald. in l. consitaneū. C. quo. & quādo iud. quem ibi sequitur Alex. per tex. in cap. si clericos. ex ea de sent. excom. in 6. & Bald.

# Domini Annibalis Troysij, Cauensis

- & Bald. in l.a.C. de his qui latr. & in l.fin. ff. ad l.Iul. pecu. debet tamen iustificari Captura de probabili Iuspicione, & fide delicti pro quo caput secundum Io. And. in d.c. si clericos. & Bald. in l. quod euitandi, in s. C. de cond. ob turp. cau. cum Ritu concordat. c. Regni incip. Item caueant si non precedentibus sus-  
 2 pacione, & fide delicti, caperetur quis. † Sed si de fa-  
 3 cto a deberet etiam de facto, relaxari secundum Bal. in l. si pacto quo poenam, prima col. C. de pact. que sequuntur ibi Moder. secundum Alex. cum consilio iudicis. tamen seruata forma supradicti Ritus. Et si  
 3 eo modo non relaxatur, † Eius relaxationis cognitio spectat ad Magnam Curiam Vicariæ, & sic prouide super relaxatione prædicta. ut probat constitut. Regni magister iustitarius, & ibi hoc nota. Matth. in tertio nota.  
 2 A D D E t quod iniuste carceratus potest propria  
 4 autoritate, etiam a priuato extrahi, & dimitti e carceribus fortasse etiam iudice renidente. ita Bart. l. no-  
 mo. C. de exact. tribu. libro 10. numero 4. in Addi.  
 Ioan. Mich.

8 Modus procedendi per accusationem, &c.

9 Constatre qualiter dicatur.

10 Constatre semiplene quando dicatur.

11 Constatre de delicto debet ante torturam, vel co-  
 demnationem.

12 Et quid si non reperiatur corpus occisi?

13 Carceratus an relaxari possit: cum de delicto pe-  
 famum constabit?

14 Fama qualiter probetur.

15 Casus in quibus in Regno ad torturam proceditur remissive.

16 Fiscus a sententia absolvitoria, an appellat?

17 Quilibet de populo admittitur ad accusandum in publicis delictis, cum limit.

18 Extranei hodie non admittuntur ad accusandum de adulterio.

19 Delicta enormia, grauia, grauiora, & grauissima, quæ dicantur.

## Ritus Quadragesimus.

### S V M M A R I V M.

- 1 Carceratus confito de innocentia, quando liberan-  
 dus post publicationem, vel conclusionem?  
 2 Conclusio an necessaria si de iure communii?

- I** Tem si. ) Et adde quod per supra dictum Ri-  
 tum videtur suisse correctum cap. Regni quod  
 incipit ab illo inchoandum quamuis. in d. c. de  
 ceditur, † quod post publicationem cōstito de  
 innocentia, relaxatur carceratus, quia secundum istū  
 2 Ritum debet expectati conclusio in causa ut in eo  
 legitur, & similiter per istum Ritum videntur mo-  
 derata multæ quæstiones positaæ per Matth. in consti.  
 Regni humanitate, sed aliter fuit prouisum per Re-  
 giam pragm. quæ incipit inolevit, quæ emanavit post  
 istum Ritum, & mandat seruari dictum. c. ab illo in-  
 choandum sub generalitate verborum contétorum  
 in d. prag. & ita sentit Afflict. in d. constit. humanita-  
 te. in s. nota. vbi dixi istum Ritum suisse correctum  
 in dicta prag. fuerunt per me multa dicta: poteris ip-  
 sa videre in ipsius commento.  
 2 A N'autem † de iure communii sit necessaria con-  
 clusio gl. in clem. s. p. de verb. sig. & post eam Abb.  
 in cap. cum l. & a. de re iudic. num. 13. in criminali-  
 bus autem quod nō sit necess. tenet Alex. in apostil.  
 ad Bart. in l. prima. S. si quis vltro. ff. de quæst. & Ang.  
 in tract. malefi. in versicu. qui iudex statuit. num. 24.  
 Ioan. Michael.

## Ritus Quadragesimus primus.

### S V M M A R I V M.

- 1 Accusare quid sit.  
 2 Denunciare quid sit.  
 3 Differunt procedere per accusationem vel quere-  
 lam, vel ex mero officio.  
 4 Accusans, deferens, vel Curiam instigans, quan-  
 do ad expensas condemnatur. & num. 18.  
 5 Et quando, vel quibus causis a predictis excu-  
 sabitur.  
 6 Requisita in accusatione, & denunciatione.  
 7 Accusatio, vel denunciatio cui competat.

8 Modus procedendi per accusationem, &c.

9 Constatre qualiter dicatur.

10 Constatre semiplene quando dicatur.

11 Constatre de delicto debet ante torturam, vel co-  
 demnationem.

12 Et quid si non reperiatur corpus occisi?

13 Carceratus an relaxari possit: cum de delicto pe-  
 famum constabit?

14 Fama qualiter probetur.

15 Casus in quibus in Regno ad torturam proceditur remissive.

16 Fiscus a sententia absolvitoria, an appellat?

17 Quilibet de populo admittitur ad accusandum in publicis delictis, cum limit.

18 Extranei hodie non admittuntur ad accusandum de adulterio.

19 Delicta enormia, grauia, grauiora, & grauissima, quæ dicantur.

**I** Tem si accusatur &c. ) † Adde qd accusare aliquem reū criminis in libello defere, vel cere ad vindictam secundū Azo. in summa de-  
 cus. Host. in summa eiusdem titu. probatur. in  
 cū rationibus. C. qui accusa. non poss. † Denunciare autē et crimen defere apud competentem iudicem, secundū Sal. in l. ea quidē. C. qui acc. u. nō poss. & Gādi. in tit. quo. de crimi. cogn. per Guliel. de Suza. in trac. ma. in tit. de denū. vide quæ dicam infra in Ritu itē qd nullus sub rubrica qd nullus admittatur, &c.

3 † ADDE quod procedere, per accusationem vel querelā, vel procedere ex mero officio differunt qn per accusationem, vel denunciatione procedit tunc ad partis instantiā proceditur secundū quod clarat Ang. in tract. malefi. in vers. nec non ad quæ-

4 lam † & eo casu si accusatio, siue inquisitio non per-  
 batur; tunc accusans deferens, siue instigans cum  
 condemnatur ad expensas secundum ipsum per-  
 cum gl. in l. S. incidi. & in l. in senatus. S. an ad ei  
 & ibi Bartol. ff. ad Turpill. & in l. ob hac verba. & t

5 Bal. & Ang. ff. de inf. † Excusatur tamen quis præ-  
 dictis, & a pena Turpillianæ ex aliquibus causis: quæ  
 de in l. in principio. ff. ad Turpill. habetur per His-

6 pol. in l. patre, in princ. 3. col. ff. de quæst. † Et requi-  
 ta in accusatione, vide per Ang. in d. tracta. malefi. in  
 ver. nec non ad querelam, & quæ in denunciatione

7 vide ibidem in versi. nec non ad denunciam. † Et ad  
 de prædictis quod denunciatio, vel accusatio compre-  
 hit tantum ei cuius interest. secundum gl. in l. ff. de  
 priua delict: per Ang. in dicto versic. & ad querelam  
 versiculo quæto an quilibet per quæ datur intel-  
 qd accusatio, vel denunciatio non proponitur  
 miliates potestati. quod etiam verat. ca. Regni quod  
 incipit item statuimus quod iustitarij: in text. dicit  
 officio, supple mero, quo proceditur nemire accus-  
 te, denunciante, vel instigante, sed fama. vt per Ang.

8 in d. tract. in versic. mero officio. † Et moduni proce-  
 dendri eo casu, & diffinitionem, vide per Bart. in l. 4.  
 S. si in publico. ff. de adult. & Ang. in l. si vacanta C.  
 de bon. vac. lib. 10. & tunc inquirens ex mero officio  
 si non procedit præcedente fama, & indicij. & inge-  
 situs absolvitur ab inquisitione inquirens tenetur  
 quicquid absoluto, ad expensas secundū Bal. & Cy. in  
 l. l. sancimus. C. de iud. in 13. q. & in authent. genera-  
 ter, in fin. C. de epis. & cle. in l. seueriter. C. de excul-  
 tuto. & in rubr. C. de re iudic. firmat Par. in tract. lya-  
 dic. in versi. expensæ, & Ang. de malefi. in glo. est hac  
 quædam inquisitio ante penult. col. per Bar. & Alex.  
 in l. 1. & in l. ad eos. ff. ad Turpill. & Par. in d. tracta.  
 9 versi. inquisitio in eo tex. ibi confitat. † Nota quæbre  
 dicitur

dicuntur constare & scilicet vocata parte, & audita secundum gl. in clem. fin. in versiculo constituerit extra, decibibus. & in clement. prima in gl. magna. extra officio delega. habetur per Innoc. & Cano. in d. capi, iudicium. extra de presumptio. per quæ ita consuluit lex. consil. 2. 18. 2. col. 2. vol. Rota decisio. 684. textus in constit. Regni incipiens. Regis maiestati, & ibi exnotat Afflict. legum da colum. 3. quæst.

¶ Et etiam dato terrâ ad probandum secundum ild. in l. cum, & minores. C. si aduer. ré iud. de quo lene vide per Matth. in consti. Regni pacis cultum, uaria carta, in gloss. fin. & Doct. in l. prolatum, C. clementent.

¶ Et post publicatum in causa & terminum ad resulam ita consuluit Car. in consil. 1. 19. immo post collatum secundum gl. singularem in cap. significauit extra de testib. & ibi p. Innoc. & Fely. per Matth. in consti. Regni humanitate. secunda carta fin. col. 2. videtur decisum in præcedenti Ritu. Licet aliquando dicatur. ¶ Semiplene constare iudici per informacionem ab eo habitam a pluribus non in figura iudicij secundum Saly. in l. 2. prima. col. in fi. C. de custodia. allegat notata per Iaco. But. & Iaco. de Aret. in l. idices. C. de iud. Et dicit hoc sufficere quo ad custodiam subeundam tantum: quod videtur seruari huius in delictis enormibus. b. ¶ In tex. ibi & persona ad quod debet constare de delicto etiam antequam medetur ad torturam, sive con demnationem, non sum ad detentionem. l. j. S. item illud, & ibi Bart. ff. den. consul. Sylla, & in l. fin. ff. de quæst. facit tex. in his qui. S. si tu Titium. ff. de fur. habetur per Aret. d. tract. in versi. fama. pen. carta. versi. 1. 2. pe. t. Hipp. in principio. ff. de quæstio. ¶ Sed quid si non regnum corpus occisi forte, quia fuit projectum in mare in flumine, aut fuit combustum? Respondeo, sufficit si constat per famam secundum Bald. multo notanter in l. equi probatio. ff. de prob. quod fin. a. n. t. In tex. ibi alias, adde quod per istam dictio em videtur decisum per istum textum. quod si constat per famam de delicto: quod non esset locus reparationi carcerati: quia.

¶ Dictio, alias exponitur, id est alio casu ar. tex. in l. instrumento. S. mulier. ff. de testam. secundum Bart. ver. quinto quæro. ff. de cód. & demonst. licet Mat. videatur dicere contrarium in constit. Regni humanitate. 2. carta. ver. item quæro. in fi. immemor fidei isto Ritu. ¶ In tex. ibi per famam, qualiter autem obteratur fama, vide Bart. in l. 1. l. de minore. S. si plenum, & ibi per Marsi. ff. de quæst. & ibi Alexan. dicit haberi famam per decem testes deponentes sine causitate. per Aret. in d. tract. malefic. versi. fama publica. per Alex. consil. 7. 3. volum. & in consilio 25. 2. volum. 4. volum. Cor. conf. 232. 2. volum. confi. 84. pri. 10. volum. Dec. conf. 373. per Matthe. in constit. Regni humanitate, in fi. tex. t. Adde casus in quibus in Regno proceditur ad torturam, vide in capit. Regni quod incipit tormenta, & aliud quod incipit tormentum cumulatum per me in commento. pragmat. Regni quod incipit inoleuit. ¶ Et scias quod a sententia absolucionis fiscus non appellat per capit. Regni quod incipit plerunque contingit, & Ritu Magnæ Curiæ quiincipit item in causis.

ADDE quod istud procedit in priuatis delictis, ut in iuribus per auctorem allegatis secus in publicis, & quia in eis admittitur ad accusandum quilibet de populo, s. consequens, & ibi gloss. init. de susp. tut. & tal. de publ. iud. in princ. versic. publica. & Ang. in tract. malefic. in versiculo, & ad querelam. versi. in criminis autem publico, &c. quod tamen limita non procedere indistincte in omnibus criminalibus publicis: nam adulterii delictum licet sit publicum institutum. & item lex Iulia: attamen non competit cuilibet nisi letitia forma. I. quamvis. la. 2. C. de aduite. quia

prius datur chi interest glo. ibidem in versicul. omne 18 genus. t. immo extranei hodie non admittuntur ad accusandum de adulterio l. miles. S. volenti. iuncta gl. & Bart. ff. de adult. per quam & per alia ita firmavit Angel. & post eum Aug. in dicto tract. malefic. in versic. che me ha adulterata la mia donna. in versic. quis posse de adulterio, &c. Idem etiam in criminis suppositi partus licet sit publicum non competit cui libet ius accusandi. gl. inst. de publ. iud. in princ. versi. publ. Ioan. Mich. Quando dicatur constare adde eudem Afflict. in constit. si damna clandestina. 11. no. num. 4. Ioan. Michael.

19. t. ADDE quæ dicantur delicta enormia, sive grauia, quæ grauiora & quæ grauissima & quæ leui. Bart. in l. non solum. S. si mandato. num. 7. ff. de iur. Abb. in c. tuz discretionis. num. 3. de poenit. decis. Regni 81. & quæ sunt enormia in clero. Cepol. consil. 11. 4. col. Ioan. Michael.

## Ritus Quadragesimus sextus.

### S U M M A R I U M.

- 1 Constitutioni per Regium rescriptum non derogatur: nisi fiat in eo specialis mentio.
- 2 Casus in quibus in Regno ex officio proceditur.
- 3 Privilegii omnibus per derogatiuam clausulam derogatur. cum limit.
- 4 Privilegium quid sit. Et aliqua de privilegio: numero 14.
- 5 Lex una quando aliam tollere possit.
- 6 Privilegia concessa remuneracionis causa, in vim contractus transuerunt.
- 7 Ius quæsumum ex contractu non potest per principem tolli.
- 8 Privilegium iuratum per generalem clausulam derogatoriam non tollitur. & num. 14.
- 9 Privilegium speciale per generalem legem non tollitur.
- 10 Privilegium primum in dubio non revocatur, ora dubietate per posterius.
- 11 Princeps ex causa, vel de plenitudine potestatis, an privilegia possit revocare?
- 12 Clauses derogatoria, quæ verba continere debent.
- 13 Aequalitas in iudicij seruanda.
- 14 Clauses non obstante tali, & ceter. quid importet.

- a **I**n primis cum non humanæ, &c.) In tex. ibi ita magnum, &c. & adde tex. in cap. nouit extra de iud. & in cap. iudicij, de reg. iu. in 6. & in cap. fin. 3. quæst. 9. habetur per S. Thom. 2. 3. q. 63. articu. vlt. & in constit. Reg. speciale, &c. In text. ibi matura nota. quod author testatur præsentem constitutionem factam præcedente deliberatione matura Regij consilij. ¶ Ex quibus infertur quod huic constitutioni non derogetur per aliquod rescriptum regium; nisi in eo fiat mentio specialis. b. vt probat tex. in cap. nonnulli, extra de rescrip. & in c. pen. extra, de capitulo. ita dixi Bald. in l. humanum. in princ. C. de legi. allegat Archid. in c. 1. de constit. in 6. sequitur Pau. de Cast. in dicta l. humanum. habetur plene per Lud. Rom. in l. si vero. S. de viro. 2. 3. quæst. ff. solu. matrim.
- b **t** In tex. ibi constit. quæ incipit iustitiarij non per Calendas, ybi ponuntur casus in quibus potest in Regno

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

gno procedi ex officio: habetur etiam per And. de Iler. in consti. hi qui extant multa capitula regni designata per Affict. in constit. Regn. inconstitutem, in 19. not. de iure vero communis habes. glos. in l. 2. 8. si publico. ff. de adul. t In tex. ibi non obstantibus, nota ex texu quod quilibet de regno potest trahi, conueniri, & accusari in magna curia vicaria non obstantibus aliquibus priuilegiis concessis ante praesentem constitutionem, quibus est derogatum per clausulam derogatoriam apposita in hoc tex. & idem si priuilegia suissent concessa post praesentem constitutionem, per ea quae voluit Dy. & Bart. in l. si mihi. S. in legatis. ff. de leg. j. & ibi per Doct. Quod limita primo, nisi priuilegia per haec constitutionem concessa, habent clausulam derogatoriā: quia tunc huic constitutioni & clausulae ipsius est etiam derogatum, ut probat tex. in cle. eos de sepul. ita dixerunt Bal. & Pau. de Cast. in d. l. humanum. C. de legi. in princ. & probatur in l. si quis. in principio testamenti. ff. de leg. 3. nam & principiū placuit legis habet vigorem. l. j. ff. de constit. princ. t Priuilegium & enim priuata lex est c. c. priuilegia. 3. dist. t Et vna lex potest tollere aliam. ca. 5. j. de constit. in 6. maxime facta ab habente potestate cordendi eam ut Rex in Regno, hoc secundum Andr. de Iser. in reper. actor. & reus. in vers. tex. & Affict. in decis. 283. 3. colu. probatur. in l. postliuminum. ff. de capt. & postli. reuer. in l. fi. C de leg. secundum intellectum gl. & Andr. de Iler. in procēm. constit. & in c. Imperialem. S. præterea, de prohib. feud. alie. per Feder. ita videtur voluisse Foly. in c. fi. in 4. col. extra de constit. & Affict. in prælud. constit. in 2. q. & pro confirmatione predicatorum vide que dixi in proce. prag.

**f** t Item limita, nisi priuilegia transiissent in viii contractus, puta quia fuerunt concessa causa remunerationis & per tex. iuncta gl. in l. si pater. S. si quis. versic. irreuocabilis ff. de don. quam sequitur Vitalis in lib. cap. in clausula generalis, &c. pro qua consuluit Ro. eius cons. 297. firmavit etiam Bald. in l. qui se patris. antepenult. col. C. vnde liber. Pau. de Cast. & alij Docto. in l. digna vox. C. de leg. per Bart. in l. hi qui ff. de iur. immu. per Rom. cons. 252. 2. col. in princ. per Alex. consil. 101. primo volum. & in consil. 216. 2. volum. per Marth. in constit. Regni instrumentorum robur. 1. no. 12. quest. versic. sed iuxta. & in constit. ea qua. & in decisione 128. Fely. in capit. j. 2. colum. de probat. per glos. in cap. decet. de reg. iuris. in 6. firmavit Capic. in eius decisio. 121. num. 16. & in decis. 166. & eoc. 7. si non derogatur dictis priuilegiis per praesentem constitutionem. benefacit id quod dixit Innoc. in capit. quae in ecclesiasticum. extra de constitut. t Vbi dixit quod ius quæsumus contractu non potest per principem tolli. Itē limita tertio nisi verisimiliter princeps in specie non derogaslet eidem priuilegiis. argum. l. obligatione generali. ff. de pigno. capit. 2. de deci. in 6. & capit. fin. extra. de offic. vic. ita dixerunt Arch. & Io. And. in c. ei cui. de probat. in 6. habetur per Rom. in l. si vero. S. de viro. 27. fall. in princip. ff. solu. matrimonio. quod sequitur Vital. in dicta clausula. & Moder. in l. 8. omnes. ff. de diuer rescrip. t limita quarto nisi priuilegium estet iuratum: & quia tunc per generalem clausulam. derogatoriā non tollitur. gl. est valde not. in capit. cum non decet. in versic. effectus. extra de elect. in 6. quam pro singulari allegavit Rom. in sing. 9. suis singu. 8. incipit quod dispositio. t Item Adde quod per legem generalem non tollitur priuilegium speciale. ita probat tex. & ibi hoc nota. Barto. in l. decutionibus. C. de silen. Bald. in l. non plures. C. de sacro. sanct. eccl. & in cap. j. in fi. quo temp. mil. in ver. feu. ita consuluit Soci. cons. 153. 9. col. versic. confirmatur &c. & Decius cons. 301. in princip. 2. volum. Pau. de Cast. in consil. 131. pen. colum. Bal. in l. j. col. pen. C. de fofur. Alèx. consil. 101. per totum primo volum. t In duobus autem priuilegiis non censetur reu-

catum si per posterius oritur dubitatio gl. est sing. quæstione secunda. cap. in formā pro qua contul. Federicus consilio 227. & Rom. consil 327. t An tem ex causa, vel de plenitudine potestatis princeps possit tollere priuilegia alteri concessa: vide perepi. in decisione 9. & in decis. 166. in tex. ibi detrahendis, &c. nota, quod dicta verba important si dixisset, non obstantibus priuilegiis in contrarium disponentibus quia clausula derogatoria debet tenere hæc verba, scilicet lege qualibet non obstat in contrarium disponente. secundum Barto. in l. in fine. C. si contra ius vel vtil publ. & ibi per Mod. & in dicta l. si quis. in principio. ff. de leg. 3. in euag. ad reprimen. in versic. non obstante. & in l. s. in legatis. per Bald. in consti. de pace consti. versic. libellarie. & in l. fina. C. sent. resc. non potest in dicta L. humanum. per Barto. in l. prima. ff. de vulga. pupi. & in l. sciendum. in princ. ff. qui satisfida. cog. Paul. de Cast. in consilio 55. incip passus iste & e. fil. 230. & 315. per Bald. consil. 374. primo volum. Ang. consil. 139. & in l. nemo potest ff. de legati. Roma. consil. 436. per Fely. in cap. cum accessu extra de constitutio. & in cap. nonnulli. extra de script. per Marth. in constit. Regni statutum in 7. & in consti. regni clementia. 3. not. & in consti. quam plurimum 2. nota. per Alexan. in l. quacumque. C. de mili. test. & in l. centurio. ff. de vulga. & pop. 13. t Adde quod æqualitas est seruanda maxime in l. dicitur l. non tantum ff. de re iudi. l. viro. ff. solu. matrim. l. in facris. la. 3. & ibi glos. in versic. custoditi. C. de pxi sacro. scri. lib. 1. 2. l. maximum virtutum. C. de liber. pro te. consti. regni quisquis de Bergensisbus in versic. & quæ etiam lance. Pau. de Cast. in l. C. de past. in 2. & in l. fin. per illum tex. secundum vnam lect. C. fruct. & lit. expe. licet contra videatur gloss. & ibi nota. in ca. per tuas. de simonia. in vers. excellentia. b. Ioan. Micha. t Mentio specialis. vt puta. per clausulam. 14. non obstante tali Ritu. secus si ex certa scientia de Penn. in l. nulli. C. de vetera. lib. 12. vbi quod quis obtinuit priuilegium cu. clausula ex certa scientia, vt non possit conueniri nisi coram certo iudicium possit conueniri in loco delicti: & firmat. & potest: nisi in priuilegio sit apposita clausula. non obstante. authentic. qua in prouincia. C. vbi delicti. agi. opor. & de ista clausula non obstante, videtur Barto. & Iason. in l. fina. C. si contra ius vel vulga. Pau. de Cast. in l. secunda. C. de preci. imp. afferunt. idem Barto. in extra quagan. ad repri. Fely. in c. afferunt. de prescrip. Ias. & alij. in l. omnes cuiuslibet. erit si contra ius. vel vti. Affict. in prælud. consti. q. 1. Ioan. Micha. Priuilegium enim. adde videnda nulla de priuilegio per Franciscum Lucani in t. de fisco & eius pri. in prima quest. num. 1. 2. & 3. vol. trac. Ioan. Micha. Nisi priuilegium estet in l. Adde Ias. in l. fina. num. 5. C. si contra ius vel vulga. bl. per gl. & per multa alia; adde aliam gl. in cle. dudum. versic. pacta. de sepul. facit. text. in cap. constitutus. de rescrip. & Mar. Ant. Bauerius de virtute. sacramenti. num. 17. Ioan. Micha.

## Ritus Quadragesimus septimus.

### S V M M A R I V M.

- 1 Guerram quis facere quando & quomodo iustificatur.
- 2 Differentia inter guerram, bellum, & prælium, & duellum.
- 3 Homicidium in duello sequutū quando punitur.
- 4 Diffidantis sine Principis licentia, pena,

5 Dif-

# Com. super Ritibus Magnæ Curia. 185

diffidatione ex Principe permitta, an pacta inter  
bellantes seruanda?

quis possit bellum indicere. Bellum iustum, &  
niustum ibidem.

bona in bello acquisita quomodo dividenda, &  
ex in foro conscientiae retineri pressint?

Tem quod curia &c.) Adde quod guerra in  
Regnis vtriusq; Siciliæ est prohibita. vt in con-  
stit. regni Comes & Bur. vbi And. de Iser. diffi-  
ciendo guerram, t' dicit quod ille dicit facere  
nam & qui publice gentem armatam cum vexil-  
lenducit ad alicuius ostensionem sine iussu prin-

cipia guerram si princeps permitteret; iuxta iudic-  
tor, & non punibilis: per dictam constit. vt pro-  
tect. & ibi habetur per gl. in c. 2. 32. q. 2. & in c. quid  
apatur. 27. q. j. & in l. j. C. vt armo. vsu lib. 1. ita sen-  
And. in d. consti. & ibi Matth. in 4. col. versic. sed  
eo t' vbi ponit differentiam inter guerram & bellum.  
Bellum, & duellum, quibus adde. Quid duellum  
possit iustificari per pactum duorum: nisi pra-  
dictum dividatio cum auctoritate principis. vt habe-  
per Hoff. & lo. And. in cap. j. de homi. lib. 6. & per  
d. in artib. item nulla. C. de episc. & cler. Et eo ca-  
p. omni. c. di am inde sequutum in duello no punitur  
punctu. Bal. in c. j. de pace tene. in vsl. feu. 6. col. & lo.  
Ant. in rub. extra de cler. pug. in duel. & loan. de  
pug. in tract. de duelante fin. Hipp. de Mar. in l. j. in  
c. 7. limita. ff. de fida. Et an si fiat diffidatio sine li-  
cencia principis, incidat in poenam capit. diffidans:  
repondeo quod non freat auctoritate Bal. in l. data  
epoca. C. qui accus. non poss. Et si peruererunt ad duel  
nunc in capite puniantur. vide per Bal. in c. j. S. si quis.  
de pace tene. vbi per Affl. & per eundem in d. con-  
stit. comes. num. 8. & quamvis de generali consue-  
tudine fuisse permisum duellum secundum Baldj.  
lis postas. C. de deposi.

Tamen hodie inoleuit nouella prag. b. Caroli Im-  
peratoris inuidissimi quā videre poteris. t' Ad vnum  
btere, quod casu quo permitta esset diffidatio cum  
actio de permisso principi. An eo casu pacta appo-  
luerit quellū exercentes erūt seruāda, vide Bal. in  
C. de dici. lib. 12. & in l. penes C. depo. t' Licer aut  
punctu. frigd illicitum, priuato: t' principaliter licet  
ellū indicere. secundū Bal. in l. penul. C. de exequi.  
iud. de duello in Rego & vide Cap. deci. 130. nu. 74.  
ADDE quod possit indicere bellum & quando dic-  
tum, & quando iniustum Iser. in c. j. in princ.  
Ammod. feud. amitt. & bona in eis capta cui acqui-  
sita & quomodo dividandur inter milites Bart. in  
l. s. & in l. siquid in bello, & ibi Alex. ff. de capti.  
villimi reuer. & an & quando possint retinēti in  
conscientia, Bal. in c. j. de mili. vassa, Abb. & scri-  
ban. c. sicut. el. 3. de iur. iur. & cumulara per Angel.  
Iuauio in sua summa versic. bellum. lo. Micha.  
Et quod dicta prag. punit prouocantē ad duel-  
lo ipsi facto pena capit. etiā non sequiro effectu  
punitionis, quā fuit edita 11. Ianuarij. 1540. inci-  
to Carolus. 6. & c. lo. Mich De duello in regno adde  
mict. in constit. comes. 3. not. in const. omnes no-  
tes. not. in consti. inquā q. 12. & 3. not. in const. incon-  
sile. 17. not. in consti. prosequen. j. not. & c. lo. Micha.

## Ritus Quadragesimus octauus.

## S V M M A R I V M .

dictio ordinariorū cessat per aduentum Ma-  
gnae Curiae.

- 2 Mag. cur. ex preeminentia contra quos procede-  
re potest:
- 3 Latrones insignes, & famosi qui dicantur.

**I** Tem &c. not. t' Quod per aduentum magna cur. in quacunque ciuitate Regni cessat iurisdictio ordinariorū: quod est contra id quod decidit Bartol. in l. quarta. §. penul. ff. de dam. infect. cū alijs Docto. ibi.

Et credo quod propterea emanavit Ritus iste pro augenda iurisdictione magna curiç propter eius pre eminentiam: & supremā iurisdictione ei concessam per consti. & capitula regni de quibus vide consti. regni honorem & ibi per Marth. & in consti. statuimus & in alijs consti. sequentibus usque ad dictam consti. honorem & in consti. nihil veterū vbi per And. & Affl. & signanter habet preminentiam procedendi contra insignes latrones & disrobatores stratarum & similes ex processu informatio alias non legitimata, per cap. regni quod incipit si cum Icelera tis de quo fit mentio per Affl. in consti. regni super incisio num. 26.

**a** ADDE quod contra insignes latrones & similes proceditur iuris ordine non feruato. vt in allegato docto re: in tractum quod potest procedi contra eos etiam die feriata in honorem Dei. l. provinciarum. C. de ferijs: & qui dicantur famosi latrones Barto. in l. capitulum. §. famosos. & ibi apostol. ff. de poen. & qui dicantur insignes & comitatores seditionum idem in l. constitutiones. ff. de appelle. lo. Micha.

## Ritus Quinquagesimus.

## S V M M A R I V M .

- 1 Feudum quaternatum quid. & latius. num. 5.
- 2 Feuda quaternata nobilitant.

3 Quellio de vita, & militia, an sit feudalit?

4 In causis feudalibus proceditur ordinarie.

5 Feudum ex pluribus membris, & iuribus confe-  
dit. & sup. num. 1.

6 Forma libelli in causa feudali.

**I** Tem curie &c. In tex. ibi de particula &c. addi-  
quod istam questionem tanquam dubiam dif-  
putauit Matt. in consti. Regni statuimus in yle.  
col. aduertens forte ad decisionem huius Ritus,  
cum quo concordar consti. Regni quā incipit Magna

**1** Curia nostræ &c. vbi vide. t' Quid sit feudum & qua-  
ternatum & in consti. violentias, & in d. consti. statui-  
mus And. & Matth. in prælud. constit. 25. q. vbi dicte

**2** t' Quod feuda quaternata nobilitant secundum And.  
in c. j. quis. dicatur dux: com. vel mar. & in cap. primo

**3** in fine. de cap. qui cur. vendi. vbi vide. Et an quæstio  
de vita & militia sit causa feudalit, vide Matth. in de-  
cisiō. 43. t' Et in causis feudalibus proceditur ordinarie.

**4** b. t' quia datur libellus b. lis contestatur, iuratur, de ca-  
lumnia & alia sicut coram ordinario, secundū And.  
in capitulo primo. 9. colum. de controuer. feud. apud

par. ter. & magister meus Anto. Capici. approbat in  
decisiō. 186. num. 4.

**5** t' ADDE quod feudum est quid integrale, & potest  
a consistere ex pluribus membris rebus & iuribus And.

in cap. j. 5. similiter. de ca. qui cur. ven. num. 20. & 21.

quia aliquæ sunt res excendentiales feudi, aliquæ to-  
tæ feudi, aliquæ redditæ feudo, aliquæ demaniales  
feudi, aliquæ regales, aliquæ emphyteotæ, aliquæ bur-  
genstæ feudi, aliquæ censuales ut habetur in con-

A 2 st.

# Domini Annibalis Troyſij, Cauensis

tit. constitutionem diuē memorie per scribentes, & seriatim per Par. de parte. in tract. de reintegr. feud. in rub. quæ dicantur feuda plana, &c. vbi etiam quid sit feudum, quæ dicantur feuda quaternata, quæ nobilia, quæ rustica, quæ plaha & de tabula, quæ attenaria sive tenimenta: quid mansum: & quid collibetum. Io. Michael.

b ADDE Libellus: † forma autem libelli in causa feudali, sive petatur totum quid, sive pars ponitur per glos. in constit. constitutionem diuē memorie, in versic. cum his. Io. Michael.

## Ritus Quinquagesimus secundus.

### S U M M A R I V M.

1 Terra in feudum non retenta an possit ad Papam appellare?

2 Dominus temporalis feudi, de eo cognoscit.

1 Tem quod curiae.) † Adde quod si terra non retinetur in feudum: videtur quod debeat appellari ad Papam secundum glos. in cap. fin. extra, de deli. & pue. pro utrum intelligit Abb. Pano. ibi ea videtur approbasse hoc casu Anto. Capici. in sua decis. 187. numero. 13. & ibi vide per ipsum: quid si constat terram ipsam datam in feudum: quod debeat appellari ad Papam. In fine text. ibi domino temporali,

2 † adde tex. & quæ ibi habentur, in cap. verum. extra de foro compet. vbi dominus temporalis feudi cognoscit de eo. vide infra Ritu. 55. & 54.

## Ritus Quinquagesimus quintus.

### S V M M A R I V M.

1 Index in criminalibus, quando in ciuili causa cognoscere possit. cum limit. & num. 8.

2 Et ex eadem instantia, & processu criminaliter, & ciuiliter condemnare.

3 Crimen per mortem extinguitur. & num. 8.

4 Index in ciuibus, an in criminalibus cognoscere possit?

5 Ius in criminalibus an dare possit curatorem?

6 Potestas an cognoscere possit de sibi illata iniuria, familiæ, vel inter familiares?

7 Potestas an possit assessorem punire remissive.

8 Causa ciuilis quæ: & quæ criminalis. Et quæ mixta. num. 11.

9 Contrariorum eadem est disciplina.

10 Si iniunctum alicui fuerit, ne palatiū exeat: exiit, statimque reuersus, an exiisse dicitur.

1 Tem quod Capitanus &c.) † Nota quod ex isto R. videtur includi, quod capitaneus possit causas criminales cognoscere, & non ciuiles, concordat text. in l. solemus. S. latrunculator. ff. de iudi. & in l. medicus. ff. de var. & extra crimi. & in l. j. C. quæ ciuil. act. præti. criminis dixit Inno. in c. cù opere; extra de accusa. text. est in l. interdum. & ibi not. Bart. ff. de publ. iurd. & in l. prætor. S. interdum. ff. de vi bon. rap.

2 Quid limita habete locum qñ principaliter index causatum criminalium veller cognoscere de causa ciuili, quia non possit per iura predicta: fecus si incideret, si proposita actione criminali criminaliter: & consequenter peteteretur restitutio rei deducere in actione

ne criminali, puta furti, quia tunc bene possit cogitare per tex. in l. interdum. S. qui fur em. ff. de fur. vbi Barto. dixit illum text. esse mirabilem probat te. xxi. i. 1. 4. S. si dicitur ff. fin. regun. & ibi hoc notat. Barto. & idem Bart. in l. j. in fi. princ. ff. ad Turpil. probat etiam text. in l. penul. ff. de calum. † vbi dixit Bald. quod hoc potest iudex ex eadem instantia & processu condemnare in causa criminali, & ad rei restitutione firmantur Bald. & Salycer. in l. si quis ad se fundum. ff. ad l. l. de vi. & Areti in tracta. malefici. in versic. vestem celestem. in 5. colum. versiculo quæro an simul, & Matth. in constit. si quis in posterum. 14. mot. 2. q. exar de hoc capitulum Regni quod incipit, si de furto.

Quod verum intellige viuente accusato, si autem moreretur accusatus tunc fucus. vt probat text. & ibi hoc not. Bart. in l. defuncto. in fin. ff. de publi. iudi. Secundum ut sing. Ludo. Ro. in sing. iudex nunquid, qui refert apostol ad Bald. in dicto S. latrunculator, & ratio ponunt ibi in text. scilicet † quia per mortem beneficiæ extinguitur facit text. in l. prima. C. ne ex delicto defu.

4 † Quid autem econtra an si iudex cognovit de crime ciuiliter possit cognoscere criminaliter de defuncto, & imponere penam criminali. Bal. in l. qui eritandi. C. de condit. ob turp. cau. dicit quod sic: non ex eadem instantia. Sed quæro an iudex malorum & causarum criminalium possit dare curatorem minori, puta secundum ea quæ habentur in l. cl. rum. C. de auth. præsta. respondeo quod sic: ut probat text. in l. fin. S. j. de admin. ruto. & in cap. fin. extra dicto offici. iudi. lib. 6.

5 Vbi dicitur quod iudex cause semper habet potestatem dandi curatorem in causa que coram eo vertitur ita decidunt. Bald. & Angel. in dicto S. latrunculator: fucus si vellet dare generalem curatorem in causa non posset. Sed incidenter queritur.

6 Ag potestas possit cognoscere de iniuria facta vel eius familiari, & quid si est lis inter familiare de glos. & Bart. in l. si quis forte. S. fin. ff. de picen. & l. Sehatius. ff. de offi. presi. & in l. si quis obteperante finem. ff. de fal. glos. in capit. primo. extra, de p. in 6. per Cano. in cap. cum venisset. extra de iudeo. Inno. in cap. super. extra, de testi. & in c. venerabilis de censib. glos. 18. quæstione prima. capitolo sicuter. Itto. in c. cum contingat. extra, de foro comp. Specul. in tit. de compe. iudi. adi. S. sequitur. versic. item not. & in titulo de iud. deleg. S. primo. versic. sed nunquid possit legatus per Cano. in cap. ex p. lo. primo. extra, de verborum signific. plene per P. in tract. syndi. in versicu. potestas. 2. carta. † vbi replies ex dicto Dyni. an possit potestas punire alienum. In tex. ibi causis ciuibus. † Adde quod causam usus dicitur & quid agitur in iudicio ad aliquodPLICANDUM parti, secundum glos. & Bart. in l. p. ff. de sepul. viola. & Specul. in titu. de contu. S. E. taur. versicu. alia ciuilis & versicu. si vero: quod datur a criminali Causa, qua agitur ad aliquod fiscoPLICANDUM. l. agraria, & ibi Bartol. ff. de termin. ac cum similibus.

7 ADDE quod dicta limitatio non procedit in causa matrimoniali, quia de ea etiam incidenter non potest cognoscere iudex laicus. P. ab hor. in c. tuam. numer. 3. de ordi. cogni. idem etiam in causa usuraria P. de Castri. in l. quotiens. C. de iudi. & quid econuerso. incidit causa coram iudice ecclesiastico ad ipsum respectans ibidem, & vide regulam cum pluribus fabientijs per las. in d. l. quoties. Io. Michael.

8 ADDE quia mox omnia solvit in l. de visu. & s. finitur, & in auth. denupt. S. deinceps. Io. Michael.

9 ADDE quod † contrariorum eadem debet esse disciplina, per scribentes, & maxime per Ial. in tubr. ff. de acquirent. possessio. huius d' meus. Io. Cola. de Vicariis de Salerno legendu dictam rub. dixit, quod sicut in iure Etum

in*rit.* Sum alicui ut exeat possit. & exiuit. & statim reingressus est non videtur exisse. & quia contrariorum &c. si est iniunctum alicui ne exeat palatum poteris. & exiuit. & statim reingressus est: non videtur exisse alleg. Bartol. in l. sicut. §. superuacuum. ff. quibus mod. pug. vel hypote. solu. & Bald. in le. prima. §. colum. C. de ser. fug. tener etiam Iason. in l. si fideiuss. §. primo. de leg. j. & vide Pau. gril. tract. de relaxa. carce. in rubr. de fuga. incarcerati. nu. 15. Ioan. Michael. ADDE, quæ dicatur causa ciuilis, quæ criminalis in rubrica. C. de iudi. numero 5. & in l. in pecuniaris. ff. de ferijs numero 50. & Paul de Calt. in l. prima. numero tertio. C. vbi de crim. agi opor. & quæ etiam causa mixta latissime per Andr. Barol. in tracta. de testa. in tercia parte, folio 82. 2. volumi, tracta. Ioan. Michael.

## Ritus Quinquagesimus sextus,

S U M M A R I V M.

- 2 Panaprinati carceris.
- 2 Carcerem priuatum committere quis dicatur. C. num. 4. & 5.
- 3 Casus in quibus possit quis capi, & per spacium. 20. hor. detineri.
- 3 Captura licita quando fiat remissio.
- 3 Retinens mulierem libidinis causa, vel bannitum priuatum carcerem non committit.

**I** Tem quod curia &c. ibi in tex. de guerra mota &c. de ista materia fuit dictum supra in text. ibi de priuato carcere. † Adde quod poena priuati carceris est poena capitalis criminis, scilicet lex maiestatis, per l. 1. C. de priuata carce. & hoc ibi not. Bart. & Bald. † Eton solum ille dicitur committere in iuratam. Carcerem qui habet carceres priuatos ad custodiandum, sed etiam ille qui quoconque modo includit aliquem quaeunque inclusione per tex. iuncta. of. in l. 3. C. ad le. Iul. de vi pub. suo in compedibus in vinculis: vt non possit inde recedere. dicitur tempus in priuato carcere secundum Ang. & Saly. in d.l.j. etiam si derelinquit minori spacio viginti horarum quando sine iusta causa detinet, immo momentanea inclusio sufficit, secundum Ang. in d.l.j. sed si iusta ex causa capit: potest detinere per viginti horas, ipsum captum iudici presentare, secundum quod Docto. concludunt. in d.l.j. glos. est in c. cum ab homine extra de iudiciis; casus autem quibus potest aliquem capere, & detinere dicto spatio virginorum. vide per Sal. in d.l.j. per Bart. in l. capite quinto ff. de adul. † Et de licita capture per Bar. in le. summo ff. ad l. Iul. pecul. & in l. si quis in seruitute. ff. fuit. & in l. iur. prator. §. si debitores. ff. de his quæ fraud. credi. per Abb. in d.c. cum non ab homine per Matth. in constitui. Regni iustitiari non per Castandas. & Pater vero in filium, & dominus in seruum, non committunt priuatum carcerem: secundum gl. & Saly. in dicta l. j. & Bartol. in d.l. capite quinto. Nec etiam qui tenet mulierem causa libidinis secundum Bart. in l. verum. in fine. ff. de fur.

Aut bannitum, siue foris iudicarum perrationem, quia si potest ipsum impune offendere: vt in constituit. Regni poenam eorum a fortiori posset in carcere detinere, secundum Iacob. de Areti. & Saly. in d.l.j. Sed in hoc Regno extat. c. Regni quod incipit contra effrenatas, de quo capitulo fuit memor Matth. in cōfir. Regni duram & diram. in 4. nota. quod vide.

ADDE priuatum carcerem adde Paul. Gril. in tracta de relaxa. carce. sub rub. de fug. incarcerati. num. 36. 4. vol. tractat. Ioan. Michael.

b ADDE quod idem est in Abba. in monacho per ea, quæ habentur per Abb. in c. fin. num. 2. de regular. & in c. suscepimus. num. 5. de homici. & in c. reprehensibilis. num. 2. de appella. Io. Micha.

## Ritus Quinquagesimus octauus.

S U M M A R I V M.

- 1 Per aduentum maioris iudicis, an minoris iurisdictio cesset? remissio.

**I** Tem curia &c. Adde quod supra est similis Ritus hunc in quo multa addidi, & signavi: vide ibi dicta & signanter quod per istum Ritem & illum corrigitur id quod dixit Bart. quem alii sequuntur. in leg. 4. §. pen. in fin. ff. de dam. infect. vbi fit maut, † quod per aduentum maioris iudicis non cessat iurisdictio minoris: cuius contrarium deciditur in istis Ritibus, quod nota.

## Ritus Sexagesimus quintus.

S U M M A R I V M.

- 2 Clericus citatus a iudice laico, ut clericus comparere an teneatur? C. num. 4.
- 2 Laicus per contumaciam non comparendo, priuilegium fori declinandi, amittit.
- 3 Contrarium in clero. Et de ratione.
- 4 Index secularis, quando de clericatu non constat cognoscit de clero.

**I** Tem si aliquis &c.) In text. ibi vt laicus. † Adde quia si citetur clericus, & seu aliter de clericatu appareret notorie: citatio esset nulla: & citatus taliter non teneretur comparere. secundum Bald. in l. vt perfectus. in 3. colum. C. de annali. exceptio. per text. in l. prima. ff. de fer. in text. ibi personaliter comparere. adde text & quæ ibi habentur in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ier. & in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. vbi vide Doctor. de materia. † Et licet laicus per suam contumaciam in non comparendo, amittat priuilegium declinandi forum per text. in c. præterea. & ibi hoc not. Innoc. extra de dilat. habetur per Bald. in l. si qui ex consensu. 3. colum. versiculo deinde. C. de episc. audien. per Alexand. in d.l. 2. per Matth. in decisione. 133 † tamen hoc non habet locum in clero.

**¶** Qui nec tacite potest sub priuilegio regulariter renunciare. c. si diligenti. extra de foro compet. per rationem, quia priuilegium concessum clero, declinandi forum laici, est concessum toti clero: & propterea unus clericus eirenunciare non potest. vt habetur. in d.c. si diligenti. vide ibi per Docto. maxime Do. Abb. in text. ibi curia cognoscit &c † Adde quod de clericatu, quando non constat de eo iudici seculari: pura, quia clericus non accedit in habitu & tonsura, cognoscit index laicus per text. in cap. j. extra, de cler. coniuga. libr. 6. & ibi per Dom. de sancto Gemin. & per Soci. in consil. 12. primo lib. per Alex. in d.l.j. per Rotam in decisi suis, de foro competen. per Capoll. plene in consil. 11. & bene dicit text. istius Ritus demonstrat priuilegio, &c. quia de eo summarie cognoscit curia per praedicta: & deinde remittit ad suum iudicem. vide infra in Rit. 321. & quæ ibi plene dixi in materia.

A 2 3 ADDE

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

- 2 AD DE nisi si citatur ut haeres laici, vel si sua putaverit interesse, secundum Baldū, in l. testamento. C. de testamen. vel si esset depositarius laici secundum Afflīct. in decisi. 24. vbi vide per capitula Regni. Item clero minori litiganti coram laico datur per laicū curator in causa Rot. decisi. 207. in antiquis. text. in l. fi. de iudi. Bal. in l. fin. C. de auth. tūt. Hieronymus.

Ritus Sexagesimus sextus.

## S V M M A R I V M.

- 3 Clericus coniugatus non incedens in habitu, & tonsura non gaudet clericatus priuilegijs.

**I** Tem quod si) adde quod iste Ritus videtur contrariari tex. c.j. extra, de cler. coniug. in 6. & ad hoc ut evitetur contrarietas, videtur debere intelligi in clericō coniugato † qui non incedit in habitu & tonsura: vt tunc non gaudet priuilegio: si cetero non gaudet in alijs casibus exceptuatis de quibus. in d.c.j. per gl. & Doct. quos vide adde nouam pragm. Regis Catho.

Ritus Sexagesimus septimus,

## S V M M A R I V M.

- 3 Clericus actor quando reconuenitur coram quo in dice laico egit. & num. 4.  
3 Index laicus de quibus rebus iudicare non possit.  
3 Clericus agens in foro seculari, an laicorum statutis ligetur?  
4 Clericus in Regno quando ad compromittendum compellatur.  
5 Instantia cum laico defuncto cepta, an in clericū haeredem transeat? & num. 8.  
6 Priuilegiati qui sint.  
7 Priuilegia concessa priuilegiatis personis qua.  
8 Index laicus clericū quando ad expensas condemnat.

**I** Tem clericus &c.) adde quod iste Ritus est conformis cum communī opinione Doctor. qua cōcluditur. † Quod clericus actor potest coram iudice laico coram quo egit reconueniri & vt firmat gl. in c. extra, de mutui. peti. & in c. at si clericī. extra de iudi. ita decidit Bart. in auth. & consequenter. prima. q. C. de sent. & ibi per Alexan. post ipsum. Quod sane intelligi si reconvenio esset de re, de qua index laicus possit iudicare b. alias secus: puta si reconvenio esset de re spirituali. de quo tamen vide late per Abb. in d.c.j. 11. col. † Quā autem sint res de quibus index laicus non potest iudicare vide per gl. & Cano. in e. ex tenore. extra de foro competen. In 3 text. ibi agendo &c. † Adde quod clericus agens in foro seculari. ligatur statutis & consuetudinibus laicis. coquim ordinatorijs & decisorijs iudiciorum. † Et in regno compelleretur ad cōpromittendum per prag. Regni, quā incipit odia litium &c. per ea: quā confusat Cor. in consil. 114. r. volu. & consil. 64. 3. volu. & consil. 187. 4. vol. habetur per Alex. post Bart. in l. j. in 5. q. C. de sent. † Sed incidenter queritur.

¶ An in clericū haeredem transeat instantia cepta cum defuncto laico iuxta terminos legis si eum hominem. ff. de fideiust. Imo. in d.l. si euni. firmat quod sic: de veritate tamen vide Alex. post Bart. in d. auth. & consequenter & in l. si constante. S. fin. ff. solu. mag-

trim. habetur per Cano. in dicto c.j. de mutui. p. eti. 6 † Et quā in text. fit mentio de alijs priuilegiatis, qui sint, habetur per Doct. in leg. j. C. qua. impetr. in dicto pup. & in cap. significantibus, extra de officio de legi, cumulaui late in pragm. Regni, quā incipit cursu di latiōnō. † Quā autem sint priuilegia a iure conceſſa dictis priuilegiatis personis, vide in d.l. prima. & in consti. Regni statuimus. & ibi per Matth. vbi repertis an gaudeat clericus eisdem priuilegijs tanquam cōnumeratus inter priuilegiatas personas, & infra in Rit. 286. vbi late posui.

- 2 AD DE Reconueniri. Adde quod contrarium de iure tener Panor. in cap. at si Clerici. num. 19. per mes colu. de iudic. licet de consuetudine secus. addē Stephan. Ausfr. de potest. secul. super eccl. &c. in secun. da regu. Joan. Michael.

3 † AD DE Afflīct. decisi. 173. Item iudex laicus coram quo agit clericus cōdemnat clericū ad expensas. Vide Fely. in c. at si Clerici, extra de iud. colum. 7, in fine. Hieronym.

- 4 AD DE d. Ant. Cap. in decisi. 66. & an coram talia arbitrio vigore statuti habeat locum reconuentio. Panor. in c. cum dilectus nu. 7. distinguendo tenet. quod si extra de arbitris. addē Alex. consil. 119. Joan. Michael.

5 AD DE quod clericus reconuentus non renunciā instantia, ut evitetur reconuentiō secundum Bart. in auth. & consequenter pen. col. C. de sent. Hieronym.

Ritus Sexagesimus octauus.

## S V M M A R I V M.

- 1 Percussio cum bastono quando pēna manus pēnititur. locusque torturæ faciat. & numero 6.  
2 Percutiens cū baculo, an occidēdi animū habuerit.  
3 Officium iudicis in quibus casibus restringitur.  
4 Mors ciuilis quid sit.  
5 Persona ecclesiastica quae sint.  
6 Papillus & viqua qui remissive, clericus priuilegijs ibidem.

**I** Tem seruat &c.) in tex. ibi ad denunciations &c. adde quod de ista materia denunciation & processus ex mero officio, fuit dictum sup. in Ritu qui incipit. Item si accumulatur vbi vide ibi posui. In text. ibi cum bastono. † Adde quod ex percussione cum bastono & non venit imponenda pena manus, secundum Andr. de Iser. in consti. Regni. si quis aliquem. quem ibi sequitur Matth. & Tho. in dicto voto. 15. 4. colum. fed etiē pena pecuniaria secundum Bart. de Capua. in d. consti. si quis. vt reficit Tho. in dicto voto, nisi percussio cum bastono sit facta. & gregatis gentibus. quā tunc erit poena legis Iuliz. de vi publica. vt probat tex. in l. quā dolo. S. pen. ff. ad Iul. de vi publ. per quem in text. ita dixit Bart. in l. i. ff. codem. & Thom. in dicto voto. 15. vide ipsum in consil. 44. & tunc percutiens deportabitur & erit locus torturæ, & fori iudicationi, secundum i. sumin. colum. tu autem intellige sane, si eo casu gestis congregata fuit armata secundum glos. in dicto S. pen. in versiculo hac lege. alias erit poena legis Iuliz de vi priuata secundum dictam glos. per text. in l. 2. ff. ad Iul. de vi priuata.

¶ Arma requisita in ista materia, vide in l. armatis. ff. de vi publ. † Et an percutiens cum baculo videatur habuisse animum occidendi: si percussit in capite, vel in alia parte corporis. & an si cum hasta, si habet lanceam in manu: vide Bartol. in l. j. S. diuus. ff. ad le. Corn. de Sica. & alia adducta per Tho. in voto. 23. & per Hippo. in consil. 7 nu. 44. in volum. In text. ibi. ca. regni &c. quod incipit si tempōrum alternata conditio,

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 187

to, sub rubrica ne nō procedendo ex offic. t per quod capitulum liberum officium judicis restringitur in procedendo, nisi in subscriptis casibus videlicet in casu quo veniret imponenda pena mortis civilis, vel naturalis, membris abscissio; & vbi in persona ecclesia stica, vel pupilli, ac vidua flagitiū esset commissum & in homicidijs clandestinis. vide tamen per And. de Iser. & Marth. in constit. regni inquisitiones. primo. not. & in S. hi qui. 11. not. vbi post Speculat. numerant casus in quibus de iure communi & per constit. regni proceditur sine accusatore ex mero officio: & quia materia est quotidiana expedit exponere singula verba dicti cap. tuli. Et primo ibi. t Mors &c. Adde quod mors ciuilis, est quando quis damnatur in metallum, seu deportatur secundum Bartol. in legge prima, in nona columna, versiculo secundo, quæ 20. C. de sacro sanct. eccles. & in l. secunda, in principio ff. de publi. iudic. & idem est in regno quando cō damnatur quis ad perpetuum carcerem. Puta tritemnum, secundum regni constitu. incipien. hi qui. & ibi Marth. in 9. nota. t In text. ibi ecclesiastica persona. Ut est clericus, siue presbyter. vt probat text. in cap. clericos. vigesima prima distinctione, secundum gloss. in capitulo si quis suadente. 17. quæstione quarta habetur in authen. presbyteros. C. de episcop. & cleric. & per Fe yn. in capitulo cum ab eo. extra de rescript. & in capitulo licet. extra de offic. ordin. vt sunt etiam clerici primæ tonsuræ secundum Cardina. in clementina secunda. S. primo. extra de sepul. etiam si essent prorsus illiterati secundum ipsum 22. distinctione capitulo si quis. 20. quæst. 7. capitulo eos. glo. 27. quæst. prima. cap. primo. quæ gloss. dicit eos gaudere priuilegio ecclesiastico si viuunt sub regula ecclesiastica: & idem de clero coniugato qui cum vnica & virginem contraxit matrimonium: si defert tonsuram & vestes, capitulo primo, extra de cleric. coniu. lib. 6. Item conuersi. penitentes & hospitalarij secundum gl. in cap. qui vero. 16. quæstio. j.e. nulla. 93. distinet. & in l. 2. fide in ius voc. & ibi per Ang. & in capitulo 2. extra de foro competen. & ibi per Felyn. plenissime ibi videtur. t Quis autem dicatur pupillus & vidua: vide plecta dicta per me in commento pragm. Regni que in capitulo cursu dilationum. De materia homicidiij clandestini, vide per Marth. in rubr. 27. in constit. Regni adama clandestina. De clero autem primæ tonsuræ extat nouella prag. Regia vide eam. Et quod dictum est supra de clericis: intelligas etiā de regularibus et monachis vt probatur in dicto capitulo si quis suadente. & in cap. parochianos. & in capitu. ex teno. & ibi not. Abb. extra de sent. excommunic. de diversis monachorum statibus, & regularium, & 12. q. secunda, c. duo sunt. & ibi glo. dicit quod accoliti sūt personæ ecclesiastice. Et tamen possunt matrimonium contrahere, & idem dicit de templariis.

A D D E quod immo ex percussione cum bastono, sive lapide debet imponi poena manus seculo tamē magno vulnere, sive effectu consimili: ac si cum armis: facit c. regni qui cum roncha. iuncti l. armorum appellatio. de verborum significat. & l. secunda de vi vii arma. & vide demum Andr. in dicta constitut. si quis cum armis ibi qui habet arma prohibita, & percussit cum lapide non tenetur poena manus: ergo si non habuisset arma prohibita &c. extendendo. d. capitulum si quis cum roncha ad istum casum bastoni. quod videretur fieri posse etiam in penalibus per doctrinam sing. Bart. l. quemadmodum, in j. col. C. de agri. & censit. lib. 11. Ioan. Mich.

## Ritus Sexagesimus nonus.

## S U M M A R I V M.

1 Probationes factæ sine termini datione an valeant?

- 2 Probationes, in criminalibus, an sint necessario dandæ?
- 3 Defectus forma quicunque vitiat actum.

**I**N primis detur &c.) Adde quod post istum Ritum superuenit noua prag. Regis Ferdinandi primi. In qua terminus ad probandum designatur in cipien. post prædictas.

- Etalia quæ incipit responsionibus. Circa commissiōnem audientia testium vide quæ in utraque scripti. t Quaritur modo an probationes factæ sine datione termini valeant: & dubium videtur facere text. in l. si quando. C. de dila. & ibi hoc not. Richa. Cyn. & Bald. in l. cum a nobis. eo. tit. Bart. Bald. Angel. & Alexan. in l. fin. ff. de fer. Affict. in constitut. Regni causas alias 5. not. & in sua Decisio. 55. Ant. de Butr. & Abb. in ca. licet causā. extra de probat Imo. & Card. in cap. prudentiam. extra de offic. delega. Spec. in tit. de dilat. S. videndum. Geor. narr. in repe. clem. fæpe. S. & quia. 15. colum. Paris in tract. synd. in versic. sententia. 11. carta. 57. col. consuluit. Petr. Philip. Cor. in conf. 223 in f. in 2. vol. t Et in criminalibus secundum Bar. in l. in criminali. ff. de adult. quia dicit Bal. in l. prima. C. qui accusare non poss. quem refert Alexand. in dicta l. in criminali. quod in criminalibus causis necessario dilationes non sunt dandæ. tum maxime in Regno per cap. Regni quod incipit Isabella & nouiter impressum quo cauetur in omnibus causis veritate inspici remotis ineptitudine libelli, & nullitatibus etiam totum processum respicientibus. præter concernentes personas litigantium, iurisdictionis, aut iudicis, ac virtute prag. incip. dispendia litium, per quæ proceditur de veritate de qua sufficit constare ex processatis etiam quod non sit deducta in libello: nec alias allegata secundum Raph. Fulg. & Pau. de Cast. quos refert & sequitur Alexand. in l. si ita stipulatus. S. Grisogonus. ff. de verb. oblig. Ant. de Butr. in confil. incip. viso dicto puncto &c. Et Soc. in confi. 11. in fin. in 3. volum. non obstat dictus Ritus quatenus præcipit dari terminum in causis ad probandum, quia non dicitur ibi quod si non detur terminus, quod probationes factæ sine datione termini, non valeant: quia quādo lex mandata liquid: & si non sit eo modo quo mandat, si non procedit ultra annullando actum, ita actus non annullatur & vt probatur in l. statutis. & ibi Bald. & Salyce. C. de senten ex bre. recit. & quatenus etiam dicat Ritus quod post terminum non audiatur scilicet quando est datus terminus, quia peremptorius, & non excludit per hoc probationes factas sine datione termini.
- b A D D E quod d. c. situatur post d. cap. detestantes. de quorū intellectu late scribit Par. de puto in tract. syndic. in versic. vtrum iudex qui per vim & in versi. an dicto capit. detestante: & in duabus sequen. Ioan. Mich. Annulatur.
- b A D D E eundem Bal. in l. ff. de liber. & posthu. sed Panor. in c. cum olim. num. 6. de arbit. reprehendendo Hostien. videtur tenere contrarium: & quod defectus formæ quantuncunq; modicus vitiat actum Iaf. in l. si vnu. num. 4. C. de testa. & in l. vniuersis numero 3. C. de precib. impe offe. & idem Abb. in ca. cū post de elect. & in c. nulli. num. 7. de reb. eccl. alien. & vide Bertac. in tract. de gabel 24. quæstio. i. primo vol. tract. Ioan. Mich.

## Ritus Septuagesimus.

## S U M M A R I V M.

- 1 Requisita vt quis pro confessio habeatur, remissive.

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

**I**tem quod infra &c.) in fin. tex. ibi pro confessatis &c. adde quid infra aliter disponitur per alium. Ratum qui incipit item seruat ipsa curia quod si quis citatur &c. vide quae ibi dicant de ista materia & ibi reperies requisita ad hoc ut quis possit haberi pro confesso.

Ritus Septuagesimus primus.

S V M M A R I V M.

- 1 In criminalibus non conceduntur beneficia.
- 2 Testes in criminalibus post publicationem, an recipiantur? Et num. 6.
- 3 Iudex pro reperiendo maleficio, vel innocentia, nunquid in quacunque iudicij parte testes recipere possit? Et num. 6.
- 4 Restitutio aduersus fori declinatoriam denegata minori non conceditur.
- 5 Mulier & rusticus de iure communii non restituuntur, secus de iure Regni.
- 6 Priuilegiatus contra priuilegium, priuilegio an vratatur?

**I**tem quod in causis &c. Adde quae posui de ista materia primi & secundi beneficij in pragmati. Regni quae incipit cursu dilationum, ante finem. In tex. ibi & peti possunt. adde quod t in criminalibus causis non conceduntur beneficia secundum Specul. in tit de restitu. in integ. S. qui autem. verificu. Sed pone. & foan. And. in c. auditio. extra de restitu. in integ. gl. penul. in olem. 2. extra de procur. per Matth. in constit. Regni obscuritatem in 7. col. in fin. Est tamen aliter à iure prouisum videlicet, t quod publicatis testibus possunt recipi testes non obstante publicatione in causis criminalibus? per tex. in l. vnius. S. reus. secundum vnam lecturam ff. de questio. per quem text. ita firmat Bart. in l. j. S. si quis vltro. ff. eo. etiam non obstante conclusione & secundum ipsum quem communiter sequuntur Doctores in dicto S. si quis vltro. cum modifcatione tamen & limitatione, vt non procedat dicta conclusio in testibus nouiter recipiendis ad offensam: quia tñc tali receptioni & examinationi obstat conclusio & publicatio, ita singula riter limitat Salyc. in l. fin. vlt. colum. C. de quest. firmat Aret. in c. fraternitatis. de testib. 8 car. & in conf. 146. & Fely. de test. cap. cum clamor. 3. colum. & qua tenus Bart in Lvnius. S. j. & Aretin. in tract. male. in versic. comparent &c. Et in versic. & dictum processum &c. Firmant quod etiam ad offensam recipi possunt non obstante publicatione, intellige hoc verum, super nouis capitulis, non autem super antiquis: licet ad defensam tam super nouis, quam super antiquis recipi possint: secundum Saly. in d. l. fi. cuius opinio nō firmavit Hyp. in d. S. si quis vltro. per aliquas rationes de quibus ibi per eum, quod valde erit notandum in practica: quia ita vidi obseruari per optimos Docto. t licet Matth. in consti. Regni terminum vitæ. in penul. car. teneat indistincte posse iudicem recipere testes in quacunque parte iudicij pro reperiendo maleficio, vel innocentia: allegat. Bald. in authen. qui semel. prima col. versic. 2. falle. C. de proba. & in l. 2. in 2. colum. C. de edend. tamen ibi Bald. solum decidit quod iudex potest ex officio recipere testes in casu quo potest inquirere de iure, & non dicit in quacun que parte iudicij: vt ipsum allegat Matth. licet dicat tam ad offensam, quam ad defensam, & propterea ego ad hanc distinctionem, & limitationi Saly. de qua supra distinguendo opin. Matth. ut distincta & limita

ta est opin. Bart. & aliorum supra, scilicet, ut possint recipi ex officio etiam post publicatum, ad offensam super nouis articulis, siue capitulis & non super antiquis, fatetur tamen Matth. quod ad defensam iudex b tenetur recipere usque ad sententia & prolationem allegat Ang. in d. tracta. in versic. iudex statuit &c. & text. in l. fin. ff. de var. & extraor. cogn. Et alias teneatur in syndicatu secundum ipsum, in hoc concordatum supra dictis Docto. vide Capi. in decisi. 81. m 4. & s. t Item restitutio non conceditur minori aduersus declinatoriam fori denegatam argum. l. Seio. ff. de restitut. in integr. per quem tex. ita decidit Innoc. in coram felicis. extra de restitut. in integrum, licet dilatorijs secus. l. minor omissa. ff. de mino. Capic. c. 13. t Et quamvis mulier siue rusticus de iure communi non restituatur per tex. & glos. in l. fin. C. de integr. & fact. igno. habetur per Bartol. in l. prima. S. nunciatio. finali colum. ff. de oper. noui nunci. & in leg. quædam, & in lege vbi, & ibi Angelus. ff. de edend. in Regnis autem veriusque Sicilia focus est per constitut. Regni mulieribus, & in constit. obscuritate vbi vide per scribentes. Sed queritur An minor contra minorem, seu ecclesia contra ecclesiam restitutur ad pinguis probandum? & videtur quod non quia priuilegiatus contra priuilegium non videtur priuilegio: data paritate priuilegij per text. in l. v. S. fin. in princ. & in l. si minor vigintiquinque anni filiofa. ff. de mino. habetur per Doctor. in authen. quæ actiones. C. de sacrosan. eccles. contra decidit Matth. in constitut. Regni obscuritatem. in versiculo 10. quae ro. allegat Bald. in l. pupillorum. C. de repudia. hæredit. tu addit. in dicto. S. fina. versicu. puto autem, cum gloss. in versic. captus vbi probatur, quod minor quando est captus, restitutus aduersus minorem: sed fatis dicitur minor captus per lapsum dilationis ad probandum & tunc tractat de damno vitando, & merito restitutus ut habeatur in cap. auditio. extra de restitut. in integrum. & ibi per Docto. ita in terminis solum Alexand. consilio 55. finali colu. versiculok. presupposito, quinto volumine. Paul de Cast. in filio 317. in fine.

2 A D D E Et vide Hypo. in allegato. S. si quis vltro. Angel. de malefi. & ibidem Augu. in versi. comparunt dicti inquisiti & negauerunt totum. Et quid ciuilibus an testes recipiantur post publicatum, & post conclusum per eundem Hypol. d. S. num. 9.

b A D D E sententia prolationem: adde quod etiam post sententiam est licita defensio in criminalibus, & debet iudex etiam parte non petente, inquire defensiones Bart. in l. in pecuniarij. num. 2. ff. def. per text. in l. fin. de quest. Ioan. Mich.

Ritus Septuagesimus nonus.

S V M M A R I V M.

- 1 Forma citandi quem ut principalem & legalem.
- 2 Veritas in principali in criminalibus, an puniatur & indicium faciat ad torturam? Et quid de mendacio. Et num. 6.
- 3 Periurium non puniri, de qua pena sit intelligendum.
- 4 Pena in dubio de corporali intelligitur.
- 5 Negans inquisitionem cum iuramento, an perius dicatur?
- 6 Mendacium est sufficiens indicium ad torturam & sup. num. 2.
- 7 Casus 12. in quibus ratione mendaci, aliisque bus beneficijs quis priuatur.

## Ritus Octuagesimus.

### S U M M A R I U M.

- 1 *Etius si tali die fieri deberet, reperiaturque feriatus, sequenti die iuridico fiet.*
- 2 *Delegatus, finita delegatione die feriata, quando sententiare posset.*

**I** Tem seruat &c.) Inter. & ibi de iure communis, ut haberur per Cyn. in l. dies. ff. de fer. per glo. &c. Archi. in c. placita. 15. q. 4. per glof. in c2. cupientes. S. quod si de electio. in 6. haberur per Doct. in cap. si extra. de fer. per Bald. Imo. & Alex. in l. s. nunciatio. ff. de ope. noui nuncia. per Bal. in l. z. & ibi. Alex. remissione. ff. si quis in ius voc. non ier. per Bahin. l. z. C. de temp. appcl. & per Io. And. in addi. Spec. iur. d'fer. S. j. verific. pen. vbi dicit verbum notandum. & quod si delegatio finit die feriata: delegatus finit in culpa: potest sententiare: vide in materia. Sec. deric. consl. 75. Petrum de Anch. consl. 98.

## Ritus Octuagesimus sextus.

### S U M M A R I V M.

- 1 *Publicatione in causa, an sit necessaria? & nu. 6.*
- 2 *Omissio publicationis nunquid vitios processum ipso iurecum limit.*
- 3 *Sententia lata sine causa cognitione, nulla est.*
- 4 *Prædicta in presentando iudicij cause acceptationes alibi factas.*
- 5 *Testes non publicati fidem non faciunt: econtra publicationi.*
- 6 *Publicatione per iudicem revocari potest: & quare do renouata censetur.*
- 7 *Ad instantiamque tertij fieri non potest.*

**I** Tem seruat &c.) In textu. ibi publicatio &c.)  
 1 *Quæritur, an publicatio in causa sit necessaria & reddit iudicium retro nullum: si non est facta: vel sit contra ius litigatoris, vide glof. Barto. & Angel. in l. prolatam. C. de sentent. Alexan. in lege prima S. finali. ff. de prætor. stipul. Georg. Naz. in repetit. clemen. s. p. S. quz omnia. 27. & 28. colu. gloss. in constitutio. Regni vniuersos. & ibi per sanctos. & in confitu. pacis cultus per Matth. prim. not. versiculo hinc quzro. per Par. intracta. syndic. in ver. sententia. 4. Anto. Cap. in decisi. prima. 8. colum. magis communis opinio videtur esse cum Innocen. Imo. Hostien. & Ioann. Andr. in cap. 1. & extra de re iudica. & cum Iacob. Butr. & Bart. in dicta lege prolatam, secundum Imo. in dicto cap. cura i. & a. quam etiam dicit veriorem Georg. in dicto. S. quz omnia. 29. colu. & Scilicet quod omissio publicationis etiam petita non vitiat processum ipso iure: sed grauat partem: & præbet causam appellandi, & si non appellat, valet processus, quam opin. videtur. approbare Matth. in locis prædictis, & responder ad glof. in dicta constitut. vniuersos. videlicet quod quamvis glof. dicat requiri publicationem: non tam dicit quod si non est facta: processus vacietur: nam licet publicatio sit requisita de iure in casu tamen non sequitur ergo est de substance secundum Abb. in d. c. eum i. & 2. Quam conclusione limita non habere locum, quando iudex commisserit examen ad partes cuius non esset facta publicatio. & Quid si scitur sententia dicit quod esset nulla tanquam lata sine causa cognitione.*

# Domini Annibalis Troyli, Cauensis

ne secundum Ang. in d.l. prolatam quæ sequitur Lan  
fran, in c. quoniam contra i. col. extra, de probat. &  
4 Geor. in d.S. quæ omnia. 29 col. t. & practica præsen-  
tandi attestations alibi factas iudicæ causæ est, quod  
presente clausas cum sigillo iudicis à quo mittun-  
tur, de qua præct. vide per Fely in d.cap. cum 1, & 2.  
Et addit. quod publicatio sit per iudicem causæ inter-  
loquendo secundum Bar. in l. cum ab. ff. quemadmo,  
testa aper, quia publicatio testium interlocutoria est  
secundum Bald. in l. publicati. C. de test. in versi. quin  
5 to queret quia alias testes non publicati fidem non  
faciunt secundum Bart. in l. solam. C. de testi. & Bal.  
in l. in bona fidei. C. de reb. cred. & publicari perpe-  
tuo fidem faciunt secundum Bald. in d.l. publicati;  
6 t. Quæ autem publicatio cum sit interlocutoria po-  
test revocari per iudicem. Et tunc censeretur revocare  
quando admitteret testimoniū productionem secundum  
Card. in clem. 2, in 2. oppos. de testi. Sed datum mate-  
7 ria appellandi secundum eum. t. Et ipsa publicatio ha-  
bit non potest ad instantiam tertij comparantib. in-  
causa pro suo interesse. cap. constitutus extra de testi.  
Roman. in singu. suis, veritu. tertius comparens &c.  
8 ADDIT. videndum d. Amodeum de castello in tracta.  
syndicatus. nu. 219. fol. 121. 10. vol. tract. Io. Mich Ad-  
de quid possit facere tertius comparens pro suo inte-  
resse. Bart. in l. si pro iusorio. ff. de appell. & Pano. in ca-  
sum super num. 2. de scat. & re iudi. & Soci. reg. 235  
Ioan. Mich

## Ritus Octagesimus septimus.

### S V M M A R I V M.

1. Citatis testibus, & condemnatis non venientibus, in ciuilibus & criminalibus; curia procedit.
2. Sollicitudo ut testes irerent; & iurati deponant, ad quos spectat.
3. Producens, & faciens in termino citare testes, quædo, si non venerint; non restituendus.

4 **I**tem seruat quod citatis &c.) In tex. ibi const. Re-  
gni, videlicet in consti. in quæstionibus & ibi no.  
Matth. in versi. nolentes &c. quæ loquitur in cau-  
sis criminalibus, in ciuilibus autem habetur in  
consti. regni, in pecuniariis & ibi per Affl. in 17. no.  
de materia tamē huius Ritus habetur in l. si quan-  
do. C. de testi, & in c. cum plim. extra eo. tit. & in cap.  
statutum, de rescrip. in 6. t. & dicit Pau. de Cast. in d.  
l. si quando, quod sollicitudo, & instantia, ut testes iu-  
rent spectat ad partem producentem. & si negligeret  
esse in culpa. Sed postquam iurauerunt, spectat ad  
iudicem qui ex officio eos. cōpellit ad deponendum;  
quod si non fecerit, ipse iudex esset in culpa secun-  
dum Bal. in l. 2. C. de eden, vide prag. Regni quæ inci-  
pit caru dilationum. Adde ibi dicta per me t. quod  
licet producens testes fecerit eos in termino citari nō  
est restituendus, & restaurandus ad terminum, si te-  
stes non venerint, nisi accusauerit eorum contumaciam  
& petierit eos multari, & fuerint sequiri se-  
cundum Bald. & Imo. in l. quibus diebus, in princ. ff.  
de cond. & demon. Alexan. in l. si quando. ff. de testi.  
glo. in clemen. j. de offic. delega. probat & Alexan. in  
l. j. si seruus. ff. de quæst.

## Ritus Nonagesimus tertius.

### S V M M A R I V M.

1. Principalis nunquid post conclusum in causa in-  
terrogari possunt?

2. Procurator ad deponendum pro domino, an pos-  
sio constituci.

**I**tem seruat quod responsiones &c.) Adde quæ  
contra istum Ritum videtur notare Matth. in  
stit Regni patres in iudicio, in primo noct. & in  
brica dictæ constit. immemor sorte istius Ritum s. &  
Barc. in l. vbiunque. ff. de interrog. actio. Abbas i. eti.  
cum causam, extra de iura. calum, t. vbi volunt eti  
post conclusum principales posse interrogari. & in  
dicta consti. partes in 2. colum. in versi. tertio que-  
ro, posuit istam questionem de qua in tex. nolto; t. si  
licet an possit constitui procurator ad sic deponen-  
dum nomine domini; & decidit quod sic. f. i. t. au-  
thoritate Iaco. Butr. in l. fin. C. de procura. & minime  
aduerit ad istum Ritum qui hoc permittit. Sed tan-  
men relinquit arbitrio iudicis de qua materia, vide  
per Doct. in d.l. fin. & in l. si actor. ff. de procur. & per  
Matth. in locis prædictis,

## Ritus Centesimus primus.

### S V M M A R I V M.

1. Doctor antiquior inter doctores prefertur cum  
limit.
2. Ad probandum excellentiam quæ requirantur re-  
missione.
3. Doctoratus ab Imperatore prefertur doctorato ab  
inferiore.
4. Marchio, et Comes, prefertur Marchionis  
tantum.
5. Primo doctoratus expulsus a ciuitate, et restitu-  
tus, nunquid primum locum recuperet?
6. Papa, et Imperator potestatem verbo doctora-  
di habent.
7. Licentiatus et doctoratus magno intervallo nu-  
preferatur doctorato in isto intervallo?
8. Scholaris licentiacus, adhuc scholaris dicitur.
9. Cingendus quando pro cincto habendus.
10. Filius familiæ testari quando potest.
11. Aliud est esse talcm: aliud haberi pro tali.
12. Fictio p. r. a. veritas.
13. Privilegia doctoratus remissione et num. seq.
14. Doctor per 20. ann. legens Comes Palatinus effi-  
citur. et num. 2.

**I**N primis doctores &c.) In tex. ibi antiquior  
† Nota quod inter doctores antiquior in doc-  
toratu præferatur, concordat tex. & ibi not. Bar. in  
j. ff. de obse. a lib. pat. p. st. & in l. j. ff. de albo scrib.  
& in l. si C. de tiro. lib. 12. & in l. j. C. de consul. eo. lib.  
arg. l. semper ff. de iure immu. & in ca. i. extra de ma-  
rio. & obed. 6. distin. cap. statutum. & 24. distin. cap.  
episcopo; quæ regula fallit si doctor iunior est excel-  
lentior secundum glos. in S. ordinationem, in authen-  
de mona. quam ibi equitur Angel. & idem Ang. in l.  
cum quid. ff. si certum petatur. & Salyer. in l. prodi-  
endum. ff. de post. Abb. in capi. clerici. extra de iud.  
per Roma. in d.l. cum quid allegantem. glos. similem  
in l. j. C. de anno. ciuit. libro 11. & in l. si vero. S. de vi-  
ro. ff. soluto matrimonio allegat tex. 74. distin. ca. epi-  
scoporum & in l. vbiunque. C. de prox. sacro scrip.  
lib. 12. t. per quem texum dicit quod ad probandum  
dictam excellentiam requiruntur quindecim testes.  
Item limita nisi iunior doctor sit actu legens a publi-  
ce, & antiquior actu non legat, quia iunior sibi præ-  
fertur

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. 189

Festu secundum And.de Bar,in l.j.C.de consu.li.12,  
 & Loan.de Plat,in l.2.C.de dignita cod.lib.prædicta  
 sequitur Alexand,in dicta l.cū quid 2.colum.t Ter-  
 pio limita nisi secundo doctoratus sit doctoratus ab  
 Imperatore, & primo doctoratus ab alio inferiore;  
 quia tunc ab Imperatore doctoratus præfertur secu-  
 dum Lud.Roman,in d.l si vero s.de viro 49.sall,quæ  
 refert & sequitur Alexand,in d.l j. ff.de alb.scrib.in  
 apostol.ad Bar.allegat tex.in c.hi qui autoritate, ex-  
 tra de præben,in 6.idem repet Abb,in d.c.j.de maio.  
 & obed.allegat text.in cap.pertuas, cod.tir,& in l.  
 hñ ff.de alb.scrib.Quarto limita,nisi secundo docto-  
 ratus sit doctor utriusque iuriis;quia præfertur primo  
 doctorato in iure ciuili ita dixit Felyn.in cap.clerici,  
 extra de iud.& pro eo facit id quod dixit Bald,in l.  
 sed & milites,ff.de excusa,tut.t vbi dixit quod Mar-  
 chio & Comes præfertur Marchionis tantum; & ibi  
 per illud dicitur.& per ea quæ dixit Felyn,in d.cap.  
 clerici:& dicit Apostoli,in d.l sed & milites;quod mi-  
 lies & doctor secundo doctoratus, præfertur doctori  
 primo solum.t Quinto limita quod si primo docto-  
 ratus fuisse expulsus a ciuitate si restituueretur; non  
 recuperat primum locum,& sic non præfertur secun-  
 do doctorato ita dixit Bart,in l qui ad tempus, ff.de  
 decur. Sexto limita in doctore decretorum qui præ-  
 fertur doctori iuriis ciuiliis, & doctori artium primo  
 doctoratu secundum Ioan.Andre,in dicto capitulo  
 clerici. quem refert & sequitur Ludovic.Roman.in  
 d.confil.333,in fine.Omnia prædicta intelligi,nisi se-  
 cundo doctoratus fuit doctoratus in examine rigoroso.  
 per text,in l.nemini.C.de aduoc.dixer.iud.set  
 casus autem si solo verbo esset secundo doctoratus est  
 ab Imperatore, seu Papa; t qui potestate habent  
 verbo doctorandi secundum Angel,in l.j.C.de sen-  
 tenz.passi. quia tunc non præfertur primo doctorato.  
 ita limitat And.Sic,in proce.Clemen,in 14.colum.&  
 Maria.Socin.capit.qualiter & quando in 3.not.extra  
 se accusa.refert & sequitur Ia,in l.2.S.prius.ansepe-  
 solum,ff.de vulga,& pupi,t Sed pone quod aliquis  
 iuxta licentiatu, & in magno interculo doctoratus  
 t.e. alias in illo interculo similiter doctoratus quis  
 etrum præferti debet Alex,in l.j.in apostol.ad Bar.ff.  
 & obsec.à li.patr.præsta,dicit quod præfertur licentia-  
 tu: quamvis postea doctoratus, allegat Bart,in l.j.  
 de cōsu.lib.12,melius videtur facere tex.in l.pen.  
 & de test.mil.quia Bart,in d.l.j.non dicit id ad quod  
 allegatur per Alexand,in d.apostol.sed tantum dicit  
 quod pimo adeptus dignitatem, præfertur secundo;  
 iam si secundus pluries adeptus fuerit contra Ale-  
 xander videtur decidere glos.in l.sua.C.de tiro.cod.lib.  
 & dicit,quod tiro postponitur militi: & tamen tiro  
 Ordinatus est ad militiam.l. ex eodem,ff.de testam.  
 milit,quemadmodum licentiatu ordinatus est ad  
 doctoratum.vt in dic l.pen. pro ista parte consuluit  
 Roma confil.333.versi, quo ad secundum facit id q  
 uien Bald,in authen.habita in 5.colum.versic.quid de  
 scholari.C.ne filius pro pat,t vbi dixit quod ichola-  
 lis licentiatu adhuc scholari dici potest: quamvis  
 habeat quoddam medium,& tamen omnes Doctor.  
 dico capit.j.& in dicta l.cum quid , & in alijs lo-  
 bi supra allegatis dicunt quod doctor antiquior pre-  
 terit recentiori doctori, & sic ad præclaris,non enim requi-  
 sitant doctoratum, & non dicunt quod sufficiat esse  
 licentiatu. Non obstat tex.in d.l.pen.ul.ij contra-  
 sum allegatus,t vbi probatur quod cingendus habe-  
 tur pro cincto:quia illud erit verum vbi agitur de fa-  
 vore, secus si tractatur de pena, vel odio secundum  
 intellectum Bald.ad dictam l.pen.quem posuit in l.j.  
 pen.col.versic.quid si filius.ff.solu.matrim.t Nā fa-  
 uor: est filij familiæ de proximo cingendivt habe-  
 tur pro cincto ad effectum testandicum alias testa-  
 ri non posset.l. qui in potestate ff.de testa.l. senium.  
 C. qui testa facc, poss. & iustiu.co.in prim.sed ante-

ponere licentiatum doctori esset odiosum: quia an-  
 terponeretur sibi non habens eandem dignitatem si-  
 cu ipse,per iura superius allegata:nam quicquid est  
 cōtra iustitiā est odiosum secundum Bal.in l.certum,  
 in princ.C.vnd.cog. quæ refert & sequitur Cor.consi.  
 11.117.num.4.3.vol.t præterea aliud est esse talē, aliud  
 haberi prorati probat tex,& ibi not.Aret,in l.patri-  
 ff.de vulg.& pupil,habetur per Felyn,in rub.extra  
 de fide instrum.).col.quia haberi prorati improprie-  
 tam denotat.l.j.in priac.& ibi not.Bart,in fin ff.de  
 suis & legi.l.mercis,la 2.& ibi glos.ff.de verb.signifi.  
 & sic vt licentiatu habeatur pro doctore est ficte,&  
 12.impropriet t cui fictioni præualet veritas,scilicet ve-  
 rius doctoratus secundo,secundum Bald,in l.3.2.col.  
 C.de hære,insti.per tex,in Lpcibus.C.de impu.& ali-  
 subtli.secundum Gui,de Suza,ibid.Et signanter,qn  
 veritas , & fictio tendunt ad idem. vt probat text,&  
 ibi not.Bart,in l.filios,ff.de libe,& posth.nā in casu no-  
 stro ad idefn tendunt; scilicet ad effectum prælatio-  
 nis,quæ nota,quia suis de facto secundum Alexand.  
 13.in d.l.t priuilegia doctoratus vide per Card,in cle.  
 2.4.querit,de magist,  
 2.¶ A D D E quod doctor legens per viginti annos in  
 studijs efficitur Comes Palatinus.l.2.& ibi Barto.C.  
 de profesi,qui in vrb.Constan.& per eundem in pro-  
 mio.C.& per Ioan.Baptist.de Caccialup,in tract,de  
 debitore suspecto.5.q,num.2.sol.225.9.vol.tracta.Et  
 de doctoribus & eorum priuilegijs & dignitatibus  
 latissime per Petrum Leuanderium,in tract,de doct.  
 corumque priuilej,6.vol.tract,versic.164.Ioan.Mich.

## Ritus Centesimus secundus,

### S V M M A R I V M.

#### 1 Aduocatus causas coram iudice proponēs, stare non sedere debet.

**I** Tem quod nullus &c.(In text,ibi,sedeat t adde  
 quod de iure communi aduocatus quando pro-  
 ponit causam coram iudice:debet stare , & non  
 sedere,probat text,& ibi habetur per Doctor,in  
 lege quisquis la prima. Cod.de postul.sed ibi dicit  
 Bartol, quod non seruatur in practica .

## Ritus Centesimus octauus,

### S V M M A R I V M.

- 1 Casus in quibus procurator in criminalibus admittatur vel non .
- 2 Casus in quibus non Papa,nec Imperator pro-  
 curatorem admittet.
- 3 Procurator in capitalib. ad allegandum notarias  
 exceptiones pro inquisito admittitur.
- 4 Pater, an vt pater, vel procurator filij admitta-  
 tur ad eius defensionem capitalem?

**I** Tem si aliquis,&c.(In text,ibi procurator t ad-  
 de ad declarationem istius Rit.& præcedentis,  
 qui incipit Item quod in causis,&c.quæ haben-  
 tur p Bar.& Doct,in l.pen.S.ad criminis,ff.de publ.  
 iudi.& in l.seruum quoque.S. publice,ff.de proc. &  
 in c.veniens,extra de accula,in quibus loc.reperies  
 causis in quibus admittitur,vel non procurator in cri-  
 minalibus;quia est longa materia;propterea non re-  
 fero.t Et no. quod in causis in quibus in criminali-  
 bus procurator. de iure non admittitur, quod Papa  
 nec Imperator potest de potestate ordinaria ex par-  
 te sei procuratorem admittere per tex.sing,in c ve-  
 niens ,

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

ālens, extra de accus. per quem text. ita dixit Alex. in d.s ad crimen in apost. ad Bart. t. Vnum nota, & semper reneas menti, quod etiam in capitalib. causis admittitur procurator ad allegandum exceptions nō torias p̄ iquissito, ista est decisiō singu. Cyn. in l. reos, C. de accusa, quem refert, & sequitur Bal. in l. 2. C. vt ne priuat. & in d. l. reos, vide plura per Cyn. & alios. Doct. De materia t̄ an p̄ tanquā pater vel procurator filii admittatur ad defendendum filium in capitalibus. Vide per Czpol. alias per Barth. Veronen. in Consil. 41. cum octo sequentib. & per Cap. in decisi. 143. In Regno est prouisum quod mulier accusat, & se defendit in accusatione per procuratorem specia- liter instructum, per constitut. Regni generaliter iuxta, vbi vide per scribēa. & vide And. in suo reperto- rio actor, & reus.

## Ritus Centesimus decimusquintus.

### S V M M A R I F M.

- 1 Causa modica qua dicantur, remissione, & num- sequent.
- 3 Causa minima in rustico, qua.

**T**em si aliquis, &c.) In text. ibi causis modicis. t. Quaz autem sunt causz modicæ & vide Specul. in tit. de fuit. verſe. quid si nauta. & de libell. cōcept. S. decimo, ver. 3. vide per Ias. in repeti. l. ad monendi. ff. de iure iur. per Fel. in c. de causis. extra, de testi. & in c. 2. extra de offic. deleg. Par. de put. in tract. synd. in ver. lehentia. cum remissionibus p̄ eos traditis in dictis locis per Affili. in constitu. causas. in tertio not. & in consti. questiones. Vbi dicit quod causa meri possessorij dicitur modica, & idem dixit Bart. in d.l. admonendi, ante penul. col.

**A** D D E quæ fint causa modicæ, & quæ minimæ vid. Ant. Corserum in tract. de minimis. vbi latissime de materia. 2. vol. tracta. fol. 87. t̄ vbi etiā dicit quod causa vnius bouis immo vnius porcelli in rustico est ma- gnæ causa past. num. 8. Ioan. Mich.

## Ritus Centesimus decimussextus.

### S V M M A R I V M.

- 1 Ferie loci vbi reus est, seruande.
- 2 Feriarum quatuor sunt species.
- 3 Cittatio facta die feriato in honorē Dei, est nulla.
- 4 Quibus ferijs renunciari possit. Cittatio die feriata pro non feriata, an valeat; ibidem.
- 5 Feria ad hominum utilitatem inducet, vt puta vindemiarum, num seruande vbi vinum non colligitur & num. 8.
- 6 Nouum festum à populo, & clero inducitur.
- 7 Testes iurati die non feriata, examinantur die fe- riata.
- 8 Feria messum, & vindemiarū num proficiat etiā eis qui nihil horum habent.

**T**em seruat, &c.) Puto quod iste Rit. voluit de- cider illud in quo variauerunt Doctores: circa contenta in eodem Rit. quia Specu. in tit. de fer. S. j. verſic. Sed pone: Voluit quod deberent serua- ri ferie loci rei in quo reus citatus est. per iura de q̄bus ibi per eum, & pro eo facit tex. in L. præses. C. de scru. & quā. Intra vero i. c. s. extra, de fer. & ibi H. 2.

volverunt quod obseruantur ferie loci iudicij. Se- per istam Ritum viderur approbatam fore opinio Specul. vbi supra, t̄ & adde quod in ista materia Doct. ponunt tres species feriarum, videlicet vnam, fi- riarum quæ sunt iaductæ in honorem Dei, & de h̄ habetur in dicto capiz. fina, & in cap. j. & in cap. n. gationes. de confer. distinct. 3. & in l. 2. C. de fer. Al- sunt, quæ iaductæ sunt ad utilitatem hominum, messium, & vindemiarum, de quibus in l. ff. code sunt & alia quæ repentinæ nuncupantur quæ a so- Principe inducuntur, ut est tex. in l. a nullo. C. eo & in l. sed & si. S. si ferie ff. quibus ex cau. maiori h̄ec per longum Spec. vbi supra enumerat & Ap- panio. in d. cap. fina. Adde & quartam scilicet que- ducitur per statutum in arbitramentis in quibus re debet arbitrator secundum Bald. in l. clericorum. C. de iure delibe. Et aduertantur, quod de primis fe- rijs, videlicet iaductis in honorem Dei, loquitur in Ritus. t̄ Quia in illis citatio facta nō valet ut proba- tur. in d. cap. fin. & ibi per Docto. habetur per R. & Docto. in l. j. S. nunciatio ff. de oper. noui nunci- que erit nulla. t̄ Et dictæ nullitati, & eisdem feri- eite, nec expresse, partes possunt renunciare, vi- batur. in dicto cap. fin. & ibi hoc nota. omnes. t̄ Ili- lis vero ferijs iaductis ad utilitatem hominum o- tio est prohibita, & ad eam pars citata nō tenetur parere per text. in lege. j. ff. de fer. verum si compa- videtur ferijs renunciare in actibus in quibus com- patet secundum Angelum in dicta lege prima, quae- eis tacite potest renunciari. ut probari. in dicta le- ge prima, & in dicto capitulo finali, & ibi, per Do- ctor. An autem valeat citatio facta die non feriata com- parato die feriata. Et an ferie iaducta ad homi- num utilitatem seruentur vbi non vindemiantur, & vbi visum non colligitur, vide per Abb. in dicto capitulo finali, & de materia in dicto S. nunciatio. Doctor. & Federic. in consilio 11. & 242. per Pa- de Castro, consilio 25. t̄ In text. ibi celebraretur, na- ta. quod à populo, & clero potest nouum festum in- duci, de consensu tamen Episcopi. ut probari. dicto capitulo finali, & in capit. quoniam, eccl. titulo. & ibi per Docto. & vide sequentem Rit. 7. t̄ Testes autem qui iurant die non feriata possun- minari die feriata, ut infra in Ritu. 143. incip. in quod si detur.

t̄ N O N vindemiantur, & quid si vindemiantur in- uitate, an pro sint dicta ferie: illis qui non habent, quid vindemiat: neq; meti facere: vide l. 2. R. 1. in tract. de episc. j. q. num. 20. fol. 68. j. vol. 2. de al- tholomeus Brixien. in sub. de fer. fol. 69. & vol. 2. C. 1. Ioan. Michael.

## R I T U S C X I I .



Tem prælibata, &c.) per istum Ritum approbatur opinio Bartol. in l. j. S. nunciatio ff. de oper. noui nuncia. contra Bald. ibi, & vide dicta supra precedenti Ritu.

## Ritus Centesimus decimus nonus.

### S V M M A R I V M.

- I Dies termini, an computetur in termino?

**O**bliviat ipsa curia, &c.) An autem t̄ dies termini ai computetur in termino? vide tex. & ibi gl. & Docto. in l. ff. si quis caus. Et quid si iudex dire- xit statue

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. 189

ta statuotibi terminum hinc ad quindecim dies: vi-de ibi per Alex.

Ritus Cenece simus vige simus.

S V M M A R I V M.

- 1 Contumax pro confessio nisi ter citatus, non habetur, cum limit. num. 3. & 7.
- 2 Contumax verus quando dicatur, & num. 13.
- 3 Minor, mulier, & rusticus quando pro non confessis, & contumacibus habeantur.
- 4 Dolus cum dolo compensatur. & num. 13.
- 5 Habitus pro confessio, facti qualitatem confiteri quando videatur.
- 6 Ut quis pro confessio habeatur, an sit necessaria sententia.
- 7 Contumacia morientis ante declarationem sententie, an noceat heredi?
- 8 Citatus sub forma nullius iudicij pro confessio non habetur. Nec terminum ad comprehendere petit.
- 9 Vbi appellare non licet: ex iusta causa licebit, & in quibus casibus, & num. se q.
- 10 Iustæ cause excusantes quem pro confessio haberi per contumaciam: quæ sint.
- 11 Prohibitus appellare, an etiam & supplicare probibeatur? & num. 14.
- 12 Habitus pro confessio in integrum non restituatur?
- 13 Requisita quatuor, ut quis pro confessio habeatur. Differentiae inter appellationem, & supplicationem remissive.
- 14 In quibus casibus quis recusat respondere.

Tem seruat quod si quis, &c.) Adde quod in text. isto deficit dictio ter, quod innuit in fine textus ibi in ultima ipsorum, & ita est de iure communione. t Quia contumax non possit haberi pro confessio, nisi ter citatur ut probatur in l. senatus. S. quod si tribus. ff. de iur. fisc. quem text. ad hoc allegatur sing. Bald. in l. penul. in fine. C. de constit. pecun. rem refert, & sequitur Fel. i. c. excommunicamus, i. col. extra de hereti. nec sufficeret via pro omnibus secundum Baldum in l. 2. C. quo. & quando: iud. quem approbat Alex. in consil. 137. 4. col. ver. præterea. 2. vol. Et intelligendum est quod in ultima citatione apprehendatur per nuncium personaliter, & a practicatur. Quia quando per statutum quis tandem contumax habetur pro confessio, intelligitur vero contumace. ita consuluit Ang. consil. 95. quem sequitur Alex. in l. 3. ff. de neg. gest. t Verus autem contumax dicitur quando personaliter citatus non comparatur secundum gl. in l. C. quor. appe. nō recip. in l. ex consensu, in fin. ff. de appell. quia. si in ultima citatione non esset apprehensus personaliter: non esset verus contumax etiam si in primis duabus esset personaliter apprehensus ut firmat Bart. in l. fin. ff. de restit. in integ. quem refert, & sequitur Fel. i. c. quod consultationem, in 4. col. extra, de re iud. habetur per Bart. & moder. in l. properandum. S. fin autem reus. C. de iud. per Bar. & alios in d. l. fin. Ex quibus infertur quod t minor, mulier, & rusticus non possunt haberi pro confessis in terminis istius Ritus, etiam si personaliter forent citati in ultima citatione, aut etiam moniti a iudice: ex quo non possint dici vero contumaces si citati non comparent secundum

Ang. Paul. de Cast. & Alex. & communiter Doct. in l. vbi. post principi. ff. de eden. per dictam gl. vbi nisi expressa dicereht se nolle comparere vel iudicem contemneret, qui hoc casu essent in dolo expatio secundum ipsos, quod not. ¶ Limita multum singulariter predicta, nisi aduersarii scienter articularet aut posseret falsum t quia tunc verus contumax non possit haberri pro confessio ex quo dolus cum dolo compen saretur b secundum Bal. in l. sicut, in fi. C. de repudia. hæred. Et not. t quod si articulis, siue positionibus super quibus fuit habitus pro confessio, continetur sa- & cum: non intelligitur habitus pro confessio qualita tem facti per ea quæ consuluit Ang. in consil. 146. & per ea, quæ habentur per Bal. in l. 3. C. de fid. instr. & per Docto. in l. sicut. S j la 2. ff. de leg. j. An autem sit necessaria sententia, vt quis habeatur pro confessio? vide per Bar. & Alex. plene in l. eius. ff. de iur. fisci, & in l. 2. S. si actor. in fi. C. de iur. calu. vbi concluditur quod sic, in qua sententia debet fieri mentio de contumacia, vt firmat Bald. in l. pen. in fi. C. de consti. pe cu. si autem ratione sua contumacia quis deberet haberi pro confessio. t Et si moritur antequam habeatur pro confessio per sententiam sua contumacia eius hæredi non nocet secundum Bar. in l. j. S. pen. ff. de cal. & in d. l. eius qui. & in d. S. quod si actor. in fi. & Bal. i. c. vasallus. vlti. si de seu. fuer. contro. in vti. seu. t Et no quod si iudicium esset ex aliqua causa nullum, tunc citatus sub dicta forma, & contumax, non possit haberi pro confessio. vi probat tex. & ibi hoc not. Bart. in l. filius. ff. de interro. actio. firmat Fel. in c. ex tenore, extra de rescr. num. 2. An autem citatus sub dicta forma aut monitus a iudice possit petere terminum ad respondendum? vide per And. de Iser. & Matth. in constitutio. Regni partes in iudicio. & in suo reper. in ver. iudex dixi plene in pragm. Regni quæ incipit quinta die. In fine Ritus nota quod per istum Ritum corrigitur id quod dixit Jacob. de Aret. in l. 2. C. de iur. ram. cal. & Bald. in l. filius. ff. de interrog. act. Vbi dixerunt licitum esse appellare a sententia qua quis habitus fuit pro confessio, quod est contra istum Ritum: posset tamen limitari iste Ritus in casu quo habendus pro confessio, non fuisset legitime citatus: quia tunc admitteretur appellans, per ea quæ volunt notabiliter gl. quam ibi approbat Bart. in l. j. S. fi. ff. quādo appell. sit. t Nam vbi in aliquo casu non est licitum appellare tamen ex causa iuxta appellare licebit. vt declarat Barto. in l. fin. ff. de appell. recip. Bal. in l. j. C. si de momen. posl. fue. appell. & in l. quisquis. C. quo rrum appell. puta si dolo aduersarij, vel sine sui culpa absuit citatus: quo casu licite appellat: vi probat tex. & ibi not. Bartol. & alij in l. diuus. ff. de restitu tione in integrum. Et etiam si habitus pro confessio, compareret adhuc iudice pro tribunal sedente, secundum gl. in d. S. fin. Et idem si non federet pro tribunali: sed ab eo discessit, quia vidit habitum pro confessio volentem comparere: vt etiam admittatur appellans, secundum Bar. in l. si cum ipse. ff. de excus. tut. Et si habitus pro confessio comparuissest in Curia, & reperiissest iudicem tempestive recessisse a bâcho: admitteretur appellans secundum Bal. in d. l. si cum ipse: aut si malitiosè versatus fuisset iudex secundum ipsum quæ omnia nota. t Et quia, dictum est supra, quod iusta causa excusat a vera contumacia quomodo possit haberi pro confessio: causas autem iustas vide in tex. & quæ ibi habentur per Bart. & Doct. in l. quæ situm. ff. de re iud. quibus addit gl. tertiam constit. Regni rei vend. & ibi per scribentes, vbi addunt aliam scilicet si citatus sub forma istius Ritus esset in iunctu iuxta terminos legis. 2. ff. de ius voc. & auth. Sed nec. C. de sepul. viola. & in auth. vt defu. seu. fu. eo. S. primo. Et si fuerit habitus pro confessio non impeditur appellare his casibus per predicta. t Appellat etiam habitus pro confessio à taxatione expensarum

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

¶ **R**atum secundum Bald. in *I. sanctius. C. de iud. habet*  
sur per Matth. in consti. Regni speciales in fi. sed an  
in terminis istius Ritus prohibitus appellare possit  
supplicare? & videatur dicendum quod non. per ea q̄  
comuniter concludunt Doct. in cap. ex literis. ex-  
tra de in integ. restit. & Cyn. in *I. fin. C. ut lite pend. &*  
*I. s. in authen. quæ supplicatio. C. de prec. Imperat. of*  
ferent. Vbi concludit quod prohibitus appellare de  
iure communi prohibetur etiam supplicare & sed iste  
Ritus in Regno seruatur pro iure communi ut fuit  
conclusus supra in princ. operis igitur, &c. Vide Imo.  
22 in *I. ex confensu. S. fin. ff. de appell. t. Sed an habitus*  
*pro confessio restituatur in integrum vide tex. & Bar.*  
23 in *I. minor. la prima. ff. de mino. t. Et insuper addit quod*  
*Gul. de Cug. & Bart. in *I. filius. ff. de interrog. act. po-*fuerunt quatuor requisita ad hoc ut quis possit habe-  
ri pro confessio. primum videlicet quod positio per  
ponentem sit iurata saltim per iuramentum caluniae  
in tota lite. Secundum quod positio sit lecta. Tertiū  
quod sit iussus seu monitus a iudice respondere.  
Quartum quod non habeat iustum causam recusan-  
dum & respondere, & si quod istorum deficerit, nō pos-  
set haberi pro confessio quæ dicunt probari in capitu-  
lo secundo, extra de confess. in *S. ita sequitur Matth.*  
in dicta constitut. partes in iudicio. in secunda colum-  
na, & facietur *Alexand. consilio 188. in secunda co-*  
*lumna, versic. nec dicat secundo volumine. De ma-*  
*teria vide Bart. in *I. quiante. ff. de verborum obligat.*  
*Jacob. de Aret. in *I. prætor. ff. de oper. noui nunciat.*  
*Afficit in capitulo primo, de mili. vas. qui con. est. 13.*  
*columna. Vbi reperies quid si citatus in prima cita-*  
*tione comparet, in alijs non: an sit contumax?*  
¶ **A D D E** *tex. in I. contumacia, de re iudic. & capitul-*  
*lum primum, de vita & honest. cler. in *S. & quis sit*  
*verus & quis factus contumax addit Nepotem de m*  
*te albano in tract. exce. fol. 177. nu. 7. 9. volum. tract.*  
*Ioan. Mich. ael.*  
¶ **A D D E** *I. viro. ff. sol. max. 1 si ambo. ff. de compensa.*  
*I. si duo. ff. de dolo. & facit quæst. posita per Bart. in *I.*  
*cum pater. S. libertis. in fi. de leg. 2 vbi si duo fecerūt*  
*pacem & postea eam ruperunt, & nelicitur quis pri-*  
*mo, & quis postea, non potest acculare alterum de*  
*pace rupt. Ioan. Mich.*  
¶ **A D D E** *in quibus differat inter se appellatio & sup-*  
14 *plicatio. Afficit. in prælud. constitut. decima quæ-*  
*stitione. numero septimo. vbi ponit sex differentias.*  
*Ioan. Michael.*  
¶ **A D D E** *nō nullus casus in quibus quis possit recu-*  
15 *sare respondere per Spec. in tit. de positionibus. S. se-*  
*primo. addit alium per Bal. in *I. mala fide. C. de con-*  
*ditio. ex leg. in fi. Ioan. Mich.*******

## Ritus Centesimus vigesimoseptauus.

## S U M M A R I V M.

- 1 Stipulatio penes acta habet exequutionem paratam.
  - 2 Quodseruat Magna Curia seruandum est in toto Regno.
  - 3 Quando is contra quem petitur exequitio esset ciatandus.
  - 4 Sententia lata coram uno iudice, quando & quo modo exequi possit coram alio.
  - 5 In exequitione sententia seruabitur mos Curiae exequentis, non pronunciantis. & n. 9.
  - 6 Stipulatio penes acta, sine causa expressione, an valeat?
  - 7 Causa omissa per testes probatur.

- 8 *Geminatē promissiones sine causa valent.*  
9 *Confuetudo per duas rices inducitur.*  
10 *Iuramentum facit valere actum omni melius modo quo potest.*  
11 *Geminatio aliquid operatur. Effectusque geminationis quam plures remissive.*

1 **T**em seruat quod quandocunque, &c. †) Non quod stipulatio penes acta habet exequatur paratam. concordat text. & quod ibi not. B. Pau. de Cast. & Alex. in l. eum pro quo. ff. de ius vocan. & quod habetur per Bart. in l. prima. in cunda colum. ff. iud. solu. & rex. secundum inter actum Bart. & Alexand. ibi in apostil. in l. tale pars. qui prouocavit. ff. de pact. & Cano. & maximelba. in capitulo si quādo, extra de offic. deleg. Intra ibi vna sententia, concordat rex. in l. post rem. ff. re iud. & in l. prima. C. de confessi. & quod not. Bart. l. minor. la pen. ff. de mino. licet contra videatur re Barto. in l. item veniunt. S. item recte. ff. de p. hæred. & in l. qui in offic. ff. de in offic. testam. & intra vtile. ff. dere iudic. quæ opin. an sit veria de  
2 communi. vide ibi per Alex. & alios †) Io Regnū tem serua hunc R̄itum, quia quod seruat Magna  
a ria & seruari debet in quavis Curia Regni auctōne gl. in S. an. instit. de satisfact. secundum And. de I. in constitū Regni si quis in posterum ante pen. colūna. In tex. ibi, altercatio, & c. de ista altercatione habetur in l. diuino Pio. in S. in venditione. ff. de re iudic. per Bart. Alexand. & alios & per scribentes in cont. R̄egni dilationes. †) Et adde quod iste R̄itus vide

- in constituta Regni si quis in posterum ante pen. col. na. In tex. ibi alteratio, &c. de ista altercatione ha-  
betur in l. diuino Pio. in S. in venditione. s. de re iud. per Bart. Alexand. & alios & per scribentes in com-  
tu. Regni dilationes. Et addo quod iste Ritus vide-  
tur debere intelligi, quando p̄na esset stipulata p-  
nes acta curia in qua petitur exequitio, secus au-  
si in alia curia. Quia tunc non habet exequitio  
paratam. Sed necesse est, quod is contra quem  
tur exequitio, citeretur secundum Iacob. de Areb.  
& Cy. in l. prima. C. de confess. in 10. quæst. que-  
sunt, & sequitur Barto. in l. prima. in f. ff. de offici-  
sul. & Bald. in dicta l. a diuino Pio. S. sententiam  
de Butr. in c. f. extra de confess. in 10. colum. f.  
in sententia, quia si coram alio indice petitur  
quicunque ipsius, illa exequi non debet nisi vocari  
te secundum gl. in l. quies. S. fin. ff. de prob. in  
interrogationes, quam ad hoc allegavit Matth. in  
constit. dilationes. in quarta conclu. probaretur  
properandum. S. finaurem reus. C. de iud. & in cap.  
Romana. S. contrahentes, de foro competenti. ut  
per quæ iura ita firmavit Bar. & alij Doct. communi-  
ter in dicto. S. sententiam, & postea ita reperire  
Matth. in consti Regni. Baiulus qui furem per  
authent. de sanct. episc. S. si vero. Nisi ad requiri  
illius iudicis in cuius actis facta sit stipulatio,  
ta sit sententia, ut habetur in dicto S. sententia  
consuluit Pau. de Cast. in cons. 327. & eo. cal-  
ibi Pau. quod iudex exequies debet audire execu-  
tiones, & illas remittere ad iudicem requirentem  
ea quæ habentur per Inno. in cap. de cætro.  
de re iud. & in cap. pastoralis. S. quia vero, extra  
offic. deleg. probatur in l. si prætor. in princip. &  
Marcellus. ff. de iud. habetur plene per Bald. in  
l. a diuino Pio. in princip. in tertia column. f.  
Non men quod circa predicta seruabitur mos Curie  
quentis, & non Curia pronunciantis, secundum Bal-  
valde notanter in l. prima. C. de exequi. re. iudic.  
colum. per tex. in l. missi opinatores. C. de ex-  
bu. lib. 10. vbi Luc. de Penna notat quod Offic.  
b. deber seruare consuetudines regionis in qua re  
6 officium. Et addo f. Etiam quod stipulatio pñces  
sine expressione causæ valet, secundum glo. Ant de  
But. & Innoc. in capit. fin. extra de confess. & ibi per  
Panor. in 6. colum. verific. nota quia: & gl. in l. prima  
f. fin.

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 191

5. fin. ff. de interrogatio. per Cy. in l. generaliter. C. de non num. pec. ita consuluit Alex. conf. 132. col. 2. verific illi. primo volum. causus est in l. si cum maior. C. de repudi. hæred. ita firmat Rom. conf. 373. 2. colu. verl. ceterum. & Hippo. in l. prima. S. præterea. 15. co. lumen. ff. de questio. & Abb. in cap. si cautio. 3. colum. si fi. extra de fide instrum. & ibidem Fely. Maximè si est appositorum iuramentum: ut firmat Rom. in dicto consilio 373. eod. verific. & Decius consilio 332. numero 5. Ioan. Bapt. Goza. in repetit. admonendi. ff. de iure iurao. in septima carta. Hippol. in dicto S. præterea. 15. colum. versicu. nec etiam. Vbi concludunt iuramentum & supplerre causam omissam. † Potest etiam causa omissa suppleri & probari per testes secundum Bald. in l. generaliter. 7. quæst. C. de non num. pecu. De materia autem; vide Affict. in constit. quæ incipit magistr. camerarij 13. not. & in constit. edictori. in constitu. clementia. & per Fely. in dicto capitulo si cautio. per glos. & Doctor. in l. 2. S. circa. de doli exce. pt. † Valens etiam & obligant due promissiones de eadem re sine causa. secundum Ang. singulærer in l. petens. in 3. colu. C. de pæctis propter geminationem & promissionem & pro eo facit singulærer doctri. Barto. in l. cum scimus. C. de agri. & cœlib. 11. Et idem esset. Si causa præcessit stipulatio. quia censemur repetita in ea per gl. in l. triticum. Ede verb. oblig. & ibi per Alex. Et insuper addere vocabilem regulam traditam per Bald. in l. scripturas. ff. C. qui porcio. in pigno. habe. quod vbiunque Prædicta scriptura continet speciem contractus. est cum causa. vbi vero continet confessionem sine specie contractus. est sine causa.

A D D E. Vide eundem actorem supra in pri. Ritu; & quæ ibi addidi. Ioan. Mich.

A D D E consuetudinem esse fernandam secundum universitatem locorum Bar. in authen. offeratur. numero quarto. & post eum Pau. de Cast. C. de litis cōtest. & inducitur per duas vices gl. in auth. de testib. S. Anna vero. in princip. Iser in capitu. j. de his. qui fe. & poss. num. 4. Et quid de stylo. vide quæ addidi in uno Ritu. Ioan. Mich.

D D E quod iuramentum facit valere ab omni meliori modo quo potest Bar. & alij scribentes in suis ita. ff. de verb. oblige. firmat Mar. Ant. Baue tract. de virt. iuri. in princip. fol. 48. tertio volum. l. vbi poteris videre innumerabiles virtutes. & effectus iuramenti. Ioan. Mich.

D D E quod Geminatio ut plurimum aliquid operatur. l. balista. ad Trebellia. & ibi Barto. & Pau. de apostill. & alij scribentes. per Hippol. in l. prima. questioni. ff. de qualitio. vbi ponit quatuordecim causas. qui effectuantur per geminationem. & plenissime per Ant. Corsetum in tracta. de verbo. gemin. 192. secundo volum. tract. qui enumerat septuaginta sex effectus geminationis. quos vide. Ioan. Michael.

Ritus Centesimus trigesimus quintus.

## S V M M A R I V M.

De idoneitate fideiussorum remissione. & idonei fideiussores qui non sint.

Tem quod dictus. &c. In tex. ibi idonei. De idoneitate fideiussorum: vide tex. & quæ ibi habetur in l. si vero. S. qui pro rei qualitas. ff. qui sicut cog. In tex. ibi clerici. adde quod etiam de iure communi clerici non sunt idonei fideiussores. nec scholares. milites. minores. nec mulieres. vel alij. præsumpti. ut habetur in l. prima. & secunda. & in l. præsumpti. ut habetur in l. prima. & secunda. & in l.

si fideiussorum. ff. eodem titulo. & per Doct. ibi maxime. Alex. de filios familias. quod non est idoneus fideiussor: habes de iure communis in l. filius familias. & ibi Bald. C. de fideiussor. vide per Bald. in l. fin. C. ad Maced.

Ritus Centesimus quadragesimus.

## S V M M A R I V M.

Si testes extra Regnum nominati. non examinatur. qualiter de iure communi. & Regni prouisum sit.

**I** Tem nisi essent &c.) Ad istum Ritu. vide quod aliter fuit post ipsum prouisum per Regiæ prag. Regis Ferdinandi primi. quæ incipit si quis pertierit. & adde hic quæ ibi dixi: & vide aliam nouellam pragm. quæ est in vnu. & incip. aliqui. &c. † q. iubet fieri depositum quindecim ducatorum. quando allegantur testes extra Regnum. & casu quo non examinantur: depositum diuiditur inter Curiam. & partem. vide eam. De iure vero communi aliter prouisum fuit. ut per glos. in capitulo statutum. S. fia. de rescript. in 6. habetur per las. in l. 2. in princip. penultima column. ff. si quis iusd. non obtemp.

Ritus Centesimus quadragesimus primus.

## S V M M A R I V M.

1. Causa criminales quæ sint.  
2. Dieta legalis quæ.

**I** Tem quod Curia. &c.) In principio textus lib. criminalibus. &c. † Adde quæ sint cause criminales tex. & quod ibi no. Bar. & Doc. in l. Agraria. ff. de termi. mo. † In tex. ibi dieta legalis: de dieta legali. vide tex. & que ibi habentur per Doct. in l. j. ff. si quis caut. In tex. ibi senes. &c. vide per Doct. in l. ad egregias. ff. de iure iuri. per Matth. in constit. Regni in pecuniaris. & quæ late dixi in commesso pragmaticæ. quæ incipit responsionibus. & vide infra. Ritu qui sequitur.

Ritus Centesimus quadragesimus tertius.

**I** Té quod si detur. In fine Ritus. adde quod iste Ritus est conformis iuri communi. ut probaretur. & ibi notar Barto. in l. si quando. C. de test. habetur per Bar. in l. 2. S. fin. ff. si quis in ius vocat. non ier. Et de citatione facta die non feriata proferiatur. in l. 1. S. nūciatio. ff. de operis noui nunciat. & p. Doct. ibid.

Ritus Centesimus quadragesimus quartus.

## S V M M A R I V M.

1. Dictum clerici ad deponendum admissi. quando valeat.  
2. Causa civilis quæ dicatur.  
3. Causa criminalis quæ dicatur.

**I** Tenui quod clerici. &c.) Sed quid si clericus secularis aut regularis fuit. admissus ad deponendum in causa civili. & depositus; an valeat dictum eius. vide Abb. in c. j. extra de iuram. cal. Abb. & Aret. in c. cum nūcius. extra de testi. Aret. cof. 60. nu. 12. de quo

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

- 2 de quo vide Tho. gra. consilio 3. † Adde quod causa ciuilis dicitur & quando agitur ad aliquid applicandum parti secundum gl. & Bar. in l. pr̄tor. ff. de sepul. viol. & Spec. in titu. de contu. S. lequitur alia ciuilis, versic. si vero. Secus si agitur ad aliquid applicandum fisco. l. Agraria, & ibi Bart. ff. de termi. mo. † Dicitur causa etiam criminalis quando praesentatur instrumentum secundū formam Ritus: ut decidit Matth. in decis. 324. in tertio dubio per Ritus infra qui incipit item nota: In cōtrarium videtur Ritus infra incipies item seruat. sub rubrica, quod non admittatur procurator.
- 3 A D D E. Quæ dicitur causa ciuilis, quæ criminalis: & quæ mixta. vide supra, quæ addidi. in Ritu. 57. Ioan. Michael.

Ritus Centesimus quadragesimus quintus.

S U M M A R I U M.

- 1 Testes quando post terminum examinari possint.

**I** Tem si detur, &c.) † Adde, an quod testes possunt examinari post terminum, posuit gl. plene, & ibi per Sribentes in const. Regni in pecuniarijs: vide quæ dixi pro intellectu istius Ritus in prag. Regni incip. responsionibus, & ibi reperies, quid si testes post primum terminum, aut post publicationem, superuererunt.

Ritus Centesimus quadragesimus sextus.

S U M M A R I V M.

- 1 Audientia testimoniū in repulsa, an committenda?
- 2 Senex in qua etate dicasur.

**I** Tem curia, &c.) † Decommissione testimoniū in repulsa nota istum Ritus, quia contra ipsum videtur sentire Matth. in const. Regni in pecuniarijs. 3. col. ver. tertio quero. Immemor forte isti vbi dixit posse audientiam testimoniū, in repulsa committi solum contra personas; tu dic posse committi curialibus curiæ, ut iste Ritus permittit. In tex. ibi serum. † Adde quod senex dicitur ille qui est in septuagesimo anno etatis sua secundum Doct. Abb. in c. si qui testimoniū extra de testi. & Matth. approbat in const. Reg. in pecuniarijs. in 6. col. dixi in prag. Regni responsionibus. 2. col.

Ritus Centesimus quadragesimus septimus.

S U M M A R I V M.

- 1 Citaio requiriatur in petitione testimoniū examinandorum.

**I** Tem si, &c.) Ibi parte præsente, supple ibi per contumaciam scilicet præcedente citatione, q̄ requiritur, quando testes petuntur examinari. l. si quando. C. de testib. cap. in nomine domini. extra eod. titu. in f. tex. ibi iur. cal. vide in l. 2. C. de iuri. propter cal. dan.

Ritus Centesimus quadragesimus nonus.

S U M M A R I U M.

- 1 In testimoniis deponentibus attenditur tempus, &c.

dies iuramenti.

- 2 Testes si in congruo loco iurarunt: deposueruntque in non congruo, valeat eorum depositio.
- 3 Testes ad deponendum die feriata cogi non possunt. cum limit.

**I** Tem quod.) † Adde quod cum isto Ritu concedat gl. in constit. Regni in pecuniarijs. Et non quod ex isto Ritu cum sequenti videtur colligatur quod in testimoniis deponentibus attenditur tempus, dies iuramenti si iurauerunt infra terminum, vel dies iuramenti fuit feriata. Et si iurauerunt infra terminum die non feriata, possunt deponere post tempore.

2 num etiam die feriata. Sic etiam dicimus, † quod iurauerunt in loco incongruo, & deposueruntque in congruo: valeret eorum depositio. clem. j. de deleg. habetur per Spec. in titu. de officio deleg. Spec. sed nunquid, per Bart. in l. si quando. C. de iuri. & in l. qui bona. S. qui damni. & ibi per Alex. S. dam. infec. per Bar. & Alex. in l. j. S. si seruus. ff. de iuri.

3 Rom. consil. 443. Est bene & verum, quod die feriata testes non possunt compelli deportare, secundum Pau. de Cast. & alios in l. j. ff. de fer. quod limitum a causa esset talis in qua feriæ non obstante seculum dom. Alex. ibi,

2 A D D E Feriæ non obstante. ut puta si procedetur contra famulos larrones, & in alijs atrocibus factis, vide quæ addidi supra in Rit. 48. & 49. auct. Ioan. Michael.

Ritus Centesimus quinquagesimus primus.

S U M M A R I V M.

- 1 Audientia testimoniū an in criminalibus committatur remissive.
- 2 Dieta quid remissive.

**I** Tem curia, &c.) † De ista materia commissionat testium, & an possit committi in criminalibus: vide per Sribentes in const. Regni in pecuniarijs. † In tex. ibi dietam, de dieta, vide ipsi Sribentes. ff. si quis cautio.

Ritus Centesimus quinquagesimus terti.

S U M M A R I U M.

- 1 Egregiae personæ, quæ dicantur.
- 2 Examinator ad quarum personarum dominum mittendus.
- 3 Et ant tunc aduersarius sit monendus. Et causis sumptibus.

**I** Tem si episcopus. ) In tex. ibi egregia personæ. Adde quæ dicantur personæ egregiæ: vide Doct. in l. ad egregias. ff. de iure iuri. & idem intellige in testimoniis examinandi, quando te-

sunt personæ egregiæ, † quia eis mittitur examinatio ad eorum domum, & non solum egregiæ, sed etiam personis pauperibus qui per verecundiam non possunt in iudicio comparere. Et etiam mulieribus, quam pluribus alijs de quibus p. Moder. d. l. ad egregias, vbi vide an aduersarius debeat moneri, vt i-

3 vadat ad videndum iuramenta ipsorum. † Et cuius tempibus mitti debeat: vide ibi & per Matth. in const. Regni partes in iudicio in 3. q. & de extensione dictæ. Ad egregias. au habeat locum in alijs personis quam

# Com. super Ritibus Magnae Curie 192

in expressis in ea: vide per Hippol. in l. edictum.  
pc. col. ff. de quæstio.

Ritus Centesimus quinquagesimus sextus.

S V M M A R I V M.

**Senex** quia in etate dicatur.

**I**tem seruat, &c. † In tex. ibi senium, adde quod senex dicitur ille qui est in anno xatis sue septuagesimo supra, secundum dom. Abb. in c. si qui testium extra de testib. & per Matth. in d. cor. s. t. in pecuniariis. 6. col. In tex. ibi valetudinarius vide per Doct. in l. quæstum. ff. de re iudic. & vide Ritus sequentem.

Ritus Centesimus quinquagesimus septimus.

S V M M A R I V M.

**Examinatio** testium regularior non committitur. Literati qui dicantur.

Item seruat ipsa curia, &c.) † In tex. ibi regulatiter, ut haberur in l. indices. & per ibi posita. C. de fide instrum. & in constit. Regni in pecuniariis, & utroque per scriptentes. In tex. literati, &c. † ut sunt iuris periti & tabelliones, & alij ut consimilem peritiam literarum habentes, ut haberetur per Doct. in l. sicut. C. de fide instrum.

Ritus Centesimus quinquagesimus octauu.

S V M M A R I V M.

**Commissione** testium examinationis alibi ad partis instantiam, alij intimatur.

Item seruat, &c.) † adde quod quando committitur examinatio testium alibi ad instantiam vnius: commissio debet intimari alteri, quod vadat illuc, ubi examinatio committitur ad viandum iurare pester, ut probat tex. in l. iudice. C. de instr. & ibi no. Doct. habetur per Bar. in legeneratori, s. f. C. de reb. credit. & in l. cum ab initio. C. quemadmodum aper. per Aret. inst. de act. S. quedam, fin. colom. vide quæ dixi in pragm. quæ incipit responsibus.

Ritus Centesimus sexagesimus.

S V M M A R I V M.

**Fideiussor** habilis ad conueniendum esse debet. Facilitas conueniendi multis consideratur modis.

Té quod nullus &c.) In tex. ibi, sed habiles ad conueniendum &c. † fideiussor debet esse habilius ad conueniendum. ut probat tex. in l. 2. in prin. s. qui satisfid. cognit. Et facilitas conueniendi consideratur ratione loci forte manutissimi, secundū Guille. & Bar. in dicta l. secunda. Et etiam ratione personæ: ut scilicet unus notarii cauillosum multum, seu aliis homopotens. ut probat tex. in l. prima. in f. ff. de alie. iud. ma. cau. facta. & in l. si quis stipulatus sit Stichū. S. s. f. de verborum oblig. & habetur per Bar. in d. l. secunda, item si esset penitentiarius, quia ratione pri-

vilegijs esset inhabilis ad conueniendum, vel in clero. & alijs de quibus habetur in l. prima. ff. si quis in Ius voc. noua ier. & ibi Bartol. & Doct.

Ritus Centesimus sexagesimus sextus.

S V M M A R I V M.

- 1 Debitor quis dicatur. & num. 3. & 5.
- 2 Exigere quid sit.
- 3 Fideiussor debitoris appellatione continetur.
- 4 Præticia super præsentatione instrumenti debiti contra fideiussorem.
- 5 Creditor, an dicatur cui ex delicto debetur.
- 6 Cessionarius, an dicatur creditor? & num. seq.
- 7 Statutum loquens de cessionario, quando locum habeat in creditore.
- 8 Cessionarius, an via executiva possit agere?
- 9 Requisita ut instrumentum dicatur.
- 10 Debitor instrumentum non soleme in sui prædictum pro vero fateri potest.
- 11 Debitum si non per scripturam, sed per testes probaretur: suissetque postea garantia præcepit. factum per notarium: nunquid posset liquidari? secundum formam Ritus 166.
- 12 Instrumenta publica qua dicantur, & num. seq.
- 13 Facta stipulatio in causa doris à lege inducta executive non demandatur.
- 14 Instrumentum ut liquidari possit: validum esse debet.
- 15 Instrumentum conditionale purificata conditio, an liquidari possit secundum formam Ritus 166.
- 16 Garantia habet vim confessi.
- 17 In iudiciali confessione non requiritur causa.
- 18 Si in instrumento aliquid incertum cum interesse promissum fuerit: an instrumentum cum interesse simul liquidabitur?
- 19 Exceptio non numerata pecuniae quando obstat instrumento liquidando. cum limit.
- 20 Debitor creditor, & venditor emptori instrumentum facere compelluntur.
- 21 Et an idem liquidum facere cogantur.
- 22 Instrumentum quod, & quando liquidum dicatur,
- 23 Satisfactione quomodo intelligitur.
- 24 Causa super liquidatione instrumenti est criminalis.
- 25 Exceptio compensationis, an opponi possit, quando instrumentum est liquidum? & num. 38.
- 26 Instrumentum serandum est in specifica forma.
- 27 Iuri suo quilibet renunciare potest.
- 28 Exceptiones quam plures post liquidationem instrumenti opponi possunt.
- 29 Opponens exceptiones, an causam in vinculis dicat?
- 30 Index laicus an de instrumenti usurarij oppositione cognoscatur?
- 31 Modi probandi falsitatem. & num. seq.
- 32 Instrumentum de parte saluum, nunquid totum falsum

# Annibalis Troyfij, Cauensis

- falsum censeatur.
- 33 Instrumentum literis non intelligibilius scriptum, vel contra formam statuti non valeat. Et etiam si corrosum fuerit. num. 38.
- 34 Quae opponi possent contra instrumentorum falsitatem, & invaliditatem.
- 35 Instrumentum garantigatum quid remissive.
- 36 Instrumentum liquidum quid.
- 37 Notarij garantigaz praeceptum ex privilegio habent: & quando fieri possit.
- 38 Geminationis virtus, remissive.
- 39 Opponi potest contra instrumentum quod daret subscriptione notarii, anno. Et indicio.

**I**tem quod si qui debitores, &c. Addo quod debitor dicitur a quo inuito exigi potest. I. debitori. ff. de verb. oblig. I. Marcellus. ff. de reg. iu. t Exigere nanque est ab inuito extorquere. I. si deicomissa. S. si rem. ff. de leg. 3. Et comprehenditur fideiustor. I. & magister. ff. de folio. I. si fideiustor. impone. ff. de leg. j. per que inuita concluditur communiter per Doct. in l. ff. si cert. pet. vbi vide per Alex. in ff. col. & probatur in tex. istius Ritus. Et nota t quod quando presentatur instrumentum contra fideiustores non opus est, quod creditor ostendat instrumentum debiti in casu quo forte post instrumentum debiti intercessit fideiustor per aliud instrumentum publicum si in instrumento fideiussionis sit clara mentio debiti. secundum Bald. & Ang. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. quod est singulare, secundum Alex. ibi. An autem in realibus sit dare creditorem & debitorum. Et an creditor dicatur ille cui debetur ex delito? vide in locis praeditis per Doct. Comprehenditur etiam haeres debitor sub isto Ritu secundum Barto. Ang. & Doct. in l. postulante. ff. ad Treb. nisi obstatet alius Ritus qui infra sequitur, & incipit. Item seruat ipsa Curia quod si debitor, qui Ritus prohibet instrumentum presentari contra heredem debitoris. Debitor autem non dicitur, qui debet aliquid causa conditionis implenda. secundum Barto, in l. statu liberos. ff. de sta. lib. Et an t Cessionarius dicatur creditor, vide per Alex. post alios in d.l. j. ff. si cert. pe. & in l. si sic. S. si quis ita. ff. deleg. j. Rom. in cōsi 38. & consi. 142. vbi videntur concludere quod sic. & dicit. Rom. ip d. consi. 142. quod de hoc est casus, in l. 2. C. de don. Et ideo t Statutum loquens de creditore habet locum in cessionario secundum ipsos: nisi appareret aliam esse mentem statuti: contra ramen eos facit. & quod ibi no. gl. & Bal. in l. plane. ff. sam. cōsi. 3. que videtur loqui in actione reali cessa, quo casu, an dicatur creditor cessionarius, vide in locis praeditis. An autem possit via exequitua cessionarius agere secundum istum Ritus? Matth. videtur dicere quod non, in const. Regni eos qui scienter. in 10. q. de ista questione, vide quae dicam infra in Ritu, qui incipit item seruat, &c. sub rub. de praembulis, nu. 282. In rex. ibi publica instrumenta, t ad hoc vt dicatur instrumentum: vide requisita posita per Matth. in const. Regni Baiulos omnes. nu. 19. & in const. instrumentorum robur. in princ. & in decis. 183. Potest autem debitor in sui prijudicium fati pro vero instrumentum non solenne iuxta theoretam Inn. in c. cum venerabilis. extra de excep. & ibi per Abb. & Felyn. pro qua consuluit Alex. consilio 34. verificu. sed dixi. 3. volum. ita Bald. in l. si cum. C. de cond. ob cau. fecis autem similiter fatetur relative ad instrumentum secundum Rom. consilio 294. Sed pone t pro debito non est facta scriptura: sed probaretur debitum per testes: & postmodum nullus factum praeceptum garantigaz per notarium, his omnibus redactis an pos-

si liquidari secundum formam istius Ritus? & videtur quod sic, auctoritate eius quod singulariter dicitur Ang. in l. fin. C. de edito diuini Adri. toll. vbi hoc dicitur & dixit esse mirabile, & singulare eius dictum impugnat ibi Alexand. per doctr. B. l. 3. C. de pigno. penult. colum. quem vide. dicitur posse saluari Ang. in casu quo testes possunt recite non contestata, scilicet valetudinarij, & de primo recessuri. Sed ego dico quod in terminis n. 12. Ritus non potest habere locum doctr. Ang. t qui Regno instrumenta publica dicunt ea de quibus constituta scripturacum requisitis de quibus per th. post Andr. in constitut. Baiulos omnes. in 20. & in constitut. instrumentorum robur. prima n. post glossa. in l. generali. C. de tabu. libro 10. & in capitulo primo. extra de fide instrument. & iste requirit publica instrumenta apparere de debito iuramento, & appositione penz ad hoc vt possit liquidari. igitur, &c. pro quo factid quod dixit in capitulo ex parte. lo 2. extra de offic. deleg. vbi dicitur quod si per statutū prohibetur opponi excepto contra instrum. publ. Opponitur tamen, quod est instrumen. publ. Et per ista videtur posse finitum quod dixit Imol. in l. prima. ff. fol. matr. t quod & stipulatio inducta a lege illi causa doctis non sit exequitioni demandari secundum formam iuramenti, mouetur per text. & quod ibi habentur per Barto. in l. prima. ff. de his quod in testa. dele. vbi dixit quod si instrum. liquidum est deperditum: & probatur est tenor per testes: licet debitum possit peri: non enim potest peri exequitio ex forma statuti. Nam statuti. dicitur illud quod continet id quod. legi testi, sed statua stipulatio legi non potest secundum nos. igitur, &c. de quo articulo vide plene per Alex. in Liurisgentium. S. quod fere. ff. de pact. & in dicitur in l. j. m. ff. de leg. 2. post Barto. ibi per Ant. de t. 14. in cap. translato. extra de constitut. Et intelligi etiam instrumentum debet esse validum ad hoc possit liquidari secundum formam istius Ritus secundum Barto, in l. non putavit, in S. non qualiter de bon. poss. con. tab. & Bald. in l. etiam secundum luna. in prin. C. de exequit. rei iud. & in l. hactenli S. quam obseruationem. C. de secund. nupt. & absentis. C. de cōsideratum per & in l. 1. 2. C. de conditio cu. & in l. si non sortem. S. indebit. ff. de conditio ita p̄iam consuluit Cor. tonfilo 284 numero 4. & sumitur ex illo Ritu. in versic. alios defferunt vide Ritu sequentem, qui requirit instrumentum esse liquidum & cum quo concordat Bald. in l. statu. C. de exequit. rei iud. & Barto. in l. prae. S. statu. ff. in l. A quid. & Alex. consilio 188. statu. ff. in l. 2. volum. Quid autem t Si iste esset conditionale: & conditio esset purificatio, sit liquidari secundum formam istius Ritus. Et tur quod sic, per doctr. Bald. in l. ex causa testam. ca fine. C. de testa. manu. pro qua consuluit l. consilio 46. 3. column. in princip. primi libri. Aret. consilio 32. prima colum. Soci consilio 4. pr. volum. Alex. consilio 90. 3. colum. 3. volum. Consilio 112. j. volum. Deci. consilio 107. j. volum. Non credo habere locutum in terminis istius Ritus, quo obseruantia Magnæ Curie quod infra sequitur quod instrumentum sit liquidum fine ad fiduciatione, vel petitione danda ad probandum liquidatatem: sed in questione praedita esset necesse videre purificationem conditionis secundum praeditos. per rex. in l. hoc iure. ff. de verb. signo. per quod ipsum ita declarat Ias. in l. ff. de eden. ita etiam coiuit Soci. consilio 5. 1. incipien. præstantissime. posse vol. igitur, &c. Nisi in casu quo penalius instrumentum probaretur purificatio conditionis, quae non admitteretur ad presentandum dictum mit. & umquam: inique per periodum quod obseruantur dictum per

permittendo procedi posse ad interrogacionem quādo rūnum instrumentum ester liquidum per respe-  
ctum ad aliud, sic etiam in casu quo purificatio condi-  
tionis probaretur per instrumentum deberet posse  
procedi ad præsentationem ipsius instrumenti condi-  
tionis purificata, & probata conditione, ut supra p.  
Doct. Bald. in l. fin. C. de sal. cau. adie. leg. Sed quid si  
in instrumento non liquido apponitur pactum ex-  
equitium? vide per Bart. in l. 3. C. de pigno. verfie-  
retur principaliter quarto. Aret. consil. 32. colum. Et  
quid si instrumento liquidum habet pactum exclu-  
suum exequitionis in futurum, vide per Socin. in l. pe-  
nult. ff. si certum per. & in l. quibus diebus. S. qui-  
dam Titio ff. de cond. & demonstr. per Ang. consilio  
303. per Bart. in l. Julianus. ff. de cond. indeb. Et adde  
vnum notabile verbum Alexand. in l. sicut. C. de re-  
pud. hæred. videlicet quod si instrumentum liquidū  
non haberet causam, haberet tamen exequitionem  
paratam secundum formam statuti, mouetur quia se-  
cundum Bald. ibid. † Guarentigia, habet vim confes-  
sionis iudicio. † Et in judiciali confessione non requiri-  
tur causa secundum Cyn. in l. 1. C. de confess. & Abb.  
ibid. si cautio 3. colum. de fide instrumen. vbi etiam p.  
sely. habetur per Alexand. in l. fin. S. in computatio-  
ne. C. de iur. delib. maximē si instrumentum contine-  
re iuramentum, secundum Rom. consilio 373. inci-  
piens in casu proposito, &c. Circa medium. versie-  
barerum. & Ioh. Bapt. in repe. l. admonendi. in 7.  
ff. de iureiur. Hyppo. in l. 1. S. præterea. 15. colum-  
na. ff. de quæstio. Quia iuramentum supplet causam  
secundum ipsos, & ideo posset liquidari secundum  
formam istius Ritus. † Sed quid si promissum nō fuit in  
ipso, sed aliquid incertum in instrumento: an pos-  
sunt illud instrumentum liquidari, & eodem tempore  
liquidari interesse? ista quæstio ponitur per Barto. in  
l. prima. in ff. de leg. secundo. & in l. prima. de eden.  
& ibi per Ias. Bald. consilio 393. 2. lib. Rom. consilio  
36. penultima column. Alexand. in l. certi conditio.  
in principio. in 3. column. ff. si certum petatur. vbi  
triang. per Ias. in 7. column. & in l. iurisgentium. S.  
quod fere. ff. de pact. & ibi per Modern. per Alex. con-  
silio 187. 2. lib. ibi videtur conelusum magis commu-  
niter quod sic: quorum decisio posset procedere nisi  
sustaret ei præallegata obseruantia Magnæ Curiae q.  
acquirit instr. liquidum de per se, sine alia probatio-  
ne, vel petitione ad probandum liquiditatem. Quid  
autem. † Si instrumentum quod petitur liquidari se-  
cundum formam istius Ritus: cantat de confessione  
debiti promissi, & nō de reali numeratione, an si in  
biennio præsentatur secundum formam istius  
Ritus: obstet exceptio non numerata pecunia? & vi-  
deatur quod sic, per ea quæ voluit Bald. in l. qui pecu-  
niæ. ff. si certum petat. Cyn. Bald. & Alexand. in l. in  
contractibus. in principio. C. de non num. pecu. per la-  
go. in d. l. qui pecuniæ concludentes exceptionem  
non numerata pecunia habere locum contra instru-  
mentum confessionatum, quod habet exequitionem  
paratam: habetur etiam per Matth. in constit. Regni  
sanctæ. penult. colum. in l. quod limita, nō confessio  
mer geminata per tex. & ibi Bart. in l. cum fidem.  
C. de non nu. pecu. & in l. 1. C. de plus pet. per quem  
ita dicit glos. Bald. & Ang. in l. contractibus. S.  
in quoniama. C. de eo. & Cap. in decisi. 19. † Quarto  
super, quia clarum est iure, quod debitor potest co-  
melli ad faciendum instrumentum creditori de debito,  
extra de test. & Barto. in l. si finita. S. eleganter. ff. de  
damno infecto. Aret. in l. 2. in principio. m 3. colum.  
ff. solu. matrim. Lucas de Pen. in l. ne casu. C. de di-  
scu. libro decimo. firmavit Matth. in constitut. Re-  
gibus omnes. penultima column. in principio.  
Eidem in venditore, qui tenetur facere instrumen-  
tum emptori de re vendita, argum. leg. sicut datam.

- 21 C. de lib. cau. t. an isti scilicet debitor, & vendor te-  
neantur facere instrumentum liquidum, quod habe-  
ret executionem paratam per ipsum Ritum Ang. sin-  
gulariter in l. omnibus. ff. de iud. dixit, quod non per  
ratioem, quia ius debitoris efficeretur dexterius: &  
vide per Alex. in S. eleganter. Et adde quod iste  
Ritus conseruatur contra clericum, secundum Bald.  
in l. cunctos populos. C. de summa Trinitate, & fide  
catholica. 6. colum. in versiculo sed hic licet Bart. vi-  
deatur ibi tenere contrarium, & non bene secundū  
ipsum per rationes de quibus ibi per eum, etiam ad  
instantiam alterius clerici in foro canonico. secundū  
ipsum, ita decidunt Compostell. Ioh. And. & Anto-  
nius de Butrio in rubrica extra, de consuerud. pro-  
batur. in l. tertia S. finali. ff. de testibus. cōsuluit Ale-  
xander consilio 163. incipien. viso processu. prima co-  
lumna versiculo attento. secundo volum. firmat Mat-  
th. in constit. Regni si quis in posterum. primo not. se  
prima quæst. Sed quid si clericus habet instrumentū  
liquidum contra laicum, an possit ipsum presentare  
contra laicum, Secundum formam istius Ritus? &  
videtur, quod sic, per ea, quæ dixit Bald. in l. cunctos  
populos. in septima column. C. de summa Trinitate.  
vbi adduntur quamplures alii authoritates. An  
autem in terminis istius currat instantia? vide, quæ ha-  
bentur per Iason. in l. properandum. in principio. in  
secunda column. in l. 1. C. de iudicijs. Et quia in se-  
quenti obseruancia dicitur, quod instrumentum de-  
bet esse liquidum. † Quarto, quod & quando instru-  
mentum dicatur liquidum? vide per Bal. in l. secun-  
da in fine. C. de exequi. rei iudic. & ibi per Alexand.  
in apostilla, & in consilio 90. penultima column. t.  
tertio libro. & in consilio 25. 3. colum. secundo libro.  
& consilio 188. secundo volum. per eundem Bald.  
in l. si quidem. C. de exceptio. per Aret. consilio 32.  
in princip. Soc. consilio quarto. primo volum. in text.  
23 ibi. satisfecisse. † Adde quod satisfacere intelligitur  
quocunque modo obligatio creditoris sit soluta. pro-  
batex. in l. solutionis. & in l. satisfaction. ff. de sol. Puta  
si solutus creditoris sui: quia liberatur a suo  
credитore per texrum, & quæ ibi habentur per Ale-  
xand. in l. solutum. S. solutam. ff. de pign. act. & ibi per  
Bart. in princip. & idem in similibus, ut habetur per  
Bart. & Doct. in lege non solum. in S. finali. ff. soluto  
matrimonio. cōsuluit Corn. consilio 2. & consilio  
79. primo vol. & consilio 111. quarto volum. Dic-  
tatur etiam satisfactionum, si creditor sua voluntate ha-  
buit promissorem eius, quod sibi debebatur, ita con-  
suluit Cornelius consilio 169. fin. column. secundo  
volum. Qualitercumque enim est creditori satisfa-  
ctum, secundum dominum Abb. in capitulo præ-  
rea extra de vsur. In tex. ibi iuramenta, &c. adde qd  
Matth. in decisio. 324. in tertio dubio, & in decisione  
24. 6. firmat, quod † causa super liquidatione instru-  
menti est criminalis: in contrarium videtur Ritus expre-  
sus infra, qui incipit item seruat ipsa curia sub rubri-  
ca, quod nō admittatur procurator. † Sed quæritur,  
an postquam instrumentū est liquidatū, possit opponi  
e exceptio compensationis. & Et in hoc cōsiderato, videtur dicen-  
ti, quod non fstante instrumento iurato in quo  
solutio promissa fuit, quia. † Iuramentū deber serua-  
ri in forma specificata per tex. cū gl. & ibi p. Doct. ca-  
pitulo ad nostrā. de iureiur. lo primo. ita cōsuluit Ale-  
xand. consilio 91. secunda colum. secundo volu. con-  
trariū firmavit Bar. & Ang. Raphael. in l. amplius. ff.  
ré rat. hab. & Ang. in lege si cōftar. C. de cōpē. & Ale-  
xand. cōsilio 12. penultima colu. eodē volum. sibi cō-  
trarius. Quo vero adverbium satisfactione, de quo in  
text. dicitur quocunque modo obligatio soluta est, ut  
probatur. in l. solutionis, & in l. satisfaction. ff. de so-  
lutio. cum alijs supraad hoc allegatis tunc in cassi-  
bus in quibus compensatio opposita ab homine sit  
B b ipso

# Annibalis Troysij, Cauensis

Ipsa iure iuxta text. & quæ ibi habentur in l. si constat, sufficeret ipsam oponere iuxta text. & quæ ibi habentur in l. si. C. eo. nisi instrumento liquidato esset renunciatum compensationi. † Quia iuri suo quilibet renunciare potest lege si quis in conscribendo, C. de pactis, cum similibus. Et multæ aliae exceptiones. & t. opponi possunt post liquidationem instrumenti maximè exceptio cedendarum, & acceptilationis de quibus per Barto. & Alexand. in l. prima. S. parui, ff. quod vi aut clam, & in dicta lege amplius. Et collige ex fine istius Ritus ibi, & si debitores, &c. † Opponens exceptionem falsitatis, inualiditatis, & defectus instrumenti, quod debet causam in vinculis dicere contra opin. Matth. in constitutionibus Regni instrumentorum robur, in tertio no. dicentis con tractum, sed nihil allegat. † Quid enim si opponitur contra instrumentum liquidum, quod est usurparum, h. an iudex laicus cognoscat. & vide per Bald. in l. quotiens. C. de iudicij. sequentem distinctionem Barto. ibidem. In tex. ibi falsitatis, &c. † Adde modù pro bandi falsitatem instrumentorum, per Specula, in titulo de probat. S. tertio, versiculo instrumentorum, & in titulo de instrumento. editio. S. octauo, & S. nono. & in titulo de proba. S. 3. Quæ falsitas non praesumitur. vide per Alex. in l. iurilgentium. S. fere. ff. de pactis. † Et an si in una parte instrumentum probatur falso censetur falso in totum gl. & Doct. in l. si ex falsis. C. de transact. & Paul de Castro in consilio 138. & dicit Bald. in dicta l. si ex falsis. versiculo vterius queritur. Quod si instrumentum, est falso in fideiustione, siue poena: non censetur falso in principali. Et de modo probandi falsitatem instrumenti, vide per Abb. in cap. tertio loco, extra de probati bus, & in l. iubemus in fine C. de testamentis, & in l. Imperator. ff. de statu hominu. & vide Alex. consilio 13. quarta parte. per Doct. in cap. fraternitatis, extra de testi. per Fely. in capitulo fraternitatis, de her. & in l. quicquid astringondæ. de verborum obligat. vbi Bart. Ang. & Alex. dicunt instrumentum. 33 † Scriptum literis non intelligibilibus: non valere, & idem si instrumentum, est siue appareret contra formam statuti, secundum Dom. Card. in clemen. j. S. in si. quæst. extra de excessi. præl. & consequenter hodie contra formam constitutionis Regni, & ideo non diceretur instrumentum publicum; & per consequens non esset locus presentationi, & liquidationi secundum formam istius Ritus. Et de his, quæ possunt opponi, † contra instrumenta ad eorum falsitatem: & inualiditatē; vide per Doct. maxime Bald. in l. exercendis. C. de fide instrumenti, non etiam opponitur, quod continet pactum nudum; ex quo censetur literis vestitu: & ideo presentaretur secundum Ritu autoritate Bald. in l. secunda, in fine. C. de executione rei iudic. Et si instrumentum esset contractu extra Regnum, & contra exterum presentaretur secundum Ritu per not. per Barto. in l. C. de sum. Trin. & ibi Bald. in consilio 453. Corn. in consilio 152, primo volum,

a † ADD. Quid si instrumentum guarentigia, vide 35 Bart. & ibi add. in l. error. numero 2. & Ial. pen. col. C. de iu. & fact. igno. & Alexand. in l. 3. C. de reali ger. Ioan. Michael.

b † ADD. Liquiduni. Adde quid dicatur instrumentum liquidum per eundem authorem in prag. odia; antepen. cap. Ioan. Mich.

c † ADD. quod notarius facit preceptum guarentigie ex potestate sibi data in privilegio, quia alias non posset per nota. per Barto. in l. fin. C. vbi, & apud quæ, & in l. a diu Pio. S. sententia. in si. ff. de re iud. contra op. Pau. in l. prima, de iud. & fit in mere confessum. secundum Iac. But. in l. 2. S. actor. C. de iura. cal. vbi interf. quod non sit contra fratrem confessum, secundum Ant. de Bht. in reperio. in litera c. numero 214. in ver-

siculo guarentigia per scripta per Can. in e. cum secundum de her. in 6. per Bald. in add. Spe. in tit. de appell. S. ite queritur, & i l. iubemus. S. Lane. C. de factos. eccl. & in l. si quis maior. C. de transact. Hieronymus. d ADD. Iuramentum. Adde eundem authorem supra in Rit. 129. & quæ addidit max. Mar. Ant. bat. de virtu. iur. Ioan. Mich.

e † ADDE. Geminata. Adde videadum de virtute minationis Ant. Corserum in tract. de virt. gemin. quæ addidi supra in Ritu 129. num. 14.

f ADD. Compensationis. Add. quod licet non habeat locum compensatio, admittitur reconuentio in continentis probanda. Bald. in l. finali. de compens. Ioan. Michael.

g ADDE Aret. consilio 99. Hieronymus. h ADDE an si contra instrumentum opponitur, quod testes subscripti non sunt omni exceptione maiores; an debeat liberari fideiussoribus, & non dicere causas in vinculis? vide Afflict. in const. Reg. instrumentorum. in 3. not. Hieronymus.

i ADD. cognoscari, vide quæ addidi supra in Rit. 52. num. 2. Ioan. Mich.

K ADD. Non intelligibilibus. Adde, quod idem vitetur si in aliqua sui parte esset corrumptum, siue delatum, quod non possit oculis corporeis legi, nisi per contracturam, quia tunc non posset presentari secundum formam Rit. facit optimè sex. in l. j. ff. de his, quæ in statu, delen. quem text. ad hoc pondera uit. legende dominus meus dom. Loysius Grillus de Salerno. Ioan. Michael.

l † ADDE quod contra instrumentum oppo. quod certi subscripti notarij, anno, & iudicione gl. j. l. generali. C. de tab. lib. 10. l. in nomine Domini. C. de ob. prez. Afr. auche de ann. in prisc. col. 6. 23. dist. c. in nomine Domini, & his deficentibus, non dicitur instrumentum. l. contractus. C. de fide instr. habetur per Cano. in c. cum p. extra eo. per cuius. in l. hac contractissima, de testa. per Alex. consilio 142. 2. vel. & c. deberent scribi per longum. per gl. in constit. Re consuetudine possunt; talia instrumenta impuniti, secundum Matth. ibi.

Ritus Centesimus sexagesimus septimus.

S V M M A R I V M.

- Instrumentum etiam liquidum, lapsis diebus 20 presentari non potest.
- Instrumentum liquidum debiti conditionem, liquidari non potest; nec paratam habet excutionem.
- Condition instrumenti iudici liquidanda.
- Ex diuibus instrumentis iunctis, probabitur videndum liquidum.

**N**ota quod. In tex. ibi not. quod, &c. ex isto tex. notatur † quod instrumentum etiam si sit liquidum non potest presentari, secundum formam Ritus si sunt transacti anni viginti, à die nativitatis actionis cōtentæ in dicto instrumento; & ad effectum cognoscendi, quando sit ratio actio, ut videatur si sunt transacti anni viginti. vide Cyn. l. prima. C. vt actio ab heret. & contra heret. & Barto. in l. ita stipulatus. in 17. col. ff. de verborum obligat. & ibi per Alex. & alios. & in l. interdum. ff. eodem, habetur per Matth. in decisi. 279. per Bald. in l. exceptionem. C. de prob. † In text. ibi item intelligitur, &c. Adde quod si instrumentum debiti liquidum continet conditionem: non haber executionem paratam: nec posset propter ea liquidari secundum formam Ritus per nota. per Ianoc. in capitulo q̄hā

# Com. super Ritibus Magnæ Curie. 194

qua extra, de iud. quia conditio debet liquidari iudicari, secundum Bald. in l. cum testamento. C. de manu scripta. & Alex. & alios in l. f. S. j. ff. de vulg. & pup. ita consul. Deci. confilio 107. fin. column. & cōfilio 46. 3. colum. primo volum. & in ipsa liquidatione obliterata de super petitione, debet pars citari, secundum Bald. in l. por. diuersas; in 10. quest. C. mand. & Deci. in d. cons. 107. cum concord. ibi allegatis per eum, quod vetat praesens obseruantia: vide quae dixi supra in Ritu. 16. numero 2. quibus adde, quod p. petitionem praetambulani videtur esse liquidam conditionem per Ritum infra numero 28. & ipsi a liquidata, secundum eius ordinem, liquidari instrumentum, secundum Ritum, & Decreto quod ita servatur. In tex. ibi potest etiam, &c. adde Bal. in l. fin. C. de sal. cau. adiect. leg. in prin. vbi t. dicit, quod ex quibus instrumentis simul iunctis probatur aliquod liquidum: quod ex uno solo non probaretur, & die ita notandum ad exequitionem instrumentorum liquidorum. de materia adde videnda notata per Bart. & quae ad eum addit. Alex. in l. proinde. S. notandum, ad legem Aquilam. & Cap. in decis. 48. numero 2. & quae dixi in prag. odia. quarta carta. in f. ver. & ibi dicitur.

## Ritus Centesimus sexagesimus octauus.

### S V M M A R I V M.

Præventionis materiam remissive, &c. num. 3.  
Heres creditoris beneficium statuti loquentis in creditoris favorem habet.  
Præuentio per citationem quando inducatur.

**N**ot. q. illa, &c.) In princi. Ritus ibi per citationem præuentus, de materia t. præventionis vide pragm. Regnique incipit malitia: & quae super ea scripsi quius adde ibi dum per me allegatur Matth. in decis. 18. duerte quia est in decis. 387. & processit errore impensis, & in f. comm. vbi allegatur lex pupillus. Adde Matth. in decis. 138. 3. column. in f. tex. adde no. in l. s. f. S. f. ff. de legislatio primo, vbi voluit quod heres creditoris haberet beneficium statuti exequitionis in favorem creditoris loquentis, & hoc cadit, in f. tex. obseruantia præcedentis. De materia præventionis, vide quae dicam infra in Ritu, qui incipit item quod quando contigerit sub rubrica de præventione t. vbi declarabo quod per citationem inducitur præuentio, quando citatio continet continenda ex quibus citatus. poterit reddi certus de his ad quae citatur: securus si continetur, quod citatus compareret ad recipiendum libellum: quia tunc non inducitur præventione per iura ibi alleganda, vbi vide per quae optime prædicta probantur.

ADDE quod est in R. num. 185. Ioan. Mich.

## Ritus Centesimus sexagesimus nonus.

### S V M M A R I V M.

Præficia quod veniens cum facco paratus nō exigitur de pena: vnde sumpta.

**V**bi aurem citatus, &c.) In tex. ibi facco paratus t. credo, quod ista præficia fuit sumpta extex. & glos. in capitulo apud misericordem. 32. quæstione prima. vide quae dicam infra in Ritu, qui incipit. Item, quod aliquis num. 170.

## Ritus Centesimus sexagesimus.

### S V M M A R I V M.

1. Suspicio fugæ ad captiuitatem sufficiens post instrumentum superuenire debet: non ante. cum limit. & num. 12.
2. In dubio presumitur ignorantia creditoris, omnisque scientiam probandi, cui incumbat.
3. Dans creditori dolosum promissorem habet eotram actionem de dolo, teneturque ad interesse.
4. An creditoris iuramento sit standum, quod suspicionis causa superuenit?
5. Qualiter fugitiuum quem esse probetur.
6. Suspicio fugæ pro modico debito, non allegabitur nec quando pignus adest. & num. 13.
7. Contrahens cum aduena, sciensque recessurum, mutuquid eum capi faciet?
8. Captura ob fugæ suspicionem, & die feriato, & indicé incompetenti fieri permittitur numer. 12.
9. Index, quando familiam ad suspectum capiendum concedit, cum non citat,
10. Captura si post non iustificabitur, erit nulla: captus que relaxandus. Et si ausigeret nemo pro eo tenetur. Et etiam si ipse redire iurasset. ibidem.
11. Curia quando a captura incipiat.
12. Factum in instrumento, quod non solvens capiatur propria creditoris aut horitate, an valeat? & num. seq.
13. De modico non curandum.

**I**tem no. &c.) In tex. ibi post confectionem, &c. t. Not. quod suspicio fugæ debet superuenire a post confectionem instrumenti concordat tex. cum. ibi not. per Bar. in l. si creditores. ff. de priu. cred. & in l. is a quo, in f. vbi per Bart. ff. vt in poss. le. & in l. ait prætor. S. si debitores. ff. que in frati. cred. & ibi per Bart. no. Ang. in l. si ab arbitrio. ff. qui satisfacti cog. habetur per Imo. & Alex. in l. 2. in prin. in 4. col. ff. sol. mat. per Ang. in l. nemo carcerem. C. de cxaet. tribu. lib. 10. & in d. l. si is a quo, per Bart. in l. f. C. de sponti. in l. quæsum, de pi. & in l. qui bona. S. de illo. & ibi Ang. ff. de dam. infe. in tatum, quod si ante suberat suspicio non est sufficiens ad capiendum, & captus deberet relaxari, secundum Ang. & Pau. de Cast. in d. l. si ab arbitrio. Limita tamen multum notanter, q. si tempore contractus causa suspicionis suberat: & creditor illam ignorabat, quod perinde iudicabitur, ac si postea superuenisset, ita no. Alex. in d. l. 2. in princip. in pen. col. allegat Bart. in l. f. C. de spon. Et dicit Bal. in d. l. si per tex. ibi in ver. probatum fuerit, q. in dubio presumitur ignorantia creditoris, & onus probandi scientiam incumbit de bitor. & idem voluit Bal. in l. si legibus. C. de epi. aud. firmavit Alex. in d. l. 2. pen. col. q. no. multum. Secundo limita, nisi dolor debitoris creditor inductus fuisset ad secum contrahendum: quia tunc perdet beneficium dicendi q. causa suspicionis suberat tempore contractus: ita dicit Pau. de Cast. in l. etiam. S. j. ff. sol. mat. quod sequitur Alex. in d. l. 2. q. dicit similiter esse notandum. Et no. t. vnu contramercatorem dololum, qui dat suo creditori promissorem, qui incörinenti est fugæ arrepturus, q. cōtra ipsum datur actio de dolo quamvis primæ actio tuerat extincta per dationem promissoris: & ad interesse tenetur, secundum Bal. & Ang. in l. se cu. dote. S. si mulier. lo. & ibi p. Alex. ff. sol. matr. & dicitur.

# Annibalis Troyfij, Cauensis

sunt probari in sub praetextu, la prima. C. de transa.  
 & in gl. dicti. S. si mulier. An autem t' stetur iuramento creditoris, quod causa suspicione sibi peruenit? vide per Bar. in l. solēt. ff. de alim. & cib. leg. & per Alex, in d. l. 2. in pen. col. In tex. ibi fugituum, &c. t' qualiter autem probatur quem esse fugitiuum. Doctores varia dixerunt: in magis communis conclusio videatur esse, quod solo iuramento probatur quo ad effectum capendi, proper periculum fugae, ita quod postea iustificetur capta coram iudice per coniecutas saltim, ut habetur per Alex. & Ias. in d. l. 2. in princ. antep. col. per Par. de Puteo in tract. synd. in vers. caput. Et adjuere t' quod pro modico debito suscipio debitoris allegari non potest, secundum Bald. in auth. Sed iam necesse. C. de don. ante nup. ita firmat Paris in d. ver. captura. nec etiam si creditor incumbit pignori secundum Bald. in l. creditor. la. 2. ff. si cer. pet. t' Sed pone quod aliquis contraxis cum aduenia quem debet scire recessum, an ipsum recedentem possit capi facere? Bar. in d. l. 2. in prætor. S. si debitorem. vers. queritur. sentit, quod non: quia causa receden di suberat a principio contractus: quia tanquam aduenia poterat recedere, sed Bald. in rubrica. C. de re. pio. his quæ per frau. sunt alie. in 2. col. ver. sed ultrius, dicit contrarium per rationes de quib. ibi per eum, quæ sequitur R. o. in l. 2. ff. sol. mat. vide per Alex. in d. rub. in apost. ad Bal. in d. ver. vltierius. potest tandem t' in casu præmisso captura fieri die feriato etiam in honorem Dei secundum Bart. in d. S. si debitorem. S. vt captus ducatur ad iudicem; non autem: vt iudex cognoscat de meritissimæ secundum ipsum: ita etia dixit Angelus. in dicto. S. ab arbitrio, vbi dicit, quod etiam liceat procedi ad capturam: superuenientia causa, vide eum etiam si esset dies dominicus: ut consuluit Per. de Ancha. in eius consilio 122. quem referunt Moderni post Bart. in dicto S. si debitorem. Ac etiam per iudicem incompetenterem & talis captura non redargitur propter iudicis incompetenciam: secundum ipsos habetur plene per Deci, consilio 75. primi volumine, & per Card. Zabarel. & Barb. in capitulo, cum non ab homine, extra de iudiciis, in tamum, quod iudex secularis potest capro clericum in flagranti, ut postea ipsum dimittat ad suum iudicem secundum loan. And. post Innoc. in cap. vt famæ, extra de sent. excommuni. & in dicto capitulo cum non ab homine. & Bart. in l. si quis in servitute. ff. de fur. Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episc. & cler. & in l. C. de fer. fug. per Mod. in l. de pupillo. S. meminisse. ff. de ope. no. nunciat. & per Ale xand. in l. 2. ff. de iurisdict. omn. iudic. Quando autem iudex concedit familiam ad capendum suspectum non citatur ille, qui capi iubetur ne instruatur ad fugam, secundum Bart. in d. S. si debitorem. & Bald. in l. creditor. la. 2. ff. si cert. pet. & in l. si quis curialis. C. de episc. & cle. & merito iste Ritus prouideret in causa suo: simul citetur, & capiatur. In Tex. ibi duo testes, &c. Adde quod licet iste Ritus non procedat ultra. t' Tamen captura debet iustificari postea: quia cessavit timor fugæ: alias erit inutilis, secundum Doct. in d. l. 2. ff. solu. mat. habetur per Rom. cons. 24. & cons. 416. Pau. de Cast. cons. 39. per Alex. cons. 19. 3, vol. sequitur Felin. in c. dilect. 1. vers. ordo. vltima columnæ. extra de re scriptis, in tantum, quod ante omnes esset relaxandus ipsa capta non iustificata, ut supra secundum Bald. in l. plerique. ff. de in ius voc. & Ang. in dicta l. si ab arbitrio. Et si aufugeret ipsa captura non iustificata cōmētatiensis eius fidei iussor non tenetur, secundum Ang. in l. quæ sub conditione. S. si. ff. cond. insti. Et si iurasset redire ad carceres, & relaxatur sub iuratoria cautione: redire non tenetur ad eisdem carceres tanquam iniustos, secundum gl. no. in dicto capitulo pastoralis, in versiculo violentiam, extra de sentent. & re iudic. ita consul. Alexand. consilio 144.

incipien. post redditum. & volum. de quibus fuit mor Mart. in constit. Regni castellani: & si debitor esset ex re. similiter iste rex. vendicat sibi locum: & egregie consuluit Alex. cons. 64. 3. volum.

11. t' In tex. ibi presentatio instrumento, &c. Concedat rex. in l. per hanc. C. de erg. mil. anno. & in l. bus, & ibi Barto. C. de agri. & censi. habetur per Mathesil. in tract. de carceri: habetur etiam per Mod. nio. in d. S. si debitorem, & per Ang. in l. nemo canem. C. de exacto. tribu. per lmo. in l. Imperatores. de appell. de materia habetur plene in d. S. si debitor, & in dicta l. 2. in prin. per Cano, in d. cap. c. non ab homine, per Par. in dicto versiculo capi.

12. t' Incidenter quanto, an valeat pacatum quod solleponi in instrumentis, quod debitor non solvens in mino possit capi per creditoris propria autoritas. vide p. Alexad. in l. alia. S. eleganter. ff. solu. manu.

ADD. Superuenit post, &c. Adde plene cum in hac materia per Ioan. Bapt. de Caccialupis in statu de deb. suspe. & fug. folio 223. 9. volum. & Lanfran. in cap. quoniam contra, in versicula curationes. numero 13. & apostil. ibidem in vers. quia forensis. Ioan. Mich.

b ADDE quia de modico non est curandum. l. si d. 13. S. si. cum l. sequenti. ff. de dolo. ff. Comod. l. in re. S. post. Lscio, & de contrah. empl. l. res. Sed contra de iudicis. l. si debitor, iuncta gl. & de damno inf. & l. si proprietarius. Ioan. Mich.

c ADDE quod non solum per iudicem incompetente. Sed etiam per alium, potest capi debitor suspectus de fuga Bar. in allegato. S. debitorem, & apostil. in eo etia si debitor esset clericus. Abb. & alii Scibentes in dicto cap. cu non ab homine. de iud. & apostil. ibide. & Ias. in l. yinum. nu. 5. ff. si cert. pet. Ioan. Michel.

## Ritus Centesimus septuagesimus tertius.

### S V M M A R I F M .

1. *Masculus, & femina in oblatione faci non differunt.*
2. *Pecunia coram notario, & testibus numero. & num. seq.*
3. *Solutionem de nocte recipere quis. non copia.*
4. *Oblatio iudicialis liberationem inducit.*
5. *Offerens pignora, liberatur: & qualiter, cum lim.*
6. *Oblatio post lit. contest. an sufficiat: vel deposito & consignari debeat?*
7. *Depositio, seu consignatio creditori ab extr. facta, quando debitorem liberet, cum lim.*
8. *Oblatio verbalis tantum quando sufficiat.*
9. *Offerens quibus in casibus iudicium subire nos neatur,*

1. *Item quod si aliquis, vel aliqua, &c.) & bñ di vel aliqua, quia t' masculi, & foeminae circa oblationem faciendam non differunt, ut probaretur & quæ ibi no. Bart. in l. fin ff. de leg. committit in l. cum seruus. ff. de cond. & demonstrat. vbi dicitur Barto. quod notarius, t' et testes debent cognoscere, quanta sit pecunia existens in sacculo, ipsam scilicet numeratam, allegat text. in l. 1. S. ista ff. deposito. & id dixit Bald. in l. si ex cautione. in 7. questio. C. denot. nume. pecu. & ideo dixit Barto. infra cauus esse quod numeretur coram testibus, & deinde ponatur in bursa, & depositetur, bene facit id, quod dixit gl. & Ang. in l. more ff. de fer. t' vbi dicunt quod quis*
2. *Barto. quod notarius, t' et testes debent cognoscere, quanta sit pecunia existens in sacculo, ipsam scilicet numeratam, allegat text. in l. 1. S. ista ff. deposito. & id dixit Bald. in l. si ex cautione. in 7. questio. C. denot. nume. pecu. & ideo dixit Barto. infra cauus esse quod numeretur coram testibus, & deinde ponatur in bursa, & depositetur, bene facit id, quod dixit gl. & Ang. in l. more ff. de fer. t' vbi dicunt quod quis*
3. *gl. & Ang. in l. more ff. de fer. t' vbi dicunt quod quis*

# Com.super Ritibus Magnæ Curiæ. 195

- 30 Consanguinitas cum paupertate presumi facit  
 gatum ob piam causam.
- 31 Consanguineis subvenire tenemur.
- 32 Coniuncta persona quæ dicatur.
- 33 Bastardi, & spuri, an coniuncti dicantur?

**I** Tem quod nullus, &c.) Pro declaratione istius  
 textus adde, qd de ista materia cessionis adi  
 nis habetur in l. pen. C. mand. ex cuius legis  
 iustione fuit prohibita cessio actionis in ter  
 prater certos casus i. eadem lege exceptuatos,  
 in vers. exceptis, &c. & alios eandem ratione  
 bentes secundum Barto. ibi & alios Doct. post  
 superuenit lex si C. eod. per quam fuit prouisum  
 cessio non possit fieri partim ex causa onerosa, &  
 tam ex causa lucrativa: & voluit eo casu presum  
 malatam. per supradictum Ritum aliter fuit pre  
 sumi, ut in eo legitur. t Et nota quod dictus Ritus  
 quitur de iure principaliter cessio, ut declarat Io.  
 ami. in consil. suo 24. 4 col. vers. non obstat. qui nihil  
 legat, sed probatur in d. l. pen. in prin. non autem  
 quitur in casu quo accessoriè fieret cessio iuri: pro  
 communitate hodie fit: quasi in omni contractu secund  
 dum Bar. in l. si pro re. S. ff. de euictio. & in d. l. pen.  
 & Bal. in l. cum successores. C. de euictio. ita ex  
 experientia docet secundum ipsum Ioannem  
 consilio. ff. col. vers. præterea, adde Ab. in c. ex  
 4. colu. ante ff. extra de alie. iud. mu. ca. fa. vbi dic  
 ta quod clausula quæ solet apponi in contractu. s.  
 statuto prædicto solet addi, quod plus valet dona  
 &c. t quod ex illa clausula surgit presumptione  
 mutationis, non intelligas in omni contractu: sed tam  
 tum in contractu cessionis actionis t quæ est odiosa  
 cum solet fieri in præjudicium tertii, & ideo in aliis  
 contractibus, in quibus incidenter apponitur di  
 cta clausula, non inducit presumptionem simila  
 tionis secundum ipsum, quia si bona fide vendere  
 tur, donaretur, seu alio legitimo titulo alienatio. iuxta tex  
 in l. nominis. C. de hære. vel act. ven. & in l. norma. ff.  
 eo. & in d. l. pen. C. mand. secundum do. Abb. in d. c.  
 ex parte, & de hoc non videtur loqui iste Ritus. qd  
 aliter dicendo sequeretur tantarum legum correc  
 contra l. præcipitamus. in f. C. de ap. & in l. sanc  
 t. de test. Sed loquitur quando facta est cessio op  
 prima littera

opilater, & non ex causa necessaria in fraudem eius, contra quem sit: cum prælens Ritus, & tota ista materia fundetur ad evitandum fraudes, & simulationes. vt firmat idem Io.de ami.in d.conf.24.& volunt gl.in d.l.pen.vers.cessiones.& ver. inhiantes. & in d.l.f. in vers.machinationes: nam machinatio do-  
lum importat.iuxta tex.in l.j § dolum. ff. de dol.& in  
l.j.C.de plus petit.& in proce.cle.S.j. prædicta singu-  
laria pro declaratione huius Ritus.t Quando autem  
sit cesso iurium ex causa necessaria, vt in exemplis  
positis in d.l.pen.vers.exceptis.& habetur per Dy.&  
Bart. in l.seruum.S. equum, ff. de proc.non præsumi-  
turaus, & simulatio secundum Bart. & Doct. in d.l.  
pen.& Abb. in dicto cap.ex parte.Nisi de dolo, & frau-  
de probetur, nam tunc infriugere cesso, aut per d.  
pen.& si. aut per titulum, de alie iud.mu.cau.f. aut  
per tit.ne lice.poren.aut per tit. de litigio. secundum  
diferentiam contractuum. iuxta gl.& doctr. Abb. in  
d.cap.ex parte. t Item non præsumitur cesso simu-  
lata & fraudulenta , quando sit personæ miserabilis:  
quoniam tunc præsumitur facta ob causam piam: li-  
get non haberet aliam causam necessariam , & eo ca-  
si cesso valeret secundum Matth. in const.Regni sta-  
tutus.in 7.colum.q.6.sicut dicimus de legato facto  
personæ miserabili, quia censemur factum ob causam  
piam, secundum Bal. in auth.similiter.C. ad leg. Fal-  
d. t Quæ autem sint personæ miserabiles , ponitur  
in l.j. C. quando Imperat. inter pupil.& vid. & ibi p  
Doct. habetur per canonistas.ircap. significantibus.  
extra, de offic.deleg.plene cumulaui in prag.Regni,  
qz incip.curſu dilationum; in fi.& ibi dictis adde, &  
poter personas miserabiles numeratur pauper, secun-  
dum lo.And.& Abb.Pan. in d.c.significantibus, vide  
ter Matth.in d.const.statutus.& in decisl. 257.& in  
const. Regni omnes nostri.in 2.no.& in const.mulie-  
tes. in fi. t Vbi enumerat 44.priuilegia paupertatis, se-  
cundum Luc.de Pen. in l.f.C qui nu.libe.Tu autem  
adde. 45. videlicet, quod contra pauperem appellan-  
ta non currunt faralia, secundum Inn.& Bald. quos  
fert Fely. in d.c.significantibus.probatur in l.si pro-  
rator.S.si ignorantes, & ibi per Batt. & Modcr. ff.  
and.habetur per Bal.in conf. 5.3.lib. & et.46. t scili  
quod pauperi appellanti danda est copia proce-  
ssione salario.vt probat tex.cum gl. in l.tam demen-  
tin fi.C.de epi.aud. ratione t quia non debet addi  
ffictio afflito , secundum gl. ibi ita firmat Afflct.  
const.Regni appellationum tempora in 5.no.t 47.  
nia permittitur matri pauperi impunè prosti-  
tuam, ipsa filia cõtentiente, licet alias matri non per-  
mitteatur prostituere filiam impunè , quia truncatur  
bi nasus secundum Regni const.incip. matri quā.  
22.& ibi Afflct. nu. 48.t l. quod per clausulam non  
estante b non tollitur priuilegium conceluum cau-  
paupertatis, secundum Cy.in d.l.j. C. qua. imper.  
epu. & vi. quod dictum pro nota. extollit Mar.laud.  
para Et. de priu. S. 39.secundum Fely. in c. nonnulli,  
extra de rescrip.in vers.restant,&c.t 49.quia pauper  
non prestat cautionem Mutianam secundum Bald.  
in auth.cui relictū.C.de indi.vidui. t 50.In teste pau-  
perie qui per verecundiam nō potest in iudicio com-  
pare read deponendum: quia mittitur actuarius ad  
iustus domum ita not.Alex. de Imo in l.ad egregias. ff.  
de iureiur. t 51.videlicet, quod vendita re duobus, il-  
lest porior, qui in possessione reperitur.l. quotiens,  
C.de rei vend. quod non habet locum in paupere ,  
conquam p. iniugato: quia si primo emit pauper,  
preferetur secundo ementi possidenti , secundum gl.  
not. in l.sue autem.S.si duobus. ff. de public. & ibi p  
Doct. firmat Hyppol.mar. in suo sing.82.t 52.p prag.  
nouellam incip. vñtarum voraginem , mandante in  
procedi contra vñtarios manifestos ex officio ratio-  
ne paupertatis.t 53.quia permittitur pauperibus fa-  
re collegium secundum Imo.in c.inter.extra de do-

na habetur per Alex.post Bar.in l.sodales. ff. de col.ii  
19li. t 54. quod quis stipulatur absenti pauperi secun-  
dum Bald.in l.illud.C.de sacro sanct.eccl.lal. in l.iti-  
20 pulatio. S.alteri. ff. de verb. oblig. t 55. quia pauper  
euitat caducitatem in re emphyteotica : de quo vide  
21 per Ias.in l.z.C.de iu.emph.num.64.t 56. quia pau-  
per euitat per iurum secundum gl.in c.breui. extra de  
iureiur.Bal.in c.j § porrò. quæ fuit prima cau. amitt.  
be.Fely.in c.j.extra de iureiur.Afflct.in cōst.eos qui,  
22 t 57. ade aliud quod ponit Afflct. in decisl. t 57. fi.  
23 col.videlicet: quod personæ miserabiles habent quæ  
stiones iudicis rei quando reus habet plures iudices:  
quia pauper non soluit colle&tam.l.f. & ibi Barto.C.  
qui.mun.lib. 10.& l.inductiones, C. de anno. & trib.  
eo.li.nec ad onera personaliter, nec ad sumptus bur-  
d sales.d.l.inductiones.Bal.de 4 pa.constit.S nos de.c.  
delendus ab extimo Bald.in auth. defuncto. vlt. col.  
24 C. ad Tertull.t E contra paupertas habet multa in-  
commoda.Primum, quia paupertas facit quandoque  
debitorem suspectum l. si creditores. ff. de pri. cre.  
Secundo facit testem inhabilem.l.3. ff. de test. S.san-  
cimus.in auth.eod. titu. Tertio facit eum ab honori-  
bus remoueri.l.ad subeuda. C.de decur.lib. 10. Quar-  
to facit pauperem delinquentem personaliter puni-  
ri, ff. de iur.omn.iud.l.siquis.S.2. l.j. in fi. ff. de pe. & l.  
in seruorum.S.fi. ff. eod.Quinto, quia pauper cogitur  
satisfare.l.de creationibus.C.de epis.aud.l. sciendū.  
ff. qui satisfare cogant. Sexto facit fructus sequestra-  
ti.eod.tit.l.fideiuf. S. fin. Septimo nocet in adop. fa-  
ciendis.l.nec ei.S. primo. ff. de adopt. Octavo nocet  
in transactio alimentorum . in l. cum ij. S. sed &  
personarum. ff. de transa. Nono præjudicat in propo-  
nenda actione de dolo.l.non debet. ff. de dolo.Deci-  
mo nocet in accusationibus.l.alij.l.nonnulli,cum l.  
seq. ff. de accusa. Undecimo pauper non solum audi-  
ri contemniturcum non habeat quid offerat sed etiā  
contrā veritatem opprimitur.11. quæst.3.c.pauper. S.  
nec latet.in authen, vt omn.ob.iud.pro. Duodecimo  
exequatores, iudicium qui causas præparant. non de-  
bent esse pauperes in auth.de iud.S. ijs qui. Decimo-  
tertio pauper licet doctissimus tamē debet abstinere  
a magistratus officio.secundum Boetium de discipli-  
25 na scholast. t O quam absurdū est magistratus ege-  
stas: cum egestas sit nouerca disciplina. Decimo-  
quarto, quia vt plurimum a cunctis spernitur.93. di-  
stinctio cap.diaconi. ff. de mun. & hon. l. scripto. in  
prin.l ad subeunda.C.de decur.lib. 10. Ecclesia.capi.  
13.vnde illud, si fueris diues multos numerabis ami-  
cos, si fueris pauper nullus amicus erit. Decimoquin-  
to, pauper timore paupertatis præsumitur peccare de-  
facili.l.f.C.de specta.Decimo sexto, præsumitur ma-  
lum de paupere cui non est victus sufficiens. in auth.  
de defen.ciui.post princ.Decimo septimo,in casu. l.  
sed si proponatur. ff. de in diem adie. Adde. Decimo-  
octavo, quod pauper habens officium , præsumitur  
illud affectare.l.spadonem.S.si non.& ibi Barto. ff. de  
26 excut. t Limita tamen omnia priuilegia pauper-  
tatis, nisi quis esset effectus pauper propter suā cul-  
pam, quia tunc perderet omnia eius priuilegia ei cō-  
cessa propter paupertatem, ita multum not. decidit  
Bald.in capi. quæ in ecclesiarum. extra de constitut.  
quem sequitur Ia.10.in authen. res quæ. C.commu-  
27 de leg.t Probatur autem paupertas pluribus modis,  
& signanter pet famam , secundum Bald.& Ang. in  
l.si vero.S. qui pro rei qualitate. ff. qui satisd. cog &  
Bald.in l.paupertas. ff. de excus.tuto. & alios modos.  
vide per Bar. & alios in l.si constante. ff. sol. mat. & in  
28 l. qui accusare. ff. de accus. secundum Bart. ibi t Item  
valeret cesso iurium principalier facta personæ con-  
iunctæ, & non præsumeretur simulata, seu fraudulen-  
ta, sed facta præsumitur obtenu sanguinis ita dixit  
Dy.in l.patrem. ff. quæ in frau.credi.Cyn.& Bald. in  
d.l.pen.C.mand.in 19.q. & per prædicta ita cōsuluit  
Io.de

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

- Io. de amic. in d. conf. 24. versiculo & tanto. tu adde Pet. de Bellaper. & Cy. in l. qui stipendia C. de proc.
- 29† Nam consanguinitas facit cessare dolum, & fraudem, ut no. Bart. & Doct. in l. tr. transactione. C. de trans. & in l. frater à fratre. ff. de condi. indebi. & Bald. in l. Polla. C. de his quibus ut indi. & in l. j. C. si quis aliquem test. prohi. ita consuluit Dec. Conf. 36. primo.
- 30 volum. † Et consanguinitas cum paupertate operatur quod legatum factum consanguineo censetur factum ob causam piam remota fraude. ita Bald. in authen. similiter. C. ad legem Falci. immo presumi debet quod sit factum ob causam necessariam per rationem. † quia tenemur subuenire consanguineis, & nobis coniunctis: ut probat tex. in cap. non satis. 86. distinctione. & nota. glossa in capitulo omnino. 31. distinctione. & in capitulo primo. extra, de cohab. cler. & mul.
- 32† Et quæ dicatur coniuncta persona, & usque ad quæ gradum, vide tex. & quæ ibi habentur per Doct. in l. sed & hz. ff. de proc. per Bart. & Alexand. in l. secunda. ff. de accus. remissione per Alex. in l. exigendi. C. de procura. per gl. Innoc. Abb. & Fely. in cap. nonnulli. S. sunt, & alij. in fi. extra de rescrip. per Bart. & Alex. in l. cum acutissimi, & ibi per Mod. C. de fideicom.
- 33† Et ibi quid de spurijs, & bastardis ad dicantur coniuncti: vide per Dy. in consilio 16. incip. diligenter consideratis. Pau. de Cast. conf. 69. habetur in l. ex faeto. S. si quis rogatus. ff. ad Trebell. & in l. cui eorum. Q. affinitatis. ff. de postul. per Barto. & Alexand. in l. cum alienam. C. de leg. & in Specula. de coniuncta persona. in princip.
- 2 ADDE. quod plus valet donat, &c. Adde quod per ista verba videtur venditor donare in parua, non autem in magna quantitate: nisi sciuissit valorem rei. Barto. in l. 2. C. de rescind. vend. num. 14. & in l. fi. q. s. eum aliter. ff. de verb. oblig. attamen ad euitanda remedia. l. 2. & aliarum cautius est, ut dicatur, & quod plus valet, ad quamcumque quantitatem ascendens siue magnam, siue parvam, donat, &c. idem Bart. in d. l. si quis. Sed do. Ioan. Cola de vicarijs de Salerno veraiuris lucerna legendio d. l. si quis. dixit quod plures consultus, fecit apponere in instrumentis videlicet, & sciens venditor dictam rem plus dicto precio valere, attamen illud plus quod valet cuiuscunq; quantitatis etiam magaz donat, &c. & hoc est distincio Barto. in dictis cons. vbi distin. aut venditor sciuerit, aut ignorauerit valorum rei venditæ, &c. Ioan. Michael.
- b ADDE non obstante. Adde quæ dixi in Ritu 46.
- c ADDE alias limitationes ad d. l. per Alex. conf. 25. in fi. 3. lib. & Ang. consilio 106. in fi. Hyppol. mar. in sing. 26. Hieronymus.
- d ADDE quod in causa pauperis proceditur summariè pro quo facit dictum Barto in tract. de carce. in fi. nam quia pauperi remittitur multa, secundū And. in capit. j. S. sed nec, quæ sit prima causa be. amitt. z. col. Ioan. Mich.

Ritus Ducentesimus nonagesimus primus.

S U M M A R I U M.

- 1 Mulieres in Regno, quæcum mundaldo contrahunt.
- 2 Mulier in dubio iure longobardo vivere in Regno censetur.
- 3 In Regnis Siciliae quadruplex ius seruatnr, & quod primum in ordine.
- 4 Ordo literæ seruandus, et vbi.
- 5 Mundaldus legitimus quis erit.

- 6 Contractus mulieris cum iuramento sine mundo tamen, in quibus casibus teneat.
- 7 Mulier si litigat in foro Episcopi quod ius circa eius contractus validanos seruabitur.
- 8 Statutum curie mercatorum est validum in omni foro.
- 9 Mulieribus iure longobardorum viventibus, ius an restitutio in integ. concedatur?
- 10 Mulier si per procuratorem contrahat: an mundus requiratur?
- I** Tem quod curia, &c.) In text. ibi longobardo re, &c. † Adde quod in Regno mulieres contractantes debent habere mundaldum quod prouisum fuit per ius longobardorum Quia dicimus mulieres, quod morimur sine mundo sicut morimur piscis sine aqua. l. in longo. qual. mul. alie. permit. id dixit Marth. in const. Regni juris gentium. 5. col. verific. quid autem. & in decif. 260. post princ. † Et in dubio mulier censetur vivere iure longobardo, † quae in Regnis utriusque Siciliae. Primo seruatur ius constit. Secundo consuetudines rationabiles. Tertio longobardum, quo prouisum fuit de mundo mulieribus. d. l. prima. Quarto, ius Romanum, ut in const. Regni puritatem. & ibi notat Marth. in 6. nota. quod 4 que designat ibi ordo literæ. † Qui seruandus est. l. h. redes. S. fin. ff. ad Trebell. l. quotiens. ff. de visufruct. gl. fin. 24. quæst. j. cap. alienus. habetur per Marth. in const. Regni speciale. Et prædicta in contractibus, in testamentis vero videtur idem ut concludit Marth. in dicta decif. 260. & in const. Regni instrumentorum, in primo nota. in prima quæst. in iudicij seruabitur iste. Ritus: tamen in iudicij, ut plurim mulieres vivunt iure Romano. † Et quis erit legitimus mundaldus mulieris. Luc. de Pen. in l. quicunque, in pena. colum. C. de re milit. libro 12. dicit quod si habet patrem, & fratres ierunt mundij legitimis vero ipsi deficiunt: erit vir. & hoc videtur firmat Matth. in decif. 260. in fi. istud firmat Alexan. de l. in consilio 106. in fi. in primo volum. gl. not. in l. V. les. C. de reuo. dona. in versiculo sed fecus. & ibi no. Bald. quod communiter seruatur, facit tex in mulieres. 23. quæst. 9. ita etiam consuluit Cor. in consilio 254. numero 20. primo volum. † an autem contractus mulieris initus cum iuramento sine mundo firmetur iuramento, attento quod in longobardo fit mentio de iuramento, & videtur quod sic: per quæ no. per Doct. maximè Pau. de Cast. in auth. sacramenta pub. C. si aduer. vend. Ant. de But. Imo. Abb. in capitu. cum contingat. extra de iure iurato. concludunt quod si mulier non potest contrahere ne consensu propinquorum, & contrahit commimento sine illorum consensu valet contractus, ita fulsult Soc. in consilio 77. antepenult. colum. p. 1. volum. Corn. consilio 35. 2. colum. & consilio 106. 3. vol. & consilio 121. 4. volum. Alexand. consilio 106. Ultima colum. versiculo ad quartum. 3. volum. Et etiam si contrahit mulier sine mundo matrimonio. Aut si contrahit super dote, valet contractus per ea quæ adducit Corn. consilio 254. numero 6. primo volu. Item potest sine mundo contrahere in sui fauorem, ita fulsult Soc. in consilio 80. numero 9. 4. libro. Item si contrahit ad pias causas, probatur per adducta per Cor. consilio 256. numero 6. libro quarto. † Sed pone quod mulier litigat in foro episcopi, & in iudicio fuerit producti contractus initi per mulieres sine mundo, an circa validitatem dictorum contractuum in eodem foro terueretur ius longobardum, & Regni constitutiones illud approbantes, & videtur quod sic per gl. in l. ex ea. fi. de postul. & per illud quod dixit Bald. in l. gen. C. de goniit. pec. vbi firmauit, quod t. Ita.

# Com. super Ritibus Magnæ Curiæ. 207

com curia mercatorum validans scriptaram ipsorum, et validum in omni foro etiam episcopi, refer & sequitur illud dictum Iason in l. quod S. numularios, & de edendo, & in l. admoned, decima carta, in principio episcopi de iure iuri, bene faciunt ea, quæ communiter concludunt Doct, in c. ecclæsia Sanctæ Mariz, extra le constit. Vbi concludunt quodd in foro canonico, decisorijs statutis laycorum in causa layci, An autem istis mulieribus viuentibus iure longobardorum, si laeduntur in judicio; concedatur restitutio in integrum? vide constitutionem Reg. obscuram, & ibi per And. de Iser. & Matth. latè, ubi etiam videtur quid in mulieribus viuentibus iure Romano, & iure Francorum. Et in constitutione Reg. mulieris, vbi habes quod per modicam lassionem in iudicio passam per multiplicem non restituatur mulier, & eo debet mulier probare se non modice lassam, sicut index ex equitate restituit eam. vide ibi. Et mundus requiratur si mulier contrahit per procuratorem, & an in constitutione procuratoris: vide Soc. conf. 1. 12. col. 8. & conf. 1. 12. col. pen. 1. lib. Et sed si adit hereditatem, in d. conf. 1. 12. col. 7. 172, n. 6.

Ritus Ducentesimus nonagesimus quartus,

S V M M A R I V M.

Tutor pupilli nomine agens, se tutorem docere an gelit, contest. debet.  
Solemnia in tutori que dicantur,  
processus contra pupillum, & eius tutorem sole  
mibus non adimpleti, est nullus.  
Cautele ad validandum processum nullum ex de  
scendit legitime persona,

Tem seruatur quod, &c. In princ. tex. + Adde quod tutor agens nomine pupilli, debet ante litem contestatam, docere se tutorem, & hoc est de iure communi per tex. in l. fin. C. de tutor, sicut, non debet. l. veteris, C. art. rute, ita dixit Spec. ut de acto. versic. sed pone. 2. in tit. de procur. S. fin. sic. an autem. & de instrumento, edit. S. nunc dicatur. versic. sed quid. Bart. in l. tuto. ff. de administr. tuta via eidem incunabit onus probandi se tutorem, habetur per Alexand. in l. illa. ff. de verb. oblig. In quo tam seruabis istum Ritum. in text. ibi so  
gnibus &c. + Adde quod solemnia dicuntur copia test. & inventarij facti per tutorem de bonis pupilum secundum Bar. & Bal. in l. si tutor. C. in quibus cauteles, rest. & caue, quia non dabitur copia totius inventarij ne manifestentur bona pupilli, sed sufficieat principij, & finis ut ostendat se inventarium esse secundum Bald. in d. l. si tutor, & Bart. in l. tutor, & ff. de admin. tuto, & in l. 2. C. qua. & quibus quar. de lib. 10. + Quia processus factus contra pupillum & eius tutorem non implentem solemnia, erit nullus, & ideo credo quod sicut prouisum per istum ritum contra tutorem non docentem de solemnibus, quod non admittantur iura pupillorum per ipsos producenda; & erit periculum ipsorum tutorum; ita remouebuntur ut suspecti, l. eum qui. & ibi Bart. Doctor. C. de procur. l. fin. C. de admin. tuto glos. in l. tutor. ff. de suspec. tut. l. j. in princ. ff. de administ. + Et ad validandum processum nullum ex defensione legitima personæ datur cautela sumpta ex doctrina Bario. in l. mutari. ff. de procura. & in l. si vt propria C. quo. & qua. iud. Ut peratur dari curatorem liti, in quo omnia acta facta usque ad dilationem curia sit, & superentur unico contextu, & fertur sententia

secundum probata, ita refert Matth. spissæ practicata in consil. decisi. 262. & per predicta ipsa consuluit Decius. consilio 549. finali columna,

Ritus Ducentesimus nonagesimus quintus,

S V M M A R I V M.

2. Verbum, stare, intelligendum est de statione per  
sonali.

I Tem quod &c.) Adde ad istum Ritum pragmam, Regis Ferdinandi primi gloriosissimi, quæ incipit, Regis dignitati, & quæ ibi dixi, quibus additæ ex quo in ea legitur, debent stare ad syndicatum, & quod videatur debere intelligi de statione personali durante termino syndicatus, ita intelligit Bald. verbum stare in l. prima. C. de lega. & ibi Angel. & Bart. in l. si quis ita ff. de condit. & demon. vbi dicunt verbum stare quod importat stationem personalem,

Ritus Ducentesimus nonagesimus sextus.

S V M M A R I V M.

3. Relatione causa facta post conclusum in causa,  
restitutio in integrum non admittitur.

I Tem quod in quibuscumque &c.) + Adde quod istum Ritum decidit Matth. in decis. 1. 14. verum secundum ipsum: si post conclusum in causa, est facta relatio causa: non admitteretur petitio restitutionis in integrum secundum Andr. & Matth. in consti. Regni obscuritatem. & in decis. 1. 14. in fin. & ita videtur contra istum Ritum.

R I T V S CCXCVII.

I N prima causa, &c.) Adde quod iste Ritus com  
maniter non est in obseruancia, sed seruatur con  
trarium; quia semper quod videbitur iudiciorum con  
demnare ad expensas, etiam in prima causa fac  
tas, poterit secundum iura, & conslit. Regni, & si  
contrario vsu abiit. l. de quibus. ff. de legi. S. pen. in  
stit. de iur. nat. gen. & cui. extat Ritu, infra 306, qui  
corrigit istum,

R I T V S CCC.

I Tem seruat, &c.) In text. ibi hanc practicam, de  
materia huius Ritus extat cap. Reg. quod incipit  
conuentus &c. & consti. Reg. incipit. eorum frau  
dibus; & ibi habetur per And. de Iser. & Matth.  
de iure vero communi habetur in l. j. C. de litig. in l.  
sed si lege. S. consuluit. & in l. fin. ff. de petitio. heredit.  
& in auth. de mona. S. si vero his, per Bart. in l. 3. C. de  
pigno. per Bald. in l. 2. C. de alie. iud. per Alex. in l. 2  
diu Pio. S. si super. ff. de re iud.

Ritus Trecentesimus quartus.

S V M M A R I V M.

1. Mulieres per citationes vagari non conuenie.  
2. Mulieres in criminalibus agunt, & conueniuntur per procuratores.

I Tem quod honestatis causa &c.) Adde quod iste  
Ritus debet ubique seruari quamvis loquatur de  
mulieribus

# Domini Annibalis Troyfij, Cauensis

Mulieribus ciuitatis Neapol. tantum. Et hoc ratione honestatis super qua fundatur iste Ritus, † quia non conuenit mulieres vagari per ciuitates nec ceteris vi torum misceri. cap. mulieres. extra de iud. lib. 6. & cōstit. Regni incip. mulieres. & ibi per Matth. in constitut. generalia iura. 6. nota. Et videretur quod idem sit dicendum in criminalibus propter generalitatem dictorum iuriuum. & dictae rationis, i qua fundatur iste Ritus, scilicet honestatis, ut sentit Matth. in d. consti. generalia iura. † & ista ratione in criminalibus agut, & conueniuntur per procuratorem specialem. d. cōstit. generalia. & per Andr. in report. actor & reus. in verific. mulieres. ip principio.

Ritus Trecentimus decimus.

S V M M A R I V M.

Taxatio expensarum, non condemnatio in sententia reseruatur.

Tem iudices, &c.) † Adde quod communiter hodie in Regno precedente oodenatione ad expensas, Taxatio ut plurimum reseruatur, licet multories in eadem sententia in qua fit condēnatio taxentur secundum istum Ritu. condemnatio autem expensarum reseruari non potest secundū Bald. in I. terminato. C. de fruct. & lit. expen. penul. cap. 3. verbiquo quid & per istum Ritum capi-

gitur Ritus supra. numero 293. & ibi dixit.

E T per ista expedictum est hoc opusculum a supplicationem Rituum Magnæ Curæ Vicariæ ad laudem & gloriam omnipotenteris Dei Patris filij, & Spiritus sancti: unius deitatis: a gloriosissima Matris Virginis Maris: nostræ semper aduocata; a quibus si quid boni in eodem opusculo retulisse processisse fator, non quod iuris penitus fidiosis fuerit necessarii) quibus aperta sunt iura (se communicare cupiui meas vigilias volentibus illatum charitate & benignitate recipere, vt protegant ac illud defendant. Et si quid in ipso imperfectum latum fuit: illud imbecillitati mei intellectus impotent: saltem ex eo aperta est via reperiendæ veritatis & perfectionis: qua dixit Ioan. Andreas, in addit. Specul. in procem. post sua scripta, multum restat opere perfici: & Seneca in epist. 65. nulli enim precluditur via per mille secula aliquid addédi, nihil in humanitate reperitur perfectum propter ingloriam mortalis exiguitatem: vt dicit Imperator in l. secunda. S. si quid, & S. sed & si quis. C. de veter. iure & cle. cuiusnam impono: sub invocatione praesidiom omnipotenti Deo beatorum Benedicti confessorum sub cuius protectione sum. & Fracisci de paula. Annibal Troyfius ciuis Cauensis: sub Anno Incarnationis Dominiqz. MD XL. I. dje primo mensis Iunii. In quo festum omnium Sanctorum a christicolas veneratur qui me & omnes fideles Christianos protegant souciantaque regant. Amen.



JOAN. FRANCISCVS  
SCAGLIONVS. S.V.I.D.  
NEAPOLITANVS.

Super aliquibus Ritibus Magnæ Curiæ Vicariæ.

Et obseruationes ipsorum Rituum pro ut hactenus eadem  
Magna Curia vidit obseruari.

RITVS PRIMVS INCIPIT IOANNA.

S V M M A R I V M.

Ritus quis dicatur,  
Ritus sunt nulli qui non reperiuntur a scripti in  
bis Ritibus; nisi post hos Ritus suissent introducti.  
Ritus isti in decisione causarum habent locum in  
ceteris curijs Regni.

Ritus pro lege habentur.

Ritus confirmant processum.

Ritus dicitur practica a curia confirmata.

Ubi de Ritu iudex dubitat potest se informare,



**I**TVS † dicitur mos sua consuetudo in administrandis officijs compribatus: stylus varie apud grammaticos sumitur; nam quādoq; significat aeneū instrumentum quo in albo, id est in cerasis tabulis antiquitus scribebatur, & demum in ligneis libellis, negotiatores scripsit, & hos libellos habent venales teutones, quāque pro structura orationis: aliquādo pro pupilio, & reprehensione, & quandoque pro stylo genito, quo proscripti notabantur, vt Berossius Cornucopias. col. 9.36. numero. Mich. 52. dicitur in primo Ritu quod certi Ritus præterhos sint iritti, & nulli; resonatur subuenire non solum processibus officijs ipsius Reginæ, sed processibus fidelium suorū, sic aliorum habentium caltra, & vasallos, & illa ratio maxime implicat affectionem quam debet habere præcipuam in vasallis demanaliis & præsenter Neapolitanis, vbi frequentius habitabat: quare natura magis afficit propinquos quam remotos, ex hoc sumitur fidèle argumentum quod illi Riti vendicant sibi locum in toto Regno, & pro hoc regatur Andreas Isernia in constitutione Regni pars in posterum. in 4. col. & † in Magna Curia haec pro lege: idem in curia Romana, vt tenet Spec. de teste. §. 9. versic. deinde, & de rescriptis. §. 4. prærise, & confirmat processus, & Auftritus in de fin. Tholo. 115. Fely. in c. 3. in 6 col. de rescrip. Bal. in 2. C. Quæ si longa consuetudo, & dicitur secundū unde in Baldum præctica a curia confirmata: etiam vbi questione aliqua emergit de stylo † potest iudex infirmare ita dieit Jacobinus de sanc. Geor. in 1. de lega. & non ligat alios, nisi tantum in ea quaviget. vt Bald. in 1. certum in 3. col. C. unde ognis. & de Ritu, & stylo vide Cassaneus in proce-

mio consuerudinum ducatus Burgundij, num. 8. & omnibus dictis locis præfati Bal. Auftritus, Andreas ac Cassaneus tenent quod Ritus habent locum in eisdem curijs in quibus vigent: tu vero dicas: quod isti Ritus quo ad ordinem processus non teruantur in alijs curijs, nisi quoad decisionem causarum.

S V M M A R I V M.

- 1 Officialis magister, stipendiarius agrimensor; an possit alium in locum ipsius substituere?
- 2 Officialis mortuus qui erat supernumerarius: numerus redditur ad pristinum.
- 3 Officialis mortuus, si subrogatus in locum ipsius erit ultimus: non ingreditur locum defuncti.

In 3. Ritu qui incipit in primis quia.

**M**odus effet: si audies Imperatorem in authenticō, ut iudices fin. quoquo sufficiantur: autem: vbi dicte quod illi qui sine mercede, sumunt administrationes, præ omnibus studiū habere decet, fiscalia & vigilanter inspicere, & in deuotos quidem & egentes necessitate cum omnī exigere fortitudine, & in nullo illigatos, neque pro hoc spacio lucrum aliquod omnino considerantes, donatio autem paterne se exhibere, deinde de nostros subiectos reseruare yndique sine violencia: nihil ab illo eorum percipientes: sed æqui sint in iudicijs, exequentes delicta: innoxios custodientes: reis autem poenam imponentes secundum legem; & tales consiliarios sumentes, qui circa eos sint. & hic est verus ordo, sed vbi Assentiremus etiam cum Iustiniano in authenticō de iudicibus, & ut nullatus cum iuramento eligantur. A Zenone pīz memorī scripta est lex de iudiciorum ordine, & Iustinianus reperto ordine iudicium confuso, existimatque non oportere habere nomina quorundam iudicium, illi in eruditorum, sed assitores per quos eorum presentiam compleant, ad finem ut vbi negarent scire id quod iustum est: illud utique aliunde niendicarent, & eos, eligendos curavit habentes attestationem, qui communis omnium erunt iudices, tanquam yndique electi, & expensato caularum multarum aucti plurimis exercitatos singulis. † & ad iste possit officium per substitutum exercere? dic quod sic, nisi existat eorum officium industriam personæ Bart, in l. habentes. C. de præpositis agentium in rebus. & maxime vbi per substitutum posset conferre iurisdictionē. Nec magister possit legere per scholarem, Veronen, in l. si quis sic. ff. de verb. signif. Nec destinatus ad solendum stipendia, ad videndum confinia, ad men- surandum,

# Domini Ioan. Francisci Scaglioni

**S**ixadum, nisi consenserint partes not. in l. j. S. ne au-  
sera. C. de cadu. gl. in c. fin. extra de officio deleg.  
& idem Cauens in Regia pragma. nouella. Item mā  
damus, quod habentes, sub rubr. officiales non pos-  
sunt seruire per substitutos, & de numer. officialium.  
extat etiam Regia nouella pragma. quæ incipit, item  
mandamus, sub rubrica, in Magna Curia octo iure  
a actuarij, &c. t & quid si Rex addidit supernumerari-  
um: eo mortuo, vbi cauetur quod non superaddatur  
alius, an possit superaddi dic quod non, & supe-  
radditio est nulla. text. est in l. compemimus. C. de pro-  
xi. faero. scri. lib. 12. t vbi Ioannes de platea, dicit qd  
si subrogat p. aliquis in locum primi p. r. mortui, erit  
tamen ultimus in ordine licet obtineat locum in pri-  
uilegio primi.

## S V M M A R I V M .

- 1 Officialis tenet secreta in secreto tenere.
- 2 Officialis reuelans qua pena puniatur, & 4.
- 3 Officialis non reuelans tractatum contra Reges  
qua pena puniatur.
- 4 Secreta qua dicantur.
- 5 Antiani reuelantes secreta vniversitatis, priuan-  
tur officio.
- 6 Actuarius an possit se intromittere de facio alte-  
rius?
- 7 Actuarius qui non dant numerum contumaciarum  
faciunt litem suam.
- 8 Consiliarij prohibentur vota eorum publicare.

In tertio Ritu qui incipit item qui omnes  
officiales curiae.

**O**fficiales t Curiae tenentur in secreto se-  
creta curiae tenere &c. t & quid si reue-  
lauerint, puniuntur auctentia natura can-  
sa, & criminis videlicet poena capitis. l.  
omne delictum. S. exploratores. ff. de re milit. quan-  
doq; poena exilij. l. placet in fin. C. de sac. sanct. eccl.  
3 t item contraria non reuelans consulta contra Regem  
punitur poena capitii, & publicationis bonorum c.  
Regni, quod incipit nuper apud Tranum, in quo no  
solum cauetur quod teneret reuelare, sed capere p.  
ditorem, vel vbi non potest reuelare nec capere, tene-  
ret acclamare; ecce proditorem Regis, ecce prodito-  
rem Regis: & constitutio Regni quæ incipit: disputa-  
re: sub rubrica, vt nullus se in intromittat, t & an re-  
uelans consilium Regis inimicis Regis incidat in cri-  
men maiestatis: seu falsitatis ita tenet Angel. in con-  
sil. 256 col. 9. quod incipit, quia cõsultissima. l. si quis  
aliquid. ff. do psonis. l. j. C. de Comer. & mer. And. de  
Isern. in c. j. quibus mod. feud. amit & Matth. ibid. col.  
3. versic. vltimo, & plura alia ad hoc congerit domi-  
bus Hieronymus Gigas in tractat. criminis laesa ma-  
iestatis, quæsti. 221. & refert Valerius Maximus: de  
causa Iudorum, quod tempore Tarquinij superbi,  
qui reuelauit librum religionis fuit aculeo infatus,  
s & in mare deiectus. t Secreta dicuntur, ea quæ vul-  
gus ignorat Bald. in verbo credentia, de pace con-  
stant t & quid si antiani reuelat secreta vniversitatis;  
priuantur officio eorum. ita tenet Bal. in titulo de pa-  
ce tenet. In verbo in nomine Christi, & idem in tit.  
quibus mod. feu. amit. t Et an vnu actuarius possit se  
intromittere de eo quod spectat ad alium? dic secun-  
dum Barto. in l. in prouincijs. C. de actuarij, & nu. lib.  
8 12. t & quid si actuarius non dant percepтори, puenteū  
Magoz Curiae numerum contumaciarum faciunt li-  
tem suam, ita tenet Bartol. in l. qui numerarij, eodem  
titu. C. libr. 12. t item consiliarij prohibentur publica-

re eorum vota, vt in prag. nouella, quæ incipit: co-  
vero, & propalatione, & hoc sub p̄m̄ primaria  
eorum officiorum. limitantur in R. 4. super quo g.  
fator dicit multa quæ hic non reperio.

## S V M M A R I V M .

- 1 Appellatio quando interponatur, & quando a-  
rit dies appellationis interponenda.
- 2 Primus fatale currit die interpositæ appellationis.
- 3 Processus incipit ab apertura.
- 4 Fatalia quare sic dicuntur.
- 5 Secundum conceditur ex causa.
- 6 An partes possint prorogare terminum interp-  
da, introducendæ, & prosequendæ appellationis.
- 7 An termini appellandi, & prosequendi possunt  
etari?
- 8 Quot modis appellatio deseritur.
- 9 Quæ cause impedianc desertionem.
- 10 An partes possint acquiescere & patere quo  
pellatio deserta discutatur.

In Ritu sexto, qui incipit item quod capsa.

**A**ppellatio interponitur t infra decēd  
authetica hodie C. de temp. appella-  
constitu. Regni, quæ incipit appella-  
num tempora, & currit a die scien-  
tia primus terminus, seu primum tempus, seu p.  
instituta appellationis, & ab eo die interposita  
lationis, seu interponenda t currit primum fatalis  
dicuntur terminus, seu secundum tempus ex-  
dæ appellationis. l. j. C. de tempo. appella. Bal. in  
C. de temp. appellationum. in secunda colum. re-  
deo ad primum. & Bart. in authetica ei qui. co-  
3 t sed processus incipit ab apertura, quoniam ut-  
citur iudeo cognoscere gl in d. l. fin. S. illud, &  
4 Papa quæsto 58. t fatalia dicuntur, quia per-  
sicuti mors ex negligentia appellantis: & dic-  
a fluendo, & quod fluunt in fatum; quoniam  
est mors: sicut ultima dies anni dicitur dies  
in quo instantia perire. vt id est Bald. in d. l. fin. in j.  
5 versic. Modo restat t & ex causa conceditur secundum  
fatiale per legem: nam ex capite restitutione  
dicitur tantum pro tanto. authetica ei qui. vbi  
6 C. de tempo. appella. An partes t possint proroga-  
terminum interponenda appellationis dicit Bald.  
authetica ei qui. in fine quod non, quia non pos-  
facere quod iuridictio devoluntur ad non  
iurisdictionem, l. priuatorum. C. de iurisdictione  
dic. item non possunt facere partes, quod si  
non transacti rem iudicata m, vt non in l. si dic  
C. de transact. & an possint prorogare tempus p.  
quendæ appellationis, quod sic l. quod si nolit.  
ita. ff. de ædilitio edict. nisi prosequitio efficeretur  
sumbra. & per consequens deserta appellatio i  
de offic. deleg. c. significantibus. & Bald. vbi sup.  
Cyn. in d. authetica, ei qui. & Guido Papa conf.  
7 Nendum inferioris & t an possint arctari dicti tem-  
per iudicem, nisi quod ei liquores de causa ita  
vbi supra, licet lecus de iure canonico vt in cap. C.  
sit Romana, extra de appellatio. & proinde ap-  
pello t tribus modis deseritur, primo quando no  
tradicuntur infra terminum quinquaginta dierum  
meritorum a die interpositæ appellationis, vnde  
l. fin. Bald. & idem Guido Papa ood. cons. numero 1  
secundo dicitur deserta ob lapsum primi fatalis. ter-  
tio ob lapsum secundi fatalis, vt tenet idem Guido  
papa ead. decis. nu. 1. & nullo iure excusatetur pars  
vbi sola facilitate, vel ioperitia se excusat, t qd regis  
quod

# Com.super Ritibus Magnæ Curie. 209

S U M M A R I U M.

*ad iurecesserit iusta causa impeditiva, & sine eul appellatis, sequitur hoc Alex. post Bald. in auth. collatione. C. de temp. appella. in consil. 19. vbi mare per partem vbi bis non allegauit, sed prout est de impedimento coram iudice per L. fin. illud. C. de tempo. appellat. facit tex. l. quibus diebus de cond. & demon. clemen. si appellanti, de appella. Rota deci. 65. num. 3. Vnde etiam si deserta appellatio. ambo a: qui cunct processu: sententia nulla; ut tenetidem Guido Papa consil. 38. num. instantum quod nec etiam nullitates discuti possunt. Guido Papa consil. 83. num. 9. versie. cum ergo, si qui non est iudex in negocio principali facit de monem haberi ac si nunquam fuisse appellatum. Guido Papa consil. 69. num. 13.*

S U M M A R I U M.

Officialis quando potest recedere ab officio.  
Causa legitima recedendi que sit.

In Ritu 7. qui incipit item quod nullus.

**A**Officialis t possint recedere ab officio, & cunctate in qua exercent officium sive licentia locumtenentes? iste Ritus dicit quod non, idem statuit pragmatica Rota quae incipit: probhabemus, etiam quod nullus officialis &c. Regni quod incipit. Item quod praedictar. 35. & pragmatica Regis catholici, quae incipit: prudenter rerum. car. 3. & est iuris. l. vnicā, ut iudees tam ciuiiles quam criminales eo: possunt ex causa proficiisci. notatur. in l. j. ff. de offic. eius, cuiusmodi est nr. causa iusta est infirmitas, legatio, & somnatio principis; ut notatur in authenticō ut de. 3. & num. 5. illud.

S U M M A R I U M.

Officialis non potest exercere duo officia.  
Officialis non potest exercere tutelam, procuratio-  
nem, baliatum.  
Officialis olim, & hodie excusat a tutela pra-  
terquam in propriis filiis.  
Officialis non potest esse arbiter.

In Ritu. qui incipit item quod nullus officialis.

**N**Vllus t officialis potest duo exercere officia: sed uno debet esse contentus. Ad, etiam quod hodie per Regiam pragmaticeam Imperato. Caroli quinti nullus contiliarius Regius & Officialis exercens iurisdictionem, seu administrationem pecunias t potest ne baillus neque tutor, seu procurator alicuius, seu testor, & consultor auditor ad exercendum iurisdictionem intra nec extra Regnum sine licentia Illuminati domini Viceregis in scriptis obtenta: quae in aliis. Adentes insuper, idem erat iuris ne pollueretur dignitas cingulus vilitate officij: & punieban-  
cipio exilijs. l. i. quis decurionem. C. de decur. lib. 1. & nec alia officia poterant acceptare. l. omnes omnes. C. co. tit. olim excusabantur etiam a tutela prae-  
terquam a tutela proprietorum liberorum. l. admini-  
stratores. S qui corporis. ff. de excusa. tut. idem in exa-  
m. C. de except. libro 12. t Item etiam nec pos-  
sunt arbitri, ut in pragmatice nouella Regis Phi-  
lippida sub praesidatu Illustrissimi domini Don  
aldini de Mendonza.

- 1 Aerarius primo fuit vocatus questor.
- 2 Officium aerarij dicebatur questorium.
- 3 Questura erat prima senatus dignitas.
- 4 Ad questorem spectabat erogare pecuniam publicam.
- 5 Attributa pecunia erat illa, que consignabatur alicui soluenda, hanc attributionem pecunie assignat, ut hodie officiales regij habent loca a quibus pecuniam stipendiorum habent.
- 6 Quaestores aerarij, qui.
- 7 Tribuni aerarij, qui.
- 8 Coactores aerarij, qui.
- 9 Pecunia emendarum, multatarum, penarum, & contumaciarum debet venire ad manus perceperum.

In 9. Ritu qui incipit item quod locumtenens iudices magistri actorum & zarii, &c.

- 2 **C**Auetur in hoc Ritu s quod prefati locumtenens, iudices, magistri actorum, & zarii, in fine cuiuslibet mensis faciant diuisionem prouentuum, & soluant cuique ram secundum morem antiquum, de quo non habemus notitiam, & poterat esse, quod isti officiales non habebant certum salarium: sed inter se diuidebant prouentus, prout est in pluribus curijs huius Regni. Sed ut non sit tibi penitus incognita antiquitas: iste zarii multis diuersisq; modis fuit vocatus & t primo fuit vocatus questor a querendis pecunijs, & sic de hoc fuit inscriptus titulus de officio questoris, & officium dicebatur questorium. Lituius lib. 10. Itaque caput questorium: questorique ibi panitia occidit: Cicero pro plancio: Thessalonicam me in questorium perduxi, & iij habebant lictores vestem, & insignia questoria ut idē Cicero meminit vbi supra, & Alcibiades in diuinationem t hac erat inquit prima senato ris administratio t questori in fieri in prouincia, curam gerere publicq; pecunias in usus diuersos erogandz, & Cicero in pretura urbana ne diutius teneam, inquit pecunia t attributa numerata est: profectus est questor in prouinciam. qui urbani questores erat, iij zarij curabant eiusque pecunias acceptas, & expensas referre in tabulas publicas contulissecebat, dicuntur questores zarij iij qui multatarum, id est emenda rum receptores vocantur, & antiquitus urbani dicebantur, & munera multa obibant t tribunos zarios vocamus solutores stipendiiorum: eratque zarium primo Romanorum temporibus in æde Saturni collocatum dicunturque t coactores zarij illi qui con-  
gunt debitores fisci soluere, & habent t antigraphos, id est contra scripiores presentarum publicatū, quos  
9 hodie credentiores vulgo vocamus, & t ad eorum manus exequatores penarum, & contumaciarum, tenentur consignare pecuniam sub pena dupli, & si is qui soluit non curavit pecuniam peruenire ad manus eiusdem, perdit pecuniam. ut cauetur in Regia pragmatice nouella quae incipit. Et quia ad hanc, sub rubrica perceptores prouentuum, & quod ita pena debent assignari zario, cauetur in authenticō de in-  
cessitis nuptijs. Sancimus igitur de cetero. ibi, simul autem, & ea quae nomine dotis data sunt ei in nullo potiri sed ea omnia zario assignari.

S U M M A R I U M.

- 1 Iudices de quibus possunt habere aliquid pro labore.

Dd

2 Indices

# Domini Ioani Francisci Scaglionis

- 2 Indicis nec munera, nec candelas capere possunt.  
3 Pena est exiliū, et quadruplici hodie.  
4 Indicis baimiorum de consuetudine capiunt pro  
examine, et pro decretis, et alijs,

**In Ritu 14. qui incipit item quod iudices,  
ipsarum curiarum,**

Iudices Magnæ Curia pro subscriptione certi  
manus, & decisione causarum, ac pro senten-  
tia prohibebantur olim aliquid capere, & extor-  
quere: Excepto protulsi mis, & examinatione  
testium; hodie prædicta sunt omnia sublata i Magna  
Curia intus ciuitatem, extra habent dicas pro exami-  
ne testium, & hoc prouenit, quoniam Imperator no-  
ster auxit salarium, & prohibuit præfata fieri, vt in  
pragmatica nouella, quæ incipit, & quia præcipua iu-  
ra. Item alibi prohibuit munera, vt in pragmatica  
quæ incipit quis nescire munera, & alibi candelam ac  
cipi, vt in pragmatica, quæ incipit, & vt etiâ vasallos,  
& maxime ubi constitutum est salarium: alias licet  
quantum inculpabilis antiquitas diffiniuit: a spon-  
taneis potius quam ab inquisit i sub poena exilio: au-  
thentico, vt iudices sine quoquo suffragio: quæ om-  
nia non habere locum in iudice bâsilorum: qui de  
consuetudine certa emolumenta capit: quia non ha-  
bent constitutum salarium & dicuntur exorquere  
prohibita a iure intituli officij, & puniuntur pena quæ  
duplici cap. ad hoc. sub rubrica de duplicandis gagis  
cap. vulgaris fama proloquitur. S. si autem a priuatis,

## S U M M A R I U M.

- 1 Aduocatus fisci vbi potest aduocare non debet de serere causam.
  - 2 An possit contra fisum aduocare.
  - 3 Non debet litem per calumniam mouere.
  - 4 Eoque absente no debet locumtenens cognoscere,
  - 5 Transmittit salariu ad heredes.
  - 6 Prefertur ceteris aduocatis,
  - 7 Immunis est a muneribus.
  - 8 Durabat officium primo per annum,
  - 9 Sedebat in salutatione principis inter comites, sibi illustrabantur in foliis clarissimorum.
  - 10 Aduocatus fisci potest intervenire in receptione testium in tortura, & in votando,
  - 11 Aduocatus in causa propria habet salariu,
  - 12 Prohibitius aduocare potest consulere in camera,
  - 13 Impeditus a clientulo debet habere salariu.
  - 14 Aduocatus in eadem causa non potest esse iudex,
  - 15 Aduocatus non potest aduocare contra Regem.

In Ritu i 8. qui incipit, item quod aduocatus fisci,

**A**duocatus † fisci vbi potest aduocare nō potest prætextu salarij, nō soluti causam deserere. I.j. C.de aduoca.fisc. t& an pos-  
sit aduocare contra fisum dic, quod vbi  
est generalis, quod non, secus si particularis. In alijs  
causis l.potes. eod.ritu. † & licet non debeat omit-  
tere villam item : non debet aliquam item per calu-  
piam mouere. I.fisci.co.tit. t& eoque absente non debet  
locutemten cognoscere de causis fiscil.l.fi.co. tit. li-  
mitatur hæc regula non habere locum in causis agna-  
torum & filiorum. I.petitiones. C.de aduoc. dixer. iu-  
dicio. & t vbi moritur infra annum trasmittit sala-  
rium ad hæredes. I.post duos. C.co.tit. t& preferuntur

que catoris aduocatis in sedendo, & deambulando  
& incedendo l. ad similitudinem. eod. utu. & con-  
7 officium primo t. durabat anno I. sancimus eo, n.  
8 t. sunt immunes a multis muneribus. l. sancimus  
aduocatis, & l. cum aduocato, eod. ut. & intantū si-  
runt grati Imperatori quod Kalendis Ianuarij sed  
9 bant in generali t. saturatione inter comites pala-  
nos: recipiebant strenam; eorumque filii in folia  
risumorum inscribantur. l. laudabile vita. C. de-  
19 uoca. dijuxta, iudicium, & t. an aduocatus fisci po-  
interuenire in receptione testium in tortura, & in  
cando. Matr. in coniit. Regni; questionem, nou. 3. si  
rub. de quest. inter fiscum, & priuatum monend.  
ne quod non, & allegat. Pau. de Cast. in l. minime  
l. legis cursus. ff. de leg. & Barr. in l. cultodijas. ff. de  
blic. jud. in l. postulauerint. S. questionis. ff. de adu-  
in l. 2. C. de sacr. sanct. eccl. notar. in cap. secundo,  
capitulo pastor, de iudic. & Bald. in lege nullum  
lege si quando. C. de testibus, quoniam iudex de  
deliberare remoris aduocatis. Item Bald. in l. pro-  
m. ff. de ijs qui in test. delen. versicu. deinde not.  
alio, & non posset iudex habere consilium adu-  
ad diffinitiuam sententiam nisi ad se informand  
propter affectionem, quam habet ad causam; i.  
reuelando committeret crimen falsi, & perin-  
dicium priuiciuale no potest haberi cum par-  
colloquiale ratum, & informatuum, vt ren-  
in l. cum quidam. S. non distinguemus, in suo  
arbiter. & tunc quando consilium non est aucto-  
ris: quod verbuni Baldi mouet me, quod magni  
patronus posset interuenire ad hanc figuram, quia ei  
consilium est auctoritatis, & interuenire pro Re-  
qui potest esse iudex etiā in causa propria, vt id  
Alex. cons. 34. in j. volum. & in eo nulla cadu-  
ctio; sed cogita.

- ¶ Et adiudicatus priusquis possit habere  
rium, si adiudicatur in causa propria, quod sic. B.  
l. si stipulatus. ff. de fideiis. & si promisit non  
care, potest in camera consulere. Bart. in l. j. S. p.  
re. ff. de postul. Item si fuit impeditus a clericis  
non adiudicare, nihilominus debet habere salarium.  
Ioan. And. in regula beneficium: num. 10. in se.  
¶ Aduocatus est causa in eadem non potest  
dexi ex parte idem Io. And. in reg. cum quid in  
uocati non possunt adiudicare contra Regem  
l. moris est adiocationib. ff. de poenis, & B.  
cif. 8. in j. par.

SUMMARIUM.

- 1 *Vsura quid est.*
  - 2 *Fœnus quid est.*
  - 3 *Usura est latro legalis.*
  - 4 *Quot modis capiuntur vsurae,*
  - 5 *Quotuplex sit vsura.*
  - 6 *Prohibita a quo iure est vsura.*
  - 7 *Piratica vsura.*
  - 8 *Vbi questiones vsurariae terminentur.*
  - 9 *Prohibetur per se, vel per alium faccio v-*
  - 10 *Iudicis quare conceditur.*
  - 11 *Appellatio admittitur.*
  - 12 *Testes singulares probant.*
  - 13 *Crimen est publicum.*
  - 14 *Potest procedi quando ex officio.*
  - 15 *Quando dicitur usurarius.*
  - 16 *Usurarij hæres ab agendo non repellitur.*

**V**slurarius manifestus, qui dicitur.

**S**Quid de dantibus animalia ad menandum, quid de cambijs, quid de grano in herba.

Ritibus, 20. & 21. qui incipiunt. Item quod huiusmodi causa. Item, quod procurator curie.

**I** Tem obseruat dicta curia, quod oblata petitione per actorem conuentus potest petere terminum ad replicandum: <sup>a</sup> postea, actor ad duplicandum: postea, reus ad triplicandum: postea, actor ad quadruplicandum, & non ultra: vnde si citatus comparēs dat petitionem oppositionum, ultimus terminus non daretur, quia actori daretur terminus ad replicandum: postea, reo ad duplicandum: & iterum, actori ad triplicandum, & non ultra.

## S V M M A R I V M.

- 1 *Terminus ad replicandum quoties detur.*
- 2 *Terminus ad replicandum potius ad causas probrahendas, quam expediendas conquisitus videtur.*

**D** Ividitur ritus iste in duas partes. secundam, ibi, vnde si, & differentiam inter primam, & secundam partem facit reus si petat terminum vel si respondeat excipiendo absque petitione termini, quia si petierit terminum verificatur prima pars: si excipiet sine termini petitione verificabitur secunda, & semperidem sequetur effectus, quia ter loquitur actor, & bis reus, si bene consideres, & ideo tex. in princ. inst. de repli. non vitetur verbo illo, ad quadruplicandum, a quo tex. habuit originem iste ritus, & a l. 2. ff. de excep. & a no. in ca. 2. extra eo. tit. in quo scrib. per modum summæ quærunt quid sit replicatio. secundo, cui competat texio, quando competit, quarto, quis sit eius effectus. quinto, quomodo tollatur, vel vitiet. sexto, quæ sit prius probanda exceptio vel replicatio. septimo, an super replicatione sit necessario pronunciandū. quæ omnia reassumit Ang. in alle. S. 1. incip. interdū. col. 4. inst. de repli. & prosequitur Spec. in titu. de excep. S. fin. incip. nunc dicendum. in prin. & quia poterunt facile videri non transplanto, sed remitto ad summā Host. de excep. ver. quid sit exceptio. post princ. & in effectu concordat ritus cum iure communi. & no. 2. replicatio quæ aliquando opponi non potest, tamen beneficio etatis opponitur. l. verum. S. fin. cum sequ. ff. de mino sequitur Soci. consi. 299. col. 2. vers. secundum maiorem. Albericus Oliua.

- 2 *AN. Terminum ad replicandum. Ritus iste astipulatur textui in S. j. instit. de replic. & l. 2. ff. de except. vbi scribentes oēs hāc materiam replicationum, declarant, quia vero huiusmodi allegationes ultra, ceteraque adductæ, & per tabulas forentes potius ad causas probrahendas, quam expediendas conquisita in longissimas moras, ac inextricabiles labyrinthos plementi, inducunt ipsas iudicarias causas, recte hodie per Itatus Romani Imperij Anno 1548. in nouissima Imperialis Cameræ (vt vocant) ordinatione constitutū est, ne progrediantur litigatores, eorumq; Procuratores, ultra duplicationem in his, quæ ante litis contestationem agitari solent, neque ultra quadruplicationem etiam post item cōtestaram sicuti Misling. attestatur in adducto S. primo. numero secundo. Ab. Io. Hier. Camp.*

## R I T V S

# Ritus Vigesimus Octauus.

## R I T V S   XXVIII.

- I** Tem obseruat dare terminum vtrique  
 a partis ad probandum, & defendendū:  
 & si in dicta dilatione pars aliquid faciat,  
 puta, articulos producendo, vel procurā-  
 do testes citari, vel quia habiti fuerunt pro-  
 citatis & iuratis, poterit pars ipsa testes exa-  
 b minari facere, b etiam post dictam dilatio-  
 nem, quo usque fieret aliquis actus in cau-  
 sa, vel pars altera se opponat, ac etiam pars  
 ipsa producens testes, tali casu vel etiam si  
 alios testes producere vellet, poterit petere,  
 c secundam dilationem, quæ tunc absque  
 causæ cognitione ordinarie conceditur, in  
 qua potest etiam de nouo ponere, & te-  
 stes infra dictam secundam dilationem ci-  
 tatos, & etiam antiquos examinari facere,  
 etiam post finitam dictam secundam dila-  
 tionem, similiter ut supra.

Nec dabatur terminus ad examinari fa-  
 ciendum, lapsa dicta secunda dilatione, ni-  
 si ex iusta causa, quia daretur tunc tercia  
 d dilatio, sed si nullam fecit diligentiam in  
 prima dilatione, non dabatur secunda dila-  
 tio, nisi ex iusta causa, ut quia fuit impedi-  
 tūs in prima.

### S V M M A R I U M .

- 2 Litis contestatio requiritur de iure in iudicij. .  
 3 Terminus est communis actori, & reo, & num.  
 9. & 11.  
 3 Iuramentum remitti potest testi à parte.  
 4 Testes iurati in termino vtrum valeant postea te-  
 stificari, & num. 12.  
 5 Litis contestationis locum, qui actus iudicialis ob-  
 tineat?  
 6 Repetitio testium peti nequit ab eo qui passus est,  
 conclusionem fieri.  
 7 Dilatio secunda quando concedenda, & num-  
 ro 13. & 14.  
 8 Articulus aut noua positio quæ sit.  
 30 Impedimentum est probandum.

**D**iuiditur ritus in duas partes. secunda, ibi, nec dabatur. & prima subdividitur in tres partes. secunda, ibi, & si in dicta tertia, ibi, tali casu.

Dare terminum. Intelligas lite prius contestata super libello oblato, quando de iure litis contestatio requiritur, de quo die ut dixi supra in ritu 23. in princ. & habetur in cle. s̄p̄e. de ver. sig. alias esset p̄cessus seu regiſtrum nullum, ut in ca. dudum, lo. 2. ſnos igitur, veri. quia tñ. & ibi glo. in veri. responsio- nem. cum seq. de elec. cap. accedens, lo. 1. & cap. 1. ut lit. non conte. cap. 1. de lit. conte. l. rem non nouam C. de iud. & plenius per Panor. in alleg. ca. dudum. col. 8. in glo. in ver. irritam. vbi ponit regulam, q̄ oīs cau- la ſi plenaria, & requirat litis contestationem, & p̄- sequere ut ibi per eum, & per d. Alex. confi. 2. num. x. & ibi addi. vol. 3. & vide ritum. 31. infra & quod ibi dicam, & si actor intra terminum datum, ad proban-

- dum post item contestatum produixerit aliquo-  
 strumentum reo, non obstante q̄ terminus ad pre-  
 dum sit lapsus, dabatur terminus ad impugnandi  
 dictum instrumentum & exceptions proponend  
 & verificandas. si illum petierit. Fed. de sen. cōſi. 16  
 casus talis est. Do. de ro. deci. 170. not. q̄ in cau-  
 2 antiq. & terminus datus actor erit reo communis  
 Panorm. in cap. 2. col. 4. ver. & aduerte. de dilatio. v.  
 alleg. l. perend. C. de tempo. in integ. restit. & Sp.  
 cu. ibi vide.
- 3 Pro citatis & iuratis. Patet propterea & iuram  
 tum testi posse a parte remitti. ca. tuis quæſitionib.  
 de testi. no. gl. in l. 1 ff. de fer. & est ratio, quia iuram  
 tum non est de solemnitate formalis testimoniij, cu-  
 possit ab utraque parte remitti, non tamen ab uniu-  
 sum, & concernit fauorem partium principaliter,  
 non publicum principaliter, ut per Doct. in alle. cu-  
 tuis. vbi quòd si non appareret remissum non pos-  
 sum præsumi præstum. de quo in capi. sicut nobis p̄l.  
 no. de re iud. & ratio, quia est solemnitas extrema  
 quæ non præsumitur, ut ibi, & in l. que cua que. obli.  
 & p Bar. in l. sciendū. de ver. obli. & q̄ remissio  
 sit a partibus procedit qñ non tractatur de p̄-  
 cito publico, vel salutis animarum.

Post dictam dilationem. Si intelligis in  
 quo ab utraque parte habiti fuerunt pro iuratis  
 cedit de plano: led si vis intelligere in casu p̄l.  
 nis articulorum, vel quando fuerunt citati  
 & non habiti pro iuratis, non procedet absque  
 sione, ut poteris videre per deci. Rot. 37. & 46.  
 vbi. in quibus quòd etiam si testes iurassenſt infi-  
 minum, de rigore non posſent examinari poſte  
 num, niſi de equitate, & si iudici videbitur, & ab  
 partis p̄zjudicio, ideo ritus innititur equitat. &  
 Q̄o rigore. pro quo est deci. Ro. 589. inci. not. si in  
 missione. & 587. vtrum duo menies. & 345. not. q̄  
 vbi. in antiquis. & plenissime. per Felin. in capit. li.  
 col. 14. num. 19. ver. limita. 16. de proba. & loquac.  
 quando testes in termino iurauerunt, etiam nulli  
 cta. diligētia pro eorum depositionis receptione  
 ritus loquitur etiam si non iurarunt infra termi-  
 dummodo articulos produxerit, vel citari feci-  
 stes, quod not.

Fieret aliquis actus. Quia tunc effet p̄z  
 via examinandi, prout dicimus quòd ille actus  
 solet fieri immediate post litis contestationem  
 causis in quibus lis non contestatur habebitur p̄tis  
 contestatione, & p̄cludet viam ad multa de-  
 bus per Felin. in cap. insinuante. col. fi. in fin. not.  
 de offic. delega. & vltra ipsum per Ludo. ro. con. 11.  
 spectabilis domine. versi. quod autem. & per ipm.  
 Felin. in cap. olim col. 2. in fi. de accusa. per Panor.  
 in cap. venerabilis. in fi. & ibi addi. de iudi. p̄fici.  
 de put. in trac. sindi. cap. vtrum iudex. penul. col.  
 98. vlt. col. num. 30. Bellame. deci. quinta intit. de p.  
 cu. moder. in deci. concilij Neapo. 33. in fi. & 34. p.  
 dubio.

Pars altera se opponeret. Facit not. dictum in  
 in capi. cum. M. de consti. videlicet, quòd si duo arti-  
 culi non habétes ſe ut superior & inferior cognoscit  
 pariter de vna eadem q̄ causa, tenet processus cau-  
 la vtroque factus, nam ex quo ambo habent iurisdictionem  
 in illa causa, imputari debet parti non excipi-  
 ti, quod dictum ornat & ampliat ibi. Feli. col. 13. m̄.  
 ver. extra glo. cum ſequen. & notabilius per Bar. in  
 ſi duo patroni, in ſ. idem iulianus. in fi. ff. de iuriis.  
 vbi q̄ si articulus qui non debet admitti ſi per  
 iudicem admissus, ponēs exemplum, ſi in cauſa poſ-  
 ſectionis recuperandæ fuerit admissa probatio de do-  
 minio, & parti non fuerit data copia articulorum, &  
 non poterit ei imputari q̄ conſenserit, quia diuinare  
 nesciebat, poterit propterea poſtea, id est, facta pu-  
 blicatione opponere, & dicta testium non valebunt,  
 ſed

**E**t si aliquid poterit impudari, puta, quia permisit  
ad uicem post publicationem procedi ad aliquem  
et tunc secus, quia dicta testium remanebant  
ille cap. i. de ordi. cog. & debuit allegare cap. i. de  
est ipso. & Innoc. in capitu. per tuas. de testib. & ibi.  
et in columna duodecima. ver. primo est & ibi. qui  
us addi. vbi quod si pars permisit in causa conclu-  
sion poterit postea petere testem repeti, quia dolo  
el negligentia iudicis plene non deposuerat, vel no  
vit interrogatus, quod bene nota in practica, quia  
ab eis ritum conformem in hoc cum iure communis  
& Faciunt not. in glo. h. ante fin. de rescri.

**S**ecundam dilationem. Quando, scilicet, usus  
fuit aliqua diligentia in prima, prout ritus loquitur :  
E patet per verba in tali casu, alias non daretur secu-  
ta dilatio, nisi ex iusta causa, ut per Panorm. in capit.  
ex ratione. in fin. de appell. & in addi. in eun. in capit.  
aggestum. in litera, C. eo. rit. & in cap. ex transmissa.  
prescrip. per Iaso. in l. fi. col. 5. ver. venio ad secun-  
dam. ff. de seriis & dila per Lanfran. in repe. cap quo  
am contra. in ver. dilationes. de proba. & pro mate  
splete per Iaso. in l. admonendi. 4. colum. in fin. in le-  
to. ff. de iure iurian. & omnino per Barto. in l. 1. ad fi.  
de dila. per Feli. in cap. pastoralis. pen. colum. ver-  
sio per de exceptio. & per Specu. titu. de proba. in  
l. & per Panor. in cap. in causis. in pri. glo. & in c.  
tertiam. in prin. de test. in cap. licet no. 4. de pb.  
Tunc. Id est, quando fuit usus aliqua diligentia  
prima, alias non daretur secunda, & intellige ab  
e causa cognitione. id est, alia parte ad id non ci-  
ca, & de facto, prout not. Rom. consi. 248. hec sente  
Bart. consi. 72. punctus questionis. Feli. in cap. i.  
lum. 22. num. 35. de consti. & est text. in l. in causa.  
Icausa cognita. ff. de mino. quem all. Feli. in capi. i.  
olum. 8. versi. item. absolutio. de iure iurian. & not. in  
cap. cum ex literis. de in integ. restit. fac. no. per Lap.  
lib alleg. 61. circa. med.

**D**e noui ponere. Quæ sit noua positio seu ar-  
ticulus vide supra in Ritu 22. in 3. parte. 2. partis pri-  
ni glos. in ver. nouis probationibus. vbi etiam qualis  
et cognoscatur noua positio.

**C**itatos. Non dixit iuratos, innitendo equitatim,  
et supra dixi in glo. post dictam dilationem, & hoc est  
altra iuris rigorem.

**A**ntiquos. Id est citatos, seu pro iuratis habitos  
in prima dilatione, & infra eam non examinatos.

**S**imiliter ut supra. Id est, si fecit aliquam diligen-  
tiam, puta, citari faciendo nouos testes, positiones,  
seu nouos articulos presentando in ista secunda di-  
latione, alias post eam nouos nec antiquos examina-  
ri facere poterit, quod innuit verbuni, similiter. q. d.  
pro dictum fuit in superiori casu, & ab eo non dis-  
ferendo sicut in simili no. glo. in vers. dissimile. in l. iu-  
lian. ff. de condi. inde. quod etiam manifestius de-  
clarat verbum ut supra quod facit relationem ad su-  
perdicta. ut not. Barto. in l. prima. S. hoc edito. in fin.  
ff. de postula. quem sequitur Philipp. deci. consi. 384.  
yli. colum. ante fin. 394. numero primo. 227. colum. 2.  
numero 3. & censetur ista relatio fieri cum omnibus  
qualitatibus praecedentis dispositionis, ut not. Barto.  
in l. prima. ff. de receptio. in l. prima. S. fina. ff. si fami-  
lit. fecis. dica. & in l. si quis seruum. ff. de legato. se-  
quitur Philip. deci. consi. 377. col. 3. ante verticu. nec  
obstat. quod faciunt nota. in cap. secundum. equiris. de  
app. sed supra dixi secundum dilationem conceden-  
dam, si illam petens aliquid in prima fecerit. simili-  
ter ergo dicit, si aliquid in secunda dilatione fecerit,  
alias &c. Albericus Oliua.

**A**d examinari faciendū. Pro istis terminis dan-  
dis vel denegandis vide Specu. in titu. de probat. in  
princ. & ibi add. Ioan. And. in ver. secundum Egidii.  
in litera, C. & per eund. Specu. in titu. de. dilatio. S. vi-  
endum testat. versu. in summa. & capitu. licet. de.

Ritus Archiepisc.

probā. capitu. præsentiori. de testib. lib. 6. l. petendre.  
C. de temp. in int. resti. in quibus quod dare termino  
vtrique parti ad probandum hodie est usus pa-  
rum; & ibi inuenies verba istius ritus, & quod terminus  
datus reo ex iusta causa, seu actori, erit commu-  
nis aker sparti, per allega. l. petendre. in fin. & si fuerit  
statutus terminus ad probatum habendum, tunc dies  
præstiti iuramenti a teste; & dies depositionis edide-  
bet. Bald. in l. 2. colum. 3. post prihe. C. vt fin. pen. pro  
quo termino vide Philip. Franc. in capit. secundo de  
testib. lib. 6. in S. si vero. ih. princ. & pro differentia ad  
probandum & probatum habendum, vide decisione.  
Bellame. 715.

**F**uit impeditus. Not. quod oportet probari im-  
pedimentum vel diligentiam in termino simpliciter  
statuto, ut per Feli. in allega. cap. licet. column. 16. in  
print. de proba. & in capit. ex transmissa. in princ. de  
præsc. in cap. scisciratus. colu. 8. versi. oportet notum.  
de rescrip. & an. detur ista tertia dilatio pro tanto te-  
pore pro quanto fuit secunda, vide Feli. in capit. ex  
ratione. vlt. colum. de appell. & quod non sit danda  
medietas primæ dilationis vel secundæ, seu secundi  
termini, sed sit arbitraria ipsius iudicis cocluditur in  
dec. 124; in collectis per d. Mat. de Affict. & q. pro-  
bati debet vide Bald. in l. 1. col. 2. circa medium. C.  
de dilationibus. Albericus Oliua.

**A**N. Ad probandum. Nam in summaris datut  
terminus vtriq. parti ad probandum incumbet ex  
Bal. in l. fructu nu. 4. C. de probat. & Iaso. S. omnium  
num. 3. init. de action. Ab. Io. Hier. Camp.

**E**xaminari facere. Id pariter fit in Paul. de Cast.  
125 in l. nam & seruius. S. si viuotio numero quinto. ff.  
de negot. gest. Rot. decif. 73. licet in remissione; alias  
3. de testib. in nou. & melior est decif. 495. contra  
Rotam, seu 13. de probat. in nou. decif. 345. nota.  
quod vbi est datus, alias tert. de dilatio. in antiqua  
decif. 587. vtrum siue 26. cum sequen. de probat. in  
antiq. decif. prima. Bisignet. sub Rubr. de testib. Bell-  
lame. decif. 378. licet dicatur, & nouissime Feli. in  
capitu. licet causam à numero decimo nono. de pro-  
bat. & communem esse opinionem, adiungit Boëz.  
decif. 294. num. 20 quam tamen regulâ limitat quia  
que modis felia. loco citato; ita autem est carceris  
verior, cum est datus terminus ad probandum, &  
probatum habendum, præsertim si subiiciantur illa  
verba per omne genus probationis, ut inq. ipse met  
Feli. nu. 22. & 23. ac Romæ seruari per cautos. Procu-  
ratores, ut parti aduersæ prefigatur terminus ad pro-  
bandum, & probatum habendum per omne genus  
probationis, atq. etiam examinandum, & examinari  
faciendum testes ex aduerso, ut dicatur, inducios, &  
iuratos, hoc etenim constituto termino, nequitor  
iuratos post lapsum terminum examinare testes, nisi  
de iudicis expresso mandato, qui quicunq; re integrar  
illos examinari permittrit, præsertim quos in promptu  
haberet, teste Salustio Tiberio à cornetto in pract. al-  
dic. Rom. lib. 2. cap. 11. nu. 2. ex cuius dictis arbitror  
duo potissimum colligenda, alterum, q. testes in tem-  
po iuratos post examinerat absq; villa iudicis diligentia  
examinare post terminum, alterum, qd tam est terminus  
fuerit prefixus, cum illis verbis ad probatum ha-  
bendum, nihilominus tunc sit in arbitrio iudicis ex-  
aminatio testium, quiq; soleat; ex æquitate Roma-  
na Curia id concedere; & in Regno e dum iuratis,  
sed citati tantum in termino valcent infra triodium  
post terminum iurare; & testimonium ferre, con-  
cludit Ritus Magnæ Curie 149. Item quod in qui-  
buscumque, ubique non amplius in hoc seruato  
dispositio Ritus sexagesimus nonus. Quiniam dū  
hodie fiat publicatio cum termino oculo dienum ad  
recipiendum copiam processus, & altero termino  
aliorum octo dierum ad percontandum iuxta formam  
Regia Pragmaticæ, curru dilationum, quæ est 12.

D sub

# Ritus Vigesimusnonus.

R I T V S . XXIX.

sub Rubr. de ordin. Iudic. possunt testes examinari intra predictum terminum ad recipiendum copiam dummodo in termino citati, sed cum ex posteriori obseruantia omnium Curiarum, terminus statutus ad recipiendum copiam, quando sit publicatio, sit iudicii arbitrarius, & in eo liceat prefatos testes examinare, ideo inolevit practica, vt si sit publicatio eum termino tot dierum, prout iudicii melius videbitur, & cum reservatione infra eundem terminum examinandi testes citatos, vt affirmat Carav. allega.

Rit. 149. num 4. Ab. Io. Hier. Camp.

c. Poterit petere. Dummodo aliqua usus sit diligenter in prima ut constat aperte ex. S. sequen. in fine, præterquam si iusta intercesserit causa, vt inibi patet, & vtrunque concinit iuri communi non admittenti reintegrationem termini probatorij, si in termino ipso neutra partium aliquid fecerit, iuxta decis. Cáp. 81. in causa cum decis. sequen. & decis. 90. in causa Magnificorum, & consequenter nisi iusto detentus impedimento ex luculenta decis. Afficit. 50. Iudices; quod quidem impedimentum sacramento probatur, eo tamen in specie allegato, vt concludit Feder. de Senis consil. 114. super punto, Baldus consil. trigesimo tertio. Statuto caueretur post numerū secundum. volum. 5. Boer. decis. 294. & istam questio nem numero decimosexto, & succurrit textus in capitu. penult. de testib. quodd autem in hoc Ritus subiungitur. ne requiratur causæ cognitio in concessione secundæ dilationis, intelligitur absque partis citatio ne, vt probat Oliua supra nu. 9. Abb. Io. Hier. Cáp.

d. Dasetur tunc tertia. Secunda, & tertia dilatio in 14 Ciuiibus a iure dari permittitur capitu. 10 causis, & cap. penult. de testib. & S. quia vero in auth. de testib. in veraque autem requiritur iusta causa, ex gloss. prima. in adducto capitu. in causis, & gloss. magistra in 1. fin. ff. de seriis Alexan. consil. 101. vissis numero secundo. volum. 14. Qua non existente causa, non est alia danda dilatio, nam dilatio concessa ad probandum est de iure peremptoria, tametsi id non fuerit additum ex Bart. in 1. prima. C. de dilat. & omnes in citat. 1. fina. Aduent. Regul. 201. volum. primo, nisi tamen aliquo statuto, vel consuetudine plures concederetur, quia tunc, & seruanda foret talis dispositio, & a mente consideranda verba statuti, per las. in eadem 1. fina. numero 42. & Paul. de Castr. nume. quinto in fine, atque ideo obseruantia Curia Archiepiscopalis Neapoli. relata in hoc Ritu, est utique tenenda, & seruanda iuxta seriem, & tenorem, nempe cum iusta adest causa, sed prorogatio termini, etiam non prohibita tam subtili inuestigatione de causa iusta fieri potest de iure, vt Paul. de Castr. affirmat in illa lege fin. Specu. de dilatio. S. nunc videamus numero. 4. in fine, & las. numero quadragesimo secundo, versicu. quinto limita vbi subiungit rationem diuersitatis, quod finita dilatio est ius quæsumum aduersario, quod iudex auferre nequit, nisi accedente iusta causa, sed quoties nondum est finita, non est parti ius aliquod acquisitum, ideoque impedire potest, ne illi queratur, est verum, quod Boer. decis. 294. tenet, vt causa debeat concurrere etiam in prorogatione, & in Regno præsertim, quod illa requiratur, probat Marant. in suo specul. Iudic. part. 6. act. 3. post numne. 4. An vero sit danda quarta dilatio in causis summariorum, scribit Lap. allega. #2. in causa Matrimoniali, vbi concludit affirmatiuè, si bene considerentur eius verba, & inibi notat Quintil. Mandos. addit. prima in fin. Efin. in cap. in causis ante numerum 3. de testib. & elij adducti per Horatiu. Mandos. in suis addit. ad cōs. Roman. 225. tametsi Roman. in illo consil. & seq. teat negantem partem. Abb. Io. Hier. Camp.

I Tem datis articulis vel exceptionibus pars altera potest petere copiam pro faciendis interrogatorijs & etiam protestari quod non examinentur testes absq; interrogatorijs, potest tamen vicarius dare terminum ad dandum interrogatoria, & examinabuntur testes iuxta interrogatoria suæ deliter, & fiet commissio ad partes de examinandis testibus iuxta interrogatoria profata, & soluitur pro examinatione super interrogatorijs per illum qui ipsa dat: non tamen fieri solent super articulis repulsæ.

Item habita copia articulorum sive exceptionum b pro faciendis interrogatorijs præcluditur via amplius ponendi in causa ex quo didicit posita per alteram partem vnde pars quæ non habuit copiam intitulat partis alterius, poterit ponere de nouo prima & secunda dilatione, vt supra. Etum est.

S V M M A R I U M .

- 1 Copia Articulorum est danda aduersario & merito 14.
- 2 Positio probat contra ponentem.
- 3 Articulorum impertinentium tutius est illico discussionem facere.
- 4 Interrogatoria admitti nequeunt cum clausula uno iure impertinentium.
- 5 Depositio testis non interrogatis super interrogatorijs, redditur inualida & nu. 15.
- 6 Interrogatoria corrigere potest, qui ea presentantur.
- 7 Remissoria ad partes quando sit deneganda.
- 8 Examen alteri commissum subdelegari non potest.
- 9 Interrogatoria praesentans non contribuit in compensatione.
- 10 Repulsa fit contra testes, aut eorum dicta.
- 11 Repertorum copia quamodo danda.
- 12 Interrogatoriorum copia cum est data, practicatur via amplius ponendi.
- 13 Dilatio est concedenda ad danda interrogatoria.
- 16 Differentia que sit inter articulos, & exceptiones.
- 17 Differentia inter articulos, positiones, & capitula.

**D**ividitur ritus in duas partes principales, secunda, ibi, item habita copia, prima subdividitur in quinque partes. secunda, ibi, potest tamen. tercua, ibi, & fiet commissio. quarta, ibi, & soluitur, quinta, ibi, non tamen, in prima parte dat modum examinandi testes. in secunda principali præcluditur via recipiendi testes.

Copiam pro faciendis interrogatorijs. Adversas quod alia est copia capitulorum seu articulorum & alia copia positionum cōceruentium factum alienum, quia ista necessario dada est, & super ea debet pars prius respondere, si factum proprium continet, alias

dis nō, sed data prius copia, ut per Bal. in l. 2. col. 2. attra. C. vt lit. pen. facit cap. pastoralis. de iud. non sic le copia capitulorum, quia obmissa, poterunt testes copias, & ideo non est de necessitate tradenda. istam sententiam gustauit Iolus Bald. prout refert Feli. in ap. p tuas. col. 2. in fi. & 3. in prin. de testi. vbi expref-  
sa. tenet copiam capitulorum dandam p conficien-  
si interrogatoriis, sed non ipsorum interrogatoriis,  
vt euitetur occasio malignandi. Felinus ibi refert  
m. 3. numero tertio, & alleg. glo. in cap. præsen-  
tia. de testi. lib. 6. quem tex. non gustauit Fel. p illa  
sententia Bal. quæ glo. ponit formam p conficiendis  
interrogatoriis, in ver. interrogatoria, & formam pro-  
ficiendis positionibus, ac etiam articulis, seu ca-  
stulis, ponit gl. j. cir. me. ver. sed. dic. de confess. lib. 6.  
deformam articulorum ad, p bandū memoriam nō exi-  
tere in contrarium, gl. in ver. memoria. in c. de præ-  
cip. lib. 6. & quod posatio p partem facta pbet in fa-  
torē alterius partis, cōtra quam fuit facta. Phil. dec.  
cons. 445. col. 5. nu. 17. & similiter responsio facta per  
verbū, credo, in fauore conficiētis positionem, ibi-  
lem au. 1. 8. & per eū. in l. 2. nu. 8. c. de inst. & subst. &  
icet articuli seu capitula possint admitti saluo iure  
impertinentiū &c. qñ discussio super illis requereret  
morem indaginem, vtputa, qñ occuparet tantum  
tempus quātū requereret negotiū principale, vel qñ  
p presumpta malitia moueretur, vt p Fel. in ca. cum  
Bingat. col. 5. nu. 1. 8. de off. dele. & tutius eset illa  
primis & ante omnia discuti. ne partes vexentur  
iboribus & expēsis, prout ita Romæ fieri attestatur  
phil. dec. in c. in noīe. col. pe. in fi. nu. 35. de testi. &  
index non debet pati q super impertinentibus testes  
xaminantur, prout dixit Bal. in all. c. p tuas. per text.  
l. si duo patroni. S. idē iulianus. ff. de iure iu. prout  
refert Fel. in alle. c. per tuas. col. 3. nu. 4. & si sunt appa-  
entes impertinentes q nullatenus, etiam cum illa  
lausula, saluo iure impertinentium, admitti debeat  
at. in all. l. si duo. S. idem iulianus. nu. 33 ff. de iure iu.  
ibi Pau. de Ca. p gl. alle. c. cū contingat. tñ interro-  
gatoria ante oia discuti debent, & nō possunt admitt-  
, saluo iure impertinentium, vt p Inn. in alleg. c. per  
ias. quē sequtur ibi Fel. col. 2. post prin. de testi immo-  
nate oia debent superflua refecari. Panor. ibid. col. 3.  
q testis non fuerit super interrogatoriis interrogato-  
res negligētia seu dolo, nō propriea depositio erit  
nulla, licet parte instantē valeat, et post publicatum  
up illis repeti Spe. in tit. de teste. S. iam de interro-  
gatoriis. ver. itē caute. & Io. An. in all. c. pfhitum. per tex.  
all. c. per tuas. quo refert & sequitur Alex. cons. 172.  
col. pe. ver. præterea. vol. 2. ac ēt si in cōmissione dica-  
tui. q testes recipiat, & illos secundū interrogatoria  
partis aduersus interroget, iuxta tex. alle. c. præsentium.  
S. testes ēt. & interrogatoria minime reperiantur, de-  
positio non tenet. Old. cons. 323. inci. circa primū.  
ver. circa terciū. & qui interrogatoria p̄sentauit si vult  
ea corrigeret, poterit. Bal. in l. edita. col. 20. i 2. lec. ver.  
merdū cōtingit. C. de eden. & q superflua debeant  
refecari, Bar. post gl. alle. c. præsentium. in l. 1. col. 3. in  
prin. ver. & hoc iduco. ff. si cer. pe. vbi cōcludit quod  
interrogatorum factū testi, deponens super mutuo  
vt respondet, quid sit mutuum, dicitur legitimū,  
& quod de iure procedat: & cū vt plurimum interro-  
gatoria veniant inclusa in remissoriis, no. quod q̄  
calūnione petitur ad partes remissio, iudex eam con-  
cedere non debet. Feli. in capit. decētero. 4. col. de re  
iud. & in exceptione opposita in vim dilatorię, quod  
non concedatur remissoria. Philp. Fran. in cap. 1. col.  
5. in fin. de lit. contest. lib. 6. & iudices remissorie non  
absoluunt testes excōunicatos ad cautelam, p illis  
examinari faciendis, si expresse talis facultas eis non  
fuerit cōmissa. Fel. in ca. præterea. col. 3. ante fi. de of.  
dele. facit. cap. veniens. lo. 2. in fi. de testi. de quo vide-  
tur dabitur Old. con. 145. in princ. & illa concessa,

ac facta absolutione excōicationis, vt valeat testis de-  
ponere, de consuetudine Ro. cur. postquam deposue-  
rit testis, statim reincidit in prūtinam excōunicationis  
sententiam, vt p scrib. in all. c. veniens. lo. 2. de  
testi. in fi. quos refert Philip. dec. cons. 145. col. 3. ver.  
quarto bene. & possunt tales iudices recipere, & fa-  
cere interrogatoria, dū examinant testes. Inn. in cap.  
cum bertoldus. in ver. in aliis. de re iud. Fel. in alle. c.  
præterea. col. 3. Ias. in l. cui iurisdictio. col. 2. nu. 8. ff.  
de iuris. om. iu. & in causa criminali ēt dabūtur inter-  
rogatoria. Bal. in l. legis. virtus. ver. quæro an. ff. de le-  
gi. & si testes infra terminum in remissione statutum  
jurauerūt, & post terminum deposuerint, tenet depo-  
sitio. est deci. Ro. 73. Inn. & Bellam. 378. & isti iudices  
cōpellent nedū testes, sed partiū confessiones instru-  
menta, & alias scripturas recipient. deci. Ro. 585. in-  
ci. decreta remissione. in anti. & ante lit. conte. audi-  
tor non decernit remissoriam, ēt si ex causa necessa-  
ria petatur. deci. Ro. 367. no. quod posito. in anti. &  
practicatur in Ro. quod remissio ad partes expeditur  
sive plūbo, siue habita commissione sub sigillo Audi-  
toris, & si habita fuerit cōmissio quod decernarūt, cō-  
tabitur pars ad concordandū de loco, & de iudicibus,  
& deinde, ad dandū interrogatoria & audiendū in-  
cludi articulos, & ad videndum iurare portitorē, &  
no. qñ fuit decretā remissoria sub plūbo iudices in  
ea cōtentū sunt delegati, & possunt subdelegare, sed  
nō cōsocio ab altera parte electo. ita Spe. in ti. de off.  
dele. s. sequitur. in prin. quē refert & sequitur Panor.  
in c. fi. in prin. in gl. j. eo. tit. de off. dele. vide oīo. de-  
ci. Ro. 258. in no. lecus qñ sub sigillo Auditoris, quia  
tunc sunt subdelegati, & non possunt subdelegare.  
c. pastoralis. cap. venerabili. c. fi. de off. dele. c. cū cau-  
sam. de app. la. iudice. C. de iud. & si fuit decretā sub  
plūbo, Auditor non poterit in illa causa decētero se  
intromittere, sine noua cōmissione pp appositionem  
manus summi Pontificis. ca. vt nostrum. de app. Phil.  
dec. in cap. cum M. in fi. de const. Soci. cons. 39. col. 5.  
num. 24. vol. 4. Cald. cons. 7. de præb. quæ nō sine ali-  
quali studio collectā no. in pract.

¶ Protestari. Per istam tñ protestationē non an-  
nullabitur actus cōsequutiuus ad factū, vtputa quod  
testis post prestationem depositio non teneat, si ex-  
aminabitur sine interrogatoriis, vt in præce. gl. fuit cō-  
clusum, ibi, & si testis non fuerit, rō, quia talis proce-  
ssatio non dependet a potestate protestantis, sed iudicis,  
& notarij, depositionem testis recipientis, vide  
Ant. de burr. in cap. cum M. col. 19. ver. tertius casus,  
& alios scrib. de const. sed poterit instare vt etiā post  
publicatum in causa testes repertantur, vt in præcedē  
ti glo. fuit conclusum.

¶ Dare terminum. Parte. s. petente. vide gloss. in  
versicu. præcipit partibus supra in situ s2. in 2. parte  
princip.

¶ Fideliter. Alias etiam post publicationem ad  
partis instantē interrogabuntur. capit. per tuas. de te-  
sti. qui text. non habet locum quando culpa partis  
non fuerint perfecte examinati. ita Inn. ibi, puta quia  
non articulauit perfecte, vel nimium obscure, vt per  
Ange. in l. veluti. ibi, & est argu. ff. de edend. allegat.  
Specu. in titu. de teste. S. latiss. vitiliter. versi. pen. quem  
refert. Felin. post Bald. in cap. 1. quid sit inuesti. in al-  
leg. cap. per tuas. in fine.

¶ Et si cōmissio. Iuxta tex. in capitu. præsen-  
tium. de test. libro 6 cap licet. de probat. capitu. con-  
stitutus. de fideiuss. clem. prima. de offic. deleg. &  
not. quod is cui committitur scriptura examinis nō  
potest subdelegare, sed si committitur quod ex-  
aminet, poterit subdelegare. Felinus in capit. cum  
Bertoldus. colum. septima. versicu. de subdelegatio-  
ne. de re iud. & ratio est, quando committitur scriptu-  
ra examinis, quia committitur tunc certum ministe-  
riū, & uidetur electa industria psonæ. c. fi. de off. del.

# Ritus Trigesimus.

& similiter q̄ sit cōmissio p̄ verbū, pr̄cipimus, non poterit subdelegare. I. o. de imo. in cle. fi. col. 2. ante fi. de procu. Fel. in cap. nam concupiscentiam. col. 2. in fi. ante nu. 8. de const. & non intelligas ritum in causa criminali criminaliter intentata, quia tunc regula riter non fieri cōmissio, auc. apud eloquissimum, C. de fi. instr. & in auc. de testi. S. & qm & S h̄c oia. quę iura alle. gl. in ver. iure. in ca. 2. de iudi. lib. 6. & ibi tex. in ver. alteri committi. & glost. in ver. ciuili. in clem. i. de offic. deleg. p̄zalle. nisi persona examinanda non posset venire ad iudicem, vel essentis in causa h̄eresis, vel testes essent extra prouinciam, & fieret cōmissio iudici illius loci, vt sua auctoritate & iurisdicione illos recipiat, vt vna iurisdictio altera iuuetur, in causa vero ciuili seruabit ritus, pro quo est text. all. capi. 2. de iudi. lib. 6. & cle. 1. de offic. delega. & facit quod voluit Io. And. in cap. p̄zendentium. in glof. 1. de testib. lib. 6. p̄zalleg. dicens talem remissionem esse in arbitrio iudicis, per no. in alle. S. & quoniā. in auc. de testi. & ordinarius sua auctoritate, vt supra illos recipiet, si cōmissio facta fuerit ab ordinario, secus si auctoritate delegati apostolici, quia auctoritate dē legata per ordinarium recipiuntur. c. constitutus. in fi. de fidei. c. statutum. S. pe. de rescri. lib. 6. quando tñ talis fieri cōmissio, fieri debet notario vt nudo minister. c. fi. in fi. p̄zal. de offi. de le. examinatis prius articulis an sint admittendi, & interrogatoriis an sint superflua, quia talia non committuntur norario, vt p Panor. in c. qm contra. col. 18. de prob. Lap. all. 46. inc. in causa matrimoniali. & plenissime p̄ Doct. in cap. cum causam. de testi. in p̄zall. c. constitutus. & ca. 2. de iudi. lib. 6. & cle. 1. de offi. deleg. vbi q̄ notarius nō potest sibi scribere commissionem sibi a iudice factā pro testibus examinandis. Panor. post Hosti. in all. c. qm contra. col. 17. & est pro hoc decil. sacri conci. in collectis per d. Matt. de Affl. dec. 317. & fieri talis cōmissio, siue testes sint in eadem prouincia, siue non, cum hodie singulæ ciuitates habeant eorum regimēta, vt per Panor. in alle. c. cum causam. de testi. quem refert & sequitur Franc. de Are. consi. 82. inci. factum super quoppetitur. col. vlt. ver. circa quartum. subiungens q̄ in his commissionibus fiendis attenditur cōsuetudo illius ciuitatis in qua de causa cognoscitur, & siendam esse cōmissionem iudici illius ciuitatis, vt testes ad iuramenta & dicta recipiat, & monendā partem aduersam contra quam testes producuntur, vt certa die sit coram illo commissario ad videndum iurare testes iuxta formam traditam in l. iudices & auct. apud eloquentissimum. C. de fi. instr. & plenius per Spe. in tit. de teste. S. qualiter autem. ver. cōmissio receptionis. consti. reg. in pecunia. vbi glo. in ver. a partibus. dicit. q̄ de partium consensu debet elegi ille qui testes recipere debet. & clarius per And. de Iser. in cap. 1. S. q̄ si veritatem. ver. cōstitutio reg. si de inue. int. do. & vaf. lis ori. vbi quod de partium voluntate fieri cōmissio, alias non; & esse potest ratio, quia regnum est vna prouincia, vt per eun. in constit. reg. conlueruditinem. in prin. confirmat Luc. de penn. in l. fi. C. de discuss. lib. 10. fol. mthi 48. & est vñupacum q̄ reluctante ciue Neap. q̄ si litigatur cūm non ciue, q̄ non fieri cōmissio ad partes, sed transmittitur commissarius, prout fit in causa feudali, per alleg. consti. in pecuniariis, & idem fieri si litigaret Neapolitanus cum Neapolitano, quia priuilegiatus vitetur priuilegio contra priuilegiatum, q̄n vterq; priuilegiatus nō concurrit habitu & actu cū altero priuilegiato, vt si ecclesia petit se restituī in integrum aduersus aliam ecclesiam, licet omnis ecclesia possit restituī, quia nunc illa quaē petit restitutionem aduersus alteram, concurrit actu & habitu in vñ priuilegiij, & altera habitu tantum, non propterea impeditur ecclesia quin aduersus alteram ecclesiam vitetur priuilegio, quia pariter est priuilegiata: quod est no. pro intelli-

gentia illius regulæ, priuilegiatus non vitetur primo contra pariter priuilegiatum. de quo plene Felin. in cap. in p̄zentia. colum. 15. ante & post merū zo de proba. & per Alexan. in l. marcellus 4. numero quinto, ad senatus consul. treb. & ritus statuit commissionem fieri ad tollendas vñ altercationes Docto, quas in p̄zallegatis iurib; rendo inuenies,

9. Qui ipsa dat. Contrarium est de iure conni, quia dans interrogatoria, super quibus vult examinari, non debet ad expensas contribuere, tio est, quia non ipse producit testes, & dato pars interrogatoria non daret, iudex tenetur ille cere. cap. cum causam, in princ. capitul. vñ venerab. testi. l. 3. ff. eod. in princ. subit enim pars labores, cūm sit magis in facto certus. capi. ab excommunicato, de rescrip. glo. in consti. quisquis de burgibus, in fi. Iser. in cap. 1. S. quod autem dicit. col. ibi, in proprio facto. de controuer. inuesti. P. deci. consi. 402. colum. 4. versi. yenio ad secundum prouocatur dans interrogatoria, & ad defens. vrgetur. faciunt not. in l. cum inter. ff. de cond. nō. expresse Ioan. And. in addi. Spec. intit. de qualiter autem. col. 4. in gloss. in versi. quonia tera. P. sed ritus forte considerauit labores sc̄ & actuarij, quia hodie communiter usurpat quod iudex de raro interuenit in examinationem, & omnem labore supportat actuarium, cū muniter sit cōmissio, vt in p̄zec glo. fuit consum, ac etiam vt relueat actorem seu producunt articulos vel exceptiones, ne bis soluat & pro aliis seu exceptionibus & pro interrogatorijs.

10. Repulsc. Et merito, quia aut repulsantur & depositiones testium, aut ipsorum testium pñz, vt per Felin. in cap. licet dilectus in princ. de quem tex. non esse alibi referit ibi Ioā. And. dicit & non articuli, quia contra eos dantur obiectus per glo. in cap. p̄zendentium. io. S. si vero. in ver. classificatione. de testi. lib. 6. quę alle. c. vt circa. de eod. lib. & citatur pars in admissione vel repulscionis articulorum, & ab admissione vel repulscionis titut appellatio, vt per Philipp. Fran. in alleg. c. S. testes. in glo. in ver. productos. & per Old. col. inci. principium est. & quia h̄c non seruantur in Archiepiscopali Neapolitana dixit ritus, non repulsa super articulis, vel & verius, non repulsa super articulis, quia non datur terminus mul ad probandum & reprobandum, vt per Phil. Fran. in alleg. cap. 2. S. testes. in princ. dato enim minimo ad probandum datur hincinde copia articulorum pro confidiendis interrogatorijs, vt fuit contum supra in ver. copiam. hoc eodem ritu. & per franc. in alleg. S. testes. vers. tertio queritur. non conueniens formare interrogatoria & repulsa mul, vt de se patet, cum reprobari debeat, & post publicationem, vt per glo. in ver. publicata, sicut video in teste. in cap. de testibus. cap. p̄zente ex parte, A. de testi. ideo non est tolerandus ab in eadem curia, quod si inquisitus petit copia ritorum, nolunt eam trade re cum nominibus &

11. gnominibus, prout est iuris, & fuit conclusum Docto. & pr̄cipue per Pet. de Anc. not. 20. in cap. qualiter & quando lo. 2. de accusa. per illum tex. Bald. in l. 2. no. 2. C. de eden & suo consi. 95. volumen nisi habeat testes profilo receptos & examinatores iuxta text in capitul. secundo p̄zallega. in S. fiv. de testib. in 6. pr̄o iuratis & repetitis, & tunc traditur copia repertorum & capitulorum cum nominibus & cognominibus, & fiant exceptiones per inquisitum, & articuli pro repulsa, & simul proceditur in eodem termino ad examinandum, & repulsum contra testes & dicta eorum pro fisco, & talis abusus ordinem peruerteret iure traditum.

**a**maragu. cap. exhibita. de iud. merito delendus ab Ius ut iura seruentur: quæ in isto casu semper serari, contempto tali abusu. & pro materia istius rebus uide all. c. licet dilectus. c. præsentium de test. & lib. franc. in alleg. ca. 2. S. si vero. & an & quando adiutatur post publicationem quis ad reprobandum cū ramento, de quo in alleg. c. præsentium. vide Felin. cap. significati lo. 1. circa med. de homi. & p. Lan- nc. in repe. cap. quoniam contra. in versic. testium. l. 1. 2. de proba. & quod p. motori seu accusatori con datur repulsa contra testes inquisiti seu accusati, li non detur fisco. Par. de pu. in tra. find. fol. 5 7. col. j. cap. & aduerte. circa med. & formam pro faciēdis ticulari, in repulsa, vide per gl. in ver. nomina alle. S. tes de test. lib. 6. vide rit. 33. infra.

**¶** **H**abita copia. Response prius facta super articulis, id est, postquam super articul s seu exceptionibus partis alterius deposuerit, secundum Bal. in l. post med. C. vt lit. pen. quem refert & sequitur Phil. franc. in cap. 2. S. testes. ver. tertio quæritur. de te lib. 6. & alle. Spec. in tit. de teste. S. qualiter. ver. de & S. nunc dicendum. ver. sciendum, quod non natur in curia Archiepiscopali Neapolit. nisi parte sua petente, sed passim petita copia articulorum exceptionum consignabitur cū termino ad conditum interrogatoria, & si altera partium recipiue articulos seu exceptions, ante quam prædicti articulos seu exceptions suas præcluditur si ea amplius ponendi, prout ritus dicit, & sepius practicau, & practicari in dicta curia vidi.

**E**x quo didicit posita. Ita est ratio decidendi, iu nformis. nam si non didicisset ponere, & testes producere posset. glo. in ver. publicatis. in clema. 2. de & quæ alle. Bert. in cap. constitutus. lo. 1. cod. tit. & plene. quæ iura loquuntur didicis testificatis, l. ritus loquitur didicis positis, iuxta no. in capit. ternitatis. de testi. ne ponereret de directo contraria, vt per gl. in ver. directo contraria. in alle. cle. 2. testi. & per Felin. in capit. cum Ioannes. col. 7. ver. & coram. de fi. instr. Albericus Oliua.

**N**. Interrogatoriis. Ampli interrogatoriorū mājā in breuibus ac vtilioribus quibusdam conclusio nes perstringere, hoc loco enitar, ac primum qui mājā concedendam esse dilationem ad dandum interrogatoria, iuxta formam Ritus probatam de iure comuni, ex his, quæ scribit Magon. in decis. Lucen. in causa post num. 14. & 19. ita tamen, si pars illā cierit, vt inquit specul. in Rub. de test. S. iam de interrogatoriis num. 1. hanc autem dilationem prædicta debet copia articulorum alteri partitradita, vt eis (iuxta Ritu) valeat elicere interrogatoria ta edifici Regno apud forum laicale talis copia non estur, per ea quæ scribit Afflīct. decis. 33. postquam sit num. 3. de Franch. decis. 220. num. 3. & Carauit. l. 79. item quod quandocunque num. 12. subne cens intellectum ad Pragm. Regni. 8. exordientem, in una die, sub Rubr. de ordin. iudic. quæ primo aspe uideatur contradicere; ipsa vero interrogatoria quā aliam ob causam fieri, ius commune permittit, tam ad detegendam falsitatem, atque testes vacillant, aut in aliquo ex illis decem prædicamentis vacillant, quæ subtiliter Bal. annotauit. in l. testium. C. de lib. ipsorum tamen non est danda copia aduersario, ne testes examinandi instruantur ad falsitatem, Abb. & Felin. affirmant in capi. per tuas. nume. 10. et testib. Aelxand. in l. is, apud quem nume. 4. C. de den. & Bald. in sua Marga. verbo interrogatoria, ei primio, quod si iudex omiserit testes examinare sup interrogatoriis, non vtique ob id redderetur examen inefficax, sed tursus essent repetendi ad instantiam patis super interrogatoriis, etiā post publicationem, vi consultus Alex. respondit consil. 17., vissis nume. 9. volum. secundo, & consil. 41. volum. 4. Reliqua de

interrogatoriis prætero, quia complectitur specul. in titu. de teste. S. iam de interrogatoriis, Doctor in c. presentium de testib. & libellorum ille Architectus Io. Petr. Ferrar. in forma. iuramenti testium versi. potest, ante num. 5. cum sequent. vbi Ziletus multa cumulat. Ab. Io. Hier. Camp.

**b** Articulorum, siue exceptionum. Aduertendum 16 est ad intrinsecam differentiam, quam videntur contineere huius Ritus verba; Item habita copia articulorum, siue exceptionum pro faciendis interrogatoriis, nam articuli propriè dicuntur, quos actor præsentat, super quibus sunt examinandi testes. exceptiones vero illæ, super quibus intendit Reus produce re testes & examinare. Quibus etiam verbis in simili vtitur Ritus Mag. Cur. Vicaria 1 o. Item quod infra, vbi Carau. in princ. hanc tradit differentiam, & Glo. in constit. Regn. lite legitimè contestata, vers. propo nat. in Regno tamen, quia nulla est vis in nomine, eo quod illius Controversia est pertinacibus derelicta, ideo ambo subiungunt ex communī vsu tam articulos, quā exceptions appellari, quantum actor tū Reus exhibet continentia id quod ipsorum quilibet probare intendit per testes aut scripturas, atque ita plurimi illis promiscu vti, quod etiam facetur Petr. Iacob. in sua pract. sub Rub. de constit. pecun. ver. itē possunt dici, & de Franch. decis. 220. num. 9.

**17** Ipsa autem articuli differunt sive à positionibus, & capitulis. nam capitulum est nomen generale cō plectentis tam articulos, quām positiones: inde terminus datus ad capitulandum, intelligitur datus ad pondendum, & articulandum ex Bal. in l. generaliter. S. sed iuramento post num. 5. C. de reb. credit. quo quidem vocabulo solent cōmuniter ac frequentius vti iudices inquirentes de criminis contra aliquem per cap. qualiter, & quando el. 2. S. debet. de accusat. articuli vero subsequuntur positiones, eo quod positio est pars intentionis ponētis, continens id, super quo ille perit ab aduersario responderi ex Bal. in d. S. sed iuramento nu. 7. atq; ideo illa fit per verbum ponit, ac respicit confessionē partis aduersorū, vt ponens eximatur ab onere pbandi. si illa confiteatur, quod in positione narratur ex cap. statuimus de confess. lib. 6. & spec. in tit. de posit. c. 2. nu. 1. articulus aut explicatur per verbum probare intendit. vt per testes, vel scripturas suam probet intentionē, si ea aduersarius negauerit, quā propterea ob causam cōuenit prius fieri positiones, ad quarum probationē detur terminus, illisq; negatis concedatur aliis ad producendum articulos, Zabar. cle. sape. S. & quia nu. 13. ver. 7. quero, de verb. sig. Bal. in l. 2. S. qd obseruari post nu. 25. C. de iur. iu. prept. calum. sed in Regno p. Prag. 8. de ordin. iudic. vna simul fiunt probationes & articuli, inde exorta est cōis practica curialium dicentium in articulis, item ponit, & probare intendit, iltis etenim verbis admonemur intentionem articulantis esse, vt ipsi articuli substinent locum positionum, si aduersarius confiteatur in ipsis contenta, sin minus articulo rū vices gerant, ac super eis ualeat testes examinare, aut scripturas producere, ex scriptis p. Zab. in adducto S. & quia nu. 6. alias permultas differentias inter positiones, & articulos scribunt Troyf. super d. Pragma. 8. num. 3. & Magon. decis. Lucens. 45. nume. 17. ex quibus apparebit præ ceteris, quorum resolutio verior sit Rotæ, scilicet, Genuens. in decis. 6. c. nu. 5. & aliorum affirmantium ponentem censerter fateri contenta in positionibus, an Zuccar consil. 12. nume. 13. affuerantis contrarium? illud demum in hac re per necessarium non omittam, quod articuli imperinentes sunt reliendi, ex omnium resolutione, qd tamen aliqui credunt, vt admittantur cum clausula, salvo iure impertinentium, & non admittendorum per Afflīct. deci. 33. postquā, & Guid. Pap. decis. 347. tam de stilo, idque intelligitur cum iuste dubitatur D 3 ita,

# Ritus Trigesimus.

ita, vel ne sint impertinentes per Hostien. Ioan. And. Bald. & Anto. de Burr. post glo. in capitulo cum contingat de officio delegati. quos sequitur Gram. decis. 45. in causa nu. 5. & Vestr. in praxi Roman. lib. 5. cap. 14. nu. 6. nihilominus tutius esse existimo cum oliya supra nu. si Iudex praedicta minimè vratur cauta. sed prius super impertinentibus, atq; antequā testes exāminentur disceprationem admitteret. Quia partibus ipsis magis expediret, ne tot immensis sumptibus vexentur. vt scribit Angel. in l. speciali de rei vendic. & Anton. Grauat. ad Vestr. in adducto capitu. Jonu. 26, hoc tamen non potest loçum habere in Re gno. De Franch. decis. 220. nu. 3. eo quod in ipso non datur parti aduersaq; copia articulorum, vt dixi supra post num. 14. cū tamen illorum impertinentia potest facile apparere ranc sane iudex omnino debet illos respuerē, nec aliter dicta cum protestatione admittere, vt illic Gram. addit. Dec. consi. 161. post nu. 1. & c. in nomine domini nu. 35 de testib. & Mis. in lib. obseruat. centur. 2. obseruat. 90. impertinentes autem cēsentur quoties directe, vel indirecte ad causam non pertinent. test. Nouit. super Prag. Contingit, quæ est. 12. nu. 4. de ordin. Iudic. Vbi subiungit differētiā inter articulos penitus impertinentes, & aliquatenus impertinentes, sed positiones impertinentes q; sunt, aut quando admittend, quibusue debeat aduersari responde, & renuens quomodo compellendus scribit late Troys. super Prag. 8. de ordin. Iudic. & Anton. Grauat. ad Vestr. lib. v. capitu. 14. numero 18. Abb. Io. Hier. Camp.

## R I T V S XXX.

**I**tem quando extra ciuitatem committitur testium & receptio, non exprimuntur nomina testium examinandorum, nisi coram commissario, quod etiam seruat curia romana.

## S V M M A R I V M.

- 1 Nomina Testium examinandorum coram deputato non exprimuntur coram committente.
- 2 Commisso vel deleg. quid importet si sub nomine proprio fiat vel Dignitatis? & nu. 6.
- 3 Examinatio testium committi à iudice prohibetur.
- 4 Testes sunt per iudicem examinandi
- 5 Remissoria vbi non concedatur nisi ante sit exhibita nota testium nomina examinandorum continens.

particularē & in individuo de hoc demonstrarem, &  
cum delato libro legissem coram pluribus, causauit  
mihi magnū honorem, sed parnum lucrum quia pro  
paupere interueniebam absque salario. & addidi do-  
ctrina. Pet. de Anc. in ca. ab eo. 4. no. de app. lib. 6. & no.  
illud, videlicet, quod lapsus termini inducit deser-  
tionem non habere locum in beneficialibus. quod  
qualiter intelligatur vide omnino per Fel. in cap. cū  
sit romana. in fi. de ap. & si in curia romana negabitur  
appellatio, an dabuntur remissioriæ ad partes ad pro-  
bandum, Panor. in cap. 1. in fi. de app. & qualiter fieri  
debeat fides de appellatione, glo. in ver. nec suffi-  
cient. in cle. constitutionem de elect.

¶ Pro Apostolis. Non intelligas de Apostolis Pe-  
tro & Paulo, sed de literis dimissoriis. ff. de lit. dimis.  
I. vna. ff. de verb. sign. l. dimissoriæ, ita per ista iura di-  
xit glo. in ver. petat. in cap. cordi. de app. lib. 6. & ipso-  
rum aliqui dicunt conuentionales quando pars ad-  
mittit appellationem iudice refutante, vel tacente,  
vel extra iudicium. cap. s̄. p̄. cap. oblatis. de app. aliq.  
testimoniales, quia testificantur de appellatione co-  
ram iudice vel honestis personis interposita, & paru-  
differunt a primis: aliqui dimissoriij, quibus demon-  
stratur iudicem appellationi detulisse, & sic appellâ-  
tem a sua iurisdictione dimisisse, & ad iudicem ad  
quem, remisisse. cap. ab eo. 2. q. 6. ca. cordi. de app. lib.  
6. aliqui refutatoriij, quibus declaratur iudicem non  
detulisse appellationi interposta. aliqui reuerentia-  
les, quia pp reuerentiam superioris defertur. de qui-  
bus ultimis duobus, in alleg. cap. cordi. de app. lib. 6.  
& continere debent Apostoli, quis appellat, a quo  
appellat, contra quem appellatione interponitur, & ad  
quem, & sup quo, & causam quare appellat, & an is

a quo appellatur deferat vel nō, & quare, vt patet  
alleg. l. vnic. ff. de lib. dimiss. cap. post appellatio-  
nem. q. 6. l. sciendum. ff. de app. reci. vel non. & dicunt  
Apostoli ab epi., quod est supra, & stolon, quo  
missio, quia est litera missiva ad superiorem, vt  
ex p̄missis. vide glo. in l. præses. & ibi Albericus  
app. Archi. in c. funda. de elect. lib. 6. pro  
omnibus & diuersis eorum formis vide Spec. i.  
de app. in 4. parte. S. sequitur videre. & per He-  
sum. tit. de app. S. dicentur autem. & cōmunitate  
dicatur quod dentur expensis appellantis, quod  
glo. in versi. oblatis. in clem. quamuis. de app.  
dixit dari expensis appellantis, videatur argu-  
trarium. quod reprobatur, vt Zaba. in alleg. de  
quamuis. §. verum not. 3. & ratio esse potest, q.  
gulariter qui petuit aliquid fieri soluit glo. in l. i.  
versic. agnolcere. C. de erga. mil. anno. lib. 12.  
in l. generaliter S. de presentibus. post med. C.  
credi. Felin. in cap. 1. colum. 4. post med. de lib.  
la. Archi. in cap. cauendum. x. q. 3. Alexand. & i.  
venditores. ff. de verborum obliga. Philip. de  
bone. colum. 2. versi. septimo not. de app. & li-  
dex teneatur apostolos tradere, vt in alleg. de  
di cap. ab eo. de app. lib. 6. clem. quamuis. pra-  
tamen intelligitur expensis petentis. Bart. in b.  
ff. de re. diui. per glo. quam facit sing. l. illici.  
ff. de offi. præsid. vt tradit Felin. in alleg. cap. 1.  
& Zaba. in alleg. S. verum. not. 3. & quod dant  
pro Apostolis. Zaba. in alleg. clem. quamuis. §.  
q. 2. in fi. de app. Philip. Franc. in cap. 1. S. in qu.  
versi. hodie tamen. eo. tit. lib. 6. & si in traditione  
stolorum Iudex dixerit, do tibi terminum ad  
dos apostolos dierum decem, vel ad audiendi  
sponsum, & postea quandocunque, illa adieci-  
cunque, intelligetur, si decennium prorogaeret  
in cap. mandatum. in fi. de rescrip. Philip. Fran.  
personas. & ibi Felin. colum. 3. in fin. nume. 1.  
pel. & vide no. in prox. præced. glo. & plene p.  
norm. in cap. bone. colum. 2. versi. quinta diffe-  
de appella. & per glo. in versicu. Apostoli. in  
eo. titu. Albericus Oliua.

2 AN. Ad recipiendum copiam. Oliua.  
8 Ritu in princ. cumulat plures textus, & audi-  
quibus de Iure nititur probare assignationem  
termini. Qui tamen, vt arbitror verba faciunt  
mino ad comparendum cōram Iudice, ad quod  
simil cum actis, & munimentis, non autem de  
no ad recipiendum copiam actitati processus  
Iudice à quo, & cuius hic sermo est, eius au-  
fallor meminit Glos. in constit. Regni appelle-  
tempora, vers. infra quod, & Carau. super R.  
item si appellans post num. 3. ambo affirmat  
de Iure communione non erat constitutus certus  
nus ad se præsentandum post habitam Copia-  
cessus, & Apostolorum Iudici, ad quem, sed  
erat statutus terminus triginta dierum, infra q.  
nebatur copiam actorum, & apostolorum re-  
Iudice appellationis Ab. Io: Hier. camp.

b Copiam processus. radicitus rem hanc per  
do recordor quod lata sententia lex induxit a  
tionis remedium cuicunque ex litigatoriis  
9 uatum scienti, iuxta. l. 2. ff. de app. sed quando-  
uè modo, aut quibus concurrentibus illa fieri  
ti, aut discuti debat, explicarunt copiose Ve-  
praxi lib. 7. cap. 3. Grauat. in annot. Guid.  
decis. 436. cum materia, & Maran. in suo spec.  
dic. par. 6. actu. 2. ex quibus pauca quedam, ac  
liora feligam ad hunc ritum spectantia, ac p.  
quod illa non nisi infra decēdium interponi pos-  
per auth. hodie C. de appellat. c. significauerunt  
stibus, & c. concertationi de appellat. in 6. nec  
infra triginta oportet petere Apostolos; eos queri  
pere per c. ab eo. q. de app. in 6. vbi glos. in verbo  
gind

# Ritus Trigesimusquintus.

32

int dies, cum seq. affirmat tempora petendorum postolorum currere, exordit iuxta cum tempore applicationis interponend, & consequenter a sententiis quibus astipulatur tex. in c. ei qui. S. iudicibus 2. i. p. 6. & I. iudicibus. C. de appellat, & est communio opiniu quam attestatur Guid. Pap. alleg. decis. n. hoc tamen iuxta communioem, & crebrius recente distinctionem, si prolat a sententia notitia habet, vt concludit Marant. indicato loco nume. 220. Grauat adducto. c. 3. num. 65. & Rot. decis. 29. fuit statum, siue v. de appellat in nou. quibus tenet index infra eundem terminum respondere, & coe, vel dimissorios, & reuerentiales, vel refutato, vt inferius luculentius scribam, ex quibus liqui atet Apostolos non esse necessario petendos in lo appellatorio, rametsi de consuetudine admittit, vt in eo petere liceat appellanti, immo rigor ille requiens illorum petitionem congruo loco, & pote instanter sepius, ac diversis vicibus, immatis fuit, idque summa exquirate, qua conceditur etem contextu dummodo instanter, ac plures postulat per clem. quamuis rigor de appella, & probat pl. in l. appellandi vñs. S. libelli num. 7. ff. de appet. Quod si pars illos in termino non petierit, de quidem erit appellatio antea interposita Guid. ad. decis. nume. 13. iuxta adductam clem. aut si sit, non tamen protestata sit contra iudicem non item eos concedere, per eandem clem. & glo. s. de libell. dimiss. & cu fuerunt concessi Apo, vendicat sibi locum prosecutio appellationis annum a die interposita appellationis, & vocatum fatale, & ex causa alium annum, & dicitur tale per auth. ei qui. C. de temp. app. &c. ex rōne p. quod seruandum omnino est in oibis Curis, me vero ecclesiasticis cum immunitatum non retur, immo in Curia Archiepiscopali Neapolitanius quidem, & cautius proceditur, vt cu de appet. rationi, soleat constitui terminus ad rotundum copia, pcessus, & alias ac longior, ad iterendum Curiam Romanam versus, ac tertius & tior ad certiorandum dominum Vicarium de ntia, qua vñs est, vt obtineret delegatum in causa appellationis, quemadmodum in hoc Ritu p. reperitur, & ipse declarabo in sequentibus tuis: In Regno autem quid seruerut peperes iusseculares, est constitutio, appellationum temporis est Ritus Mag. Cur. Vicarii 260. Item seruat ipsa, & Prag. Appellationum tempora, quae est in ordine, siue prima de app. Ab Io. Hier. Camp. de presentandum, namque Angel. in l. Praes. n. 3. C. de appella. tuetur posse iudicem assignare illum appellanti, vt adeat iudicem, ad quem cu, & munimentis, & illic Bald. num. 2. vers. pone, ext. expressus in cap. quamvis in fine de elect. in d. valeat constituere terminum ad arripiendum & se presentandum coram superiore cum actis, munimentis causa ad prosecutandam appellationem probat Feder. de Senis Cons. 28. punctus quipis, & Marant. in suo specul. par. 6. actu 2. nu. 205. In hoc tamen, vbi subiecti omnes alias terminos similes, quos iudex potest appellanti assignare quoque antea tradiderat. Dec. in capitulo præterea n. 20 de appell. Ab. Io. Hier. Camp. seu fidem faciendum. Iudex prima instantia, li nequeat praefigere terminum appellanti ad finem causam appellationis iuxta ca. ex insinuatione p. sellat, potest nihilominus illum constituere ad prosecutionem inchoandam, vt super illo. cap. 2. post numerum sextum, vel etiam ad facie un. huius fidem circa ipsius appellantis presentationem, vel prosecutionem inceptam coram iudice appellationis, vt inquit Angel. in l. pres. num. 3. & Bal. in num. 2. vers. 2. pone. C. de appell. Feder. de Senis

Cons. 28. punctus questionis, & Rot. decis. 94. si iudex, siue 13. de appell. in nou. De quo quidem termino iuxta nouissimum relatum modum agitur in hoc Ritu, qui est profecto apprime necessarius contra veritatis succumbentium, & exponentium appellationem. coram iudice primæ instantia, nec eam prosecutum corami iudice secunda instantia, vt infra fatalia concessa a iure ad prosecutandam appellationem impedian executionem sententia, si quidem cum hic terminus fuit illis assignatus, poterit primus iudex, illo elatio suam exequi sententiam ex anno. Quid auctoritatibus, & præsertim Rota in allegat. decis. 94. quod alias utique nequiter quoque terminus juris esset elapsus, quo casu cautela vñs sum in causa me patrocinante decisâ præterito Anno 99. in gratiam Thomæ Scarani cōtra Anna sancta Domenica in ipsa Curia Archiepiscopali Neapolitana, & de lata per viam appellationis ad Auditorem Cameræ, Pars aduersa non curauit iudicem appellationis adire, quia iniustitiam suæ causæ satis agnoscebat, opinabatur tamen sententia executionem protegari, vñque quo tertius iuris laboreretur, licet enim fuisset sibi affigatus terminus ad prosecutandū, in curia tamen procuratoris, non fuerat alter constitutus ad producendum fidem iuris prosecutionis, obidque ipse obtinxi fidem ab actuario causa post lapsum terminū. sibi datuimus qua constabat, ipsum appellantem non comparuisse coram Reuerendis. Auditore Cameræ, iudice appellationis, vigore eius fidei obcepere, ac præsentata in ipsa Curia Archiepiscopali, fuit per eam executioni demandata sententia ab eadem lata, in cuius executione fuit citata pars appellans, tamen si id non opus erat, vt concludit Feder. in adducto consil. num. 1. in fine; quod quidem consilium est perpetua memoria reperendū pro confirmatione huius Ritus . Abb. Io. Hier. Camp.

Vel refutatorijs. Apostolorum nomen, quatenus hinc pertinet, significat mittere, seu nunciare; nam dicitur Apostoli ab Apostelin, quasi sint literæ numeri, missæ a iudice, a quo iudicet ad quem, quib⁹ totius appellationis negotium renunciat, enarraturque, quorum, quia varius esse solerentur, ex eo fit, vt diuersimode vocentur præsertim vero quatuor ex ora sunt illorum genera, nam alijs sunt dimissorij, seu reuerentiales, alijs refutatorijs, alijs testimoniales, alijs demum conuentionales, quorum explicacione prætereo, ac remitto ad ea, quæ superinde dicit Vest. in sua praxi. libro septimo capitu. tertio. post num. 32. quos licet iuris rigor velit, petendos esse instanter, sepe, ac sepius, congruisque loco, & tempore, ex quibus tamen huiusmodi rigorem mitigans, hanc relaxauit restrictionem, atque iteratas istas petitiones, & instantias, simul, & vñco contextu fieri, posse, indulxit, iuxta Clem. quamvis de appellat. & si appellanti terminus iuris præfigeretur ad redeundum pro Apostolis iuxta tenorem eiusdem clem. S. verum si iudex, tunc non nisi semel teneretur, redire, & petere Apostolos sibi tradi, ac iudice non respondentem, non amplius ad id compelleretur, ex resolutione Vest. in adducto. c. nu. 36. itidemque si iudex passus sit, terminum iam dictum elabi, nec eos curauerit, exhibere, videtur appellas tam dimissus, & consequenter ei dem libebit superiorem adire, & appellationem psequi per eandem clemem. quamvis. S. quod si iudex. Abb. Io. Hier. Camp.

## RITS XXXVI.

**I** Tem cum Archiepiscopus vel Vicarius est iudex in aliqua causa appellationis in terpositæ suffraganeis, & vel ex delegatio, ne

# Ritus Trigesimus sextus.

ne apostolica, primo præsentatur instrumentum appellationis ex causa legitima  
**b** interpositæ, vel rescriptum apostolicum cōmissionis, & postea Archiepiscopus, seu Vicarius, vt ordinarius, vel vt commissarius Apostolicus citat partem appellatam ad allegandum, quare procedi non debeat, & inferitur inhibitoria statim per curiam istam in appellacione a diffinitiuam quam ab interlocutoria, & sic non seruatur q̄ pars prius citetur ante inhibitoriam, ex quo incipit cognoscere de veritate causæ, & subsequenter inhibet.

**d** Si tamen pars comparens allegaret non fuisse seruatam formam iuris, vel appellacionem desertam, de hoc prius cognoscitur: & facta tali citatione, & si pars non cōparet, non requiritur libellus, & fit mandatum cum compulsoria iudici a quo, seu magistro actorum habenti processum vt copiam ipsius trādat.

**e** Sed si appellatus, citatus, comparet, & nil efficax opposuerit, vel si oppoluerit, repulsus sit, decernendo procedendum fore ē ad anteriora, requiritur libellus: & si respondetur, lis contestatur, & iuratur de calunia, & fit compulsoria modo vt superrius dicitur, & habita copia processus, fit apertura, & datur terminus ad recipiendū copiam, & si necesse fuerit, disputabitur super reuocatione attentatorum, postea, datur terminus ad probandum in causa appellationis, & successiue secundum iuris ordinem procedetur, & hoc, cum appellatur a diffinitiuam.

Si vero appellatur ab interlocutoria, vel grauamine, non datur libellus, sed primus actus est apertura processus, si præsentatus fuerit, alias fit compulsoria, vt supra, & postea, apertura processus, & datur terminus ad recipiendū copiam, & videbitur si constet de grauamine, vel non: & si appelletur ad Romanam curiam, & committatur in eadem, decātero iudex a quo non se intromittet in causa ipsa, etiam post desertionē, cum videatur in curia commissa vt ibi perpetuo sit, & per appositionem manus summī Pontificis ad se adiunctantur.

## S V M M A R I V M.

- 1 Appellatio ab interlocutoria quomodo interpōnenda, & num. 31.
- 2 Inhibitoria quando sit facienda, & num. 29.
- 3 Vicarius nullam habet iurisdictionem in causa cōmissaria suo Episcopo.
- 4 Index tutius agit declarando expresse se competentem.
- 5 Archiepiscopus quando possit manum apponere

- in iurisdictione suffraganei.
- 6 Alleganti non suffit, ut atque in formam iuris cumbit onus probandi.
- 7 Appellatio fit deserta in aliquibus casibus.
- 8 Appellatione deserta quis iudex fit petens declaratione desertionis, aut excusationis.
- 9 Incontinenti fieri quod dicatur.
- 10 Libellus in causa appellationis non requiri numero 13.
- 11 Copia processus est danda expensis petentis.
- 12 Index procedendo ad posteriora, tacite de competente.
- 13 Instrumentum de calunia quid continet.
- 14 Consensus tacitus quandoque plus operatus expressus.
- 15 Episcopus iurans quid tangere debeat.
- 16 Compulsorialium literarum materia dif.
- 17 Resumptio instrumenti stipulati a Novo defuncto, quomodo facienda.
- 18 Apertura processus est primas actus qui fit in causa appellationis.
- 19 Attentatorum reuocatio fit summarie.
- 20 Attestatorum reuocatio potest per quā aperte conclusionem.
- 21 Probatio in causa appellationis quandoque fieri possit.
- 22 Articulus omnino nouus qui dicatur.
- 23 Appellatio ab interlocutoria justificari eisdem actis.
- 24 Grauamen nisi constet, causa remittitur a quo non se intromittet.
- 25 Causa semel ad sedem Apostolitam devenerit est inibi decidenda.
- 26 Appellatio emittitur a suffraganeis Episcopum ad Archiepiscopum.
- 27 Delegatus non recipit exercitum iurisdictionis presentatum rescriptum.
- 30 Index potest pronuntiare se competentem.

**D**ividitur ritus iste in duas partes præles. secunda, ibi, si vero appellatur, ma subdividitur in sex partes. secunda & sic non tercia, ibi, si tamen pars ibi, & facta tali citatione, quinta, ibi, sed factus, sexta, ibi, & si necesse fuerit. Secunda est principalis subdividitur similiter in tres partidas, ibi, & videbitur. tertia, ibi, & si appelleatus ille ritus laborat in danda forma, quod cedatur in secunda instantia, tam auctoritate & metropolitana quam apostolica, quam mittitur causa a sede Apostolica Reuend. Neapolitano.

Appellationis ex causa legitima. Quae celer allegare in appellacione. philip. dec. in cap. in Ecclesia. de appella. dixi in proxi. preced. gloss. in versicu. copiam processus. post prior. Ioan. And. sufficit enim fuisse in appellacione legitima seu probabilis expressa. cap. roman. autem. in fin. de appellib. 6. quod ita intelligi. Fran. ibi in glo. in versi. citent. ante fi. pro quo eff. in cap. vt debitus. S. cum autem. de app. est test. <sup>1</sup> Ita glo. fin. in cap. cum causam. eo. tit. & hoc intel. in appellacione ab interlocutoria, prout gl. fi. premit.

# Ritus Trigesimus sextus.

33

indigit declaras. e. verdebitus. præal. & alleg. c. cū  
am facit cle. appellanti. eo. ti. & pleno p̄sequitur Fi-  
lip. frā. in alleg. c. vt debitus. post prim. ver. scđo tene-  
rā. & in glo. 3. in versi. ante initia. col. 4. ver. & taur-  
mentum. & est pro hoc casus in alleg. capitulo. Rb-  
banz. S. cum autem de appell. lib. 6. & de iure ciuili  
e legē aut pr̄tor. S. permittitur. ibi. ab iniuria. ff.  
e mino.

Inhibitoria statim. Ista verba sunt de directo con-  
a. romana. S. cum aut. & S. si vero vocatis. de app.  
b. 6. & ibi no. per Filip. fran. & d̄es scrib. t̄ respectu  
t̄dictionis metropolitanæ q̄ apostolica, per plene  
m. in c. dilectus. lo. ij. p Inno. de rescr. & q. a. infra  
untu. ibi. de hoc prius cognoscitur. videtur ritus le-  
mittere ad iuris dispositionē. vt intelligatur q̄ ita  
n inhibitoria fortioriter effectum, parte appellata  
n opponeat. vel non cōparente. vt alludant ver-  
xiudem ritus. prius cognoscitur. & verba. si pars  
n cōpareat. sed contra hunc intellectum faciunt no-  
t. Philip. fran. in alleg. S. si vero. col. i. in fi. ibi. repre-  
n sententia. &c. vbi voluit q̄ non cōpareat appell.  
p. ex contumacia debet multari. & non procedi  
cognoscendū de veritate cāz sine iurisdictione. &  
v. videtur aliter dicendū. videlicet. q̄ stante cōfili-  
api. inter Doct. de quibus pr̄ter Panor. in alle. c.  
etus. loco. 2. de rescr. & ibi plene per Fel. dicas  
q̄ ritus h̄c statut. ppter varias op̄i. quod facere  
aut. iuxta not. in fi. proce. S. & dicas q̄ respectu cō-  
tionis apostolica idem erit respectu diuerſarum  
e. quibus in alleg. c. dilectus. n̄ aliqui volunt q̄  
am in prima citatione. & illico cōmissarius aposto-  
lis. in h̄beat. quia. S. cum aut. & si vero h̄nt locū in  
tropolitano. & non cōmissario apostolico. quia  
appositionem manū superioris sit abdicata iu-  
līcio ab inferiore. & causa aduocata ad superio-  
rā. ca. vnostrum de appell. Phil. decemin. c. cum.  
in fi. de constitut. & in consil. 191. col. fi. versi.  
imo. & 295. numero quinto in fi. versi. quarto  
sonderi. & in prin. Sozi. consil. 39. vo. 4. col. quin.  
num. 24. Cald. consil. 7. de pr̄b. aliqui vero di-  
guunt q̄ aut Papa recipit appellationem ex cer-  
tientia. & hoc constat ex verbis rescripti. aut ex-  
H. grauamine in appellatione. aut cōmittit cām  
ellationis a diffinitiu. & illico delegatus inhibe-  
aliās non. ex quibus conflictibus opinionum re-  
lat ritum istum debere obseruari. & statim in pri-  
veritate debere inhibitoria inferi: & si pars cit-  
eniet. & opponet causam expressam n̄ o fuisse le-  
timam. vel appellatione deteriat. seu aliquid sub-  
stiale. de hoc cognoscetur. & declarabitur causam  
manere. vel debere remitti. quod exp̄ssius deno-  
de verba ritus. ibi. & sic n̄ teruatur q̄ per prius. &  
q̄ si apostolica auctoritate causa cōmititur ar-  
episcopo Napolitano. non se poterit in illa intro-  
dere eius vicarius. nec econtra. Fel. in c. fi. col. pe-  
te ver. verū ista. de cōst. in c. fi. S. fi. ver. quarto limit.  
offic. c. delega. & in capitu. pastoralis. S. quoniam  
2. de r̄scr.

De veritate cause. Parte citata non cōparente;  
non oppobet. iuxta c. romana. S. q̄ si obijciatur.  
appellatio. lib. 6. tūtius tamē esset declarare prius  
judicē cōparente exp̄sse. prout declarat Phil.  
m. in c. si duobus col. 6. in fi. ver. secundo queritur  
app. in c. cum cestante col. 10. & in c. ex parte  
lyt. in fi. co. ti. Phil. dec. in c. cum ordinē in fi. de  
creti. & consil. 107. col. 1. scilicet in c. suborta col. 5.  
b. 6. de se iud. Alex. consil. 183. penul. col. vlt. 2. no. per  
legio. in decis. sacr. concil. deci. 354. quia tunc firma-  
& fundata esset iurisdictioni apostolici cōmissarij.  
metropolitan, qui non p̄t se intromittere de iu-  
risdictione sui suffraganei. nisi in casib. à iure expres-  
si. de quibus in c. pastoralis in glo. in ver. exceptus  
le offi. ordi. cum s̄t. & ista verba. ex quo &c. dene-  
Ritus Archiep̄s.

tāt rationē decidendi in isto ritu. q̄d. quia incepit  
cognoscere de veritate cause. appellationis potēt  
ilico inhibere. arg alle. S. q̄ si obijciatur. & poterit. p̄z  
te etiā. cōparente & opponente aliquid substanti-  
tiale. pr̄tis de illo discutitur. vt in ritu. ibi. si tamen  
pars. Albericus Olina. Sequitur tertia pars primā  
partis ritus.

¶ Allegaret. Et probaret. quia alleganti in hoc in-  
cumbit onus probandi. ve per Phil. frā. in c. romana  
S. cum ætē m. vlt. colum. ver. si vero ipse appellās  
de appellat. fib. 6. allegat Barto. & Bald. in l. hi qui ad  
cūlīlia. Q̄de app.

¶ Formam iuris. Videlicet. infra decē dies. vel post.  
non fuisse appellatum e. quo ad cōsultationem dese-  
tud. c. romana. S. si vero vocatis de ap. lib. 6. legitimā  
non fuisse expressam causam in appellatione. sc̄u in-  
rūtati c. romana. S. q̄ si obijciatur de app. lib. 6. non  
fuisse congruo loco. & tempore appellatum. Bart. in  
alleg. l. hi qui ad ciuilia. C. de app. veldicatur appell-  
ationi tacere vel exp̄sse renunciatum c. gratum do-  
offi. deleg. vel non fuisse in scriptis appellatum. iuxta  
tex. in c. i. de app. lib. 6. vel non fuisse apostolos peri-  
tos alleg. c. & c. ab eo. de app. lib. 6. vel quia fuit  
contumax appellans S. sunt etiam quorū 2. q. vi. &  
37. causas in quibus n̄ possit appellari. Vide per Spec.  
in ti. de app. S. in quibus autem in 2. parte & in eo-  
dem S. ver. sed quā dices cāusam 27 causas quā pos-  
sunt dicirationabiles in appellatione. ex quibus. si  
diligenter aduertes. sc̄es h̄nc ritum practicare.

¶ Vel appellationem desertam. Videlicet. ob. non  
prolequitionem appellationis infra terminum iuris  
vel hois c. personas c. cum sit romana c. ex ratione de  
app. & fuit metropolitico iure sine apostolica au-  
toritate procedatur. iudex ad quem. poterit cognoscere.  
& pronunciare super desertione de auctoritate or-  
dinaria est tex. in l. si preses quasi desertam. C. quō &  
q̄n. iu. immo ex suo officio iudex hoc poterit. per nos  
in l. S. fi. C. de temp. app. Bal. in addi. Spe. ver. index  
ex officio de app. facit. 1. S. q̄ si appellans. de app.  
lib. 6. de delegato est deci. Ro. 158. in no. incip. audi-  
tor datus. & 9. inci. licet appellatio. no. in deci. eius-  
dem Ro. 424. in no. inci. si a diffinitiu. & licet debeat  
adiri iudex ad quem. q̄ si petitur declarari appellatio-  
nem desertā. put no. Phil. frā. in c. ex ratione col. 19.  
in 7. mē. prin. q. 1. fol. 15. col. 2. de app. tñ si vis adire iu-  
dicem a quo. praktica erit ut cōpareas corā eo. & pe-  
ras sententiā exequi. & citato appellate ad allegadū  
cām quare non debeat sententia exequi. & replicare  
q̄ appellatione pendente nihil debeat innouari. du-  
plicabitur. n̄ appellatū. vel n̄ formiter appellatū.  
seu appellationē desertā. iudex a quo. de isto inci-  
dente iformabit. & cōstīto de n̄ appellatione. vel  
de desertione. non declarabit appellationē desertā.  
sed suā s̄niam exequetur absq; alio decreto. per doct.  
Ang. in l. si contra. C. de app. per quā dixit eūtari ma-  
gnū circuitum. & ita dixit infinitis vicibus practi-  
casle. & consuluit in consil. 130. inci. vīs omnibus  
actis. & 140. incip. statutum pr̄dictum. Sequitur  
Phil. dec. consil. 436. in prin. reassumpit istam pra-  
cticam Phil. frā. in c. ex ratione penult. col. alias 28.  
in 7. & vlti. col. de app. & relata doctrina Ang. in  
alle. l. si contra. & eius alleg. consil. licet sub alio nu-  
me. & alijs. de quibus ibi dixit posse dari cauelz in  
contrarium. videlicet. q̄ appellans accedat ad iudi-  
cem ad quem. & petat inhiberi iudici a quo. vel pro-  
sequatur appellationem coram eo: & si oppona-  
tur de desertione. replicetur de impedimentis. &  
petatur restitutio in integrum: tunc iudex ad quem.  
procedendo poterit pronunciare. & per viam atten-  
tatorum reuocare. &c. immo dixit in c. constitutus.  
penultima columnā in gloss. in versiculo delega-  
uit. in fin. folio quadragesimo quinto ultim. colum.  
q̄ omnia attentata pendente appellatione venient  
B reuocanda

# Ritus Trigesimusnonus, & vlt.

reuoanda p̄erviam attētatorū etiam deserta appellatione, pro veritate istius articuli considera q̄ regulatiter videtur dicendum iudicem ad quem, debere cognoscere & decidere appellationem esse defertā per ultima dicta supra proxi. quod intelligas verum qn appellās comparuerit coram iudice ad quem, ad prosequendum appellationem, & maxime, obtainēdo decreui citationem cum inhibitione, iuxta formā istius ritus. & ita loquitur Philip. franc. in alleg. caute. si bene considererent eius verba, & signanter illa, videlicet, inhiberi iudici a quo, nam post saltem inhibitionē omnia per viam attentatorum reuocabūtur, & non solū de appella. lib. 6. & ita loquitur in cap. cōstitutus. præallega. Philip. franc. & in alle. c. ex ratione in 1. q. 7. membris principia, expresse ibi concludens q̄ si nunquā causa appellationis fuit introducta coram iudice ad quem debet adiri iudex a quo, & exequatur suam sententiā, cognito incidēre de desertione, secus si fuit introducta, vt supra & maxime si fuit de crēta citatio cum inhibitione. hanc concordiā realsum p̄f. do. Felin. in c. ex parte, supra in col. 6. versi, limitatur etiam de rescript. pleue prosequens materialm, & ponens multa scilicet more suo, & signanter ex doctrina Ange. in individuo, in l. eos. versi. in glo. eadem. versi. tu tene. C. de appell. & Fede. de Sen. cō. 133. casus talis est. quidam a sententia & c. ac etiā de clarans q̄ iudex a quo, debet cognoscere de desertione, qn non fuit introducta causa coram iudice ad quem, habere locū in ordinario, secus in iudice delegato, a quo fuit appellatum. alleg. licet sub alio nu. Rot. decisi. 188. in nouis. & & Angel. Arer. in l. si exp̄. sim. ad fin. ff. de appell. introducentem practicām supradictam, q̄ iudex a quo, ordinarius absq; aliodecreto super desertione exequatur sententiam, & sufficiere q̄ constet ex actis de desertione. & ita dixit tene re Bald. in allega. l. eos. si tñ iudex a quo, pronunciabit appellationem desertam, erit talis pronunciatio seu sententia interlocutoria, vt per Do. de rot. decisi. 455. & 526. in antiq. & Felin. in rubr. de re iudic. col. 8. versi. & si dicitur, pronunciamus. nume. 11. & si infra fatalia non sit finita causa appellationis, etiā q̄ sit in causa conclusum, appellatione erit deserta. clemen. sicut. de appell. Rot. decisi. 95. in antiq. & ratio, quia licet sententia consistat in facto iudicis pure, tñ pender a facto partis, que instare debet ut sententia feratur, prout dicimus, q̄ pars post conclusum in causa in sacro regio concilio, debet iuxta formam regie pragmaticæ instare, & protestari q̄ causa conclusa expediatur, ne pereat instantia, & expediri facere citationem ad dicendū, per quam prorogabitur ex stilo sagri concilij, instantia ad alium triennium, quod not. & sepius obtinui in practica a iudice ad quē, declarari appellationem desertam, & sententiam exequi in sacro cōcilio pp eorum supremā potestatem: sed declarato appellationem defertā a delegato aposto. obtinui exequitionē sententia a iudice ordinario a quo, per not. per Philip. franc. in alle. c. ex ratione. col. 27. ver. sexto queritur deserta appellatione. cū sequ. q. de appel. & q̄ sit necessaria protestatio, ne appellatione defetur qn causa est conclusa & stat per iudicē Philip. Franc. in c. ex ratione. col. 10. in quinto impedimento. ibi, quarto hoc idem. de appella.

¶ De his prius cognoscitur. Quia tanquā de prēiudiciale de hoc prius cognosci debet, vt in c. j. & c. tuā de ordi. cogni. ita firmat Phil. franc. in all. c. ex ratione. col. 19. ver. quantum aut ad iudicem delegatum. fol. 15. col. 3. de app. per præalleg. deci. P. o. 153. in no. & confi. Pe. de anc. 3. 72. pro declaratione trium qnōrum vbi q̄ tales exceptiones debent incontinenti probari, alias possunt ad merita reseruari: & qn dicatur de bere incontinenti probare. dicas secundū Bal. in l. & si post tres. colum. 6. ver. sed tunc incidenter. ff. si quis eaut. q̄ id qd sit intra tres, quinq; vel septem dies, &

etiam infra x. dicitur fieri in continentē. verius q̄ erit arbitrium, prout concludit Fel. post Pang. c. præterea. col. 4. nu. 10. ver. in glo. fi. detelli. cō inquantum dixi iudicem posse ad merita reseruātias exceptiones. intelligas sane, dummodo cō exceptio contra iurisdictionem, utputa, tu non dext. tu non es procurator, vel non appellasti, vel pellatione renunciasti, quia tunc non possunt reseruari, quia eslet iuris ordinem perverttere c. exhibi iud. cum enim sua cuique iurisdictio nō seruat fit, nisi q̄ ordo pervertitur & cōfunditur. c. per 11. q. 1. in fin. ita istud restrinxit Fel. in c. cum cō gat. col. 5. ver. credo q̄ ista de officiis, dele. alleg. R. in cons. 14. inci. in causa seu qōne. vo. 1. intellig secundo qn dictē exceptiones opponuntur in iudiciorū, quia tunc non possunt ad merita reseruātias procedere ad vltiora & nō procedere subtrahit. esset enim absurdū pronunciare procedere ad vltiora, & exceptiones incōpetitē in reo reseruare. arg. 2. in prin. ff. si quis in ius vo. 1. si quis aliena ff. de iud. l. fi. C. de exce. per quā restringit declarat Pe. de anc. in all. con. 372. v. in prin. secus si appositz essent in vim perēptō quia tunc possent reseruari, vt ibi p. Pe. de anc. istis except. vide no. supra in riz. 26. in gl. in vltorias. prius ergo de his cognoscetur si in vim vltoriā oppōnentur, sed si in vim perēptōrā continentē non possunt p̄bari, poterint reseruātias merita. & ita intellige, nō recedendo a iure cō.

¶ Non requiritur libellus. Et per consequētū litis contestatio, quod intellige in causa appell. a diffinitua, qn in prima instantia fuit litis comealias fecus forer. ita firmat & intelligit. c. p. tuas. franc. pen. col. ver. secundus causas. & vi. col. ver. causas. de app. al. deci. Ro. 8. in no. incip. fuit dubi & Panor. in c. rainaldus. in gl. in ver. contestata. Ita clarius Phil. dec. in alle. c. per tuas. vlt. col. ver. cōclusio. dicens ex mente Bald. & Panor. debere declarari & glosari. S. illud. in l. fi. C. de app. & limitat hoc tunc habere locū qn in causa p̄cipali erat necessaria litis contestatio, alias secūti in principali cā non requiruntur, non erit necessaria appellationis, cū eiusdē sint natura. & ibi p̄ & in 3. no. & plene de hoc And. de Iser. in conti dilationes. in prin. de dila. & exce. fol. mihi 147. ibi magistriliter. loquitur more suo, dicens, q̄ il. aliter dicunt lites ex litibus suscitant. & ita unde debet alia deci. Ro. num. 467. incip. auditor in se da instantia. in no. si recte ponderetur. & vide A. in cap. pen. de iura. calum. lib. 6.

¶ Tradat. Expensis tamē petentis, p̄ ea quā dī. 35. ritu supra. in gl. in ver. pro apostolis. ante fi. 11. deas. qd limbo p̄cedere nisi paupertas excusat tentem, vt per Novio. in. const. appellationū ipsi. 5. nu. 11. ver. rursus quero. li. vbi q̄ iudex ad quā terit p̄cipere notario seu actorū magistrō iudicē quo, q̄ ex gente paupertate dare debeat appelli copiam processus sine salario, alias non eset huius m̄. q̄a ex priuilegio paupertaris nūq̄ appellari debet. Philip. franc. in c. ex sōne. col. uero. primū dicas de app. & Phil. dec. con. 436. nu. 12. p̄ius in practica obtinui pp paupertatem copiam cessus gratis dari: & ad ewitandos labores conueniunt not. iudicis a quo, & notarius iudicis ad quā p̄finia causa appellationis originalis procedit. commodatus not. iudicis ad quem, illū ipse refraſte debet not. iud a quo, quod no. in pract.

¶ Efficax. De quo uide no. supra in 3. parte huius partis, titus in glossa, in uersicu. formam iuris. & si ex illis vel similibus opposuerit, quicquid oppugnit erit inefficax. uide ibi.

¶ Ad anteriora. Expresso vt hic, vel tacite, de quo dī. d. Philip. Franc. in c. si duobus. col. 6. in 6. ver. iei-

# Ritus Trigesimus sextus.

34

quæritur. de app. & no. in gl. in verfi. de veritate iuxta, supra in 2. parte huius ritus. in prin. puta recipiendo libellum oblatum, & decernendo alteri parti me intimandum, absque eo q̄ expresse declarasset iudicem competentem. vt per Doc. in e. super lite s. de scri. & Phil. dec. conf. 275. ante nu. 4. vbi etiā pertalem processum tacite ad vteriora nō erit sub tanullis introducta a statuto, ac ēt si iudex eset nō incompetens, similiter tacite procedendo non mabitur iurisdictio, vt per Phil. Fran. vbi supra. col. ver. secundo intelligit, & ideo quantū sit utile deare se expresse iudicē cōpetentem, & proceden- im esse ad anteriores, ex præmissis collige & vide niss. das in alle. glo. in ver. de veritate causz.

¶ Libellus. Circa quem vide no. supra in ritu 20. gloss. in versic. libellum seu petitionem. ne idem. peram.

¶ Lis contestatur. De qua vide dicta in ritu supra in gl. in ver. summarie. & in ritu. 28. in glo. in ver. ut terminū. & in regno in causa appellationis non cur libellus, nec lis contestatur per ritū Mag. Cur. t. g. quem alle. Nouio. in consti. reg. appellationum apora. fol. 66. num. 30. ver. sed aduerte quia, sed p- flus incipit, ab apertura. & ritus incipit, item in eis- ncuriis & qualibet ipsarum. fol. 99 col. 3.

Iuratur de calunnia. Scilicet, vitanda, & quin- capitulo in eo contenta no. glo. in ver. iuramen- d. in c. 1. de iuramen calum. quæ his versibus com- thenduntur, videlicet. Illud iuretur, q̄ his sibi iusta- tur. Et si quæritur uerum, non inficietur. Nil pro- ficer. ur. nec falsa probatio detur. Ut lis tardetur dila- nulla petetur. & istud iuramentum statim post li- contest. præstari debet, vt per Doct. in all. c. 1. & ita. Quicunq; si in litis exordio non fuerit præstitum, nō propterea processus annullatur, & poterit in qua- et parte litis præstari. c. 1. eo. tit. lib. 6. & tacite poter- remitti, sed non expresse. alleg. c. 1. S. pp. 1. ii. S. sed ia. C. eo. tit. c. cæterū. eo. ti. vbi quod non tener con- tudo de ipso non præstanto, & de his quæ- niti possunt in iudicio de partium consensu, ple- per decisio. sacri concil. Neapolitan. 191. & Thom. sua cau. 12. docet quod qñ respondebis libello, re petas, q̄ pars aduersa iurare debeat de calum & demū amplius non insistas, quia si non iurabit tressus erit nullus, quia fuit expresse petitū, & non erit dicere tacite renūsum. alle. Bart. & Alex. in l. de pillo. S. quia opus. circa prin. de oper. no. nun. & no. plus in hoc operatur consensus tacitus quām ex- cessus. de quo uide per And. de iser. in l. 1. S. flumina. re si. ver. de istis præscriptionibus quæ sint rega. & ut hoc iuramentum ēt præstari in causa appella- nis, præ ut uoluit ritus iste, etiam si in prima instan- fuerit de calunnia iuratū c. in appellationis. eo. ti. lib. & deci. R. 37. & 40. in no. & admittetur procura- rad illud præstandum, si habuerit speciale mandatum. c. fi. eo. tit. lib. 6. ēt si fuerit constitutus procurator ad iuramentum calunia in cā præstitum, & arctabi- ad illud subendum. c. pe. S. procuratores, eo. ti. & istud iuramentum & iuramentū veritatis quod ta- stari debet a teste, episcopus præstabit, non ta- cts, ad præpositis euangelij, vt per Panor. in c. fi. de iu. col. 2. ver. sed circa hoc. vbi improbat cōsem practi- m, cum iurat per suam consecrationē, vel tāgendo eccl̄ suum, quia debent euangelia esse presentia, & in glo. in ver. tacta. in cle. 1. de h̄r. dicat hodie apud alios sufficere q̄ tangatur quelibet scriptura, tamen si ius requirit tacturam euangeliorum dixit non suf- ficerre talēm consuetudinem, & regulariter in casibus tāre expressis, in arduis, & vbi tractatur de infamia debentis iurare, tenentur tam episcopos quām pres- byteri iurare & tangere scripturas, sed in leuibus nedum episcopi. sed etiam presbyteri non tenentur tan- gere, sed interrogabuntur per eorum consecrationem.

& vide per hoc fin. tex. in c. si quis presbyter. 2. quæst. 5. & in quibus casibus episcopus debeat tāgere scriptu- ras, vide per Ioan. bertachi. in tract. de episcopo. in 2. parte lib. 4. fol. 24. col. 2. ver. nono quæro.

17 ¶ Compulsoria. Idest, monitio contra notarium qui habet processum agitatum coram iudice à quo, vt co- piā tradat, iuxta formam istius ritus, supra in 4. p. 1. p. prin. vbi dī mandatū cum compulsoria. i. mādatum pēnale sub poena excōicationis, & hoc quando pro- cedit vt metropolitanus, vel ut delegatus apostolicus sed si fuerint decretē literē cōpulsoriales ab aliquo au- ditore in vrbe ad partes, tunc p̄fentabuntur cui fuerint directa corā notario & testibus, & fieri requisitio vt sub poenis in eis contentis velit illas execū & re- ceptis dictis l̄ris ea qua decet reuerētia, supra caput, de qua requisitione & acceptatione requiretur ab im- petrante dictas literas notarius, quod exinde cōficiat publicum instrumentum, & deputabit ubi notarium & nunciū, & instantē impetrante, decernet citationē contra personas nominandas ab eodem, detinentes, & conseruantes aliquā iura, seu munimēta, instrumēta, & scripturas ad causam hm̄oi facientes & facien- tia, vt sub poena excōicationis, infra terminum dierū duorum, vel quatuor post monitionem hm̄oi imme- diate sequentes debeant omnia & singula iura, acta, actitata, & munimenta hm̄oi, quæ penes se habent co- ram eodem dño compulsore exhibere, & p̄fentare, necnon pars contra quam sunt literæ hm̄oi decre- tē, citabitur vt infra eundem terminum comparere de- beat ad vidē dum iūrare testes super recognitione scri- pturæ seu literarum, & signi notarij vel sigilli in di- cīs scripturis, forsū contenti, ac legalitatis & fidelita- tis notarij p̄emortui, & si comparuerit, fieri recognitio a testibus in p̄fentia ipsius compulsoris iuratis, alias fieri in eius contumacia, & tali recognitione facta, fieri instantia ab impetrante vt de scripturis hm̄oi fieri de- beat publicum instrumentum transumpt. & a dicto cō- pulsore interponetur decretum, iniungendo notario, vt supra deputato, quod illa transumat & in publicam transumpt. formam redigat, & illis transumptatis de- cernet aliam cirationem ad uidendum transumptum collationari, claudi, & signillari, & nuncio seu portito- ri tradi, & adueniente termino, facta collatione, clau- so, & signo ipsius notarii de scripto scribendo plenam fidē trālumpio huiusmodi in iudicio & extra fore adhi- bendam, consignabitur transumptum dicto portatori præstito per ipsum iuramento de fideliter transpor- tando & consignando auditori, a quo literæ compul- soriales hm̄oi fuerūt decretæ, & intelligas literas hm̄oi compulsoriales debere decerni & obtineri quando 18 notarius qui de scripturis quæ petuntur fuit rogatus est mortuus, iuxta terminos, cap. cum, P. & c. fi. de fi. instr. c. cum dilecta. de confir. uti. vel inuti. cap. ex par- te abbatis. de priuili. cap. significavit, cap. albericus de testi. & ibi Panorm. col. 2. vers. in casu tertio, vbi po- nit theoricam præserte practicæ, quam dixit bene no. quia multi in hoc errant facientes solummodo exē- plari per notarium auctoritate iudicis, partenon cita- ta, immo si non daretur certus aduersarius, debent ex doct. Innoc. saltem per edictum solenne vocari, quo- rū interest seu interesse poterit, alias dixit transumptū seu exēplationē non tenere. vide Fran. de are. conf. 36. vltim. colum. in princ. & tamen magnā curia uicaria ex præminentia sua sibi usurpauit, q̄ absq; partis ci- ratione faciunt notarii ipsius cum decreto iudicis in- terposito, curia sedente pro tribunal, trālumpum cuiuslibet scripturæ, & in regno adhibetur tali transumpto plena fides, & vnum casum, quando non mor- tuo notario potest fieri copia a suo prothocollo, seu transumptum, vide in decisio. sacri concilij in collec- tis per dom. Matth. de Afflic. & pro materia vide con- stitut. regni, instrumentorum robur. & scias quod no-

# Ritus Trigesimus sextus.

arius qui auctoritate iudicis extendit nota præmortui notarij, si in nota præfata non fuerit iuramentum, non poterit notarius illud apponere, & plene de transumptione per Soc. conf. 24. col. 7. verl. & accedat in litera D, & col. 8. per totam. & sanguiner in litera A. & quoniam clausulas consuetas possit exendere, per Fel. in c. cum M. colum. 3. nu. 5. de constitutio. Philip. deci. confi. 399. nu. 4. & deci. 126. in princip. in collectis per veridicūm collectore do. Matt. de afflīct. & de requisitis pro reassumptio- ne do. Alex. de imo. consil. 166. volu. 2. incipien. uiso puncto, & quod per alium notarium non potest reassumi vide Bald. in l. instar. colum. 5. C. de iure fī. Hbr. 10. & pro materia est deci. 324. in 3. dubio, in collec- tis per do. Matt. de afflīct. & quid operetur antiqui- tatis in istis transumpsiis & instrumentis, vide do. Phil. deci. confi. 445. col. penult. numero 6 8. & 36. col. 1. & norabis præinsertam practicām, quam sapere practi- caui, & poteris, eam sequendo, bonum lucrum cape- re: quo uero ad notarium seu alium conseruantem iu- ra, instrumenta, seu alia munimenta, talis notarius seu conseruator tenetur illa edere, per text. in l. 1. C. de eden. quem ita intelligit ibi Bartol. Fulg. & Pau. de ca. Bar. & Ang. in l. 2. S. diuus. ff. de iur. fī. quod ibi di- xit Ang. esse sing. prout refert & sequitur Fel. in ca. 1. col. 7. verl. fallit secundo in fīco, de prob. & si nota- riū seu conseruator iura & munimenta prædicta nō exhibuerit, instantē auctore, fieri alia prouisio, & incul- cando mandatur eisdem ut debeat infra tot dies cō- parere & allegare causam quare non debeat excōi- cari, eorum exigente contumacia, & nihilominus in- fra eundem terminum debeat & cum effectu dicta iu- ra & munimenta exhibere, alijs &c. & ita solitus sum- practicare in ista materia.

¶ Fit apertura. Et iste est primus actus qui fit in regno in causa appellationis, & libellus non datur, nec lis contestatur per ritum magnæ curia vica. inci. item q. in eisdem curijs h & qualibet ipsarum. fol. 96. col. 3. de quo mentionem feci in ista, 5. parte ritus in glo. in ver. lis contestatur. & allega. Nouio. in con- stit. reg. appellationum tempora. fol. 66. nu. 30. verl. sed aduertere quiali. 2. & ille actus habetur pro litis cō- testatione, quia primus actus qui solet fieri post litis contestatione in casibus in quibus lis nō cōtestatur habetur pro litis contestatione, ut per gl. in c. 1. in ver. sic. absentia, circa med. de elec. lib. 6. quam alle. & se- quitur Fel. in cap. insinuante. col. 1. nu. 16. ver. in qua- sum abbas. de offi. dele. Pa. de put. in trac. sin. c. utrum iudex. pe. col. fol. 98. vlt. col. 30. deci. facri confi. in col. le. per d. Matt. nu. 346. 1. dub. Bellame. deci. Ro. nu. 57. in ti. de procu. Pan. i. c. venerabilibus. in fi & ibi addi, de iudi. Fel. in c. olim. col. 2. in fi. de accu. Lud ro. con- fil. 174. incip. specabilis domine. ver. quod autem quod non seruatur in curia metrop. per istum ritum.

¶ Reuocatione attentatorum. Super qua proceden- do non requiritur ordo iuris, nec libellus, nec litis cō- testatio, sed summarie ex mero iudicis officio fit re- uocatio attentatorum, ut per gl. 1. in cle. 2. vt lit. pen, quæ all. c. cū M. in fi. q. consti. c. ad dissoluendum. de xdespon. impu. c. olim de accu. & per gl. in ver. reduc- dū. ibi, & fit talis de app. lib. 6. Phil. Fra. in c. bone. col. 4. ver. amplius. & eo. tit. non in procedetur sine cause cognitione, & per cōsequēs requiritur partis citatio, & debet capi informatio de attentatis, ut per Philip. fran. in all. c. bone. col. 4. ver. 1. quia de app. vbi alle. c. audita. ad hoc pro sing. de rest. spo. in qua informatio, ne debet conlare de possessione & simplici statu, in quo petens reuocationem attentatorum erat tempo- re appellationis interposita, & quoniam possessione repe- giatur penes suū aduersariū, tēu quod plus est, pen- nes tertij. c. bone. de app. c. ex parte. ad c. de testibus. Phil. fran. in all. c. bone. col. 4. ver. tertio quia. nec pe- tenti reuocationem attentatorum obstat exceptio

spolij, ex quo fit reuocatio ex mero iudicis officio. Inn. in c. 1. de or. cog. Panor. in alle. c. bone. & ibi fran. col. 5. ver. quarto q. agenti. & per eun. in cap. solum. in glo. in ver. reducendū de app. lib. 6. nec exceptio ex cōcōlationis. Phil. fran. in alle. c. bone. 5. ver. quinto quia agēti. & col. 8. ver. vndecimol exceptio. de app. facit. c. 1. de rescrip. lib. 6. cap. ter. c. significauerunt. c. vlti. de except. nec opor- possessionem ex titulo colorate ad effectum ob- di reuocationem attentatorum. Phil. fran. in all. c. ne col. 5. ver. sexto quia. vbi alleg. deci. do. de Re. inci. item fuit dubitatum vtrū petenti, & 55. inci. instantiam. in no quas vide. nec obstatit exceptio- toria defectus proprietatis, & iuris petentis ren- tionē attentatorum. & hoc vltimum non habet in beneficialibus, & in quibus vertitur anime pe- lum, vt in prox. alle. deci. Ro. & per Phil. in alle. c. ne. col. 5. ver. septimo & vltimo. Fel. in c. ad pen- col. 4. nu. 18. ver. quarto declarā. de accu. & in c. si de libel. obla. deci. facri conc. 97. in collect. p. Mat. de Affl. & in const. reg. cum satis. num. 9. fol. lib. 1. & istud remedium procedit absque dubio. appellationis. glo. in ver. reducendum. in alle. c. solum. de app. lib. 6. Phil. fran. in alle. cap. bone, ver. primo quod, & habebit locum contra ter- tiam causam a parte appellata, vel a iudice, ipso appellante, & contra tertiam succedentes ipsa re attentata, ut per eun. Phil. fran. in alle. c. bi. col. 3. in fi. & in qualibet parte litis possunt peti- cari attentata, dummodo in causa nō fit conclusi- Phil. fran. in c. dilecti. 2. & 3. col. de app. deci. Ro. attentata lire pendente, & 120. item seruatudine, & 2. 16. item licet pro instrumentis. & 18. si pars. in no. & Fel. in c. cum super col. 8. verl. insuper no- re iud. vbi de attentatis a tertio vna cum parte, & ne parte. & ex præmissis patet quād plenus sup- uisum per remedium attentati quam per remedium recuperandæ possessionis, de quo etiam per lnt. cap. dilecti. de ma. & obe. Old. conf. 199. incip. po- damento, in princ. Car. Zab. conf. 10. col. 1. inci- mate præmissio, & an pinguis sit prouisum medium attentati quam per remedium. c. rei- da. 3. q. 1. pro negativa vide Alex. conf. 6. vol. 3. lib. 6. pro affirmativa vide eun. Alex. in l. natu. §. nihil cōe. col. pe. ff. de acqui. pos. & Phil. deci. 1. bone. pe. colum. qui post capit. proxime alleg. videtur confirmare affirmatiuum, licet noluerit preſtis decidere, & differentiam inter ti. ut li. pe- ti. nil nouari &c. vide per Tho. fer. cau. 58. ante ha- omino videoas deci. fac. conf. 352. in collect. per. Matt. de affl. vbi reducit ad concordiam illud, q. post conclusum reuocatur vel non reuocatur, q. quoq. semper no.

